


PAULUS
ÆGINETA.
1542.







PAVLI

ÆGINETÆ OPVS DE RE ME-
dica nunc primum integrum, Latinita-
te donatum per IOANNEM
GVINTERIVM
Andernacum, do-
ctorem me
dicum.

ADIECTIS IN EVNDEM DO
ctissimis & quàm utilissimis anno-
tationibus ab eodem Ander-
naco elucubratis,

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Venetijs apud Andream Arriuabenum.

M D XXXXII.

Michaelis Malpilij Balneacaballensis

CANDIDO LECTORI S.

IAm pridem Paulum Æginetam à me cõuersum, optime lector ædidissem, nisi meliorum exemplarium spes aliqua me detinuisset. Cupiebam. n. optimum authorem non mutilũ, ut in impresso codice habetur, sed quatenus liceret integrũ, fideliter ac pure expressum, studiosis hominibus impartire. Quippe uidebam parũ adeo utilitatis ad studiosos peruenturũ, si Aldino exemplari duntaxat usus, in quo per multa desiderantur, scriptorem interpretandum suscepissem. Imo plurimum dignitati ipsius decessurum sciebam, tandemq; interpretis temeritate optimum authorem iri neglectum. Itaq; primum laboraui sedulo, ut codicem meum ex alijs exemplaribus manuscriptis, sine quibus neminẽ puto q̃libet ingeniosum aliquid profecturum emẽdarem: deinde sententiam Pauli, si qua erat obscurior, cũ scriptoribus unde transscripserat, conferrem, ac statim in Ioannis Lascaris uiri incomparabilis antiquũ exemplar incidi, sed nõ ita per oĩa fidele, ad hæc sæpius Ruellij medici clarissimi, admirandę uetustatis codicem inspexi, sed ne is quidẽ omni ex pte respondit, præsertim in Chirurgia, licet alijs quos uiderim fuerit emendatior. Porrò non contentus fui ijs solum exẽplaribus, uerum longis itineribus antiquissimũ Oribasij uolumen, literis longobardicis scriptũ, egregium uetustatis monumentum consului, quod sanè quo minus elegantiæ & ornatus, eo plus fidei & authoritatis habuit, Vnde non paucos correxi locos, quos Paulus ad uerbum ex illo trãsscripsit. Omitto quot ex Galeno, Hippocrate, Alexandro instaurarim, qui in omnibus exemplaribus erant deprauati. Sed ecce, dũ tanta solicitudine & diligẽtia, pulcherrimo authori conor subuenire, rumor hic spargitur eundẽ Basileæ latinitate donatũ excudi. Quod sanè non potui nõ demirari, quum typographi illic anno, anteq̃ interpres ille

cogitasset eum uertere, me propemodum absoluisse, p meas & amicorum literas cognouissent. Nõ tamen ideo mœrori me de dam, quasi oleum & operam perdiderim, quum, opus non integrum, ut in quo tum alia, tum sextus liber, ut optimus ita difficillimus desideraretur. Id tamen male me habuit, quod statim ubi huc fama de Pauli impressione uenisset meum coactus sum prælo committere, nondum dedolatum imo ne runcinas quidem, expertum, ut iam tertius liber esset impressus fere, anteq̃ ex Germania alter aduheretur. Illud uerissimum, si domi libros istos diutius paulo & in manibus habere atq; regustare interim ex interuallo licuisset, longe elimatiores prodituros fuisse. Quum uero p typographum id non licuerit, festinata operis descriptione factum est, ut aliquoties dictio una pro altera posita sit, quæ optime in præcedentibus habebatur. Sed oĩa libris iam impressis ad fidem restituimus, ut secundæ recognitiõis loco esse possint. Præterea in singulos libros annotatiunculas fecimus, quibus locutiões uulgo incognitæ exponũtur, aut quando exẽplaria uariant, nusq̃ interpretationem alteram reprehendimus. Nã id censui & parum candidum & prope infinitũ. Nostra duntaxat uoluimus esse emendata, Hippocratis exemplum imitati, qui ingenue aliquando à suturis se deceptum fuisse fatetur, more scilicet magnorum uirorum, & fidutiam, magnarũ rerum habentium. Nã læuia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahunt. Magno ingenio, multaq; nihilominus habituro cõuenit ẽt simplex ueri erroris cõfessio p̃cipueq; in eo ministerio, quod utiilitatis causa posteris traditur, ne qui decipiãtur eadẽ ratione, qua quis ante deceptus est. Vale Lector candidissimi.

AD CLARIS
SIMVM IOANNEM BELLAIVM

Præsulem Parisiensem, & Francisci Christianissimi Francorum regis consiliarium, in sanctiore consilio: Ioannis Guinterii Andernaci in Paulum Æginetam è Græco in Latinum trãslatum, præfatio.

QVoniam nuper lucubrationes nostras Præsul Clarissime, tanta excepisti hilaritate, et beneuolentia ut in me adiuuando ornandoque nihil feceris reliqui, immensa animo meo cura subiit, quomodo me gratum beneficiis tuis approbem, reponamque gratiam. Non enim tantum in me ingenii, non eam sentio dicendi facultatem, qua, ut par est, nominis tui memoria, celebritasq; frequentetur. uerum et diis lacte rustici, ut Plinianis uerbis utar, multæq; gentes supplicant, et mola tantum salsa litant, qui non habent thura. Offero igitur tibi integrum Pauli Æginetæ de re medica opus, in Latinam orationem à me superioribus annis conuersum, non tam referendæ gratiæ studio (uix enim condignum tuis meritis existimo, ut quibus summa studiorum meorum debeatur omnis) quàm ut auspicato in uulgus procedat, ac ancipitem iudiciorum aleam secure experiatur, tanti celebritate nominis commendatum. Noui enim hosce meos labores, nisi magno aliquo patrocinio defendantur, à morsibus uitiligatorum tutos non fore: isto præsertim tempore, quo homines honestum quidem illud Hesiodi certamen inter sese negligunt, uerũ ubi studiosior aliquis ingenii sui fœturas, magno sudore multisq; uigiliis in communem partas usum emittit, statim nullo iudicio calumniantur, eleuant, traducunt. Tuam itaq; authoritatẽ,

Pontifex ornatissime appello: eius uiri authoritatem qui ob admirabilem animi probitatem, singularem doctrinā, ad multos honores amplissimos euectus est, cuius tantam prudentiā Franciscus Christianissimus Galliarum Rex, tum in Sanctiore suo consilio, tum apud exteros principes sentit, ut Homeri cum illud uerè dicat,

> Αἲ γὰρ ζεῦ τε πάτερ καὶ ἀθηναίη καὶ ἄπολλον,
> Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν.

Eoq; nuper Parisiensibus nullum alium antistitem inter tot præclaros alioqui uiros sua sponte delegerit: quem in hoc à Deo terris concessum arbitror, ut esset qui hoc seculo Mœcenatis illius Romani imaginem nobis referret: Proinde à parū candidis iudicibus ad te prouoco, sic difficultatibus aliquādo tanti operis uictus, utilitatem iuuandi prætulerim gratiæ placēdi. Cum enim uiderem medicos hactenus medendi rationem à barbaris indoctisq; scriptoribus petere, omni cura authorē è Græcia aliquem interpretandum mihi censui, ex quo rectius practicen (sic enim uocant) suam cōdiscerent. Occurrit autem in primis Paulus Ægineta excellens medicinæ scriptor, annis iam mille desideratus, qui compendio, ordine, artificio, perspicuitate, & doctrina, omnes facile superauerit. Adde quòd multa feliciter tractet quæ Galenus, Oribasius, Alexander, Aetius, Rufus, & reliqui huius disciplinæ proceres omiseruot. Vnde non dubitem asserere, hunc unum Paulum, si Galeni theorica adiicias, ad medicinam perfecte discēdam sufficere. Toto igitur animo & cogitatione incubui, ut hūc authorem in studiosorum gratiam quasi latinitate donarem: in quo sanè laboris mihi plurimū fuit subeūdum, tū exemplarioꝝ uitio: q̄uis tria obtigerint diuersa, tum quod in chirurgica uel instrumentorū nomine difficillima, nulli ferè latini authores habeantur, quos tuto queas æmulari. Quippe is semper mihi in uertēdis Græcorum monumētis fuit animus, ut præter fidem, qua nihil in interprete est optabilius, pure omnia, latine & munde, quatenus liceret, exprimerem, quanquam hodie multos agrestes hircososq; philosophos, si diis placet, uideam, quos impolita

magis & rudia delectāt exasciataq; magis q̃ dedolata: ex horum numero nonnulli grauiores disciplinas exponere aggressi, uocabulis sordidis & ex intima plebei sermonis fæce acceptis, fœdant contaminantq;. Vnde fit ut qui paulo humanius educati institutiq; sunt, non reformident illas adeo, sed fugiāt oderint & despuant, cum maxime referret, egregias mentes præclaraq; ingenia sermonis uenustate & gratia ad seueriores illas ut ita dicā, matronas allicere. Quæ an ego præstiterim, quod in tam grandi opere uix potest fieri, aliorum esto iudicium: certe hoc audacter assero, qui nunq̃ inter politioris musæ æmulos certationibus disceptationibusq; elimati, nunq̃ p Celsi, Largi, Plinii, Varronis, Columellæ aliorumq; literas sunt peregrinati, eos parum adeo fructus hinc relaturos. Tu interea hasce meas uigilias, Pontifex Optime ne contemne, ad quas absoluendas & author et auxiliatius extitisti. Perge fauere doctis, perge literas excitare, perge ueterem recipere medicinam, quæ hactenus ægrota erat et propè desperata. Habes in hoc pulcherrimo negotio Iacobum Colinum uirū ex animo omnium doctorum maximum, instar albæ lineæ, amatorem: habes fratres tuos clarissimos, ut omnium genere uirtutum, sic literis supra ueri fidem excultos, qui te ueluti Hercules Atlantem strenue adiuuabunt. Vale præsul clarissime. Lutetiæ, Calendis Octobribus, Anno ab orbe redempto millesimo quingentesimo trigesimosecundo.

INDEX TOTIVS OPERIS, CVIVS PRImus numerus folium, secūdus paginæ uersum significat: a, primam paginam, b, uero secundam denotat.

ABaptismi. fol.259 b 29
Abdominis uulnerati signa. 237 b 9
Abdominis interioris membranæ uulnera qua ratione manu curentur. 237 b 1
Abdominis suendi ratio. 238 a 13.
Abies. 292.b 17
Abrasorum curatio. 169,a 19
Abrotanum. 279.a 13
Abscessus quid. 172.a 19
Abscessuum differētiæ. ib.29
Abscessuum notæ. ib.31
Abscessuum curatio manu adhibita. 228.b 14
Abscessus corporis exteriores quomodo curentur. 117.a 2
Abscessus rumpentia. ib.b 11
Abscessus uuluæ curatio per manum adhibita. 169.b 24
Absinthium. 286.b 25
Acacalis. 180.b 26
Acacia ib.30
Acalyphe ib 15
Acanthus 281.a 4
Acantha leuce ib.10
Acanthium ib.7
Acanthobolon 228.a 12
Aceratos, hoc est ceræ, expers emplastrum Galeni, glutinat, cōcoquit. ulcera ad suppuratiōē perducit. 371.a 1
Acetabulum. 304.a 11.345 a 17 & 31
Acetum 326.a 21
Aceti fæx 326.a 21
Acetum scilites 341.b 27
Acetum scilites quibus utile 342.a 2
Achores unde fiant & qūo curentur. 66.a 26.ib.b 1.
Achras 237.b 20
Acidorum uis 278.a 2
Acinus herba 281.a 21
Acini mali punici 319.a 21
Aconitum 281.a 25
Aconiti notæ 211.b 29
Aconiti remedia ib.b.14
Acopa 371.b 25.582 b 1
Acopa calefacientia quibus constent, quibusque conueniant 282.b 8
Acopa emollientia quid præstent ib.11
Acoporum spissitudo quæ esse debeat ib.17
Acopon Azanitæ 383.b 2
Acopon Basilii ib.7
Acopon dysodes à fœdo odore dictum 383.b 26
Acopon præcilon, à uarietate sic dictum 383.a 24
Acopon cui nomen est pyxis 384.a 14
Acopon ex abiete Galeni. ib.22 & 33
Acopon ex atramento libra

sio, cutis ruborem peculiariter inducens, idque potissimum in iis quibus altera pars capitis dolet. 385.a 14
Acopon ex nigra populo, dia ægyros dicitur. ib.
Acoron 281.a 32
Acrides ib.b 1
Acrium uis 278.b 3
Acrochordon 169.b 24
Acroterialmos 254.a 2
Acte 281.b 5
Aculeos educentia medicamenta 290.a 26
Adarce 281.b 5
Adeps animalium 28.a 34
Adeps anserinus 323.a 1
Adeps bubulus ib.4
Adeps caprillus 322.b 15
Adeps galli 323.a 2
Adeps gallinæ ib.
Adeps leoninus ib.3
Adeps suillus 322.b 33
Adeps uiperinus ib.7
Adeps ursinus. ib.5
Adeps uulpinus ib.7
Adeps marium calidior & siccior quam fœminarum ib.9
Adeps uetustate calidior redditur. ib.10
Adiantum 277.b 32
Adustio infantium 3.b 20
Aer optimus qualis 13.a 35
Aer uitiosus ib.b 2
ægilops 280.a 12
ægilops morbus 87.b 4 224.b 3
ægilopis curatio ib.9 & 224.a 33
ægirinum 387.a 25
ægyptia artaba 395.b 25
ægyptium lutum 289.a 31
ægyptia stomatica 357.a 12
ægiros 280.a 16
æma ib.33.
æquinoctium autumnale 33.a 24
æquinoctiũ uernum ib.6
æra.i.lolium 280.b 24
æris flos 328.b 11
ærugo 297.a 6
æruginis coctio 376.a 11
æstate quæ uictus ratio utilis sit 15.a 11
æs combustum 328.b 7
æthale 280.a 27.307.a 28
æthiopis 280.a 29
aetonychon 280.a 6.308.a 26
ædœon 280.a 22
æris cremati coctio 375.b 10
Agallochum 279.a 20
Agapeti compositio ad podagram 348.b 2
Agaricum 279.a 27
Agarici nigri remedia 215.a 30
Ageraton 279.a 33
Ageratus 307.b 34
Agglutinamenta 358.b 17 & 359.b 7
Agglutinaméta oculorum g defluxionibus infestãt 364.b 25
Agnus 279.a 26
Agninus sanguis 280.b 14
Agrioscorodon 321.b 29
Agrostis, gramen 279.b 8
Aizoõ maius, & minus 280.a 2
Alabastrites 308.a 6
Alæ adustio qũo administranda.

Alana gleba 289.b 2
Alauda 393.b29
alua dia rhodon 362.b 23
albugines oculorum curãtia 90.a 24
alcæa 281.b28
alcibiadios Anchusa 279.b21
alcyonium 281.b32
alcionium Milesium ib.34
Alexandri Cyphoides 346.a 10
alexandri purgatio ex rhodo melite confecta 333.b 27
alga 328.a 20
alica 23.b 18
alimentorum facultates 23.a 20
alimon 281.b 23
aliptæ 128.a 35
allium 25.a 25
allium syluestre 321.b30
alme 282.a 6
aloe ib. 13
aloes coctio 377.a 34
aloe stomacho conducit 330.b 23
alopes 282.b 5
alopecia unde dicta 62.b 18
alopeciæ remedia 63.a 3
alos achne 282.a 23
alos authos ib. 19
alphi unde generentur 166 a 33
alphi duplices albi & nigri ibid.34
alphorum curatio ib.34
alphos nigros tollentia ib.
alphos albos exterentia 167.a 5
als, id est, sal 281.b 11
alsine 282.a 27
altercum 326.b 35
alterci signa 210.b 19
alterci remedia ib.20
althæa 281.b 17
alumen 323.b 4
aluminis coctio 376.a 22
alumen astragaliotes 323.b 7
alumen rotundum ib.6
alumen scissile ib.
alumen placites ib.8
alumen plinthites ib.
alui citæ curatio 60.b 11
alui cruentæ curatio ib.31
alui deiectiones quid præsagiant 61.a 6
aluus optima 43.b 25
aluus pessima 44.a 9
aluum sanis subducentia 11.a30
alypon 282.a 32.332.b 9
alysson ib.35
amantium notæ 79.a 23
amantium curatio 79.a 33
amores 79.b 20
amaracus 282.b 11
amaracinum 388.b 14
amaranthus 282.b 13
amarorum uis 278.b 8
amaurosis 92.b 20
ambrosia 282.b 18.188.a 5
ambylopia 92 b 20
ambrosia, ad febreis arcendas apta 382.a 31
ambustorum igni curatio 168.a 35
ami 282.b 23
amianthis lapis ib. 16
amazonũ pastillus 250.a 33
amithaõis emplastrũ 469.a 15

Ammanitæ fungi 25.b 7
Ammos 282.b 32
Ammonii hygidion collyriũ 361.a 22
Ammoniacum suffimen 283.a 1
Ammoniacũ thymiama ib.
Ammoniaci coctio 377.a 11
Ammoniaci gutta ib.
Amomum 283.b 14
Ampeloprason. 25.a.30. 283.a 10
Ampelos agria ib. 16
Ampelos hemeros ib. 21
Ampelos leuce ib. 25
Ampelos melæna 283.a 32
Amphisbenæ morsus notæ & remedia 204.a 34
Amphora Italica 395.b 12
Amurca 283.a 6
Amygdala 27.a 22
Amygdala amara. ib. 28 & 283.b 1
Amygdala dulcia. 283.b 4
Amygdalinum 387.a 25
Amygdalinum quod & metopion dicitur ib. 31
Amylum 25.b 27
Amylon 283.b 6
Anabrochismus 221.a 23
Anacolemata 359.b 7
Anagallis 283.b 1
Anagyris ib. 22
Anaphorici 104.b 10
Anarrhinon 284.a 27
Anasarca hydrops 128.b 31
Anas 28.b 9
Anatis sanguis 280.b 21
Auchilops quid 87.b 5
Anchilopis curatio. ib. 8
Anchusæ quatuor 279.b 13
Anchusa sine nomine 279.b 24
Ancyle 193.b 31
Anacylosis ib. 34
Ancylion 226.b 2
ancyloglosson ib. 3
ancylotomon 227.a 4
andrachne 283.b 25
andronius pastillus 351.a 19
androsæmon 283.b 33
anemone 283.b 6
anethum 284.a 11
anethum uiride ib. 16
anethum ustum ib. 14
anethinum 386.a 36
anethine malagma 282.a 23
aneurysma 230.a 35
aneurysmatũ discretio ib. b 8
aneurysmatis curatio. 230.b 18
aneurysmata incurabilia ibid. 16
anginæ signa 93.b 31
anginæ curatio 94.a 2
angiologia 217.b 2
anguis senectus 289.b 29
anicetos ab insuperabili ui appellatum emplastrum, glutinat, discutit, squamas separat, & ad articulos recenti cicatrice contractos, ualet 371.a 31
ani excrescentias curantia 138.a 2
ani fistularum curatio manu administrata 251.b 14
ani inflammationem curantia 137.a 35
ani non perforati curatio.

253.a 16
ani procidentiam curantia 138.b 15
ani ulcerũ remedia 136.b 12
animalium partes 28.a 15
animalia pedestria ib.35
animalia uolatilia 26.b 1
animæ defectum curantia 61.b 14
anisum 283.b 6
anodynon medicamentum, ad abrasa flagris cæsa, & articulorum contusiones 169.a 30
anodinon hygrocollyrium 85.b 31
anonis 284.a 31
anorexia 113.b 2
anorexiam curantia ib.22
anser 27.b 11
anserinus adeps. 323.a 1
anserum oua 27.b 23
anseris sanguis 280.b 21
anthemis 329.a 2
anthera ad scissuras calcaneorum & planipediũ 158.b 17
antheron 254.b 18
anthyllis 284.a 15
antiades 226.b 28
antidotum quid 339.a 16
antidotorum triplex differentia ib.14
antidotum dia hæmaton, hoc est ex sanguinibus. 341.b 4
antidotũ Mithridatis dia scincu ib.a 23
antidotũ Philonis 342.b 1
antiochi hiera 336.a 30
antirrhinon 284.a 26
antylium 382.a 6
aparine 284.a 22
apechema 258.b 2
aphace 286.b 8
aphrodes papauer 310.b 14
aphroditarium 354.a 29
aphronitrum 286.b 11
aphroselenes lapis 308.a 21
aphtæ quõo curentur 3.a 1
apiastrum 310.a 21
apios 284.b 3
apium morsus notæ 201.a 27
apium morsus remedia ib.32
apium 24.b 11
apium montanum 34.a 26
apium palustre 292.b 34
apium syluestre 322.a 25
apochyma 284.b 15
apochymatis coctio 376.b 27
apocynon 284.b 8
apollinaris herba 326.b 35
apollophanis malagma 391.b 28
apomel 358.b 1
apophlegmatismĩ 12.b 22
apophlegmatismus ad cæphalæam 70.a 30
apoplexia quid 79.b 8
apoplexiæ causa ib.21
apoplexiæ signa ib.32
apoplexiæ curatio 80.a 7
aposcepharnismos 258.a 30
aposyrmatũ curatio. 169.a 13
apothrausis 258.a 18
appetitus caninus qũo curandus. 58.b 30
aqua 226.b 25
aqua quæ optima 13.b 17
aqua uitiosa ib.22
aquæ malæ qũo corrigantur

14.27
aquæ aluminosæ quibus utiles 14.b 21
aquæ bituminosæ quibus utiles 14.b 25
aqua marina 296.a 6
aqua nitrosa 326.b 30
aquæ nitrosæ & salsæ, quibus utiles 14 b 17
aquæ sulfurosæ quibus utiles 14.b 23
aqua pluuialis 326.b 31
aqua in quo ferrum restinctũ est 320.b 11
aquarum sponte prouenientium uires 14.b 15
aquæ frigidæ uniuersim epotæ remedium 115.b 15
aquam educentia 333.a 8
aquam educentia quibus conueniant ib.20
aqua inter cutem unde oriatur 128.b 5
aquæ inter cutem curatio 128.b 36
aqua inter cutem laborantiũ uictus 130.a 16
aqua inter cutem qua ratione educatur 236 a 15
aquæ rosatæ quam hidrorosatum dicunt compositio 358.a 15
aquosorum uis 279.b 8
aquosum amicem curantia 134.a 23
arabicus lapis 308.a 5
arachne 284.b 17
araneus ib.
araneæ ictus remedia 201.b 27
arbutus 302.b 19
arceuthos 285.a 1
archigenis hiera 336.b 35
archigenis medicamentum ad uiperarũ morsus 204.a 9
archigenis medicamentum ad erosionem mamillarũ cũ malignitate 111.b 27
archigenis medicamentũ ad carcinode & cacoethe ulcera. 178.a 14
arcion 285.a 5
arction ib.9.288.a 15
areæ unde fiant. 62.b 8
areatum curatio. ib.21
arena 282.b 31
argemon oculi ulcus 89.a 18
argemone 284.b 24
argenti recrementũ 293.a 7
argenti spuma 307.b 5
argẽti spumæ coctio 375.a 32
argenti spumæ remedia 215.a 13
argentum uiuum 326.b 14
argenti uiui notæ & remedia 215.a 22
arida medicamenta 353.a 26
aridorũ medicamentorũ uariæ differentiæ ib.29
arida carnẽ generantia ib.35
arida reprimentia ib.b 7
arida urẽtia & exedẽtia ib.35
arida sanguinem reprimentia ib.b 17
aridorũ quæ ulceribus faciũt species ib.a 31
aridorũ quæ cuti admouentur genera ib.b 20
arida quæ capiti admouentur ib.27

aridum cephalicum, capiti conueniens ib.32.36
aridum ad crustam in canis rabidi morsu excitandam 200.a 31
aridum dia crocu 360.a 29
aridum collyrium Galeni, qđ oculos tuetur ib.11
arietum testiculi 28.a 23
ariobarzanios 368.a 8
arisarum 284 b.26
aristolochia ib.28
aristolochia clematitis ib.
aristolocha longa ib.34
aristolochia rotunda ib.35
aristophanium emplastrum 369.a 21
armana 312.a 21
armenia fracturis accommodata 371.a 18
armenia mala 27 a 2
armeniacus lapis 385 a 14
308.a 21
armeniacum 285.a 13
arnabo ib.18
arnoglossum ib.24
aron ib.34
arquatus 131.b.24
arquati multæ differentiæ. ibidem.27
arquati cāæ & notæ 132.a 12
arquati curatio 132.a 22
arsenicum 285.b 2
artaba ægyptia 395.b 25
artemisiæ 285.b 7
arteriace ad abscissum uocis sonum & eius claritatem faciens 104.b 20
arteriace, hypoglossis appellata ad abscisionem uocis, raucitatem, & ægre reiicientes. ib.7
arteriæ Per quas pulsus fit 37.a 34
arterias diuidendi ratio. 217.a 18
arteriotomia ib.19
arteriacon 102.a 30
arthricis quid 152.a 23
articularii morbi ib.
articularii morbi unde procreentur ib.1
articularios morbos præcedentia 152.b 4
articularium morboꝝ curatio 153.a 1. 153.b 35
articulariis morbis, laborātiū uictus 153.b 24. 156.a 35
articuloꝝ cōtractio seu ligatio qūo curetur 193.b 31
articuli relaxati qūo curentur 194.a 25
articuloꝝ ulcera qūo curentur 190.a 6
articuloꝝ cōtusoꝝ curatio 179.a 16
articulorum luxatorum curatio ib.17
artos 285.b 11
arundines extrahentia medicamenta 190.a 6
asarum 285.b 12
asbole ib.18
ascalabotes ib.24
ascarides lumbrici 196.b 33
ascarides lūbrici unde nascātur 197.b 1
ascarides lumbrici quomodo curentur. ib.3

ascyrrhon 285.b 34 &c 283.b 35
ascyrrhoides ib.36
ascites hydrops 128.b 21
asclepias 285.b 24
asclepion panaces 315.b 2
asclepios smegma aridum 351.a 11
aselli quid 274.a 35
asiæ petræ flos 307.b 36
aspalathus 285.b 35
asparagus 286.a 4
asparagus myacanthinus 286.a 5
asparagus petræus ib.
asparagi 24.b 29
asparagi a spinosis stirpibus ibidem 39
asphaltus 286.a 29
asphodelus ib.32
aspidis exuuium 289.b 31
aspidum tria genera 205.b 15
aspis chersæa ib.14
aspis chelidonia ib.15
aspis.ptyas omnium pessima 205.b 15
aspidis morsus notæ ib.22
asplenon 286.a 9
astaphis ib.13
astaphis domestica ib.15
astaphis syluestris ib.16
aster atticus ib.18
aster magni 362.a 27
aster pastillus 349.a 35
asthmatici 105.a 20
astragalus 286.a 24
astringentium uis 278.a 35
aractos compositio ad podagram 348.b 10
athanasia dolorem leniens 349.b 9
athena, ad ulcera sordida, impacta neruorum uulnera 269.b 21
atheromatis curatio 181.b 11 230.a 9
athera 280.a 8
atra bilis duobus modis generatur 161.a 8
atractylis 286.a 36
atracton 256.a 10
atramentum indicũ 309.b 19
atramentum scriptorium ibidem.28
atramentum sutoriũ 328.a 34
atramentum sutorium coctio 375.b 29
atriplex 286.b 3
atrophia oculi 91.b 13
atrophiam oculi curantia. ibidem 20
artagena 27.b 5
attenuantia alimenta 23.a 27
auditorii meatus non perforati curatio 224.b 16
auditus grauis quõ corrigatur 8.b 17
auditum grauem curantia 95.b 23
auellane nuces 299.b 8
auena 25.b 34
aures humentes curantia 3.b 14
aures animalium 28.a 26
aurium curta quomodo sarciantur 225.b 34
auribus incidentia quomodo extrahantur 225.a 1
aurium foramina compressa quomodo curentur 96.a 10

aurium dolores quõ curentur 93.b 7
auribus conuenientia medicamenta 94.b 3
aurium uermes curantia 95.a 15
aurium sonitus curantia 95.b 1
aurium sordeculæ 319.a 35
auricula muris 282.a 27 & 311.b 28
auripigmenti notæ 214.b 32
auripigmenti remedia ib.34
auripigmentum 285.b 2
auripigmenti coctio 376.a 1
autumno quæ uictus ratio cõueniat 15.a 15
axillarum fœdum odorẽ tollentia 112.a 19
azanitæ acopon 383.b 2

B

Bacce prunorum syluestrium 302.b 2
Baccharis 287.a 7
Baion 380.b 7
Balaninon 387.b 10
Balanus myrepsica 286.b 34
Balaustium 287.a 12
Balenæ 30.a 8
Ballote 287.a 22
Balneum calidum 14.b 4
Balsamum 287.a 17
Barbara, emplastrum quod cruentis protinus uulneribus iniicitur, & fracturarum callos firmat 370.a 14
Barbaricum dia euphorbiu, ad coxendicum dolores & alia pleraq;. 384.a 5
Barbæ alopeciis efficax medicamentum 88.b 8
Basilisci morsus remedia ibidem 14
Basilicum tetrapharmacum 365.b 16
Basilii acopon. 383.b 6
Bassi hygra ad hypopios 90.a 11
Batina mora 356.b 14
Batrachos 287.b 8
Batrachion ib. 1
Batrachus quid 100.b 9
Batus 287.a 27
Bdellium ib.b 13
Bdellii coctio 337.b 5
Edellium & Scythicum 287.b 14
Bdellium Arabicum ib.
Bechium 287.b 18
Bechicum ib.
Bechicon, ad tussim 104.b 33 & 343.b 20
Belulcos 236.b 14
Besasa 357.a 15
Beta 324.b 36
Betonica 287.b 17
Bilem purgantia quibus conueniant 330.b 14
Bilem uacuantia 331.a 9
Bilis atra duobus modis generatur 161.a 17
Bilem atram educentia 332.a 31
Bilem atram purgantia quibus conueniant ib.33
Bilem flauam purgantia 330.b 15
Bilis uomitum curantia 59.b 27
Bitumen 286.a 30

Bithynus pastillus 351.b.20
Bituminis coctio 376.b.34
Blatta quæ in pistrinis inueni tur 321.a 1
Blepharoxiston 78.a 8
Blitum 287b 33
Boleti 25.b 6
Bolus 289.b 21
Botanicon emplastrum 366.a 17
Bottyon ulcus oculi 89.a 16
Botrys 288.a 4
Bouis femur 314.b 34
Bouillum lac 28.b.21
Brassica canina 284.b 9
Brachialis luxatio quõ cure tur 273.a 34
Brachii fracti curatio 265.a 12
Bractea plumbi 311.a 25
Brassica 304.a 31
Brassica ægyptia ib.b 1
Brassica esculenta ib.a 32
Brassica marina ib.b 5
Brassica syluestris ib.3
Brathy 288.a 4
Britanica ib.36
Bromion acopon 383.a 22
Bromus 288.b 32
Bronchos quid 102.b 29 & 231.a 7
Bronchocele ib.4
Btyon thalassion 288.b.8
Bryonia 283.a 27.ib 34 & 288.b 17
Bubonocele 133.b 16
Bubonoceles curatio p ustio nem 246.a 16
Bubonium 288.a 15
Bubonum curatio 175.a 9
Bubulus adeps 323.a 4
Bubula caro 28.a 10
Bubulus sanguis ib.36
Bubulus talus ustus 315.b 30
Buccina 29.b 16 & 301.a 5
Bucellatus purgans 314.b 30
Buglossum 288.a 9
Bulbus 287.b 36
Bulbus agrestis 112.a 31
Bulbus esculentus 288.a 1
Bulbus qui uomitum cit ibidem 2
Bulimos 58.b 13
Bulimon curantia ib.15
Bunium 288.a 15
Buphthalmon ib.27
Bupreſtis ib.18
Bupreſtis notæ 209.b 1
Bupreſtis remedia ib.15
Butyrum 288.a 21

C

Acalia 298.a 10
Cachexia 129.a 21
Cachexiæ curatio ibidem.29
Cactus arbor 322.a 13
Cadmia 298.a 12
Cadmia botriitis ib.13
Cadmia concremata ib.15
Cadmia placitis ib.14
Cadmiæ coctio 376.a 25
Cæcitudinis nocturnæ cura tio 91.b 33
Cæsorum flagris curatio 168.b 35
Calamintha 298.a 27
Calamus ib.35
Calamus odoratus ib.b 1

Calamus

Calamus phragmites ib.4
Calamagrostis ib.a 22
Calidum in primo gradu 278.a 21
Calidum in secundo gradu. ibidem 30
Calidum in tertio gradu ibidem 31
Calidum in quarto abscessu ibidem 35
Calcaneorum scissuras curantia 158.b 16
Calcanei attritus ex longo decubitu, curantia ib.15
Calx uiua 325.b 5
Calx restincta ib.
Calcis potæ signa 214.a 32
Calcis potæ remedia ib.20
Calcis os luxatum quõ curetur 277.a 26
Calculorum in renibus notæ 121.b 7.23
Calculorum materia 121.b 29
Calculorum causæ ib.31
Calculorum in renibus curatio ib.33
Calculi ne creentur 122.a 32
Calculorum curatio 305.a 17
Calculorum in uesica notæ ibidem 22
Calculi puerorum usque ad annum decimumquartum facile curantur ib.26
Calculi in senibus difficile curantur ib.28
Calculi maiores facilius curãtur, minores difficilius ibidem 30
Calculorum remedia 346.b 15.23.347.a 4.10
Calliblephara smegmata 88.a 21
Callus quid 250.a 34
Callos tollentia 159.a 21
Callus qui membrum distortum firmauit quõ curetur 186.a 22
Calli immodici fracturis obducti quomodo curentur 169.b 4
Callus si fracturæ non obducatur quid faciendum 269.b 30
Caluariæ fractæ cura 259.a 26
Caluitium unde fiat 62.b 16
Caluitii curatio ib.21.63.b 9
Campæ 298.b 9
Camarosis 258.a 29
Cancri 299.a 19
Cancer fluuiatilis ib.25
Cancrorum fluuiatilium cinis ibidem 20
Cancrorum marinorum cinis ibidem 23
Cancer quid 235.b 3
Cancer latens ib.6
Cancri curatio per manũ adhibita. ib.19
Cancer in qualibet corporis parte oriri solet, sed præcipue in mulierum mammis 177.b 4
Cancri curatio ib.16
Cancrorum uuluæ notæ 144.a 6
Cancros uuluæ lenientia ibidem 22

Cancanus 298.a 3
Cancanum ib.6
Canis rabidi signa 199.b 8
Canes rabiunt plerunque in æstu uehementiore ib.6
Canis qui momordit rabiosus sit annon, qua ratiõe cognoscas 200.a 8
Canis rabiosi morsuum remedia ib.22
Canis non rabiosi morsus remedia ib.14
Caninus appetitus quõ curandus 58.b 23
Cannabis 298.b 20
Canopus 334.b 7
Canopon 298.b 25
Cantharides 298.b 13
Cantharidis notæ 209.a 1
Cantharidis remedia ib.19
Caper syluaticus 282 b 19
Caprillus adeps 322.b 35
Caprilla caro 28.a 7
Caprillum lac 28.b 20
Caprillus sanguis 28.b 11
Capito piscis 29.b 4
Capnion 298.b 26
Capnistos pastillus 105.a 10
Capnos 298.b 27
Capparis ib.34
Capita 300.b 11
Capita menarum salsarum ibidem 12
Caput lacertæ ib.18
Caput milui ib.16
Caput muris ib.
Caput smaridis ib.14
Capitis formatio 18.a 24
Capitis morbos quæ signa præcedant 32.a 1
Capitis morborum signa ubi apparuerint quid faciendum ibidem 5
Capitis morborum signis neglectis qui morbi sequantur ibidem.15
Capitis doloris in febribus curatio 55.b 3
Capitis fractura 258.a 22
Capitis fracturarum curatio 259.a 6
Capitis uasa latentia quõ diuidantur 217.b 1
Capitis uasa latentia adurendi modus ib.25
Capitis dolor unde oriatur 67.a 17
Capitis dolor ex solis æstu cõtractus quibus notis dignoscatur ib.32
Capitis dolor ex æstu solis cõtractus quõ curetur ib.36
Capitis dolorem ex frigida intemperie notantia ib.b 21
Capitis dolorẽ ex frigida intemperie curantia ib.26
Capitis dolorem ex bilioso humore quõ curemus 68.a 5
Caput consortii lege i ndolescens quomodo curetur ibidem.19
Capitis dolor ex uino quõ curetur 68.a 3
Capitis dolor ex ictu quõ curetur ib.16
Caput adurendi modus 216.a 13
Caput per os purgãtia 12.b 22
Caput per nares purgantia

ibidem 23
Caprifici ficus 323.b 19.27
Carbunculus 171.a 26
Carbũculorũ curatio 176.b 10
Carbunculus oculi 91.a 10
Carbũculi oculorum curatio ib.13
Carcinoma oculi ib.1
Cardamum 151.a 31
Cardamine 321.a 23
Cardamomum 299.a 11
Cardamum syluestre 181.a2
Cardiogmos 74.a 35
Carduus 321.b 17
Carice 26.b 12
Caries lignorum 319.b 19
Caris 299 a 16
Caros ib.27
Cari radix 25.a 17
Caros unde fiat 72.b 4
Carosa lethargo differt ib.5
Carnes optimæ q̃ 28.a 12
Carnis ꝯtusæ curatio 179.a35
Caro cucumeris esculenti 320.b 19
Caro bubula 28.a 10
Caro caprilla ib.7
Caro ceruina ib.11
Caro hircina ib.9
Caro leporina ib.11
Caro ouilla ib.11
Caro suilla ib.1
Caro thynni salsi 324.a 6
Caro ulceribus supercrescẽs qua ratione exedatur 184.b 1
Carpesiæ liquoris signa 111.b 10
Carpesiæ liquoris remedia ibidem 13
Carpesium 399.a 3
Carya ib.35
Caryinum 387.b 13
Caryophyllon 299.b 11
Casamum 399.b 30
Caseus 326.a 28
Caseus laudatior q̃lis ib.34
Caseus oxygalactinus 182.b 16 & 31
Caseosum lactis 288.b 22
Cassamum 299.b 18
Cassia ib.21
Castaneæ 27.a 35
Castorium 299.b 26
Catagmatica emplastra 363.a 13
Catagmatice, ꝙ est fracturis idoneum emplastrum, Oribasii. 374.b35
Catagmatice ad fracturas cũ uulnere, citraq; id factas Heracleti 375.a 6
Catalepsis 73.b 23
Cataplasmata 353.a 29
Cataphora 31.b 8
Catophoræ curatio 65.a 23
Cataplasma quod oras uulneris latas in rabidi canis morsu seruat. 200.b 3
Cataplasma ad sacrũ ignem, herpetas, abscessus parotidas & ambusta 174.b 23
Catapotia ex xylomacere, dysentericis utilia 348.a 8
Catapotia q̃ cõstant lapide arsenico, arthriticis potissimũ exhibenda 334.b33
Catapotia ad destillationem in fauces tussim 104.a 10

Catapotia ad ueterem tussim ibidem 25
Catapotia Dosithei ad iecur inscripta 346.b 1
Catarrhus quid. 101.b 26
Catarrhi curatio 103.a 21
Catheter 240.a 10
Catheterismus ib. 16
Catoche 73.a 33
Catochos 71.a 11
Catochi causa ib. 7
Catochi notæ 73.a 27
Catochi curatio ib. 27
Catochi siue catochomeni unde dicti sint 73.b 21
Caucalis 300.a 1
Causos febria 49.a 8
Cecis ib. 21
Cedræa 300.a 13
Cedrus ib. 10
Cedrus arbor ib. 11
Cedrus frutex ib.
Cedrinus liquor ib. 13
Cenchros ib. 5
Cenchri morsus notæ 205.a 34
Cenchri morsus remedia ib. 4
Centaurium 300.a 19
Centaurium maius ib. 4
Centaurium minus ib. 24 & 281.b 14
Centunculus 290.b 14
Cepa 25.a 25
Cepæa 300.b 32
Cephalæam curans apophlegmatismus 80.a 33
Cephalæam curans epithema 79.b 9
Cephalæa 68.b 35
Cephalææ curatio 69.a 19 69.b 15
Cephalicum aridum 353.b 32
Cephalalgia unde oriatur ibidem 19
Ceræ 301.a 1
Ceræ coctio 376 a 11
Ceræ cum oleo in medicamentis quis modus esse debeat 377.b 23
Ceramium italicum 395.a 8
Ceras 300.a 29
Cerasia acida ib. 4
Cerasia aûringentia 26 b 23
Cerasia dulcia ib. 2
Ceratia ib. 9
Ceratum Thaidis faciem rubefaciens 99.a 5
Cerastis morsus signa 205.b 22
Cerastis morsus remedia 206.a 1
Ceratoidis membrana 88.a 31. & 221.b 24
Ceratonia arbor 300.b 9
Ceratum ad erysipelata & ambusta 168.a 21
Cercosis quid 247.a 35
Cercosis curatio ib. b 2
Cerebrum animalium 28.a 29 & 292.a 1
Cerebrum cameli ib. 6
Cerebrum galli ib. 8
Cerebrum leporis ib. 1
Cerebrum mustelæ ib. 3
Cerebrum ouillum ib. 10
Cerebri temperati notæ 18.b 6

Cerebri calidioris notæ ibidem 14
Cerebri frigidioris notæ ibidem 24
Cerebri ficcioris notæ ibidem 29
Cerebri humidioris notæ ibidem 32
Cerebri inflammati notæ 82.a 3
Cerebri inflammati curatio ibidem 8
Cerebri uulnerati notæ 257.a 5
Cerebri membranæ conuulneratæ signa ib.3
Cerebri membranæ inflammatæ curatio 261.a 4
Cerebri membrana nigrescens quomodo curetur. ibidem.23
Cerion 182.a 16
Cerion quid 251.a 24
Cerii curatio ib.25
Cerion capitis unde nascatur & qua ratiõe curetur 67.a 26
Ceruina caro 28.a 11
Ceruicis morbi 83.a 14
Ceruicis tumorum curatio 231.a 6
Cerusa 330.a 10
Cerusæ coctio 301.a 5
Cerussæ signa 214.b 13
Cerussæ remedia ib.19
Ceryces 301.a 5
Cestron 287.b 23
Cetacea 30.a 8
Chalazium quid sit 222.a 28
Chalazion 88.a 9
Chalazii curatio. ib.
Chalazium qua uia curetur ibidem 32
Chalbane 328.a 27
Chalacanthon ib.34
Chalcitis ib.30
Chalcitidis coctio 375.b 22
Chalcos 328.b 5
Chalcu anthos ib. 11
Chamæ pisces 29.b 15
Chamæ acte 281.b6
Chamæcissus 328.b 20
Chamædaphne 291.a 17
Chamædrops 329.a 12
Chamædrys 328.b 16 329.a 13
Chamælæa 329.a 21
Chamæleon 328.b 28
Chamæleontis albi radix ib.33
Chamæleontis nigri radix ibidem 29
Chamæleontis notæ 200.a 7
Chamæleontis remedia ibidem 12
Chamæleuce 328.b 5
Chamæmelon 329.a 1
Chamæmelinon 386.a 31
Chamæpitys 329.a 5
Chamæraphanos 333.a4
Chamæsyce 329.a 15
Characias 325.a 36
Chelidonium 329.a 24
Chelidonium minus ib.29
Chelidon ib.33
Chemosis quid 86.b 11
Chemosis quomodo curetur ibidem 16
Cheradicum medicamentum ad strumas 181.a 17
Cheradicum exedens

ibidem.16
Chezanance 337.a 27
Chiacum collyrium 359.b 22
Chimethla 158.a 12
Chironium panaces 314.b 2
Chironia ulcera 187.a 7
Chirurgicæ duæ sunt partes 216.a 8
Chœnix 395.b 26
Chœras 229.b 7
Chole 229.b 1
Cholera 115.a 24
Choleræ signa ib.26
Choleræ curatio ib.29
Chondrus 25.b 13.329.b 23
Chondri coctio 26.b 9
Chondrilla 329.b 20
Chorion 249.b 26
Chrysanthos 293.b 19
Chryse cruentis uulneribus accommodata 374.b30
Chrysitis 329.b 34
Chrysocolla ib.25
Chrysocome ib.33
Chyma parua 395.a 32
Ciborum corruptione laborãtes quõ curãdi 9.b 16
Ciborum repletionis curatio ibidem.a 20
Cibi fastidium 113.b 1
Cibi fastidium curantia ib.22
Cibi fastidiũ in febribus quõ curandum 58.a 5
Ciborum uires 23.b 23
Cicadæ 324.b 31
Cicatrix quõ ulceri inducenda 183.a 3
Cicatrices nigras tollentia 187.b 14
Cicatrices oculorum 90.a 25
Cicatrices oculorum tingentia ib.b 5
Cicatricem inducenda, medicamenta 135.a 22
Cicer 26.a 17.193.b 17
Cicer arietinum ib.22
Cicer crios ib.
Cicer oriobiæum ib.24
Cicer syluestre ib.
Cichorium 361.b 25
Cici ib.a 12
Cicinum 387.a 16
Cicuta 305.b 2
Cicutæ signa 211.a 11
Cicutæ remedia ib.16
Cimex 303.b 10
Cinara 24.b 8
Cinerula 322.b 17
Cinereum quod spodaicon dicitur, ad inflammationes, defluxus & chemosin 360.b 14
Cinis 325.a 7
Cinis acerbarum arborum ib.12
Cinnabaris 301.a 17
Cinnamomum ib.19
Cinnamomis ib.23
Circæa ib.26
Circuncisorum curatio 240.a 17
Chrisocele 244.a 23
Cissampelus 293.a 30
Cissaros 301.b 1
Cissanthemos 305.a 31
Cisseris 301.a 30
Cissinum, ad neruorum uulnera punctus, & maxime diuturna 367.b 3
Cissos 301.7
Cisthos 305.a 31

Ciſtos 301.a 35
Citrium malum 27.a 29
Citrium 301.b 16
Citrinum 381.a 9
Citra grauidarum uitium 1.a 25
Clauicula 262.b30
Clauiculæ luxatæ curatio. 271.a 12
Clauicula ſoli homini a natura data eſt ib.16
Clauiculæ fractæ curatio 263.a 6
Claudiacum dia ſmyrnon 361.a 1
Clauus quid 159.a 28 255.a 4
Clauos curantia ib.21
Clauorum curatio 255.a 7
Clauus oculi 89.b 17
Clematis 301.b 30
Cleonis collyrium 362 b 8
Cleopatræ mors 295.b 19
Clidion Aphrodiſiaſticon 350.a 5
Clidion Cribaſii ad dyſentericos & cœliacos ib.12
Clinopodion 302.b 6
Collyrium dia hydrias, repellens 360.b 1
Clyſteres quibus utiles, & quales eſſe debeant 13.a 30
Cnecum ſiue cnicũ 302.a 9
Cneoron 333.a 22
Cnicum ſylueſtre 386.b 1
Coagulum 286.b 1
Coagulum equi ib.b 6
Coagulum leporis ib.2
Coagulum phocæ ib.7
Coagulati lactis ſigna 214.a 18
Coagulati lactis remedia ibidem.20
Cochlea 304.a 16
Cochleæ 29.b 16
Cochleæ crematæ 304.a 17
Cochleæ non crematæ ib.21
coccos baphicos 302.a 22
coccus gnidius ib.22
coccymelea ib.32
coctio medicaminum quæ emplaſtra ingrediuntur 365.a 1
coctio æris cremati 375.b 10
coctio æruginis 376.a 18
coctio aloes 377.a 35
coctio aluminis 376.a 22
coctio ammoniaci 377.a 11
coctio apochymatis 376.b 25
coctio argenti ſpumæ 375.a 32
coctio atramenti ſutorii 375.b 29
coctio auripigmenti 376.a 8
coctio bdellii 377.b 5
coctio bituminis 376.b 34
coctio cadmiæ 376.a 25
coctio ceræ ib.b 11
coctio ceruſæ ib.a 7
coctio chalcitidis 375.b 22
coctio conchilio⁊ 376.a 33
coſtio diphrygis 375.b 15
coctio floris æris 375.b 26
coctio galbani 377.a 25
coctio herbarum ib.b 19
coctio lachrymæ papaueris ib.a 35
coctio lachrymæ turis ib.b 11
coctio lapidum 376.a 32
coctio mannæ thuris

377.b 11
Coctio minii 376.a 25
Coctio mysios 375.b 33
Coctio myrrhæ 377.b 17
Coctio nitri 376.a 29
Coctio olei ib.b 1
Coctio opopanacis 377.a 21
Coctio picis 376.b 22
Coctio pinguium 376.b 2
Coctio plumbaginis 375 b 5
Coctio plumbi usti 376.a 5
Coctio pompholigis ib.26
Coctio propolis 377.a 6
Coctio pumicis 376.a 33
Coctio radicum 377.b 19
Coctio resinæ 376.b 18
Coctio sagapeni 377.a 29
Coctio salis 376 a.29
Coctio sandarachæ 376.a 2
Coctio seminum 377.b 19
Coctio sori 375.b 15
Coctio squamæ ib.17
Coctio sulphuris 376.a 29
Coctio terræ cuiuslibet ibidem 32
Coctio thapsiæ 377.b 3
Coctio unguentorum 376.b 7
Cœlia 302.a 14
Cæliacus affectus 116.a 3
cœloma ulcus oculi 89.a 17
Coitu immodico læsi quõ curandi. 10.b 14
Coitus commoda 6.b 27
Coitum adiuuantia 10.a 20
Coire nequeuntes quõ iuuentur 10.a 1
Calchicon 212.a 3
Colis glans nudata qua ratione tegatur 239.a 1
Colon quid 119.a 1
Colicus dolor uariis ex causis accidit ib.32
Colici doloris notæ ib.8
Colici doloris curatio 119.a 1
Colicorum notæ 121.b 8
Colla, id est, glutinum 302.b 7
Colletica emplastra 363.a 13
Collyria 158.b 16
Collyriorum aridorum genera ib.18
collyriorum liquidorum materna ib.19
collyrium aridum ad siccam lippiiudinem, quæ xerophthalmia dicitur, sycosin, lepedonas, carnis excrescentias 364.a 33
collyria staltica quid 86.a 30
collyrium cleonis 362.b 8
collyrium chiacum 359.b 22
collyrium Galeni aridum 364.a 11
collyrium Ilambonis 360.b 10
collyrium dia mamira 90.a 3
collyrium liquidum ex caucalide 364.b 5
collyrium liquidum ad sycosin, encanthidas, & excrescentiam carnis ib.10
collyrium ex cornu, dia ceratos dicitur, Galeni 362.a 8
collyrium malabathrinum,

quod & Isotheon dicitur 363.b 17
collyrium ex aloe, dia aloes dictum 362.b 29
collyrium ex decoctis, dia ze maton dicitur 360.a 30
collyrium ex opobalsamo 363.b 3
collyrium ex succo fœnugræci 362.b 3
collyrium ex succo fœniculi. 363.a 28
collyrium quod protinus dolorem sedet, monohemeron dictum, ad incipientem uetustamque lippitudinem 359.b 14
collyrium uino exceptum dia œnu dicitur. 363.b 25
collyrium ex duobus lapidibus ad aspritudinem 364.a 5
collyrium e thure, dia libanu nuncupatur 362.a 14
collyrium ex oleæ turionum succo tenerum, dia thalias uocatur 360.b 24
color non arguit simplicium temperamentum 278.a 28
color malus qua ratione emẽdetur 8.a 21
colobomata 225.b 36
colocyntha 302.b 7
colocynthis ib. 1
colpos 188.a 1
columbinus pullus 27.b 6
columella 100.b 25
colymbades oliuæ 27.a 25
κῶμα 71.a 10
comaros 302.b 19
comitialis morbi causæ 75.a 16
comitialis morbus cui ætatĩ accidat. ib. 30
comitialis morbi notæ ibidem 32
comitialis morbi curatio ibidem 19
commi 302.b 25
compositio dia citriu, quod est ex malo medico, stomacho utilis. 334.a 10
compositio dia coronopodiu stomacho utilis 335.a 5
compositio dia hermodactilu ad podagram 334.b 18
conchulæ indicæ 314.a 2
conchylia 302.a 12
conchyliorum coctio 376.a 33
concoctionis signa nunquã sinistre apparent 35.b 32
conditum calculos confringens 347.a 4
condyloma quid 247.b 9
condylma ani 252.a 35
condylomatis ani curatio 233.a 4
condyloma muliebrium locorum quomodo curetur 247.b 12
coufusiones oculorum qũo curentur 85.a 25
congius 395.b 22
conia 202.b 26
conium 303.b 29
conos ib. 32
constantini Sapo 355.b 17
contensio 83.a 24

Contusorum articulorum curatio 175.17
Contusorum unguium curatio 160.a 24.254.b 19
Conuulsiones unde oriantu 82.b 12
Conuulsionũ curatio ib.21
Conuulsorum curatio 179.b 32
Coniza 302.b 35
Copos 382.b 4
Copros 303.b 5
Copton ad duritiem stomachi & iocinoris 381.b 33
Cor animalium 28.a 33
Coracon ex oximelite ad naturalium uitia, & nomas accommodatum 369.a 30
Corallium 303.b 4
Cordis affectus 110.b 17
Cordis palpitatio quomodo curetur 111.a 16
Cordis temperaturæ notæ 20.a 3
Cordis uulnerati notæ 257.a 11
Coremata 314.b 22
Coria ueterum calceamentorum 291.a 26
corianum seu corium 303.b 18
coriandrum ib.
coriandri notæ 210.b 31
coriandri remedia ib.36
coris animal 303.b 10
coris herba ib.18
cornu 306.a 29
cornu caprillum ib.30
cornu cerui ib.31
cornu hircinum ib.30
cornu taurinum ib.36
cornus 304.a 26
coronopus 303.b 33
corporis habitum calefacientia 8.a 10
corpis tẽperati notæ 17 a 31
corporis intẽpati notæ ib.b 5
corporis calidi notæ 17.b 7
corpis frigidioris notæ ib.12
corporis siccioris notæ ib.18
corporis humidioris notæ ibidem.29
corpis rugosi curatio 7.b 34
corpis liuores arcentia 8.a 4
corporis qđ tabe consumitur curatio 54.b 26
corporis color malus qũo emendetur 8 a 21
corporis suauem odorem facientia 8 a 5
corpora odora, tenuia sunt et calida 278.a 25
corpus extenuantia 16.b 4
corpus tenue implentia ib.
corpora inodora substantiis crassa sunt 278.a 22
coridallus 303.b 28
coridros ib.
coriza quid 102.a 24
costarum fractarum notæ 264.a 11
costur 304.a 1
cotus Naxiæ detrimentum 308.a 15
cotis oleariæ detrimentum ibidem 16
cotonea mala 27.a 8 & 310.b 24
cotiledon 304.a 11
coxa luxata 274.b 29
coxæ interiorem partem p-

lapsæ signa 275.a 8
coxæ in exteriora prolapsæ signa ib.12
coxæ in prioré partem promotæ signa ib.16
coxæ in posteriora prolapse signa ib.21
coxæ luxatæ curatio ib.25
coxarum fracturæ signa 204.a 14
coxarum fracturæ curatio ib.17
coxarum morbi quō curentur. 150.b 2
coxendices adurendi modus 250.a 12
coxendix morbus quō curetur. 150.b 2
crambe 304.a 31
crania.i.cornus ib.26
cratægonos ib.b 7
cremasteres 242.a 17
creta sutoria 309.b 25
crethmon 304.b 10
crimnon ib.19
crimnon poltarion ib.22
crimnon p oltos ib.
crinon ib.24
crinaton suffimen 389.b 28
crines 326.a 3
criogenes pastillus 352.b 4
crithe 304.b 13
crithe tuberculum 88.b 13
crithes curatio ib.15
criticon, medicamentum ad stigmata 167.a 32
critonis smegma peponatū 355.a 33
crocus 305.a 1
crocinū dia rhodō 362.b 2
crocinum in quo & alterius crocomagmatis cōfectura explicatur 388.b 32
crocodilion 304.b 32
crocodilus terrestris 321.b 3
crocodili morsus remedia 206.b 18
crocodes hoc est croceus pastillus 349.b 13
crocodes pessus 390.b 28
crocomagmatis præparatio 350.b 35
crommion 305.a 4
cruentum sputum unde fiat 106.b 2
cruenti sputi curatio 107.a 20
cruris reponēdi rō 268.b 15
cubiti gibber 272.b 22
cubiti gibber luxatus quō curetur ib.34
cubiti fracti curatio 266.b 21
cucumer 26.a 35
cucumis 320.b 17
cucumis siluestris ib.24
cucurbita 26.b 30
cucurbita syluestris 302.b 15
cucurbitulaꝝ usus 233.b 3
cucurbitula leuis quid efficiat ibidem 4
cucurbitula cum scarificatione quid præstet ib.9
cucurbitulā admouendi modus ibi per totū cap.
culices persequentia fugientiaq; 198.a 25
cuminum 305.a 3
cunila 302.b 35
cupressus 305.b 6
cura quid sit 79.a 21
curei malagma 381.a 13

curta in auribus quõ sarciantur 225.b 34
curta in labris qua ratione sarciantur ib.
cutis astricta 6.b 3
cutis astrictæ curatio ib. 12
cyamos 305.a 11
cyanos ib. 18
cyathiscus 221.a 3
cyathus 395.a 32
cyclaminus 305.a 22
cycliscus 259.a 25
cydonatum contusum fragmentis saluis 344.b 22
cygnarium 359.b 28
cygnus rubens ib. 33
cygnus albus 360.a 2
cyminum 305.a 34
cynicus spasmus 81.b 14
cynocrambe 284.b 9
cynosbatos 305.b 1
cynomoron 284.b 10
cynosorchis 314.b 1
cyparissus 305.b 6
cynanche 101.b 31
cyperus 305.a 12
cyphi 389.b 9
cyphis materia ib. 10
ciphis usus ib. 11
ciphi magnum, quod uocant solare, ex rebus triginta sex confectum ib. 29
ciphi quod rebus uigintiocto constat, lunare appellatum 390.a 16
ciphi lunare ib. 17
ciphi solare 389.b 35
ciphoides ad iecorosos & pectoris uitia 346.a 1
ciphoides Alexandri ib. 16
ciphoñs 273.b 17
ciparissias 325.b 2
ciprinum 388.a 25.b 3
cipros 305.b 19
cirenaicus liquor 314.a 28
citinus mali punici flos 319.a 14
citisus. 305.b 26

D

Dades 290.b 17
Damasonium ib. 35
Damascena pruna 27.a 25. & 290.b 33
Daphne arbor 291.a 7
Daphne herba ib. 13
Daphnoides ib. 16. 301.b 31
Darti quid 242 a 27
Daucus 391.a 2
Daucus syluestris ib. 4
Dauci radix 25.a 17
Decamiron 380.a 27
Decretoria signa in morbo tũ initio praua sunt 35.a 34
Deiectiones quid præsagiant 43.b 32
Deiectiones optimæ ib. 23
Deiectiones pessimæ ib. 44.a 9
Delirium 70.b 20
Delphini 30.a 8
Dentes quo tempore oriantur. 3.a 9
Dentes qua ratione ab iniuria asserantur 8.b 6
Dentes qua ratione eximantur 226.a 20
Dens excrescens quomodo curetur ib. 31
Dens confractus quomodo curetur ib.

Dentes attritos curantia 100.a 20
Dentium candorem facietia ibidem. 13
Dentium stuporem tollentia ibidem 19
Dentium dolorem sedantia 99.a 12.b 13.
Dentium inflammationem curantia 99.a 26
Denteis mobileis stabilientia 99.b 8
Dentifricium 100.a 4
Derma 291.a 18
Destillatio quid 102.b 26
Destillationis curatio 103.a 22
Destillationis notæ ib. 10
Deuterion 249.b 26
Dia ægiros acopon 384.b 2
Dia æron, emplastrum 371.b 11
Dia alicacabu pastill' 352.a 25
Dia aloes medicamenrum 354.a 5
Dia aloes collirium 362.b 30
Dia althæas emplastrum 367.a 29
Dia anacardion Theodoretus 345.b 19
Dia anemones emplastrum 373.a 1
Dia anchuses emplastrum 368.b 23
Dia apyranu 366.b 28
Dia asphodelu emplastrum 366.a 2
Dia bacanu medicamentum hepati accommodatum 346.a 18
Dia batinon moron 356.b 14
Dia besasa, ex ruta syluestri 357.a 15
Dia cadmias emplastrum cicatricem inducens 368.b 8
Dia carion, quod est ex nucibus simplex 356.b 18
Dia carion compositum ibidem 22
Dia cariophillu 379.a 28
Dia castoriu pastillus ad ulcera, nomas & defluxioues 351.b 26
Dia caucalidos collirium 464.b 6
Dia cedrias emplastrum 372.b 12.17
Dia ceratos collirium 362.a 9
Dia ceratos elap hiu colliriũ ibidem.
Dia chartiu pastillus 351.a 31
Dia chartu, hoc est, charta medicamentum, ad nomas oris potissimum & naturaliũ ulcera 354.b 23
Dia chilon emplastrum 365.b 35
Dia cinnabareos emplastrũ, quod Pamplethes dicitur 373.b 18
Dia citriu 334.a 10
Dia citriu, hoc est, ex malo medico tarde concoquentibus efficax. 345.a 17
Dia codion, id est, ex papaueris capitibus & sapa.

342.b 32
dia codion, compositum 343.a 6
dia coralliu 348.a 12
dia coralliu pastillus 349.b 25
dia coronopodiu 335.a5
dia crocu aridum 364.a 29
dia dictamnu emplastrum glutinans, ad canum morsus, & omnigena ulcera 369.b 30
dia dion pipereon 342.b 16
dia dracontiu emplastrum 368 a 15
dia elates acopon 384.a 22 & 33
dia electru pastillus 349.b 30
dia erigerontos emplastrum 367.b 24
dia euphorbiu acopon 384.5
dia gigarton, malagma 382.a 13
dia gleucous 357.a 7
dia gyreos emplastrum 366.a 12
dia hæmaton antidotum 341.b 4
dia halon emplastrum 373.b 5
dia helcismatos emplastrum 367.a 22
dia hermodactilu 334.b 18
dia iteon emplastrũ 370 a 21
dia leptocarion emplastrum 174.a 2
dia libanu 354.a 25
dia libanu collirium 362.a 14
dia lithospermu, ex lithosper mo medicamentũ 347.a 32
dia lotarion pastillus.i. ex loto syluestri, ad sedis naturalium uitia 352.a 27
dia liciu hepatos, hoc est, ex iecore lupino medicamentum 345.b 9
dia mamira collirium 90.a 34
dia meliloton malagma 178.b 3
dia melitos emplastrum 365.b 27
dia metallicon, emplastrum 371.a 13
dia moron simplex 356.b3
dia moron, compositum ibidem 7.
dia nitru ad abscessus, scirros & tumores 373.a 33
dia nitru emplastrum, ad carbunculos 372.b 32
dia ochras emplastrum 372.b 3
dia œnanthes malagma 382.a 1
dia œnu, hoc est, ex uino collirium 373.b 25.33
dia omphacos 379.a 21
dia opobalsamu collirium 363.b 3
dia orobon 343.a 32
dia ostreon 354.a 21
dia oximelitos emplastrum 369.a 30
dia oximirsines, qđ est e mirto siluestri medicamentum 354.b 32
dia phellõ pastillus 351.b 12.
dia phisalidõ pastill' 350.b 17
dia prasiu, hoc est, ex marru-

bio cōpoſitum 343.a 23
dia praſiu ſimplex ib. 16
dia pterneſēplaſtrū, hoc ē ex pna, tophos ſoluit 373.b 11
dia rhodon, hoc eſt, ex roſis, quæ ſeptuagintaduasuncias pendunt 362.b 13
dia rhodon album ib 23
dia rhodon crocinum ib.35
dia rhodon nili 363.a 5
dia rhodō paſtillus 349.b 20
dia ſampſichu malagma 381.a 24
dia ſcincu 341.a 24
dia ſcorodon emplaſtrum 366.b 20
dia ſmirnon ad rhiadas & æ- gilopas. 361.a 7
dia ſmirnō, Claudiacum ib. 1
dia ſpermaton malagma 381.b 10
dia ſpermaton paſtillus 349.b 9
dia ſphecles, hoc eſt, ex fæce uini combuſta, manethonis 354.a 9
dia ſtactes emplaſtrū 373.a 25
dia ſtruthiu emplaſtrum 366.b 4
dia ſtiracos, bechicon hoc eſt tuſſi efficax 343.b 20
dia thecolithu.i.ex lapide Iu- daico medicamētū 347.b 8
dia teſſaron medicamentum 151.b 18
dia tettigon.i.ex cicadis, me- dicamentū nephriticum 347 a 17
dia thalias colliriū 360.b 24 & 32
dia thapſias medicamentum ad omnes inueteratos affec- tus 63.a 33
dia thapſias paſtillus 353.a 9
dia tragematon.i.ex bellariis medicamentum nephriticū ueſicæ & renum exulcera- tioni idoneum 347.b 26
dia trion pipereon, ex tripli- ci pipere. 3344.b 33
dia trion pipereon Oribaſii 345.a 2.14
dia turpænes ceratum ad po dagram, dolorē leniens mi- rabiliter 374.a 9
dia zematon collirium 360.a 30
diabetes quid 124.b 27
diabetis origo ib.31
diabetis curatio ib.34
diabroſis 106.b 19
diamotoſis 260.a 14
diapedeſis 179.a 3
diaphanes 22.b 8
dichromon emplaſtrum, à duplici colore ſic appella- tum 372.b 25
dictamnon 291.a 31
dies decretorii 35.a 9
dies ſpeculatorii ib.b 3
digiti adnati ſunt duplices 234.a 35
digiti adnati præciſio quo- modo fieri debeat ib.b 9
digitorum luxatio qūo cure- tur 273.a 34
digitorum pedis luxatio qūo curetur. 277.a 31
digitorum rimas curantia

158.b 6
Digitorum ossa fracta quo cu rentur 267.a 4
Digitus sextus 254.a 36
Dionisia,ad abscessus mirabilis,item ad mammas & inguina, epispastice quæ per latentes meatus discutit 171.b 21
Dionisias 283.a 35. 291.a 34.
Dioclis epistola ad ualetudinem tuendam 31.b 20
Dioptrismos 143.b 22
Diosporon 308.a 25
Diospolites 345.a 13
Diphriges 291.a 35
Diphrigis coctio 375.b 15
Dipsacen 124.b 30
Dipsacos 391.b 3
Dipsadis morsus notæ 204.b 29
Dipsadis morsus remedia 205.a 12
Dipsas unde dictus 205 b 34
Distichia 220.b 11
Distichiasis 218.b 28
Dodecatheon medicamentū 343.b 1
Dolichon 26.a 25
Dolores unde oriantur 54.a 2
Dolor pulsatilis ib. 6
Dolor pertundens ib. 7
Dolor tensiuus ib. 14
Doloris causæ & curationes ibidem 24
Doloris capitis in febribus curatio 55.b 3
Dolores oculorum unde fiant 84.b 30
Dolores oculorum quomodo curentur ib. 36
Doracia 27.a 1
Dorias 294.b 24
Doricniou 291.b 8
dosithei catapotia ad iecur inscripta 346.b 1
dothien 175.b 28
dothiene emplastrum 366 a 33
drachma 395.a 22
dracuntium 291.b 19
dracunculus ib.
dracunculi 197.a 32
dracunculorū curatio ib.b.4
draconis marini ictus remedia 206.a 25
dropax duplicem recipit præparationem, materiam acopis & emplastris confinem 382.b 20
dropax Gallus Oribasii 384.b 16
dropax simplex ib. 27
druppæ oliuæ 27 a 14
driopteris 291.b 2
dris ib. 23
driinus, pessimus serpens 204.b 1
driini morsuum signa ib. 11
driini morsuum remedia ibidem 16
dulcis radicula 290.a 26
dulcium uis 278.b 12
dulcium & utilium potionū differentiæ 357.a 27
duplici pipere constans medicamentum 342.b 16
disenteria 117.b 24

disenteriæ

Dysenteriæ curatio ib.b 14
Dysodes acopon 383.b 27
Dysodes malagma 381.b 18

Ebenus 291.b 31
Ebiscus 281.b 18
Ebrietatis curatio 9.b 7
Ebulus 281.b 6
Ecchymomatis species 179.b 9
Ecchymoma ib.a 27
Eccope 255.a 33
Echidna 294.b 7
Echinus herba ib. 13
Echinus ib. 15
Echion ib. 23
Eclegma ex marrubio, simplex, tabidis maxime accōmodatum 343.a 16
Ecpiesma 258.a 28
Ecpiesmos oculi 93.a 9
Ectropii curatio manu administrata 220.b 30
Ectropion 87.a 33
Ectropii curatio 87.a 34
educatio pueri 2.b 5
Elæa 292.a 12
Elæon ib. 24
Elæomeli ib.b 4
Elaphoboscus ib. 23
Elate ib. 17
Elaterium ib. 10
Elaterii remedia 215.a 30
Elatine ib. 20
Electrum 295.b 9
Elelisphacus 292.b 26
Eleoselinon ib. 33
Elephantus 193.a 2
Elephantia 161.a 5
Elephantiasis ib. 14
Elephantiasis unde fiat ibidem 18
Elephantiasis recens quō curetur. ib. 26
Elephantia quo fere tempore nascatur ib. 34
Elephantiæ inueteratæ curatio ib.b 15
Elephanticorum uictus ratio 162.a 17
Elephanticis facientia medicamenta 162.b 11
Elephantici procul ab urbibus habitare debent. 163.a 33
Elephantia morbus est contagiosus ib.
Eleuatio pulsus 37.a 26
Elymus 293.a 32
Embryoelcia 150.a 36
Enmoton ad sordida plantæ ulcera, facit ēt genitali exulceratio 158.a 14
Empetron 293.a 36
Emphysema quid 86.b 24
Emphysematum curatio 87.b 2
Emplastrorum materia 365.a 6
Emplastrorum differentiæ ibidem. 11
Emplastra catagmatica ibidem 13
Emplastra cicatricem ducentia 365.a 21
Emplastra colletica ib. 13
Emplastra quæ concoquunt ibidem 36
Emplastra digerentia ib. 25

emplastra emollientia ibidem 29
emplastra enæma ib.b 6
emplastra extrahentia ibidem a 34
emplastra quæ leniunt ibidem.b 4
emplastra pus mouentia ibidem.22
emplastra siccantia ib.33
emplastra quando & quibus adhibenda ib.a 10
emplastrum Amithaonis ad articulos recenti cicatrice contractos conuulsosq; est etiam ad extrahendum efficax 369.a 15
emplastrum Aristophanium emolliens ib.21
emplastrum botanicum ab herbis dictum 366.a 16
emplastrum Dothiene ib.34
emplastrum entaticon 374.a 26
emplastrum Italicum, ad purgandum sordida inducendumq; carnem ib.16
emplastrum Macherionis uiride, ad coxendicum crucia tus, articulos infarctos & abscessus 373.a 5
emplastrum Mnasæi discutiens 368.a 3
emplastrum Nerōis, ad ictus omnemq; particularum carnosarum dolorem 370.b 24
emplastrum Nicolai, ad recētia uulnera & sinus glutinādos aptum ib.a 31
emplastrum parigrum, hoc est, liquidā Oribasii 368.b 1
emplastrum pirine, ad duritias & scirrhos 367.a 3
emplastrum ad Chironia ulcera 187.a 24
emplastrum q nutriēdæ ulceꝝ carni est 374.b 11
emplastrum ex achate, discutiēs emolliensq; 309.b 7
emplastrum ex aliis, dia scoridon dictum, ad rumpendum 366.b 20
emplastrum ex althæa, podagricis aliisq; duritiis accommodatum ib.35
emplastrum ex anchusa ambustis efficax 369.b 23
emplastrum ex anemone 313.a 1
emplastrum dia apyranu ad discutiendum 366.b 28
emplastrum ex auellanis, dia leptocarion dicitur. ad articuloꝝ tophos probatum 374.a 1
emplastrum ex cedria emolliens 372.b 17
emplastrū ex cedria, glutinat digerit abstergitq; ib.12
emplastrum ex cerusa uel ouis 368.a 31
emplastrum ex cinere aspidū discutit strumas & podagras 372.a 1
emplastrum ex cinere lixiuo stillatitio, coxendicū doloribus, articulariis. & tumoribus œdema referentibus, utile 373.a 25
emplastrum ex cinnabari ad

tophos, aliosq; omnigenos tumores induratos 373.b 18
emplastrum ex dracunculo 368.a 15
emplastrum e fermento, abscessus rumpens 366.a 23
emplastrum ex hastula regia, dia asphodelu dicitur 366.a 23
emplastrũ ex lapidis asii flore, Philagrii, ad scirrhos 374.a 26
emplastrum ex lapidis asii flore, Galeni ib.b 1
emplastrum ex liquore sycamino 371.b 17
emplastrum ex lolio, dia ærō dicitur ib. 11
emplastrum ex melle, dia melitos dictum 365.b 26
emplastrum ex metallicis 371.a 13
emplastrũ e nitro ad abscessus, scirrhos, & tumores 373.a 23
emplastrũ ex perna 373.b 11
emplastrum ex pumice ad cicatricem ducendā 372.b 21
emplastrum ex ochra, inflammationem arcet, tum sponte, tum in iudicio tortis idoneum ib.3
emplastrũ ex oxelæo 369.b4
emplastrum ex plumbagine ad calidos affectus ib.a 25
emplastrũ ex polline farinaceo dia gyreos appellatum 366.a 11
emplastrum ex pompholyge pompholygeron dictum 368.b 33
emplastrum e radice lanaria, dia struthiu dicitur, strumas discutiens 366.b 3
emplastrum ex sale, dia halon dicitur 373.b 3
emplastrum ex salis flore, articulariis in declinatione accommodatum 374.b 5
emplastrum ex salicibus, dia iteon dictum glutinans, cruenta excreantibus & purulentis efficax, thoraci impositum 370.a 21
emplastrum ex senecione, quod dia erigerontos dicitur 367.b 24
emplastrum a succo dia chylon dictum 363.b 33
emplastrum ex succo lini seminis ib.19
emplastrum ex urina muli, podagricis utile 374.a 20
emprosthotonos 83.a 29
empyema unde fiat 108.b 16
encanthis quid 88.b 34
encanthidis curatio ib.36
encanthides palpebrarum qua ratione tollantur 222.b 5
encephalos 292.b 36
enæma emplastra 365.a 12
engisoma 258.b 2
enneapharmacus pessus 391.a 13
entaticum quasi dicas intensorium 374.b 21

Enterocele 133.b 18
& 244.b 22
Enteroceles notæ ib.34
Enteroceles causæ ib.28
ἐνθεαστικοί 77.a 27
Ephelidem curantia
98.b 2
Ephemeron 294.b3
Ephemeri notæ 212.a 24
Ephemeri remedia ib.35
Ephialtes unde dicatur
78.b 6
Ephialtes unde nascatur
ibidem. 1
Ephialtem quæ notent
ibidem 11
Ephialtes quomodo curandus ib.17
Epicuma ulcus oculi
59.a 20
Epimedium 293.b 7
epimelis ib.11
Epinyctides quid 167.b 29
Epinyctidum curatio ib.34
Epipactis 193.b 15
Epiphoræ curatio 86.a 1
Epiplocele 245.a 18
Epiploenterocele ib.19
Epispastica medicamenta
171.b 14
Epistola Diocli ad ualetudinem tuendam 31.b 20
Epithemata 378.a 1
Epithema ad cephalæam
69.a 29
Epithymum 293.b 4
Epomphalium medicamentum quod umbilico illinitur ad aluum subducendam
337.a 31.b3
Epulis quid 99.b33.
226.a 9
Epulidis curatio 99.b 35
& 226.a 11
Equus fluuiatilis 297.a 25
Equinum coagulum
318.b 6
Erasistrati panchrestos hygra 364.b 16
Erebinthus 293.b 18
Erice ib.35
Erigerum 295.a 33
Erinaceus 294.b 15
Erinaceus marinus ib.21
Erinacei terrestris fel ib.16
Erinacei terrestris pellis
ibidem 19
Erinos 294.a 2
Errhina quid 69.a 26
Errhinon medicamentum
ibidem 1
Eruca 294.a 21
Eruca syluestris ib.30
erucæ olerum 298.b 9
erucæ picearum 316.b 18
erucæ picearum notæ
109.b 23
erucæ picearum remedia
ibidem 29
eruptiones pituitæ 167.b 6
eruum 314.a 32
eryngium 296.a 1
erysimon 294 a 21
erysipelas 170.a 25
& 174.a 4
erysipelatis cerebri notæ
82.a 16
erysipelatis cerebri curatio
ibidem 19
erysipelata ani quõo curentur

137.b 20
erysipelacea inflammatio 174.a 5
erysipelas inflammatũ ib.10
erysipelatis curatio ib.15
erythrium. 380b 27
erythrodanum 294.a 15
erythroides tunica 242.a 30
esdra multiplicis usus, uehementer enim desiccat 343.b 35
ethmoides meatus 96.b 25
eunuchismus 246.b 22
eunuchos faciendi ratio duplex ib.25
eunuchi quomodo fiant ibidem 32
euodes a grato odore dictũ 380.b 1
eupatorium 294 a 32
euphorbium ib.36
euzomon ib.26
exanthemata unde fiant 167.b 8
exanthemata capitis 65.b 34
exanthematum curatio ib.35 & 167.b 11
exanthemata puero oborta quomodo curentur 2.b 17
exarthrema 270.a 18
excrescentias anĩ curantia 138.a 2
exercitatio 4.a 30
exercitationis commoda ibidem 32
exercitationis genera ibidem.b 18
exercitatio celeris ib.28
exercitatio composita ib.33
exercitatio uiolenta ib.23
exomphalon 236.b 23
expressionis oculorum causa 93.a 10
expressionis oculorum curatio ib.11
extractio eorum quæ in aureis inciderunt 225.a 1

Faba 26.a 14.305.a 11
Faba Aegyptia 26.a 15
Faciei aspretudinem tollentia 98.a 21
Faciei pilos tollentia ib.b 35
Faciei uitia 98.a 20
Faciem a rugis asserentia ibidem 23
Faciei nigritias tollẽtia ib.29
Fæcula 355.a 14
Fæx aceti 326.a 21
Fex uini ib.11
Fex uini cremata ib.16
Famem grandem curantia 58.b 13
Fastidium cibi 113.b 1
Fastidium cibí curantia ibidem.a 16
Fastidium cibi in febribus quomodo curandum 58.a 3
Fatigationis ex itinere remedia 15.b 24
Fatuitas unde fiat 77.a 13
Fauus quid 182.a 16
Fauorum curatio ib.18
Faui capitis unde nascantur & qũo curentur 66.a 26
Fauæ in pastillus 331.a 25
Febrium ardentium signa 50.a 32
Febrium ardentium curatio

ib.b 24
Febres contiuentes 49.a 5
Febrium contiņētium origo ibidem 28
Febrium continentium notæ ibidem 31
Febrium continentium curatio ib.39
Febris diaria qua ratione dignoſcatur 43.a 3
Febri diariæ qui opportuni ibidem 7
Febris diariæ curatio ibidem. 15
Febri diaria laborantinm uictus ib. b 12
Febrium hecticarum notæ 50.a 26
Febrium hecticarum duæ ſpecies ib.31
Febrium hecticarum curatio ibidem.b 23
Febrium putridarum notæ 45.b 25
Febrium putridarum curatio 46.a 5
Febris quartanæ cognitio 47.b 12
Febris quartana quo fere anni tempore incipiat ibidem 20
Febris quartanæ curatio ibidem 25
Febris quotidiana quibus notis agnoſcatur 48.a 17
Febris quotidianæ curatio ibidem.30
Febris ſemitertiana 51.a 1
Febris ſemitertiana duobus modis generatur ib.10
Febris ſemitertianæ curatio 51.a 30
Febris tertianæ agnitio 46.b 3
Febris tertianæ curatio ibidem.b 2
Febris tertianæ notæ curatio 47.a 27
Febrium quæ ex affectu uiſcerum eryſipelas referente oriūtur notæ 49.a 34
earundem curatio 50.a 6
Febrium ex crudorum humorū redundantia ortarum notæ 52.b 15
earundem curatio ib.26
Fel 329.b 1
Fel accipitrum ib.17
Fel aquilarum ib.
Fel bouinum ib.9
Fel caprillum ib.8
Fel capræ ſylueſtris ib.13
Fel erinacei terreſtris 294.b 16
Fel gallorum 329.b 16
Fel hiænæ ib.10
Fel ouillum ib.7
Fel perdicum ib.16
Fel piſcis callionimi ib.10
Fel ſcorpionis ib.
Fel ſuillum ib.5
Fel taurinum ib.9
Fel teſtudinis marinæ ib.13
Fel urſi ib.9
Fel oīum animantis humorum calidiſſimum eſt ib.2
Fel flauū pallido calidius ib.3
Fel uiride flauo calidius ib.4
Fel uolucrum oīum acrius & ſiccando uehementius eſt, ꝗ

quadrupedum ib.14
Felis morsuum reme dia 202.a 32
Femur bouis 314.b 34
Femoris fracturæ qua ratione curentur 267.a 23
Femorum intertrigines curātia 3.b 10
Fermentum 285.b 14
Ferrum 320.b 10
Ferri stercus 322.a 7
Ferula 312.b 13
Ferulæ medulla ib.14
Ficus morbos 66.b 22
Ficorum curatio ib.25
Ficus 27.b 7
Ficus arbor ib.22
Ficus Aegiptia ib.29
Ficus aridæ ib.14
Ficus caprifici ib.19
Ficus humilis 329.a 5
Ficus pingues 323.b 14
Ficus syluestris ib.27
Ficus uirides ib.1
Filix 318.a 18
Filum in suturis uulnerum 7 quale esse debeat 238.a 29
Filicula 291.b 20.317.b 2
Fimus ciconiarum 303.a 30
Fimus crocodili fluuiatilis ibidem.b 2
Fimus crocodili terrestris ibidem.a 36
Fimus murium ib.31
Fistula quid 189.a 8
Fistularum differentiæ 250.b 3
Fistularum ani latentium notæ 251.a 29
Fistularum curatio 289.a 10
Fistularum ani manifestarū notæ ib.31
Fistulæ insanabiles ib.b 8
Fistulæ ægre consanescentes ibidem.11
Fistularum ani curatio, quæ manu peragitur ibid.13
Flatus uentriculi unde fiant 114.b 30
Flatus uentriculi quomodo curentur ibidem.33
Floris æris coctio 375.b 26
Flos siluestris punicæ 287.a 13
Fluor muliebris 141.a 11
Fluor muliebris multiplex ibidem 16
Fluoris muliebris notæ ibidem 20
Fluoris muliebris curatio ibidem 26
Fœnogræcū 26.a 21.325.a 21
fœtum x utero excidendi ratio 248.b 8
formica quid 169.b 17
formicarum curatio ib.26
fractura quid 258.a 23
fracturarum multæ differentiæ ibidem 26
fractura alphitidon ib.8
fractura calamidon ib.
fractura caryedon ib.17
fractura cauledon ib.10
fractura ex onicha ib.10
fractura raphanidon ib.6
fractura schidacidon ib.13
fractura sicyedon ib.10
fractura capitis ib.23
fracturarum capitis diffe-

rentiæ ib.26
Fracturæ capitis speciem unde deprehendas ib.b 34
Fracturarum capitis curatio 259.b 4
Fractura cum luxatione quõo curetur 262.b 2
Fractura cum uulnere quõo curetur 268.b 13
Fracturæ immodico callo obductæ quomodo curentur 269 b 8
Fractura si callo non firmetur quid faciendum ibidem.b 30
Fragmentum uestis attritæ 188.b 24
Fraxinus 310.a 13
Frictionum genera 5.a 17
Frictio dura ib.19
Frictio mollis ib.
Frictio multa & dura ib.25
Frictio modica & mollis ibidem.
Frictionis coniugationem nouem ib.28
Frigidum in primo ordine 278.b 24
Frigidum in secundo gradu ibidem 31
Frigidum in tertio gradu ibidem 32
Frigidum in quarto ordine ibidem 34
Frigoris nimii curatio 11.a 12
Frigoris immodici in febribus curatio 56.a 19
Frontis incisio 217.b 33
Fugaces fructus uitandi sunt. 26.a 30
Fuligo 307.a 25
Fuligo cedri ib.28
Fuligo lachrymæ thuris ibidem 27
Fuligo myrrhæ ib.
Fuligo piceæ ib.34
Fuligo picis liquidæ ib.27
Fuligo pictorum 285.b 18
Fuligo pini 307.a 3
Fuligo styracis ib.27
Fuligo tedæ ib.
Fuligo terebinthi ib.
Fuligo thuris ib.33
Fumaria 298 a 9
Fungi 25.b 3
Fungorum notæ 215.a 12
Fungorum remedia ib.15
Furfures capitis 63.b 12
Furfurum capitis curatio ibidem.17
Furunculus quid 175.b 29
Furunculi curatio ib.33
Fusca purgans & stomacho grata 334.a 34

GAla 288.b 21
Galactites lapis 307.b 18
Galbani coctio 307.b 18
Gagates 308.a 2
Gale 288.b 34
Galeni Aceratos 371 a 1
Galeni acopon ex abiete 384.a 22.33
Galeni hiera 336.b 21
Galeni picra 345.a 27
Galeni polyarchion 378.b 11.21
Galenium 380.b 22

Galerita 303.b 29
Galiancones 272.b 16
Galibdolon 289.a 8
Galion ib.3
Galiopsis ib.7
Galla 300.b 21
Galla combusta ib.30
Galla immatura ib.22
Galla quæ flauo colore est ibidem 27
Galla omphacitis ib.22
Gallina 27.b 26
Gallinæ adeps 323.a 2
Gallinæ ius 295.a 24
gallinarum cua 27.b 23
galli adeps 323.a 24
Galli ueteris ius 295.a 23
Gallus dropax Oribasii 384.b 16
Galopsis 289.a 7
Gammari 29.b 17
Ganglium quid 170.a 1
231.a 20
Ganglii notæ 281.b 24
Ganglii curatio 231.b 28
Gangræna 172.b 16
Gangrænarum curatio ibidem 24
Gangrænarum per manus curatio 235.a 27
Garum 289.a 12
Gastroraphia 257.b 1
Ge 289.a 25
Genista 322.a 35
Genitale exulceratum curantia 159.a 3
Genu articulus luxatus qũo reponatur 276.b 35
Gentiana 289.a 17
Geodes lapis 308.a 12
Geranis 263.b 25
Geranium 289.a 2
Ges entera 289.b 34
gigarta 290.a 2
gingidium 24.b 20
gingiuas reprimentia 100.a 14
gingiuas exesas curantia ibidem 28
gingiuarum pruritus curatio 3.a 3 & .34
gladiolus 313.a 21
glandula 175.a 33
glandulæ animalium 28.a 23
glandes 27.b 33
glans unguentaria 386.b 35
glans colis nudata qũo tegatur 239.a 19
glans præputio adhærens quomodo curetur 240.a 7
glans penis clausa qũo aperiatur 12.b 11
glandes unde fingantur 13.b 9
glandibus quando utendum. ibidem.7
glaucium 290.a 11
glaucomata 92.a 12
glaucomata curantia ib.28
glaux 290,a 15
gleba Alana 289.b 25
glechon 290.a 18
gleucinum, embole prima 399.b 20
Embole secunda ib.29
embole tertia ib.36
gloeos 290.a 22

glossocatochon 226.b35
glutinum 302.b7
gluten piscium 347.b33
glycíside 290.a30
glycea ulcrra quibus curentur 97.a9.
glyciriza 290.a26
glycisis 76.b22
gnaphalium 290.b3
gnaphalon ib.8
gonchora tela 255.b9
gone, pessus ad concipiendū 391.a25
gongylis 290.b10
gramen 279.b8
granum gnidium 302.a22
granum tinctorium ibidem 36
grauedo quid 102.b22
grauedinis curatio 103.a21
grauedinis notæ 102.b25
grauedinem pueri curantia 2.b31
grauidis superuenientia q̄uo curentur ib.8
grossi ficus 313.b8
grues 27.b14
gummi 302.b23
gummi ex pruno 302.a35
gummi cerasi arboris 300.b15
gustatu certissime simpliciū temperamenta noscuntur. 278.a31
guttur q̄uo incidendum 228.a17
gutturi q̄uo spinæ eximantur 227.b33
gypsum 290.b20
gypsum ustum ib.23
gyris ib.17

Habitus quomodo incalescat 8.a10
Hæmatites 307.b12
Hemorrhoi ictus 204.b22
Hæmorrhoi ictus remedia 205.a1
Hæmorrhoides cæcæ 138.a23
Hæmorrhoidum curatio ib.21.252.b16
Hæmorrhoides in mulieribus quomodo curentur 247.b12
Halatia, quasi dicas ex sale confecta purgatio 334.b12
Halimon 24.a3
Halmades cliuæ 113.a29
Harmala 357.a19
Harmation collyrium 363.b13
Hastula regia 286.a32
Hebetudo oculorum 92.b20
Hebetudinis oculorum curatio ib.22
Hecatombe ad cicatrices crassas 361.b35
Hecticæ febres 50.a24
Hedera 301.b7
Hederæ lachryma ib.14
Hedera terrestris 328.b20
Hedricum ad ani dolores 137.b22
Hedricū optimū ad ani inflāmatiões & excrescẽtias ib.28
Hedichroi q̄d theriacē ingre-

ditur ꝑfectio 339.a 26
Hedyosmus 295.a 28
Hedysarum ib.34
helcysma 293.a 7
Helenium 292.b 28
Helichryson 293.a 18
Heliocaes medicamentum adurens 354.b 14
Helioscopius tithymalus 325.b 3
Heliotropium maius ib.3
Heliotropium minus ib.6
Helitis squama 366.b 19
Helleborus 293.a 13
Helleborum quibus dandum 338.a 11
Helxine 293.a 24
Hemerocalles 295.b 14
Hemicrania 68.b 35
Hemicraniæ curatio 69.a 1.ib.b 35
Hemiectum 395.b 29
Hemina ib.a 19
Hemina in aridis ib.b 23
Hemionitis 295.b 17
Hemiplexia 79.b 13
Hepar 295.b 20
Hepialus febris 48.b 4
Hepialus unde dicatur ib.29
Hepiali curatio 48.b 30
Hepsema 294.b 28
Heracleti catagmatice 374.b 35
Heraclia 295.a 27
Heraclion 308.a 25
Heraclion papauer ib.b 14
Heraclius lapis ib.a 3
Herba Apollinaris 326.b 36
Herba hirundinaria 329.a 24
Herba lactaria 325.a 25
Herba mercurialis 308.a 35
Herba pulicaris 330.a 12
Herba sabina 288.a 32
Herbarum coctio 377.b 19
Herculeum panaces 315.a 34
Hermaphroditorum quatuor differentiæ 247.a 11
Hermaphroditorum curatio ibidem 22
Hermodactylus 294.a 7
herpes 173.a 28.170.a 23
Herpes exedens 173.a 32
Herpes miliaris ib.34
Herpetum curatio ib.36
Herpillum 294.a 12
Hexapharmacon medicamētum 158.b 2
Hiberias 306.b 12
Hidros 296.b 21
Hieras conficiendi modus 336.b 36
Hiera Antiochi ib.a 3
Hiera Archigenis ib.b 35
Hiera Galeni ib.21
Hiera iusti ib.10
Hiera Rufi ib.27
Hieracites lapis 308.a 18
Hippocampus 297.a 11
Hippolapathum ib.15
Hippomarathron ib.19
Hippophaes 297.a 35
Hipophies ib.35
Hippopotamus ib.24
Hippopotami pellis 291.a 21
hipposelinon 24.b 11 & 297.a 27
hippuris ib.30
hircina caro 28.a 8
hircorum testiculi ib.28
hirudinum notæ 210.a 26

Hirudinum remedia ibidem.31
hirundo 329.a 33
hirundinaria herba ib.24
helocleros 212.a 9
holoschœnos 324.a 32
hominis morsus remedia 206.a 30
hominum in lupos conuersionis notæ 79.a 4
hominum in lupos conuersionis curatio ib.9
hordeum 304.b 16
humani sanguinis herba 283.b 34
humeri luxatio 271.a 24
humeri luxati curatio ibidem.b 18
humeris summus quid ibidem.22
humeri summi luxatio quō curetur ib.20
humidum in primo gradu 278.b 24
humidum in secundo ordine ibidem 31
humidum in tertio gradu ibidem 32
hyacinthus 326.b 1
hyalos ib.8
hydatis quid sit 221.b 9
hydatis qua ratione curetur ibidem 21
hydnon 326.a 11
hydor ib.25
hydor thalassion 296.a 5
hidrargiros 326.b 14
hidrocele 242.a 36
hidroceles notæ ib.20
hidroceles curatio ib.14
hydrocelen curantia 134.a 22
hidroceles adustio 243.b 14
hidromel ex malorum cotoneorum succo 338.a 1
hidrocephalon 216.b 9
hydropeperi 326.b 20
hidropiper ib.22
hidrophobia 199.b 16
hidrophobiæ signa ib.17
hidrorosati compositio 358.a 15
hidrops unde oriatur 128.b 7
hidropis curatio ib.36
hidropicorum uictus 130.a 15
hidrops quomodo manu curetur 236.a 18
hidros 205.a 19
hyeme quæ uictus ratio sit utilis 15.a 3
higra, hoc est, liquidum collyrium, ex caucalide 364.b 5
higra ad hypopios 90.a 11
higrocollyria quid 85.b 27
higrocollyrium, quod dolorem leuet anodinon dictum ibidem 30
higidion Ammonii collyriū 361.a 22
hiosciamus 326.b 35
hipecoon 327.a 13
hipericum 303.b 14 327.a 5
hiperon 272.a 6
hipochimata 92.a 16
hipochimata quō curentur ibidem.19
hipocistis 327.a 19

hipoglosson ib.16
hipoglossis arteriace 104.b 7
hipoglottides medicamenta 103.a 26
hipophæston 327.a 15
hypopii, oculi suppurantes 223.a 16.90.a 13
hipopiorum curatio 223.a 19
hyposarcidios hydrops 128.b 30
hipospatismus 218.a 30
hyposphagma 86.b 23
hiposphagmatis curatio ibidem 32
hipotheton pastillus 353.a 18
hyssopum 327.a 33

IAspis colore subuiridi 307.b 24
Iaspis colore uiridi ibidem 26
Iberis herba 151.a 30
Icesios ad strumas, abscessus, lienem, articulos & coxendicum dolores 370.b 15
Icthiocolla 297.b 33
Icteros 131.b 23
Icteri multæ differentiæ ibidem 27
Icteri causæ & notæ ib.28
Icteri curatio 132.a 22
Idæa radix 296.a 23
Iecur 296.b 20
Iecur adurendi ratio 256.b 12
Iecur animalium 28.a 34
Iecur apri 295.b 29
Iecur asininum ib.28
Iecur caprillum ib.22
Iecur hircinum ib.25
iecur lacertæ ib.26
Iecur lupinum ib.27
Iecur mergi ib.31
Iecur rabidi canis ib.21
Iecur suillum 28.a 35
Ignis sacer 174.a 5
Ignis sacri curatio ib.15
Ilambonis collyrium 360.b 10
Ileos morbus qualis 121.a 5
Ileos unde nascatur ib.8
Ilei morbi curatio ib.14
Ilex 317.b 35
Illitio sedis ad flatus excutiendos 337.a 17
Ilium ossa fracta qui dignoscas 264.b 14
Ilium ossa fracta qui curentur ibidem. 17
Impetigines unde contrahantur. 164.a 33
Impetiginum curatio ib.36
Impetigini facientia medicamenta ib.b 14
Impetiginum ferarum curatio ib.b 23
Impetigini feræ utilia medicamenta ib.b 27
Impuberes imberbesq; reddentia 133.a 16
Incubo unde dicatur 78.b 6
Incubonis causæ ib.10
Incubonis notæ ib.11
Incubonis curatio ib.17
Indice, ad ulcera quæ serpendo depascunt, & sanguinis

ſputum 371 b 30
Indicia decretoria in morborum initio praua ſunt 35.b 29
Indicum atramentum 308 a 18
Infantium uictus ratio 3.b 33
Inflammatio quid 170.a 15
Inflammationis curatio ibidem 36
Inflammationis uariæ differentiæ ib. 18
Inflammationis oculorum curatio 85.a 30
Inflatio unde naſcatur 178.b 16
Inflationis curatio ib. 26
Inguinalis herba 286.a 19
Inguinis ramex 133.a 16
Inguinum ramicis curatio 244.a 32
Inſania 77.b 8
Inſaniæ curatio 78.a 24
Inſolatu aduſti quomodo curentur 11.a 20
Intemperies ſicca 22.a 23
Intemperiei ſiccæ curatio ibidem 28
Intemperies calida quõ corrigatur 22.a 3.28.a 7
Intemperies frigida quõ emẽdetur 21.b 5
Intertrigines ex calceamẽtis curantia 159.a 13
Intertrigenes femorum curãtia 3.b 10
Inteſtina animalium 28.b 3
Inteſtini plenioris morbus 118.b 33
Inteſtini tenuioris morbus 121.a 2
Inteſtinorum leuitas 116.a 2
Inteſtini procidentia quõ manu curetur 237.b 32
Inteſtinorum ramex 244.b 17
Intybum 320.a 12
Intybus ſylueſtris 301.b 25
Inula campana 292.a 28
Inunctiones quæ proprie dicantur 385.b 19
Inunctionum, aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ ib.a 30
Inunctionum ſimplicium materia ib. 32
Iocinoris affectus uarii 109.a 21
Iocinoris affectuum ſigna ibidem 27
Iocinoris affectuum curatio 128.b 21
Iocinoris inflammationes quomodo curentur 128.a 1
Iocinoris temperiei notæ 20.b 1
Iocinoroſi qui 125.b 33
Ion 297.a 2
Ios ib. 6
Iris 297.b 5
Iris ſyluatica 294.b 4
Irinum 388.b 24
Iſatis 297.b 10
Iſatis domeſtica ib. 11
Iſatis ſylueſtris ib. 15
Iſcæ 236.a 4
Iſchias 306.b 25
Iſis cruẽtis accõmodata, ad glutinandũ carnẽ inducendũ & purgandũ 369.b 11

Isopyr 297.b 20
Isotheon collyriũ 363.b 17
Italicum emplastrum 374.b 16
Itea 297.b 27
Itria 103.a 27
Iudaicus lapis 307.b 28
Iudaicum morbi futurum quomodo prænoscas 36.b 5
Iudicium morborum instans quomodo agnoscatur ibidem 21
Iudicium morbi optimum peractum, qũo agnoscas 36.a 5
Iuglans 27.a 18
Iuguli fracti curatio 263.a 7
Iuliani oxymel 333.a 36
Iuncus angulosus 305.b 13
Iuncus quadratus ib.
Iunci odorati flos 320.a 22
Iuncus palustris ib.29
Iuniperus 285.a 2
Iusti hiera 336.b 10
Ixiæ notæ 212.a 12
Ixiæ remedia ib.17
Ixios 296.b 35

LAboriosam uitam agentium uictus ratio 15 a 31
Labra disrupta qũo curentur 100.b 4
Labiorum curta qua uia farciantur 225.b 30
Labrum ueneris 291 b 4
Labrusca 283.a 17
Labruscæ uitis flos 313.a 33
Lac 288.b 21
Lac asininum ib.33
Lac bubulum ib.23
Lac caprillum ib.32
Lac muliebre ib.
Lac nutricis quale esse debeat 1.b 36
Lac nutricis uitiatũ qũo corrigatur 2.a 11
Lac quod statim a partu redditur 28.b 22
Lac scissile 29.a 18
Lac uaccinum 288.b 35
Lactis coagulati notæ 214.a 18
Lactis coagulati remedia ibidem. 20
Lac coquendi modus 29.a 3
Lac coctũ 28.b 14. 288.b 27
Lac potanti quid obseruandum ib.26
Lacerta 320.a 5
Lacerta chalcidica 320.a 35
Lacertæ caput 301.b 17 320.a 6
Lachrymæ papaueris coctio 377.a 35
Lachryma thuris 307.a 14
Lachrymæ thuris coctio 377.b 11
Lactaria herba 325.a 25
Lactuca 296.b 4
Lactuca syluestris ib.8
Ladanon 306.a 8
Ladon ib.9
Lagopus ib.6
Lagophthalmum 220.a 28
Lamina plumbea 312.a 22
Lanæ concrematæ 3.b 32
Lanearum uestium fragmenta 318.b 11

Lanæ pinguedo 313.b 6
Lanæ ſordidæ 293.b 17
Lanæ, quæ ſordibus carent ibidem.31
Lapathum 306.a 24
Lapides 307.b 11
Lapis ageratus ib.34
Lapis alabaſtrites 308.a 6
Lapis aphroſelenes ib.21
Lapis Arabicus ib.25
Lapis Armeniacus ib.21
Lapidis Aſii flos 307.b 35
Lapides in Argæo nati 308.a 10
Lapis gagates ib.2
Lapis galactites 307.b 18
Lapis geodes 308.a 12
Lapis hæmatites 307.b 12
Lapis heraclius 308.b 3
Lapis hieracites ib.18
Lapis iaſpis 307.b 24
Lapis indicus 308.a 18
Lapis iudaicus 307.b 28
Lapis magnes 308.a 3
Lapis melitites 307.b 18
Lapis morochthus ib.
Lapis opithes 308.a 11
Lapis oſtracites ib.13
Lapis phrygius 307.b 32
Lapis pyrites ib.29
Lapis ſapphirus 308.a 20
Lapis ſchiſtos 307.b 17
Lapis ſpecularis 322.b 5
Lapidum coctio 376.a 32
Lapilli qui in ſpongiis inueniuntur 308.a 8
Lappago 297.a 35
Lapſana 306.a 21
Larix reſina 319.a 3
Laſerpitium 321.a 1
Laſſitudo inflammatoria 6.a 11
Laſſitudinis inflammatoriæ remedia ib.27
Laſſitudo tenſoria ib.7
Laſſitudinis tenſoriæ remedia ib.21
Laſſitudo ulceroſa ib.6
Laſſitudinis ulceroſæ remedia ib.18
Laſſitudines ſpontaneæ quõ curentur 6.b 22
Lateralis dolor 109.b 14
Lateralis doloris notæ ibidem.16
Lateralis doloris curatio 110.a 6
Lathiris 306.a 17
Lauacra quibus utilia 14.a 36
Lauacra naturalia ib.b.12
Laureola 291.a 16
Laurus Alexandria ib.12
Laurus arbor ib.7
Laurinum 387.a 15
Leæna, ſiccat digeritque 372.a 12
Leæna alia, corpus recolligit humoreſque euacuat ibidem 7
Lectionis commoda 5.b 5
Legumina 26.a 9
Lemneſtis 384.a 11
Lemnia rubrica 289.a 33
Lemnia ſphragis ib.34
Lemniſcon 229.a 23 248.a 27
Lemonium 306.a 32
Lentes 327.b 2
Lenticula 26 a 10

Lenticula palustris 327.a 9 128.a 31
Lenticulas curantia 98.b 3
Lentiscus 324.a 17
Lentiscinum 387.b 21
Leontopetalon 306.b 8
Leoninus adeps 323.a 3
Lepidion 151.a 31 306 b 11
Lepidoide ossa 216.a 36
Lepis 306.b 15
Leporina caro 25.a 10
Leporis coagulum 318.b 2
Leporinus sanguis 28.a 8
Leporis marini notæ 209.b 33
Leporis marini remedia 210.a 5
Lepra quid 163.b 5
Lepra unde nascatur ibidem 8
Lepræ curatio ib. 15
Lepræ facientia medicamenta ib. 22
Leptocarya 299.b9
Lethargus unde contrahatur 72.a 27
Lethargicorum notæ ibidem 29
Lethargi curatio ib. 14
Leuca seu leuce quid 166.b 23
Leucæ sanabilis aut insanabilis notæ ib.27
Leucæ curatio ib.35
Leucacanthum 306.b 24
Leucas ib.28
Leuce 307,a 4
Leucographis 307.b 20
Leucoion 306.b 31
Leucophlegmatias hydrops
Leucus pastillus 352.a 22
Leuiraiæ 30.a 2
Leuitas intestinorum 116.a 2
Libanium 362.a 20
Libanius pessus 391.a 5
Libanotis 307.a 7
Libanotis coronaria ibidem 11
Libanotus ib.14
Libellæ 30.a 8
Libra 395.a 22
Lichenes equorum 306.b 5
Lichen herba ib.35
Lichenion medicamentum 165.a 3
Lienis effectus 130.a 3
Lienis intemperies quõ curẽtur. ib.23
Lienosi ib.1
Lienem adurendi modus 235.a 24
Lienteria duplex 116.a6
Lienteriæ curatio ib.b 19
lignorum caries 319.b 19
lignis 307.a 25
ligusticum ib.b 2
ligysticum ib.
lilium 304.b 24
liliaceum 386.b 7
lilinum suffimen 389.b 27
linei panniculi 318.b 14
lingua animalium 8.a 22
lingua bubula 226.b 1
linguæ ligatio duobus modis accidit ib.
linguæ ligatio qua ratiõe curetur ib. 12

Linguæ morbus 100.b 8
Linguæ scabritiem humectantia 59.b 2
Lini semen 308.a 28
Linospermon ib.
Linozostis 308.a 34
Lippitudo unde fiat 85.a 19
Lippitudinis curatio ibidem 21
Lippitudini utile medicamentum 340.b 2
Liquidi hyssopi medicamenti præparatio 375.a 16
Liquor Cyrenaicus 314.a 19
Liquor Medicus ib.
Liquor Syriacus ib.
Lithargyros 215.a 7
Lithargyri notæ ib.
Lithargyri remedia ibidem 13
Lithi 307.b 11
Lithospermon 308.a 24
Litrum 308.b 5
Liuores corporis arcentia 8.b 1
Lixiuium 302.b 26
Lixiuium protostacton ibidem 31
Locustæ 281.b 1
Loligines 29.a 29
Lolium 280.b 23
Lonchitis 308.b 13
Lordosis 273.b 33
Lotus arbor 309.a 10
Lotus herba ib.3
Lotus Aegyptia ib.8
Lotus syluestris ib.7
Lotus domestica ib.4
Lumbricorum tres differentiæ 194.b 3
Lumbrici unde fiant ib.7
Lumbrici ascarides 196.b 23
Lumbrici ascarides unde nascantur ib.35
Lumbrici ascarides quomodo curentur 197.a 3
Lumbrici lati 196.a 31
Lumbricorum latorum notæ ibidem.b 5
Lumbricorum latorum curatio ibidem.8
Lumbrici teretes siue rotundi quibus notis dignoscantur 194.b 19
Lumbrici teretes qua ratione occidantur & e corpore educantur 195.a 25
Lumbricorum communiter omnium curatio 197.a 17
Lumbrici terræ 289.b 35
Lunare cyphi 390.a 17
Lupinum 26.a 20.296.a 23
Lupinum esculentum ibidem 24
Lupinum syluestre ib.28
Lupus piscis 29.b 7
Luscioli 93.a 35
Luxatio quid 270.a 11
Luxationes duæ species ibidem. 17
Luxatorum articulorum curatio 179.a 16
Luxata cum ulcere quomodo curentur 277.b 6
Luxatio cum fractura quomodo curetur 278.a 1
Lycanthropiæ signa 79.a 1
Lycanthropiæ curatio ib. 10
Lycaonis notæ ib.5

Licaonis curatio ib.9
Lichnis 308.b 35
Lici medicamentum ad uiperarum morsus 204.a 5
Licium 308.b 22
Licium Indicum ibidem 30
Licoctinum 281.a 29
Licopsis 308.b 18
Licopsis anchusa 279.b 19
Ligos 279.b 18
Linceus ad claritatem oculorum 263.a 9
Lipiriæ febres 49.a 1
Lisimachum 308.b 31
Lisiponium acopon 383.b 17

M

Macedonicum 372.a 26
Macer 309.a 17
Macherionis emplastrum uiride 373.a 5
madarosis quid 88.a 24
madarosis curatio ibidē.b 19
magnes 308.a.3
magni aster 362.a 27
malagmatum genera 378.a 2
malagmata alui profluuio laborantibus utilia ibidem 25
malagmata ardori uiscerum congruentia ibidem 29
malagmata febribus ardentibus conueniētia ibidem 30
malagmata iecori iniicienda ibidem 21
malagmata lieni applicanda ibidem 21
malagmata pectori conducentia ibidem 34
malagmata stomacho iniiciēda ibidem 18
malagmata in tabe quæ phthisis dicitur conducentia ibidem 36
malagmata uiscerum perfrictioni utilia ibidem 11
malagmata Apollophanis ad iecorosos 381.b 28
malagma cureī ibid.a 13
malagma disodes a fœdo odore dictum, ad pleuriticos ibidem.b 18
malagma Nili ad lienem, omnemq; duritiem ibidem.a 4
malagma ad cephalalgiam 68.b 27
malagma ex baccis lauri 381.b 4
malagma ex œnanthe 382.a 1
malagma ex sampsucho 381.a 24
malagma ex seminibus ibidem 10
malagma ex sertula campana, dia meliloton dicitur 378.b 3
malagma ex stercore caprillo Oribasii ad iecur induratum, lienosos, & hidropicos 381.a 20
malagma ex fimo caprillo, spongion, hidropicis efficax 381.a 31
malagma ex uinaceis, dia gigarton dicitur 382.a 15
mala 320.b 17
mala acerba ibidem.24
mala acida ibidem.22.27.25
mala aquosa ibidem 20
mala austera ibidem 6

Mala cotonea ib.8
Mala dulcia ib.3
Mala mandragoræ 309.a 33
Mala præcocia 310.b 35
Mala Punica 27.a 9
Mala struthia 310.b 24
Malum Medicum 301.b 16
Malum Punicum 319.a 15
Malum Punicum dulce ibidem 18
Malum Punicum acidum ibidem 20
Malum Punicum austerum ibidem 19
Malicorium ib.22
Malum terræ 284.b 3
Malus Armeniaca 310.b 33
Malus Persica ib.28
Malabathrinum collyrium 363.b 17
Malabathrum 309.a 22
Malache ib.25
Malacia 29.a 29
Mali corporis habitus curatio 128.a 20
Malleoli luxati curatio 277.a 6
Malua 24.a 29
309.a 25
Malua hortensis ib.26
Malua syluestris ib.
Mamiras ib.29
Mamillarum affectus uarii 111.a 29
Mamillarum inflammatio unde & quomodo curetur ibidem 35
Mamillas conseruantia 112.a 8
Mammæ in maribus, fœminarum more inturgescentes quomodo manu curentur 135.b 1
Mandragoras 309.a 33
Mandragora ib.
Mandragoræ signa 211.b 16
Mandragoræ remedia ibidem 19
Manethonis dia sphecles 354.a 9
Mania 77.b 9
Manus summæ ossa fracta quomodo curentur 267.a 4
Manna thuris 309.b 4
Mannæ thuris coctio 369.b 11
Marathron 309.b 7
Marasmos 50.b 5
Marcellius thronus 351.b 2
Marcellium ad perniones 158.a 28
Marciatum 379.a 16
Eiusdem dia omphacos embole prima ib.8
Eiusdem caryophyllũ embole secunda ib. 12
Eiusdem embole tertia ibidem 16
Marrubium 317.a 22
Marrubium nigrũ 387.a 22
Massalioti medicamentum 355.a 5
mastiche 309.b 11
Mastiche Aegyptia ib.16
Mastiche Chia ib.12
Mastichinum 387.b 24
Masuaphii confectio 390.a 32

Masuchæ confectio ib.
Maxilla inferior fracta quomodo curetur 262.a 19
Maza 25.b 32
Mecon 310.a 34
Medicamenta inuicem alternantia 353.a 30
Medicamenta quæ emplastra ingrediuntur quomodo coquantur 375.a 30
Medicamenta arida 353.a 26
Medicamenta purgantia cõposita 333.a 19
Medicamenta simplicia quæ flauæ bili purgandæ sint 330.b 14
Medicamenta purgantia stomacho aduersantur, excepta aloe ib. 26
Medicamentum moderatum 278.a 16
Medicamentum Galeni e scilla, comitialibus potissimum efficax 342.a 24
Medicamentum e murino colore psaron dictum 354.a 9
Medicamentum xanthon, hoc est, flauum ib. 5
Medicamentum ad abrasa, intertrigenes, inueterata ulcera senilem teneramq; cutem 169.b 8
Medicamentum ad aspretudinem gutturis, tussim & sputum cruentum 104.a 34
Medicamentum ad capitis & menti eruptiones, exanthemata, uocant ficum referentes, xyraphium 66.b 3
Medicamenta ad fœdum odorem axillarum & sudationes 112.a 19
Medicamentum palpebris adurendis congruum 220.a 11
Medicamenta spinas, arundine, spicula, aculeos, surculosque educentia 190.a 14
Medicamentum ex aloe 354.a 4
Medicamentum tussim ueterem concoquens 104.b 34
Medicamentum ex capitibus papaueris & melle 342.b 16
Medicamentum ex corallio quod dia coralliu dicitur podagricis idoneum 348.a 13
Medicamentum ex cyrenaico liquore ad febrem quartanam 335.a 14
Medicamentum ex duplici pipere 342.b 16
Medicamentum ex eruis 343.a 37
Medicamentum ex lupino iecore præstantissimum 345.b 9
Medicamentum ex malorum cotoneorum carnibus 344.a 28
Medicamentum ex marrubii semine 347.b 1
Medicamentum ex moris batinis quæ rubi fructus sunt 356.b 14
Medicamentum e musto, dia

gleucous dicunt 357.a 6
Medicamentum ex ostreis, dia ostreon dicitur 354.a 21
Medicamentum ex rebus sep tem constans 348.b 27
Medicamentum ex sanguine hircino 347.a 10
Medicamentum ex succo ma li Punici 356.b 29
Medicamentum ex succis ma lorum ad appetentiam abo- litam & ægram concoctio- nem probatum 344.b 1
Medicamentum ex siluestris maluæ semine 347.b 16
Medicamentum ex thapsia ad omnes inueteratos affec- tus 63.a 33
Medicamentum ex thure, dia libanu 354.a 25
Medicus liquor 314.a 19
Medion 310.a 29
Medimnus Atticus 395.b 23
Medulla animalium 28.a 32
Medulla ceruina 311.b 16
Medulla hircina ib.
Medulla uitulina ib.
Medulla taurina ib.
Medulla quæ in artubus con- tinetur ib. 18
Medulla quæ de spina elici- tur ib. 19
Medulla ferulæ 312.b 13
Mel 310.a 4
Mel coctum ib. 9. 30.b 15
Mel non coctum 30.b 16
Mel sachar 310.a 9
Mel amarum, quod in Sardi- nia fit ib. 8
Mel oleo grauius est 395.b 2
Mel uino ponderositus est ibidem.a 35
Mellis quod in Heraclia Pon- ti nascitur notæ & remedia 214.a 34
Mellis rosacei quod rhodo- meli uocatur confectura 358.a 20
Melan 309.b 19
Melæne Serapionis 371.a 24
Melamphillon 281.a 5
Melancolia quid 77.a 10
Melancholiæ causa ib. 12
Melancholiæ signa ib. 20
Melancholiæ curatio ibidem.b 12
Melancholia hipochondria- ca ib. 16
Melanchloron cruentis aptū 367.b 12
Melanchloros pastillus, a ni- gro uiridiq; colore sic dictus 352.b 12
Melanteria 309.b 24
Melanthion ib. 32
Melaplacoptii præparatio 344.b 11
Melea malus Persica 310.b 28
Meli 310.a 4
Melia ib. 13
Meliceridis proprietates 239.a 21
Meliceridis curatio 180.b 2. 14
Melilotos 310.a 17
Meline 310.b 28
Melinum 387.a 3
Melissophillon 310.a 21

Meliteria Oribasii 354.a 16
Melitismus 2.b 34
melitites 307.b 18
Melittomata 139.a 13
Melopepon 26.a 29
Memæcilo 210.a 24
302.b 19
Memoriæ iactura quomodo accidat 74.a 12
Memoriæ iactura quomodo reparetur ib.b 2
Membrana ceratoides 221.b 34
Membranæ cerebri inflammatæ curatio 261.a 3
Membrana cerebri nigrescēs q̄uo curetur 261.a 21
Membranæ cerebri uulneratæ signa 257.a 3
Membranæ interioris abdominis uulnera quomodo manu curentur 237.b 7
Membris distortis callus obductus quomodo curetur 269.b 15
Mendesiū malagma 379 a 6
Mendes ibidem.8
Meningophilax 82.b 11
Menseis ducentia 13.a 17
Mensium purgatio qua ætate accidat 139.a 1
mensium purgationem quæ adiuuēt ib. 10
mensium purgatio immoderata unde oriatur 140.a 24
mensium purgationis immodicæ purgatio ib,32
mēsiū suppresio unī 139.a 18
mensium suppressionis curatio ibidem 29
Mensuræ 394.b 18
Mensurarum notæ ib.25
Mensuræ aridorum 51.a 35
Mensuræ liquidorum 395.a 26
Menta 295.a 28
Meon 312.a 1
Mernia 27.b 7
Mesopotamenon 389.a 25
Mespila 27.a 10
Meta syncritica 201.a 1
Metasyncriticon medicamentum 145.a 14
Metopion 387.a 32
Milax 311.a 4
Milax aspera ib.6
Milax læuis ib.
Milium 25.a 35
Millefolium 312.a 3
Milphosis quid 88.a 23
Milphosis curatio ib.
Milui caput 300.b 16
Mina Attica 395.a 21
Mina Aegyptia ib.
Mina Romana ib.
Minii coctio 376.a 25
Misy 311.a 8
Misios coctio 375.b 33
Mithridatis antidotum dia scincu 341.a 23
Mithridatis antidotum quibus utile sit ib.b 1
Mithridatis mors 207.b 12
Mnasei emplastrum 368.a 3
Mochlia 275.b 20
Mochliscos 269.a 2
Modius Aegyptius 395.b 25
modius Italicus ib.26

molaris 307.b 31
mola quid 145.a 25
molæ signa ib.29
molæ curatio ib.b 2
moly 312.a 21
molybdos 311.a 17
molibdæna ib.14
monohemeron collirium 359.b 14
mora 27.b 18
mora batina 356.b 14
moræa 311.a 29
morbi omnes habent sua signa 31.b 5
morbum lethalem notantia 34.a 8
morbi non lethalis signa ibidem 28
morbi quatuor notis dignoscuntur ib.b 5
morbus an iudicium subiturus soluendusue sit quo præscias ib.30
morbi iudicium futurum quomodo prænoscatur 36.a 5
morbi iudicium instans quomodo agnoscas ibidem 20
morbi iudicium optimum peractum quo agnoscatur 37.a 13
morbi principium quod 34.a 2
morbi publice grassantes 51.a 35
morbi publice grassantes unde oriantur 24.b 3
morbi comitialis causæ 75.a 16
morbus comitialis cui fere ætati accidat ib.30
morbi comitialis notæ ibidem 32
morbi comitialis curatio ibidem 9
morbus regius 131.b 22
morbi regii multæ differentiæ ib.27
morbi regii causæ & notæ ibidem 28
morbi regii curatio 132.a 22
morochthus 307.b 1
morsuum uirulentorum remedia communia 198.b 15
morus 311.a 29
mulieris ex fœtu suo morituræ notæ 248.a 16
mulieri grauidæ superuenientia 1.a 1
mulieri grauidæ superuenientia quomodo curentur ibidem 8
muliebris fluor 141.a 13
muliebris fluor multiplex ibidem 14
muliebris fluoris notæ ibidem 20
mliebris fluoris curatio ibidem 26
muliebrium locorum clausura quomodo curetur 147.b 12
mullus piscis 29.b 7
325.b 3
mulla 30.b 19
mulsa quomodo paranda ibidem 21

multipedæ 313.b 30
murænæ marinæ morsus auxilia 206.a 21
muria 300.b 16
muria salsorum pisciũ 30.a 10
muria oliuarum colymbadũ 27.a 15
muris caput 300.b 16
muris aranei morsuum notæ 203.a 2
muris aranei morsuum remedia ib. 10
muris auricula 311.a 25
musæ pastillus 350.a 31
mustela 288.b 34
mustelæ cerebrum 291.b 8
mustelæ uenter 392.a 20
mustum 113.b 5
myaces 311.b 5
myagros ib. 2
myaron ib. 10
myceres ib. 20
mydriasis 91.a 21
mydriasis causa & curatio ibidem b. 4
myelos 311.b 14
myiata tela 255.b 19
myocephalon 89.a 17
myopiasis 93.a 34
myopiæ ib. 35
myosote 311.b 25
myracopa quæ sint 385.b 21
myrica 311.b 32
myriophyllon 312.a 3
myrmecia quid 255.a 10
myrmeciarum curatio ibidem 14
myrmecion 169.b 22
myrrha 312.a 7. 322.a 17
myrrha Bœotica ib. 23
myrrhæ coctio 377.b 17
myrrhinæ 312.a 12
myrrhis ib. 7
myrsinatum 368.a 27
myrsine 312.a 12
myrsinites, tithimalli genus 325.a 36
myrsinoides 301.b 31
myrtitis præparatio 358.a 32
mirtula 312.a 15
mirtus ib. 14
myſclion 59.b 13
mistrum magnum 395.a 30
mistrum paruum Ib. 32
mituli 311.b 5
myxa ib. 28 59.b 12

N

Nacaphthon 312.a 29
Naocanthon ib.
Napus 25.a 7
Napi 312.a 32
Narce ib.b 28
Narcissus ib. 25
Narcotica medicamenta 153.b 9
Nardostachis 312.a 34
Nardus gallica ib. b6
Nardus montana ib. 10
Nardi spica ib.a 35
Nardinum collirium 361.b 20
Nardus cizicine 380.a 8
Embole prima ib.
Altera embole ib. 16
Tertia embole ib. 21
Narium contusarum curatio 261.b 3
Narium fracturæ curatio ibidem

Narium ima pars non frangitur, sed contunditur ib.18
Narium fœdus odor quomodo mendetur 97.a 32
Narium uitia quomodo curētur 96.b 21
Narium ulcera quibus curentur 97.b 4
Narphia 308.b 2
Narthex 312.b 14
Nasturcium 299.a 5
Natricis morsus signa 205.a 21
Natricis morsus remedia ibidem 24
naturalium dolores sedant'a 137.a 29
Nauigantium uictus 16.a 17
Nauseam curantia 59.b 23
Naxiæ cotis detrimentum 308.a 15
Neapolitæ smegma ad milphosin & longos palpebrarum affectus 88.a 23
Nephriticorum accidentia 121.b 17
Nepita 298.a 27
Nerion 312.b 14
344.a 12
Ner onis emplastrū, ad ictus omnemq; particularum carnosarum dolorem 370.b 24
Neruorum conuulneratorū curatio 191.b 16
Neuras 312.b 30
Nicolai dactilorum genus 367.a 5
Nicolai emplastrum 70.a 31
nigella 309.b 32
nili dia rhodon 363.a 5
nili malagma 381.a 4
nitrum 308.b 6
Nitrum chalastreum ibidem 10
Nitri coctio 376.b 29
Notæ ponderum & mensurarum 394.b 25
Nubeculæ oculorum 90.a 23
Nubeculas oculorum curantia ibidem 25
nucis arboris coliculi 299.a 36
nux arida 27.a 19
nux uiridis ibidem 20
nuces 299 a 35
nuces auellanæ ib.b 8
nuces iuglandes ib.1
nuces Ponticæ ib.9
nutrix qualis esse debeat 1.b 12
nutrici quæ uitanda ib.29
nutricis lac quale esse debeat ibidem 36
nutricis lac uitiatum quomodo corrigatur 2.a 11
nictalops quid 91.b 29
nyctalopis curatio ib.32
nymphæa 313.a 1
& 296.a 31
nymphæa radice alba ibidem 5
nymphæa radice nigra ibidem 5
nymphe quid 247.a 28
nymphæ excisio ibidem 33
nymphodoti pastillus 353.a 2

Obeliſcæ 219.a 18
obolus 395.a 24
obſcuritas oculorum 92 b 16
obſcuritatis oculorum curatio ib.22
ocimum 330.b 5
ocimum aquaticum 392.a 3
ocimoides 330.b 10
ocularia remedia quo tempore paranda 359.a 13
ocularium medicamẽtorum uaria eſt materies 358.b 18
oculorum caliginis curatio 8.b 33
oculi carcinoma 91.b 1
oculi carbunculus ib.10
oculi carbunculum curantia ibidem 13
oculorum cicatrices 90.a 20
oculorum cicatrices curantia ib 8
oculorum albugines curãtia ib.a 30
oculorum nubeculæ ib.25
oculorum nubeculas curantia ibidem 25
oculorum unguis qui pterygion dicitur 90.b 14
oculorum ungues curantia ibidem 19
ocułoꝝ cõfuſio quomodo curetur 93.a 25
oculorum defluxiõis impetus qũo curetur 86.b 1
oculi dołoꝝ cauſæ 84.b 30
ocułoꝝ expreſſionis cauſa 93.a 8
Oculorum expreſſio quomodo curetur ib.13
Oculorum hebetudo 92.b 17
Oculorum hebetudinis curatio ib.22
Oculorum obſcuritas ib.20
Oculorum obſcuritatem curantia ib.22
Oculi perturbatio 84.a 32
Oculi perturbationis curatio 85.a 22
Oculi procidentia qũo curetur 89.b 18
Oculi purulenti qũo curẽtur ibidem 35
Oculorum purulentorum curatio manu adminiſtrata 223.a 16
Oculorum ſuffuſio ib.b 2
Oculorum ſuffuſio unde fiat ibidem 5
Oculorum ſuffuſionis notæ ibidem 13
Oculorum ſuffuſorum curatio ib.34
Oculorum ſuffuſiones curantia 92.a 12
Oculorum ulcera 89.a 13
Oculi ulcerum curatio ibidem 24
Oculi unguis 89.b 34
Oculorum unguis quomodo manu curetur 222.b 18
Oculi cute non contecti curatio qualis 220.a 33
Odora corpora tenuia ſunt & calida 278.a 25
Odoratu non poteſt iudicari de ſimplicium temperamen

ro ib.20
Odorem corporis bonum reddentia 8.a 5
Oe 313.a 23
œdema unde fiat 178.a 20
œdematis curatio ib.33
œnantharia 389.a 8
œnanthariorum usus ibidem 15
œnanthe 313.a 33
œnanthini confectio 389.a 8
œnos 313.b 3
œsypus ib.6
œsypi medicamenti præparatio 375.a 16
Olea 292.a 12
Olea Aethiopica ib.17
Olea syluatica ib.23
Oleæ coliculorum succi confectio 360.b 24
Oleago 329.a 21
Oleariæ cutis detrimentum 308.a 16
Oleomel 292.b 4
Olera 24.a 24
Olera cruda peiores succos procreant quam cocta 25.a 30
Olera syluestria 24.b 24
Oleum 292.a 25
Olei coctio 376.b 14
Olei mira uis 208.a 20
Oleum crassius melle & dulcius 292.b 5
Oleum ex agresti olea iqidem.a 34
Oleum cedrinum 300.a 13
Oleum ex oliuis druppis 292.a 25
Oleum ex immaturis oliuis ibidem.26
Oleum ex lilio 304.b 26
Oleum ex nucibus 299.b 5
Oleum picinum 316.a 6
Oleum raphaninum 392.b 1
Oleum ricininum ib.a 36
Oleum sabinum ib.34
Oleum sesaminum ib.b 1
Oleum uetus ib.29
Oleum in quo cocta fit cunila 303.a 1
Oleum in quo torpedo marina decocta sit 312.a 21
Oleum elotum 292.a 28
Olei cum cera in medicamentis quis modus esse debeat 377.b 23
Oleosorum uis 278.a 12
Olfactus uitia q̃uo emendentur 96.b 23
Oligophoron uinum 22.b 22 & 81.b 29
Oliuæ colymbades 27.a 15
Oliuæ druppæ ib.14
Oliuæ halmades ib.
Oliuæ purgantes 334.a 22
Olosteum 313.b 12
Olympos collyrium 361.a 30
Olympiacum collyrium ibidem
ὠμὴ λύσις. 102.b 15
Omenti procidentia q̃uo manu curetur 238.b 28
Omotribes 292.a 27
Omphacium 313.b 14

Omphacocarpos 284.a 36
Omphacomelitis præparatio 358.a 28
Onagra 313.b 18
Oni ib.30
Onobrychis ib.26
Onochelos anchusa 279.b 21
Onoclæa anchusa ib.1
Onoma 313.b 22
Ononis 284.a 31
Onothera 313.b 19
Onothuris ib.
Onyches 314.a 2
Oon, id est, ouum 330.a 25
Ophiasis unde appellata 62.b 19
Opioscorodon 321.a 31
Ophites lapis 308.a 11
Ophthalma unde fiat 85.a 16
Ophthalmiæ curatio ibidem.21
Opisthocranion 216.a 35
Opisthotonos 88.a 22
Opisthotonicis accommoda potio 84.b 16
Opion 310.b 10
Opium 314.a 18
Opium papaueris liquor 221.a 30
Opopanacis coctio 377.a 21
Orchis herba 312.b 14
Orchis Serapias ib.15
Orchis maior ib.12
Orchis minor ib.13
Orci tunica 286.a 26
Ordeum 25.b 28
Ordines temperamenti primarum qualitatum quatuor 278.b 22
Oreoselinum 314.a 26
Oribasii Catagmatice 374.b 35
Oribasii clidion 350.a 12
Oribasii emplastrum parygrũ 368.b 2
Oribasii medicamentum ad uiperarum morsus 293.b 35
Oribasii Melitera 354.a 16
Origanum 314.a 23
Oris affectus 99.a 11
Oris suauitatem facientia 100.a 14
Oris uentriculi inflammationes quomodo curentur 122.b 1
orminon 314.a 36
orminon siluestre ib.b 4
orobanche 314.a30
orobiæum cicer 393.b24
orobos 314.a 32
orthopnœa unde nascatur 105.a 22
orthopnœa curatio ibidem.26
orthopnœici ib.22
oriza 333.b 6
oscheon 242.a 33
os ciboides 268.a 8
os scaphoides ib.9
ossa 314.b 24
ossa cremata ib.25
ossa humana ib.26
ossa lepidoide 216.a 35
ossium elephanti ramenta 293.a 4
ossis sacri fracturæ curatio 265.a 5
ossa 314.b 24

ostraca ib.36
ostracites lapis 308.a 13
ostracoderma 29.b 12
ostrea ib 14
ostreorum testa 315.a 6
osyris ib.20
othonna 313.a 28
οὖα 313.a 26
ouilla caro 28.a 7
ouina pellis 291.a 20
oua anserum 27.b 24
oua gallinarum ib.23
ouum gallinæ melius reliquis 330.b 2
oua phasianorum 27.b 23
oua struthiocamelorum ib.
oua pnicta 27.b 30
oua recentia ueteribus meliora 27.b 25
330.b 2
oua sorbilia 330.b 1
oua tremula ib.26
oui candidum & tenue 332.a 26
oui luteum ib.30
ouum tostum ib.32
ouum acetum incoctum ibidem
ouum crudum ib.36
οὔραχος 256.a 25
οὐρήθρα 121.b 23
ouron 315.a 11
ὀξεῖα 91.a 32
oxera multiplicis usus 370.b 31
oxyacanthos 314.a 14
oxygalactinus caseus 183.b 16
oxymel calculosis efficax 346.a 15
oxymel Iuliani 333.a 36
oxymel scillinum 341.a 6
oxymel scillites ib.b 27
oxymel simplex ib.23
oxymel splenicum, hoc est lieni dicatum 346.b 6
oxyschœnos 324.a 31
oxos 314.a 11
ozena quid 97.a 8
ozenas curantia ib.24

Paederotes 281.a 6
Pæonia 290.a 32
Pæonia compositio 348.a 30
Paguri 29.b 18
Paliuron 315.a 27
Palma 328.a 4
Palmulæ 27.a 15
Palmularum phœnice dictū 368.b 16
Palpebrarum commissarum curatio manu adhibita 222.a 15
Palpebrarum ustio ex urente medicamento facta 219.a 35
Palpebrarum ustio a ueteribus damnata 220.a 1
Palpebræ inferioris sutura 220.b 5
Palpebræ inferioris ustio per medicamenta ib.12
Palpebræ superioris sutura quomodo administretur 218.b 25
Palpebrarum encanthides quomodo auferantur 222.b 5
Palpebrarum pili oculum

irritantes quomodo curentur 88.b 19
Palpebrarum pili oculum irritantes qua ratione euellantur 218.b 25
Palpebrarum pili oculum irritantes quomodo per ustionem curentur 221.b 2
Palpebrarum uerrucæ quomodo tollantur 222.b 5
Palpitatio cordis qũo curet̃ 111.a 16
Palumbis stercus 303.a25
Palumbus 27.b 9
Palumbi uenter 302.a 18
Pãplethes emplastrũ 364.b 16
Panaces 315.a 33
Panaces Asclepion ib.b 2
Panaces Chironium ibidem 3
Panaces Herculeum ibidem
Panchrestos Erasistrati 364.b 16
Pancration 215.a24
Panicum 293.a 33
Panis 285.b 11
Panis triticeus 25.b 20
Panis siligineus ib.24
Panis e simila ib.
Panis syncomistos ib.25
Panis cibarius ib. 26
Panis ordeaceus ibidem 32
Pantolmius ad Chironia malignaque ulcera & defluxiones 352.b 23
papauer 310.a 34
Papauer aphrodes 310.b 14
Papauer cornutum 310.b 11
Papaueris cornuti notæ & remedia 213.a 15
Papauer Heraclion 310.b 14
Papauer hortense 310.a35
Papauer rhœas 310.b2
Papauer spumeum 314.a 19
Papaueris liquoris notæ 111.a30
Papaueris liquoris remedia ibidem 35
Pappi quid 216.b 8
Papporum remedia ibidem.
Papyrus 315.b 6
Paralysis 79.b 13
Paraplexia ib.28
Pararthrema 270.b 21
Parastatæ 241.a 17
Parasynanche 101.b 28
paracynanche ib.32
Pardalianches 281.a 26
Paresis curatio 80.b 5
Parietaria 293.a 25
Paronychia 159.b 11
315.b 10
Parocidum causa 96.a 23
Parotidum curatio ibidem 30
Parthenium 283.a 26
Particularum inefficacium curatio 136.a 31
Partium attenuatarum curatio 17.a 17
Partium extremarum uitii curatio 254.a 1

Partus difficilis unde fiat 149.b 3
Partus difficilis quomodo adiuuetur ib. 17
Partum ex utero excutiendi ratio 240.a 29
Parulis quid 99 a 30 226.a 12
Parulidas curantia ib.
Pasionis pastillus 351.a 15
Passer 27.b 7.326.a 23
Passum 294.b 29
Pastillorum tres species 348.b 35
Pastillorum qui potantur uariæ species ib. 36
Pastillorum qui in aluum indũtur uariæ species 349.a 10
Pastillos in aluum inserendi modus ib. 18
Pastilli qui ab inferioribus partibus iniiciuntur, quibus utiles ib. 22
Pastilli qui delinuntur quibus conueniant ib. 25
Pastillus Amazonum 350 a 33
Pastillus Andronius 351.a 19
Pastillus quem galenus Aphrodisiasticon clidion inscribit ib. 4
Pastillus aster dictus 349.a 35
Pastillus, Capnistos a fumo dictus, ad tussim continuam 105.a 9
Pastillus Criogenes 352.b 4
Pastillus erocodes 349.b 13
Pastillus Faustini 351.a 25
Pastillus quia ano subiicitur hipotheon dictus, ad intestinorum tormina & ani dolores 353.a 18
Pastillus Leucus 352.a 17
Pastillus Musæ 350.b 31
Pastillus Neræ 351.a 5
Pastillus Nimphodoti 353.a 2
Pastillus pasionis 351.a 15
Pastillus Philippi ad intestinorum tormina 350.b 23
Pastillus Trigonus 349.b 5
Pastillus purgans 334.a 34
Pastillus dia coralliu 349.b 25
Pastillus a subere, dia phellõ dictus 351.b 12
Pastillus dia rhodon 349.b 20
Pastillus a seminibus, dia spermaton dictus ib, 7
Pastillus ex amigdalis amaris 350.b 3
Pastillus ex castorio, colicis efficax 351.b 32
Pastillus ex cornu ceruino disentericis & sanguinem excreantibus salutaris 350.a 16
Pastillus ex charta, dia chartiu appellatus 351.a 31
Pastillus ex duplici ueratro, 7idem uero ex acatia duplici 352.a 31
Pastillus ex electro 349.b 30
Pastillus ex erica lieni dicatus 350.a 9

Pastillus ex lapide Phrygio, naturalium uitiis accommodatus 352.a 10
Pastillus ex œnelæo, sedis & naturalium uitiis utilis ib.5
Pastillus ex spina Aegyptia 349.a 34
Pastillus ex thapsia, hemicranico dolori efficax 353.a 9
Pastillus ex uesicariis, dia physalidon uocant 350.b 16
Pastilli scillini confectio 339.b 1
Pastilli theriaci ib.8
Pastinaca 322.b 19
Pastinacæ radix 25.a 17
Pastinaca marina 326.a 6
Pastinacæ marinæ morsus remedia 206.a 21
Pastinaca syluestris 322.b 24
Pastinacæ pisces 29.b 36
Patella 267.b 6
Patellæ fractæ curatio ib.12
Pati sordes, palæstrarum 319.a 34
Paula emplastrum strumis & bubonibus efficax 372.b 28
Pauo 27.b 11
Pectinis ossa fracta qui noscãtur, curenturq; 204.b 23
Pectoris impressionis notæ 203.b 17
Pectoriaimpressionis curatio ibidem 34
Pectoris ruti notæ ib.28
Pectoris rupturæ curatio ibidem 33
Pediculos capitis tollentia 67.a 5
Pediculorum in palpebris curatio 88.a 23
Pedum rimas curantia 158.b 6
Pedis ossa fracta qũo curentur 268.a 5
Pedis digitorum ossa fracta qũo curentur ibidem
Peganera ad pleuriticos 370.a 20
Peganum 316.a 29
Pelarion ad ulcera 360.a 7
Pelarion ex scoria argenti, dia helcysmatos dicitur, ad similia abrasis 367.a 21
Pelecinos 295.a 35
Pellis 291.a 19
Pellis hippopotami ib.21
Pellis ouina ibidem 20
Pellis uiperæ ibidem 23
Penis glans clausa qũo aperiatur 239.a 27
Pentaphyllon 315.b 14
Pentamyron 380.a 31
Peperi 315.b 25
Peplion ib.21
Peplon herba ib.18
Pepou 26.a 31
Perdix 27.b 5
Perdicium 293.a 26
Perfrictionis curatio 11.a 10
Pericranion 216.a 18
Peryclimenon 315.b 35
Periphimosis 239.b 5
Peripneumonia quid 106.b 33
Peripneumoniæ curatio ib.11
Periscythisinus 218.a 30
Peristereon 316.a 5
Peritonæos 236.a 31
Pernicnes 158.a 10
Pernionum curatio ib.27

Persæa 316.a 8
Persica ib.& 25.b 34
Persicum malum 310.b 28
Perturbatio oculi quid 85.a 15
Perturbationis oculi curatio ibidem 25
Perunctio sedis uentrem mouens chezanance 337.a 26
Pes cornicis 303.a 33
Pessus quid 139.b 35
Pessi 390.b 5
Pessorum tres differentiæ ibidem 7
Pessorum emollientium usus ibidem 8
Pessorum emollientium materia ibidem 11
Pessorum aperientium usus ibidem 14
Pessorum aperientium materia ibidem 16
Pessorum astringentium usus ibidem 18
Pessorum astringentium materia ibidem 21
Pessi crassitudo qualis esse debeat ibidem 22
Pessus Aegyptia 291.a 21
Pessus chrysos ab aureo colore dictus emolliens 390.b35
Pessus crocodes, ad inflāmationes, auersiones, duritias & inflationes ib.28
Pessulus emolliens 145.a 5
Pessus enneapharmacus 391.a 13
Pessus Gone ad concipiendū ibidem 25
Pessus libanius, menseis euocans & uuluæ uitiis singulariter accommodus ib.5
Pessus Titianus 391.a 17
Pestilentiæ signa superueniētia 52.a 3
Pestilentiæ præcautiones 52.a 12
Pestilentiam arcentia ib.39
Petasites 316.a 11
Petroselinon ibidem 14
Peuce ib.26
Peucedanum ib.18
Phaci 327.b 2
Phœnigmos 86.a 23
Phæon ad oculos sanguine suffusos, & magnos affectus 60.a 13
Phagedænam per manus curatio 235.a 27
Phalangiorum ictibus conueniēs medicamentū 201.b 19
Phalangioꝝ morsus notæ ibidem 2
Phalangiorum morsus remedia ibidem 13
phalangites 327.b 17
Phalāgosis 218.b 31. 220.b 10
Phalaris 176.b 20
Pharici notæ 219.a 19
Pharici remedia ib.21
Phaseolum 26.a 22
Phasganion 313.a 13
Phasianus 27.b 6
Phasianorum oua ib.24
Phasiolum 297.b 20
Phellos 327.b 21
Phigethli curatio 175.b 15
Philagrianum malagma 378.b 29
Philanthropos 284.a 36

Philetærion 330.b 11
phileterion 317.a 7
philippi pastillus 350.b 23
philocotyche, dolorem leniens, ad sedē utilis 369.a 3
philonis antidotum 342.b 1
philoxeni medicamētū purulentis & lōga defluxione infestatis idoneū 343.b 26
philyras 377.b 25
phimus 147.b 8
phimi duplex cā 239.b 2
phimi causæ ib.4
phimi curatio ib.10
phimi in muliebris duabus ex causis fiunt 247.b 20
phimi in mulieribus curatio ibidem.24
phimi in mulieribus incommoda 247.b 25
phlegmone quid 170.a 17
phlegmonaꝝ curatio ib.36
phlogosis 176.a 1
phlomitis 313.b 25
Phlomos 327.b 30
phlyctena qūo curetur 90.a8
phlystænaꝝ curatio 168.a 10
phœnicine emplastꝝ 368.b 13
phœnix arbor 328.a 4
phœnix herba 327.b 36
phormion 328.a 12
phragmites calamus 398.b 4
phrenes 71.a 1
phrenitis quid 70.b 10
phrenitidos causa ib. 14
phrenitidos notæ ib.22
phrenitidos curatio 71.a 13
phrygius lapis 307.b 32
phrynion 317.b 19
phthisis notæ 109.a 4
phthisis curatio ib.11
phthisis oculi quid 91.b 13
phthisis oculi causa ib.17
phthisis oculi curatio ib.22
phthoe 178.a 29
phu 328.a 16
phusca ad conterendum calculos 346.b 23
phycos 328.a 20
philites ibidem 23
phima quid 172.b 21
phimatum curatio 176.b 20
piceæ cortex 316.b 22
piceaꝝ erucæ ib.17
picra, hoc est amara cōpositio. Galeni 345.a 27
picra ex oxymelite ad stomachicos, uteꝝ & aquam inter cutem ibidem 34
picris 301.b 27
picrocoli 45.a 14
pili combusti 326.a 4
pilos faciei tollentia 98. b 35
pili qua ratione adustis renascantur 169.a 10
pili palpebraꝝ oculū irritantes qūo curentur 88.b 19
pili palpebraꝝ oculū irritantes qūo euellantur 221.a 25
pilos nutrientia 62.b 12
oilos cōseruantia ib.21
pilos augentia ib.30
pilos denigrātia ib. & 64.b18
pilos extenuantia ib.3
pilos defluētes curātia ib.a 3
pilos crispantia ib.22
pilos tincturis inficientia ib.
pilos canos arcentia ib.b 5
pilos canos denigrātia ib.
pilos dealbantia 65.b 1

Pilorum glutinans medicamentum 88.b 29
Pinguedo animalium 28.a 33
Pinguium coctio 376.b 1
Pinon 375.a 27
Pinus 303.b 32
Pini nuclus 26.b 32
pinea resina 319.a 5
piper 315.b 25
piper 315.b 25
piper album ib 28
piper aquaticum 326.b 29
piper longum 315.b 27
piper nigrum ib. 29
pira grandia 27.a 8
pirum agreste 286.b 20
pirus domestica 284.b 3
pisces saxatiles oim optimi ibidem 35
pisces deterrimi 29.b 3
pisces cartilaginei ib. 34
pisces cetacei 30.a 7
pisces crustati 29 b 17
pisces molles ibidem 26
pisces testacei ib. 11
piscium glutem 98.b 35
piscium ius 295.a 16
piscium recentium ius ib. 17
pissa 316.a 34
pisselæon 316.b 6
pistacia 77.a 24
pisum 26.a 16
pituitæ in superiore uentriculo redũdantis notæ 11.a 27
pituitæ in superiore uentriculo redũdantis curatio 26.a 16
pituitam uacuantia 332.b 16
pituitam purgantia quibus conueniant ibidem 23
pituitæ eruptiones 167.b 6
pityides 316.b 14
pityocampæ ib. 18
pityriasis 65.b 12
pityriaseos curatio ib 19
pitiusa 316.b 27
pix 316.a 34
pix arida ib. 35
pix liquida ib. 36
picis flos 316.b 17
picis coctio 376 b 22
placitis cadmia 298.a 12
plantago 285.a 25
platanus 316.b 30
plethoricus 194.b 27
pleuritis quid 109.b 14
pleuritidis notæ ibidem 16
pleuritidis curatio 110.a 6
plumbago 311.a 14
plumbaginis coctio 375.b 5
plumbea lamina 311.a 22
plumbum ibidem 17
plumbũ cõcrematum ib. 26
plumbi usti coctio 376.a 5
plumbi recrementũ 322.a 11
plumbi epotæ notæ & remedia 215.a 19
pluuialis aqua 326.b 31
pneumon 317.a 2
pnicta oua 28.b 29
pnigalion 78.b 10
podagra quid 152.a 18
podagra unde nascatur ib.
podagram qua ratione effugias 157.a 6
podagræ remedia 348.a 14 350.b 24
pœcilon acopon 383.a 29
polemonium 317.a 7
polenta 25.b 30. 304.b 16
polium 317.a 12

polleni farinaceus 290.b 17
polycnemon 317.a 35
polycopa 150.a 15
polygalon 317.a 18
poligonaton 306.b 25. 317.a 18
polygonon 317.a 28
poligonoides 301.b 32
poliide sphragis 351.a 9
polipus morbus 97.a 5 225.a 28
polipipisces 29.b 28
polipodion 317.b 2
poma 27.b 2.7
pompholigeron emplastrū 368.b 33
pompholix 317.b 5
pompholigis coctio 376 a26
pondera 394.b 13
ponderum notæ ib.25
ponticæ nuces 299.b 9
populus alba 307.a 4
populus nigra 280.a 16
porcelli iuuenis sanguis 28.b 10
poros quid 152.a 35
poros unde nascatur 157.a19
pori quõ curentur ib.27
porphiræ 317.b 9
porrigo capitis 65.b 12
porriginis curatio ib.17
porrum 317.b 27
porrum syluestre 283.a 12
portulaca 283.b 26
potamogeton 317.b 15
poterion 312.b 30 & 317.b 18
potionum dulcium & utiliū differentiæ 357.a 27
potio opisthotonicis accommoda 84.a 16
potiones suspiriosis aptæ 105.b 17
præcisio 258.a 14
præcocia 27.a 1
præputium glandi adhærens qua ratione curetur 240.a 6
prasion 317.b 22
prasoides 293.b 1
prason 317.b 27
prester unde dictus 204.b 33
presteris morsus notæ ib.29
presteris morsus remedia 305.a 4
priapiscon linamentum 97.b 32
priapismus 136.a 1
priapismi curatio ib.6
prinos 317.b 35
procli compositio podagræ & coxendicum doloribus accommodata 348.b19
proficiscentium uictus ratio 15.b 22
propolis 318.a 1
propolis coctio 377.a 6
propomata 357.b 4
proptosis oculi quomodo curetur 89.b 17
prosechii stacticum collyriū 361.a 15
prosphisis 242.a 28
proteus, collirium 363.a18
protostactos 366.b 14
prunnum 302.b 4
pruna Damascena ib.5
prunus 302.a 32
prunorum siluestrium baccæ ibidem.b 2
pruritus unde noscatur 165.a 11

pruritus curatio ib. 13
pruritum gingiuarũ curantia 3.a 9 & 33
psaron medicamẽtũ 354.a 9
pseudobunium 330.a 3
pseudocinnamomũ 301.a 24
pseudodictamnon 291.a 32 & 330.a 8
psilotrum 355.b 24
psilotron uitia genus 283.a 28
psimmythion 330 a 10
psitacium 368.a 20
psora quid 163.b 7
psora unde nascatur ib.8
psoræ curatio ib. 15
psoram abigentia medicamẽta ib.34
psoricon 330.a 16
psorophthalmia quid 107.a2
psorophthalmiæ curatio ibidem 16
psychrotrophõ 287.b 23
psydracia 65.b 30
psidraciorũ curatio ib.36
psillium 330.a 12
psyllii notæ 211.a 6
psillii remedia ib.9
ptarmice 318.a 5
ptelea ib. 10
ptelis 296.a 31
pteris 318.a 18
pterigion 222.b 12
pterigii curatio ib. 16
pterigion digitorũ 159.a 30
pterigion unde fiat ib.38
pterigion curantia ib.35
pterigia digitorũ putrida quibus curentur 160.a 6
pterigium oculorũ. ib.15
pterigium oculorũ curantia ibidem 20
pterigium unguium 254.b 24
Pterigium unguium unde fiat ib.25
pterigii unguium curatio ibidem 35
ptillosis quid 88.b 13
ptilloseos curatio ib.5
ptisana 304.b 17
ptisanam coquendi modus 26.a 22
pudendum masculi cerui 280.a 3
Pudenda intumescentia quõ curentur 137.a 18
Pudendorũ remedia 136.b 12
Pueri educatio 2.b 3
Pueris ab anno.6.aut.7.quid faciendum 4.b 1
pulegium 290.a 18
Pulicaris herba 330.a 12
Pullus columbinus 27.b 6
Pulmo animalium 28.b 1 317.a 2
Pulmo agninus ib.3
Pulmo suillus ib.
Pulmo uulpinus ib.4
pulmo marinus ib.5
pulmonis temperaturæ notæ 25.b 32
pulmonis uulnerati notæ 257.a 15
puls ad purgandum 335.a 20
pulticula 304.b 23
Pulsus quid 37.a 26
Pulsus usus duplex ib.7
Pulsuũ cãæ & p̃sagia 41.a 11
Pulsus homini uiuo nunquã deficit 42.a 12
pulsus eleuatio 37.a 28

pulsus submissio ib.31 & 38.b 4
pulsus boni rythmi 38.b 13
pulsus nullius rythmi ib.
pulsus æqualis ib.34
pulsus altus 37.b 26
pulsus amplus 42.a 1
pulsus arctus 27.b30
pulsus breuis ib.
pulsus caprizans 39.a 36
pulsus citatus 27.b 13
pulsus coincidens 29.a 8
pulsus conuulsorii 49.a 4
pulsus creber 38.b 4
pulsus deficiens 39.a 4
pulsus dicrotus 39.b 5
pulsus durus 38 a 12
pulsus ecrythmus 38.b 22
pulsus eurythmns ib.26
pulsus epineneucotes 39.a 28
pulsus fluctuans 40.a 2
pulsus fluctuosus 40.a 12
pulsus formicans ib.16
pulsus frequens 38.a 32
pulsus gracilis 41.b 35
pulsus hecticus 41.a 21
pulsus heterorythmus 38.a 23
pulsus humilis 37.b 30
pulsus inæqualis 38.b 35
pulsus inclinans 39.a 31
pulsus inordinatus 40.a7
pulsus inordinati differentiæ 40.b 18
pulsus languidus 37.b 30
pulsus latus ib.27
pulsus longus ib.28
pulsus magnus ib.34
pulsus mediocris 38.a 1 & 16
pulsus meiurus 39.a 12
pulsus moderatus 38.a 9.13
pulsus mollis 38.a 13
pulsus myurizontes 39.a 13
pulsus myurus ib. & 28
pulsus myurus deficiens ib.16
pulsus myurus recurrẽs ib.21
pulsus naturalis 38.a 8
pulsus neneucotes 39.b 31
pulsus ordinatus 40.a 4
pulsus pararythmus 37.b20
pulsus paruus 37.b 34
pulsus perineneucotes 39.b 36 & 24
pulsus plenus 38.a 17
pulsus rarus 38.b 4
pulsus serratus 40.a 34
pulsus tardus 37.b 16
pulsus turbulenti 40.a 4
pulsus uacuus 38.a 19
pulsus uehemens 37.b 35
pulsus uermiculans 40.a 2
pumex 301.a 30
pumex crematus ib.34
pumex lotus ib.35
pumicis coctio 376.a 34
punica mala 27.a 9.319.a 15
purgationũ effectus 330.b 32
purgationes quibus utiles 331.a 1
purgationis tempus ib.8
purgatio ieiuno debet dari 335.b 7
purgatio quid requirat ib.5
purgatiõe non euacuãte quid faciendũ ib.21
purgatione supra modũ euacuante quid fieri debeat 336.a 5
purgatio ex mala cotoneis 334.a 5

purulentis adustio q̃uo adhibenda 234.b 17
Purulentus excreatio unde fiat 108.b 16
Purulentæ excreationis notæ ibidem 25
Purulentæ excreationis curatio 110.a 6
Pustularum curatio 168.a 10
Pustulæ puero obortæq̃uo curentur 2.b 16
Picnocomon 318.a 21
Pyrethrum ib.25
Pyrgitæ 27.a 8
Pyrine emplastrum 367.a 3
Pyrites 307.b28
pyritis 312.a 1
Pyros 318.a 31
Pytia ib. 36
pyulcon 137.b 7
pyxis acopon 384.a 15

Q

Quercus 291.b 23
Quinquefolium 315.b 14

R

RAcosis 246.b 10
Racosis curatio ib.
Radices cibi rationem habentes 25.a 5
Radicum coctio 377.b 19
Radicula 25.a 23.318.b 23
Radii fracti curatio 266.b21
Raiæ 30.a 2
Ramenta dentinm elephanti 293.a 4
Ramenta ex ungue elephanti ibidem.3
Ramicum curatio 133.a 16
Ramicum genera ib. 1
Ramex aquosus 242.a 35
Ramicis aquosi notæ ib.b14
Ramicis aquosi curatio ib.29 &c. 134.a 23
Ramicis aquosi adustio 243.b 14
Ramicem aquosum curantia 134.a 23
Ramex carnosus 243 b 28
Ramicis carnosi curatio ib.34
Ramex inguinis 133.b16
Ramicis inguinum curatio 246.a 9
Ramicis inguinum curatio per ustionem ib.16
Ramex intestinorũ 133.b 17
Ramicis intestinorum causæ ibidem.28
Ramicis intestinorum notæ ibidem 34
Ramicis intestini curatio 245.a 24
Ramex omenti ib.16
Ramex omenti intestiniq; ibidem.19
Ramex tophaceus 244.a 12
Ramicis tophacei curatio ibidem 15
Ramex uaricosus ib.23
Ramicis uaricosi curatio ibidem.27
Ramex uentosus ib.18
Ramicis uentosi curatio 244.b 22
Rana 287.b 28
Rana cremata ib 10
Ranæ palustris notæ 110.a 13
Ranæ palustris remedia ib. 18
Ranæ rubetæ notæ ib. 15
Ranæ rubetæ remedia ib.18

Ranunculus herba 287.b 1
Ranunculi quatuor genera ibidem.3
Rapa 25.a 6.390.b 10
Raphaninum 387.a 12
Ratiocinationis iactura 74.a 12
Ratiocinationis iactura quo reparetur ib.b 2
Raucitas 102.b 29
Raucitatis curatio 103.a 22
Recrementum 312.a 6
Recrementum plumbi ib.11
Reduuiæ quid 159.b 11
Reduuiæ curatio ib.10
Refractio 258.a 8
Regius morbus 131.a 23
Regii morbi maltæ differentiæ ib.27
Regii morbi causæ & notæ ibidem.28
Regii morbi curatio 132.a22
Renes animalium 28.a25
Renum morbi 171.b 3
Renum abscessus notæ 123.a 14
Renum abscessus curatio ibidem.21
Renum calculi notæ 121.b 9.22
Renũ duritiei notæ 124.b 18
Renum duritiem curantia ibidem 24
Renum inflammationis notæ 122.b 14
Renum inflammationis curatio ib.25
Renes sanguinis profluuio laborantes quõ curentur 124.a 27
Repletionis mala 9.a 15
Repletionis ciborum curatio ibidem.7
Resinæ 318.b36
Resina ex abiete 319.a 7
Resina e picea ib.
Resina pinea ib.5
Resina e teda 319.a 4
Resina terebinthina ib.1
Resinæ coctio 376.b 18
Resolutionis curatio 8.b 5
Resolutionis quæ cum laxitate aut distensione est, curatio 81.a 23
Resolutionis quæ unamquãq; particulam obsedit[9], curatio ibidem.b 6
Resolutionis ob colicum dolorem contractæ curatio 82.a 29
Rha 318.b 28
Rhacos 318.b 11
Rhacodes sinus quomodo curentur 188.b 19
Rhagadum curatio 253.a 6
Rhagadas curantia 136.a 27
Rhagadas digitorum & pedum curantia 257.a 29
Rhagoides tunicula oculi 89.b 10
Rhamnus 318.b 19
Rhaphanus ib.23
Rheon 318.b29
Rhetinæ ib.36
Rhigos 49.a 14
Rhinarium 361.b20
Rhoda 319.a 8
Rhodia ad supprimendum sanguinem, ulcera depascentia, & excrescentias 354.a32

Rhodia radix 319.a 12
Rhododaphne 312.b 34
Rhodomelitis confectio 358.a 20
Rhodostacti confectio ib.b 9
Rhœa 319.a 15
Rhoe ib.
Rhœas papauer 310.b 1
Rhœtis cõpositio 358.b 13
Rhogme 258.a 27
Rhu 328.a 1
Rhus 319.a 25
Rhus coriaria ib. 26
Rhyas quid 88.b 36
Rhyadis curatio 89.a 4
Rhypos 319.a 29
Rhythmus quid 38.b 6
Ricinum 301.a 13
Ricininum 387.a 15
Rigores febriles 48.b 5
Rigoris febriliscuratio 56.a 19
Rimarum ani curatio 253.a 8
Rimas naturalium curantia 136.b 27
Rimas sedis curantia ib.
Rosæ 319.a 8
rosacei confectio 286.a 23
rosatum suffimen 389.b 22
rostra animalium 28.a 20
rubia passiua 294.a 16
rubetæ ranæ signa 210.a 15
rubetæ ranæ remedia ib. 21
rubrica synopis 289.b 4
rubus 287.a 27
rubus caninus 305.b 2
rufi hiera 316.b 27
rumex 306.a 24
rumex acuta ib. 25
rumex grandis 297.a 15
ruptionis curatio 256.b 26
ruta 316.a 29
ruta satiua ib. 31
ruta syluestris 312.a 22
rutæ syluestris remedia 215.a 31
rhythmus quid 38.b 6

Sacer ignis 174.a 2
Sacri ignis curatio ib. 15
Sacri ossis fracti curatio 265.a 5
Sachur mel 310.a 9
Sagapenum 319.b 24
Sagapeni coctio 377.a 29
Sal 281.b 11
Sal crematus ib. 16
Salis coctio 376.a 29
Sales theriaci 340.b 12
Salis flos 282.a 20
Salis spuma ib. 24
Salamandra 319.b 6
Salamandræ notæ 209.b 12
Salamandræ curatio ib. 15
Saliua hominis ieiuni 320.b 1
Salix 297.b 27
Salsamentum thynni 344.b 4
Salsorum uis 278.b 9
Saluia 292.b 26
Sambucus 281.b 5
Samia rubrica 289.b 6
Samosuchum 319.b 10
Sandaracha ib. 13
Sandarachæ coctio 376.a 1
Sandarachæ signa 214.b 32
Sandarachæ remedia ib. 34
Sandyx 319.b 16
Sanguinaria 317.a 28
Sanguis quilibet 28.b 6 280.a 34
Sanguis bubulus 28.b 9

Sanguis caprillus 280.b 10
Sanguis syluestrium capraꝶ ibidem.b 17
Sanguis chamæleontis ib.8
Sanguis columbaꝶ ib.a 3
Sanguis terrestris crocodili ibidem 18
Sanguis equorum admissario rum ib. 19
Sanguis gallinarum cohorta lium ib.12
Sanguis hœdinus ib.14
Sanguis hircorum ib.17
Sanguis leporinus 28.b 8
Sanguis noctuæ 280.b 4
Sanguis palumbi ib.a 36
Sanguis purcelli iuuenis 28.b 10
Sanguis ranarum 280.b 8
Sanguis ricinorum ib.
Sanguis suillus ib.1 34
Sanguis taurorum ib.b 17
Sanguinis taurini signa 213.b 34
Sanguinis taurini remedia 214.a 5
Sanguis turturis 280.a 36
Sanguis uespertilionum ibidem.b 5
Sanguis ursorum ib.16
Sanguis testudinis marinæ quõ paretur 206.b 4
Sanguinis per cucurbitulas detractio 233.a 34
Sãguinis per uenas detractio fieri debet præcipue ꝑ morbi initia 231.b 19
Sanguinis per uenã dimissio ibidem.1
Sanguinis per uenas dimissio quõ administrãda ib.19
Sanguis quo tempore mittendus ib.30
Sanguis qua ætate dimittendos 232.a 2
Sanguis redundans detrahendus est ib.28
Sanguinis copia duobus modis capitur 231.b 8
Sauguinis copiosi notæ ib.16
Sanguinis subter cutem coeũtis curatio 179.b 1
Sanguinis e naribus profluuium in febribus quõ curetur 297.b 25
Sanguinis x ore profluuiũ sedantia 101.b 14
Sanguinis renum profluuii curatio 124.a 28
Sanguinis profusionis ex uena arteriaue & naribus, curatio 190.a 23
Sanguinis destillatio in febribus quõ curanda 61.a 20
Sanguinem uomentium curatio 108.27
Sanguinis fluorem in mulieribus sistentia 140.b 8
Sapa 294.b 28
Sapo 319.b 23
Sape Coustantini 355.b 17
Sapphyrus 308.a 20
Saprotes 319.b 19
Sar cocolla ib.25
Sarcoma 97.a 7
Sarcomata quibus curentur ibidem 10
Sardoe herba 280.b 4

Sardoniæ herbæ signa 213.a 1
Sardoniæ herbæ remedia ibidem 6
Sardonius risus ib.5
Satyriacum antidotum 347.b 36
Satyriasis quid 135.b 8
Satyriaseos curatio ib.16
Satyrion 319.b 31
Saura 320.a 5
Saxifraga 319.b 29
Saxifrages ib.
Scabies quid 163.b 5.12
Scabies unde nascatur ib.9
Scabiei curatio ib.15
Scabiem.sanantia medicamẽta ib.34
Scammonia 321.a 27
Scammonia inter omnia purgantia stomacho est aduersissima 331.b 8
Scandix 321.a 35
Scapularum compressio qui noscatur 263.b 14
Scapularum compressio q̃uo curetur ib.17
Scapulæ fractæ q̃uo noscant, & curentur ib.19
Scapularum rupturam qui dignoscas ib.11
Scapularum ruptura q̃uo curetur ib.17
Scilla siue scylla 321.b 9
Scillini pastilli confectio 339.b 1
Scillinum oxymel 342.a 6
Scillites acetum 341.b 27
Scincos 321.b 3
Schinos 324.a 17
Scirrhus 126.b 16
Scirrhus exactus 180.a 4
Scirrhus non exactus ib.5
Scirrhi curatio ib.19
Schistos lapis 307.b 17
Schœnu anthos ib.22
Scleroma uteri 144.b 21
Sclerophthalmia 87.a 19
Sclerophthalmiæ curatio ibidem 20
Scoliosis 273.b 18
Scolopendra marina 321.b 12
Scolopendræ siue terrestris siue marinæ morsus notæ 202.b 11
Scolopẽdræ terrestris aut marinæ morsus remedia ib.21
Scolopendrion 321.b 15
Scolopomachærion 224.b 15
Scolymon 321.b 17
Scordion 321.b 22
Scoria 322.a 6
Scorodon 321.b 29
Scorodoprason ib.33
Scorpius terrestris 322.a 3
Scorpionum ictus signa 202.a 3
Scorpionum ictus remedia ibidem 11
Scorpionum periculosorum ictibus congruum medicamentum 212.b 2
Scorpius marinus 322.a 4
Scorpionis marini ictus auxilia 206.b 1
Scorpiuros 295.b 3
Scrotum 242.a 33
Scroti inflammationis notæ 134.b 7

Scroti inflãmationis curatio ibidem 16
Scroti pruritum curantia 135.a 18
Scrupuium 395.a23
Scitales morsus notæ & remedia 204.a 34
Secundæ 249.b 22
Secundas educendi modus ibidem 26
Sedis erysipelata quõo curentur 137.a 15
Selache 29.b 30
Selinon 320.a 6
Seminis profluuium 135.a 24
Seminis profluuii causa ibidem 25
Seminis profluuii curatio ibidem 27
Semen genitale redundans quõo minuatur 10.b 24
Seminaria uasa 377.b 19
Semimedimnus 395.a30
Semisextarius ib.22
Senecio herba 295.b 33
Senectus anguis 289.b 28
Senum uictus ratio 7.b 1
Sepiæ 29.b 28
Sepiæ testa 320.a 24
Seps ibidem 34
Septi transuersi uulnerati notæ 257.a 20
Serapias 314.b 14
Serapionis Melæne 371.a 24
Seriphium 320.a 15
Seris ibidem 12
Seris syluestris 201.b 27
Serpillum 294.a 12
Sertula campana 310.a 17
Serum lactis 388.b 24
Sesamoides 320.a 29
Sesamum ibidem 31
Sesaminum 387.a 8
Seseli 290.b 14.320.a 20
Sextarius 395.a 28
Sextarius aridi mensura 395.b 27
Sextarius Italicus ibid.28
Sialon 320.b 1
Siccitatis curatio 22.a 23
Siccum in primo ordine 378.b 26
Siccum in secundo gradu ibidem.30
Siccum in tertio gradu ibidem 34
Siccum in quarto gradu nihil est quod non urat ib.34
Sicyonium simplex 388.a 3
Sicyonium compositum ibidem 7.& 19
Sicyos 320.b 17
Sic ioos agrios ib.23
Sideratio 172.b 24
Siderationis curatio ib.26
Sideritis 320.b 7
Sideritis Achillea ib.8
Sideritis Heraclia ib.
Sideros ibidem 10
Sidion 319.a 23
Siliqua pondus 395.a 24
Siliquæ 27.a 27
Silphe 321.a 1
Silphium 321.a 5
Silutus 320.b 33
Silibon ib.29
Sinapi 24.b 17.312.a 32
Sinapismus quõo fiat 384.b 31
Sinapismus quibus utilis sit 382.a 30

Sinapismus quibus uitandus sit 283.a 17
Sinciput qua ratione inciden dum 218.a 29
Singultus unde oriatur 60.a 18
Singultus curatio ib.24
Sinon 321.a 10
Sinus quid 87.b 34
Sinum curatio 188.a 1
Sinum differeutiæ 250.a 36
Sinus rhacodes q̃uo curentur 138.b 18
Sion 24.b 11
Siræon 323.b 17
Siriasis 3.b 19
Siriasis notæ ib.23
Siriasis curatio ib.24
Siricum 319.b 16
Sisarum 321.a 17
Siser ib.
Sisymbrium 321.a 22
Sitis unde fiat 59.b 12
Sitim in febribus placantia ibidem 28
Smaridis caput 300.b 14
Smectica medicamenta 358.b 34
Smegmata 353.a 27.30
Smegma arídum quod Ascle pios dicitur 355.a 10
Smegma peponatum ib.27
Smegma quod capitis deflu xiones exiccet ib.b 9
Smegma ad cicatrices nigras 187.b 30
Smegmata ealliblephara 188.a 26
Smilax 322.a 16
Smilacis notæ 212.b 16
Smilacis remedia ib.18
Smilion, ad abscessos 368.b 11
Smiris lapis 308.a 7
Smirna 322.a 16
Smirnium ib.24
Solanum hortense 323.a 29
Solanum halicacabon ib.30
Solanum hipnoticum ib.32
Solani furiosi remedia ib.27
Solare ciphi 389.a 35
Solena 268.a 21
Solstitiũ æstiuũ 33.a 18
Solstitiũ hiemale ib.1
Soltitio hiemali quid faciun dum ib.3
Somnus quid 30.b 26
Somni commoda ib.31
Somni tempus optimum ibidem 35
Somnus per diem nõ bonus ibidem 36
Somnus nocturnus optimus 31.a 7
Somni terminus quis ib.11
Sonchos 126.b 28.322.a 29
Sopores quomodo curentur 31.b 8
Soporis noxii curatio 55.a 28
Sorba 26.a 10
Sorbus 313 a 25
Sordeculæ aurium 319.a 35
Sordes balneoꝝ 290.a 22
Sordes palæstraꝝ 319.a 34
Sordes ex statuis æreis detra ctæ 319.a 30
Sordes ex uasis in quibus mul tum olei inhærescit, detra ctæ ib.
Sori 311.a 8.324.a 36

Sori coctio 375.b 15
Sotera, antidotum 343.b 9
Sparganium 322.a 33
Spartos ib. 35
Spasmus cinicus 81.b 14
Spathe 379.b 22
Specularium 322.b 5
Specularis lapis ib.
sphacelos 172.b 12
sphærion, ad ardores 372.a 30
sphagitides uenæ 233.a 14
spheclarium 322.b 8
sphecle 326.a 16
sphincter 252.a 1
sphlanchnon 288.b 14
sphongion malagma 381.a 31
sphragis poliide 351.a 9
spica nardi 312.a 34
spica nardi Indica ib.b 4
spica syriaca ib.
spicula educentia medicamenta 190.a 14
spina alba 281.a 11
spina Aegiptia ib. 16
spina Arabica ib.
spinæ qua ratione gutturi eximantur 227.b 34
spinas educentia medicamenta 190.a 1
spinæ dorsi confractæ curatio 204.b 36
spirandi difficultas 105.a 17
spodiacon collirium 360.b 14
spodium 322.b 17
spondili 29.b 16
spondilion, siue sphondilion 314.a 11
spongia 322.b 11
spongia cremata ib. 14
spongos ibidem 11
spuma argenti 307.b 5
spumæ argenti notæ 215.a 7
spumæ argenti remedia ibidem 14
sputi præsagia 44.b 26
sputum cruentum unde fiat 106.b 4
sputi crueti curatio ib.
squama 306.b 15
squamæ coctio 385.b 17
squama erit 306.b 17
spuama ferri ib. 20
squama helitis ib. 19
squama stomomatis ibidem 21
squatinæ 30.a 2
squillæ ib. 18
stacticum prosechii colliriū 361.a 15
staltica colliria quid 86.b 31
staphis 286.a 14
staphileparton 10[illegible].b 26
staphilinon 291.a 4
staphilinus 322.b 19
staphiloma 89.b 15
staphilomatis curatio 223.a 4
steata 322.b 30
steatomatis proprietates 230.a 19
steatomatis curatio ib.
stegnosis 6.b 4
stellio transmarinus 285.b 24
stellionis transmarini morsus remedium 202.b 30
stephane 223.a 3

Stercus crocodili fluuiatilis ibidem. 2
Stercus crocodili terrestris ibidem a 36
Stercus ferri 322.a 7
Stercus infantium 303.a 1
Stercus luporum ib. 14
Stercus murium ib. 31
Stercus palumbis ib. 24
Stercus sturnorum ib. 34
Sterilitatem emendantia 147.b 19
Sternutamentum citantia 97.a 13
Sternutamentum sedantia ibidem 19
Sternutamenta in febribus quomodo curentur 57.b 21
Stigmata quomodo curentur 167.a 12
Stillicidium urinæ curantia 125.a 18
Stimmi 323.a 12
Stœbe ibidem 13
Stœchas ibidem 21
Stomacho iniicienda malagmata 378.a 18
Stomachi affectus & curatio 112.a 30
Stomacho in febribus quæ cura adhibenda 56.a 1
Stomachum adurendi modus 235.b 32
Stomachici 113.a 34
Stomatica medicamenta 356.a 4
Stomaticorum medicamentorum usus uarius ib. 6
Strabismus 93.a 1
Strabismi curatio ib. 3
Stragulatorum curatio 102.b 8
Stratiotes aquaticus 323.a 25
Stratiotes terrestris ib.
Strobilus 26.b 32.345.b 34
Strumarum curatio 18.b 15
Strumarum curatio quæ manu adhibetur 229.b 20
Strumæ incurabiles ib. 15
Struthia mala 310.b 24
Struthiocamelus 27.b 11
Struthiocamelorum oua ibidem 24
Stultitia unde fiat 74.a 17
Stipteria 323.b 4
Styrax ibidem 9
Suber 327.b 21
Submissio pulsus 37.a 31
Sudor in febribus quid adhibendum 56.b 16
Suff. minum usus 389.b 11
Suffimen crinaton ib. 20
Suffimen lilinum ibidem
Suffimen rosatum ibidem 22
Suffusio oculorum 223.b 3
Suffusiones oculorum quo curentur 92.a 20
Sugiliata quomodo curentur 98.b 11
Suillus adeps 322.b 33
Suilla caro 28.a 1
Suillum iecur ib. 25
Suillus talus 314.b 26
Sulfur 246.a 16
Sulfuris coctio 376.a 29
Superciliorum defluuium curantia 88.b 19
Sura 257.b 30
Suræ fractæ curatio ib. 36
Susinum 386.b 7

Susinum compositum ib.14
Suspirium unde oriatur 105.a 22
Suspirii curatio ib.26
Suspiriosi qui ib.20
Syca 323.b.13
Sycamina 26.b 18
Syce 323.b 22
Sycomora 27.a 13
Sycomorus 323.b 29
Sycosis 87.b 32
Symphiton magnū 324.a 7
Symphitum petræū 322.b 35
Synanche 101.b 28
Syncopes notæ 110.b 27
Syncopes emendatio 111.a 2
Syncope in febri ex crudo humore redundante orta pressis, quid adhibendū 53.a 32
Syncope ob prætenues humores oppressorū curatio ib.b 8
Syncopes aliæ cāæ 53.b 23
Synopis rubrica 289.b 24
Syriaca 27 a 26
Syriacus liquor 314.a 19
Syringotomon 237 b 24
Syrmaismus 32.a 25
Systole 37.a 32

T Abis notæ 109.a5
Tabis curatio ib.27
Tabis corpus consumentis curatio 54.b 15
Talus suillus 314.b 26
Talus bubulus ustus ib.30
Tali articulus luxatus quō curetur 277.a 13
Tamarix 311.b 31
Tarichon 324.b 4
tauri sanguinis notæ 213.b34
tauri sanguinis remedia 214.a 3
taurorum testiculi 28.a 28
taurocolla 324.b 13
taxus 322.b 14
tecolithos 307.b 29
tedæ 290.b 27.316.a 27
tela aranei 284.b 21
telorū differentiæ 255.b 2
tela dupliciter extrahuntur. 255.b32
telorum extrahendorum modus 256.b 4
telephia ulcera 187.a 5.8
telephion 325.a 15
telis ib.20
tellinæ 324.b21
temperamenti optimi notæ 17.a 31
temperamenta quæ per gustatus qualitates deprehenduntur 258.b 15
temperamentorū ordines & interualla ib.31
tempus purgationi idoneum 331.a 18
tenesmus 116.b 30
tenesmi curatio 118.a 6
tensio 83.a 24
tephra 325.a 7
terebinthus 324.b 25
terebinthina resina 318.b 36
terebinthus uitium 176.a 13
terebinthorum curatio ib.
terminthos 324.b25
terra 279.a 15
terra ampelitis ib.b 14
terra Armenia ib.20
terra Chia ib.9
terra Cimolia ib.12

Terrestris crocodilus 321.b3
Tertiana exacta 46.b25
Tertiana extensa ib.30
Tertiana notha 47.a26
Tertiana spuria ib.23
Testa ostreorum 315.a6
Testa sepiæ 320.a24
Testæ fornacum 315.a1
Testiculorum natura 242.a14
Testiculorum temperaturæ notæ 29.a1
Testiculi inflammationis notæ 134.b8
Testiculi inflammationis curatio ib.16
Testiculos incensos curantia 135.a13
Testiculorum carnē excrescentem curantia ib.16
Testiculi animalium 28.a28
Testiculi arietum ib.28
Testiculi gallinaceorum saginatorum ib.26
Testiculi hircorum ib.28
Testiculi taurorum ib.28
Testudinis marinæ fel 329.b13
Testudinis marinæ sanguis quō paretur 206.b4
Tetanus quid 83.a15
Tetanus unde nascatur ibidem 16
Tetanorum notæ ib.35
Tetanorum curatio ib.b13
Tetrapharmacum basilicum 365.b16
Tettiges 324.b31
Teucrion 325.a4.329.a14
Teutlon 324.b36
Thaidis ceratum 99.a5
Thalasseros collyrium 363.b28
Thalietrum 396.a10
Thapsia ib.13
Thapsiæ coctio 377.b3
Thapsiæ remedia 215.a30
Theion 296.a16
Thelypteris ib.20
Theodoretus dia anacardion 345.b16
Theodoretus sine anacardiis ibidem 27
Theodotion minus 361.b15
Theriacæ præparatio 339.b7
Theriace quibus utilis ibidem 10
Theriace aduersus uirulenta & lethalia uenena, uiperæ morsus & scorpionis ictus 199.a22
Theriaci pastilli 334.b7
Theriaci sales 340.b12
Thermos 296.a23
Thlasis 258.a30
Thlasis duplex est ib.b17
Thlaspi 296.a35
Thlasis aurium curatio 96.a10
Thoracis morbos quæ signa præcedant 32.a19
Thoracis morborum signa ubi apparuerint quid faciundum ib.25
Thoracis morborum signis contemptis qui morbi oriātur ib.32
Thoracis uulnerati notæ 349.b5
Thridax 296.b4

Thymi muliebrium locorum quo curentur 247.b 12
Thymion 212.b 15
Thymos pudendorum curantia 138.a 4
Thynni prægrandes 30.a 11
Thynni salsi caro 324.b 6
Tibiæ fractæ curatio 267.b 27
Tilia 327.b 25
Tinctorium granũ 302.a 27
Tiphodes febres 49.a 1
Titanus 325.b 4
Tithymalus ib.a 25
Titianus, pessus emolliens 391.a 17
Tomentum 290.b 7
Tonsillæ 226.b 22
Tonsillarum curatio ibidem 28
Tonsillarum inflammationẽ curantia 100.b 23
Tonsillarum quomodo curẽtur ib.35
Tophus 152.a 35
Tophi unde nascantur 157.a 17
Tophos curantia ib.29
tormina 117.a 31
torminum curatio ib.b 14
torpedo marina 312.b 17
torpedines 29.b 35
toxicum unde dictum 213.a 29
toxici notæ ib.31
toxici remedia ib.35
trachoma quid 87.b 31
trachomatis curatio ib.34
tragacantha 325.b 10
tragium ib.12
tragoriganum ib.20
tragosidotes ib.29
tragus frumentaceus ib.31
transuersi septi uulnerati indicia 257.a 20
tremoris causæ 84.a 25
tremorum curatio ib.30
tria in morbis obseruanda 33.b 22
triæna
triblium 235.b 30
tribolos 395.a 29
tribulus 25.b 23
tribulus aquaticus ib.
tribulus terrestris ib.25
triches ib.24
trichiasis curatio 326.a 3
trichismus 88.b 20
tricocca 257.b 9
trifolium 310.a 26
trigle 319.b 31
trigonus pastillus 325.b 33
triorchis 349.b 5
triphillon 314.b 15
tripolium 309.a 4. 219.b 32
triticum 326.a 1
trixago 24.a 19. 318.a 31
trixago palustris 321.b 22
tryalis 321.b 22
troglodytes 327.b 31
trigon 326.a 23
tryx ib. 6
tuber ib.10
tuber terræ 25.a 3
tuberculorum ani curatio 326.b 11
tumorum ceruicis curatio 233.a 6
turdus 231.a 3
turtur 27.b 6
tussis unde fiat ib.9
102.b 24

Vari quid 98.b 27
Varos faciei tollentia ibidem 35
Varix 253.a 27
Varicum excisio quõ fiat 253.b 1
Vasa seminaria 242.a 21
Venæ sphagitides 233.a 13
Venæ sectio 232.b 7
Veneris commoda 9.b27
Veneri quæ natura idonea sit 10.a 9
Venerem incitantia ib.3
Veneri tempus idoneum ibidem 29
Venerem exercere nequeuntes quomodo iuuentur ibidem.b 1
Venere immodica læsi quõ curentur ib. 13
Venena 207.a 7
Venenorum præcautiones ibidem 22
Venenoꝝ præcautiones difficiles sunt ib.25
Venenorum simplicium enumeratio 28.b 22
Venenorum quomodocunq; assumptorum remedia cõia 207.a 32
Ventris morbos signa præcedentia 32.a 39
Ventris morborum signa ubi apparuerint quid faciundũ ibidem 3
Ventris morboꝝ signis contẽptis, qui morbi accidant ibidem 28
Ventriculi temperaturæ notæ 19.a 25
Ventriculi siccioris notæ ib.
Ventriculi humidioris notæ ibidem 31
Ventriculi calidioris notæ ibidem 33
Ventriculi frigidioris notæ 19 b 1
Ventriculi flatus unde fiant 114.b 30
Ventriculi flatus quõ curentur ib.33
Vẽtris uulnera quõ manu curentur 238.b 24
Ventriculus animalium 28.b 3
Venter 302.a 14
Venter mergi ib. 15
Ventris gallinæ membrana interior ib. 16
Venter mustelæ ib. 20
Venter palumbi ib. 18
Veratrum 293.a 13
Veratri albi remedia 215.a 19
Veratrũ nigrum 293.a 16
Veratri exhibendi modus 338.a 19.29
Veratrũ quibus dandũ ib. 13
Verbenaca 316.a 5
Vere quæ uictus ratio conueniat 15.a 8
Vergiliaꝝ exortus 33.a 14
Vergiliaꝝ occasus ib.3 8
Vermes terreni 289.b 35
Vermes auriũ curantia 94.a 28
Vermes in ulceribus quõ arceantur 183.b 10
Verruca quid 169.b 19.
255.a 20
Verrucaꝝ curatio 169.b 26

Vini uires 30.a 15
Vinum 313.b 4
Vinum album 30.a 24
Vinum austeꝝ ib.21
Vinum crassum ib.19
Vinum dulce ib.20
Vinum rubens ib.19
Vinum uermiculum ib.24
Vinum oligophoron 71.b 29
Vinum purgans in hidropicis 334.b 5
Vinum uetustum 313.b 4
Vinum uetustũ nouo magis calefacit & desiccat 30.a 24
Vinũ immoderate sumenti quid faciendũ ib.b 3
Vini meracioris copiose epoti remedium 215.b 15
Vinum in quo ferrum restinctum sit 320.b 14
Vini fæx 326.a 11
Viola 297.a 4
Viola alba 306.b 31
Violaceum 386.b 31
Vipera 203.a 31
Viperæ morsus signa 203.a 34
Viperæ morsus remedia ibidem.b 14
Viperæ maris morsus non tã malus ꝙ fœminæ ib.12
Viperinos adeps 323.a 7
Viperæ pellis 291.a 23
Viride emplastrum ad humida uitia & carnis excrescentias 373.a 15
Viride emplastrum Macherionis ib.5
Viride emplastrum simplex ibidem 16
Viride unguentũ quõ modo fiat 385.b 32
Virulentorum præcautiones 198.a 6
Virulentoꝝ morsuũ remedia cõia ib.b 8
Viscum 296.b 35
Vitex 279.a 36
Vitis alba 383.a 26
Vitis nigra ib.34
Vitis satiua 283.a 22
Vitis syluestris ib.17
Vitrum 326.b 8
Vituli marini 30.a 8
Vlcera Chironia 187.a 4
Vlcera Telephia ib.5
Vlceris caui curatio 183.b 4
Vlceris simplicis curatio 182.a 26
Vlcera dolore & inflammatione obsessa quõ curentur 136.a 6
Vlcera inflammata quõ sanẽtur ib.
Vlcera dirupta 189.b 27
Vlcerum diruprorum curatio ib.35
Vlcera malefica dolosaq; 187.a 4
Vlcerum maleficoꝝ curatio ibidem 9
Vlcera putrida quõ sanentur 185.a 2
Vlcera serpentia quõ curentur ib.5
Vlcera sordida quõ purgentur 184.a 10
Vlcera qua ratione maturentur 183.a 21
Vlceꝝ aui remedia 251.b 13

vlcera tonsillarum q̄uo curē tur 100.b35
vlceri q̄uo cicatrix inducēda sit 136.a3
vlce⁊ uermes q̄uo arceantur 184.a 29
vlmus 318.a 10
vlophoni indicia 212.a 12
vmbilicus multis modis prominet 236.b 20
vmbilici prominentiæ signa ib.30
vmbilici prominentis curatio 237.a 7
vmbilici procidentiam curātia 133.a 5
vnedon 293.b 12
vngues pisces 29.b 16
vngues oculo⁊ qui pterygiō dicitur 89.b 3
vnguis oculo⁊ curantia ibidem 19
vnguis oculo⁊ q̄uo curetur manu 222.b 9
vnguium uitia 159.b8
vnguium pterygium 254.a 22
vnguium contuso⁊ curatio ibidem.b 14
vngues contusos curantia 160.a 24
vngues cruentos curantia ibidem 26
vngues scabros separantia medicamenta ib.31
vnguenta quæ proprie dicantur 385.b 17
vnguentorum alia simplicia alia composita ib.a 30
vnguentorum simplicium materia ib.32
vnguenta composita omnia, calefaciunt 386.a 3
vnguenta cōposita uariis modis calefaciunt ib.10.13.14
vnguentum uiri de qua ratione fiat 385.b 33
vnguentum Zosimi, ad tremules celebratum 384.b 6
vnguento⁊ coctio 376.b 7
vocis exercitatio 5.b 15
volæ manus ossa fracta q̄uo curentur 267.a 4
vomitus etiam sanis utilis est 337.b 14
vomitum citantia medicamēta quibus prosint, quibus non ib.25
vomitus commoda 11.b 8
vomitum facilem reddentia ibidem 12
vomitionem bilis curantia 60.a 7
vomitus nauigantium 16.a 19
vomitus sanguinis q̄uo curētur 108.a 27
vranium 362.a 35
vrina⁊ præsagia 44.a 15
vrinarum multæ differentiæ ibidem 17
vrina 315.a 12
vrina humana ib.
vrinam humanam in peste bibere salutare est ib.15
vrina caprarum ib.21
vrina camelo⁊ ib.
vrina maialium ib.13
vrina mulorum ib.20
vrina pueri impubis ib.19

Vrinam sanis mouentia 11.b 36
Vrinæ difficultatem curantia 123.b 22
Vrinæ stillicidium curantia 125.a 18
Vrinam non reddentium, quia ipsius iter obstructum est, curatio 24.b 29
Vrinæ incontinentia unde 125.b 10
Vrinæ incontinentia quõ curetur ib. 13
Vrsinus adeps 323.a 5
Vrtica 24.b 19
Vteri affectus 38.b 34
Vteri abscessus signa 142.b 16
Vteri abscessus curatio ib. 32
Vteri cancrorum notæ 144.a 6
Vteri cancros lenientia ibidem 21
Vteri declinantes curatio 142.a 4
Vteri exulceratio unde oriatur 143.a 16
Vteri exulcerati curatio ibidem 31
Vteri inflatio unde fiat 145.b 5
Vteri inflationis notæ ibidem. 23
Vteri inflationis curatio ibidem 26
Vteri inflammatio multis de causis accidit 100 a 15
Vteri inflãmationis notæ 141.b 20
Vteri inflammationis curatio 142.a 1
Vteri procidentia uariis ex causis fit 147.a 1
Vteri procidentia curatio ibidem 15
Vteri scirrhus unde 144.b 16
Vteri scirrhum curantia ibidem 28
Vteri strangulatio 146.a 8
Vteri strangulationis signa ibidem 13
Vteri strangulatio quibus fere accidat & quo anni tempore ib. 32
Vtilium ac dulcium potionũ differentiæ 337.a 27
Vuæ 26.b 7.14
Vuæ passæ ib. 16
Vua 227.a 18
Vuæ curatio ibidem 24
Vuæ inflammationem tollentia 101.a 23
Vulpes 283.b 5
Vulpinus adeps 323.a 6
Vulneraria emplastra 365.a 12
Vulua animalium 28.b 3
Vulua uniuersim ablata mulierem superuixisse 147.b 3
Vuluæ abscessus signa 142.b 15
Vuluæ abscessus curatio ib. 31
Vuluæ abscessus curatio manu adhibita 248.a 11
Vuluæ cancroꝝ notæ 144.a 6
Vuluæ condylomata quõ curentur 149.a 18
Vuluæ declinantis curatio 141.b 16
Vuluæ hæmorrhoides quõ curentur ibidem 27
Vuluæ exulceratio unde accidat 143.a 16

Vuluæ rimæ & sciſſuræ unde fiant 145.a 1
Vuluæ rimæ & sciſſuræ quõ curentur ib. 10
Vuluæ ſcirrhus unde 144.b 15
Vuluæ ſcirrhum curantia ibidem. 29
Vuluæ ſtrangulatus 164.a 10
Vuluæ ſtrangulatæ ſigna ibidem 13
Vuluæ ſtrangulatus quibus fere accidat, & quo anni tẽpore ib. 32
Vuluæ ſtrangulatæ curatio ib.

X Anthion 313.a 14
Xanthion medicamentum 354.a 4
Xeria medicamenta 353.a 27
Xerion, quod eſt aridum, pſilotrum ad podagram 355.b 23
Xerophthalmia 87.a 24
Xerophthalmiæ curatio ibidem 26
Xiphion 313.a 21
Xiris ib. 17
Xyrocolla 324.b 15
Xiraphium medicamentum 66.b 32
Xiris 313.a 17
Xiſter 361.b 26

Z Ea 294.b 35
zingiber 295.a 2
zomos 295.a 16
zopiſſa 285.b 15
zopyros, medicamentum 344.a 24
zoſimi unguentum 384.b 6
zigia 380.b 15
zime 295.a 11
zithus ib 7

FINIS INDICIIS.

ANNOTA-
TIONES IN PRIMVM LIBRVM.
IN PRAEFATIONE.

M Agisq; Oribasium.) Hãc sententiam ex iis quæ paulo ante capitum enumerationem habentur, ita reddidi. Ad uerbum autem so nat. Quum plures egregios authores perle gissem magisq; Oribasium, qui & ipse uni- uersum librum in quo totam sanitatis tuẽ- dæ rationem comprehendimus, ex alioru̅ scriptis excerpsit. quàm uero comprehendimus male con- gruat, quilibet potest uidere: & si in hunc modum omnia habeant exemplaria. Quare si hæc placet sententia. διήλθομεν in διήλθε, hoc est comprehendit mutandum est. atque sic reliqua conuenient.

Folio. 1. a linea 4

Nausea.) Græce est περιοσαίνειν, quod significat κινεῖν. & ταράσσειν, hoc est commouere, & turbare.

Linea. 16

Præcordia.) Græci ὑποχόνδρια proprie appellant præcor dia, teste Celso. Plinius tamen phrenas quoque Græce uoca ri scribit. Barbari uertunt ὑποχόνδρια, ilia quæ κενεῶνες & λαγόνες dicuntur. Paulus hic pericardion superiorem præcordiorum partem, qua os uentriculi est, (nam ueteres hoc etiam cardian, hoc est, cor uocabant) intelligit. Linea enim decimaquarta hypochondria iubet lana contegi. Gale nus certe pericardion, cordis inuolucrum, siue membranã qua cor inuoluitur, appellat

Linea. 18

Per se.) Græce κοινῆ, hoc est communiter. Solent huiusmodi seorsim applicari frequenter, eoq; communiter dicitur: ra- rius cum palmulis & uino ueteri.

Folio. 2. a linea 8.

Cibus solidior.) Græce solum σιτίον est, quod signat cibum. Verum relatione lactis & mellis qui & ipsi cibi sunt, alii nẽ pe caro, panis, similiaq; solidiores recte dicuntur.

Folio.3 a linea.6

Oleo diſcocto.) Græce eſt ἄπεφθυ quod poſſet exponi, cru do, non cocto, quemadmodum ἀπεψία cruditas. quo modo in tertio libro ſemel interpretatus ſum. Verum penitius rẽ conſiderans, inueni ἄπεφθον idem eſſe quod πολλάκις καὶ μεγάλως ἕφθον, ut Latinis diſcoctum, probe coctum. Suidas eodem modo exponit. Præterea non uideo, quo pacto cera in oleo non cocto poſſit liquefieri, quod Paulus præcipit.

Folio.5.a linea.3

Rubeſcat.) Græce eſt, ἂν τὸ τῆς χροίας ἐπανθὲς, quod notat, ſi color floridus appareat. Floridus autẽ hoc loco nihil aliud ſibi uult, quàm uiuidus, id eſt, ruber. Nam ut pallor mortis, ita rubor uitæ index eſt.

Linea.14

Apotherapia uti.) Exercitationis omnis peractæ pars ulti ma eſt apotherapia, ceu dicas recreatoria. Nam corpus ex purgat, & laſſitudinem arcet.

Folio.8.a Linea.23

Corpus decoloratum.) Recte Paulus ἀχροιαν, quod eſt colo ris penuriam pro pallore. Sic etiam Latini dicunt, colo rem amiſit, pro eo quod eſt, ex palluit. Celſus libro ſecundo, capite ſecundo: Vbi colorem decoremq́; amiſit. pro pallidior euaſit. Quemadmodum ecõtrario coloratus dicitur pro eo qui bono colore præditus eſt, eiuſdem autho ris teſtimonio.

Linea.29

Smegmatis.) Impreſſis codex habet ρύμμασι, manu ſcrip tus ροφήμασι: utrunque abſterſoria medicamenta ſignificat, eoq́; malui ſmegmatos uocabulo uti, ꝙ eſſet cõius & expur gandæ cuti accommodatum.

b. Linea 20

Vincit.) Locutio hæc Celſo familiaris eſt, pro conducit, ex pedit, bonum eſt, ut libro quarto, ubi de tuſſi agit: Poſt eam uincit tum ambulare.

Folio.10.b Linea 6

Aut uſticis.) Omnia exemplaria habent ἄγνου: Item uetus O ribaſii codex Longobardicis literis ſcriptus, agni quoq; habet. Quum liquido conſtet id medicamenti contra Vene rem ualere. Copus legit aniſi, qua ratione non uideo.

Folio.13.a linea 8

Melanthio quod facile paratur.) Sic quidem ad uerbum traduxi, Oribasius autem habet: Idem etiam errhinon est, & facile inuenitur. Melanthio autem sæpe usi sumus, ut facile paratur, ad succum betæ referat.

Folio. 14.b linea 9

Priuato.) Videtur hic aliquid desiderari. Nam quum superius nominum relatione usus esset, priuato nihil retulit. Adde igitur & magistratui, si uidetur.

Folio.15.a linea.19

Fugaces fructus.) Græce oporas est, quod signat omnia poma per æstatem & autumnum prouenientia. Vocantur autem fructus fugaces quod cito marcescant, nec diu possint asseruari, coganturq́; se uenundari. Hac etiam ratione Galenus ὡραίων καρπῶν uocari recte scribit. Plinius libro decimo quinto, capite duodecimo id uocabuli usurpat, sic scribens: Pomum innocuũ expetitur ægris, pretiumq́; singulis iam triceni numi fuere nullius maiore: quod miremur, quia nõ aliud fugacius: longissima nanque decerpto bidui mora est cogitq́; se uenundari. Verum opora paulo latius patet quã horæi, fructus, hoc est, ut Plinius exponit, tempestiui aut fugaces fructus. Lege igitur si mauis: Poma affatim assumere noxium est.

Linea 36

Facilitate præditus meatuum.) Εὐδιάπνευστος dicitur, cui latentes meatus non occlusi sunt, sed recrementa corporis per eos repurgantur, quemadmodum per aluum stercus: uesicam, urina. At si meatus eiusmodi conniueant, cor statim incenditur, fuliginosis recrementis intus remanentibus, unde febris origo est. Huic sententiæ astipulatur Oribasius. Nam, inquiens, qui ex laboribus non ægrotat frequenter, is latenteis poros habet apertos, per quos humana natura euaporat.

b.Linea.10

Paululum dimoueri prius debent.) Omnia exẽplaria Græca habẽt καὶ βραχὺ κινεῖν δεῖ πρότερον. Forte legendũ κενοῦν δεῖ ut sit Paululum uacuare prius debent non dimoueri, ut habetur. Oribasius enim ex quo Paulus ad uerbũ hæc transscripsit, de eadem re præcipiens, ita scribit: Qui igitur plethorici sunt, balneum ingredi fricariq́; debent: quanquam &

uacuare eos modicum sanguinis prius oporteat: de motu
nullam interim mentionem faciens.

b.Linea.25

Si inunctus sit.) Græce dictio est λίπαρος, hoc est pinguis, a
λίπα deducta, qua oleum, adipem, unguemq; omne Græci
signant. Inde etiam λιπαραὶ emplastra Celso lenia dicun-
tur, libro quinto capite decimonono, quibus cera, aut resi-
na, aut oleum, aut adeps, aut plura ex his, aut omnia
miscentur.

b.Linea.25

Et fortiter incedat.) Hoc est cū impetu & uehementia, qua
corpus ualide concutiatur. hoc Græcis est σωυτόνος.

Folio.16.b linea.14

Medicamenta uero acriora hæc sunt.) Hoc est uehementio
ra & efficaciora, quæ locutio Celso non infrequens est.

Folio.18.a linea.35

Bene habita, ualens.) Ex Terētio sumptum est in Eunucho.
Nam si quæ paulo habitior est, Græce dicunt εὐτραφὴς: bene
nutritus, ad uerbum.

Folio.19.b linea 26

Itaque calida pulmonum.) Quoniam a calida temperie
pulmonum differere prius instituit author, addidi illud:
Itaque calida pulmonum temperatura præditi: ad senten-
tiam magis exprimendā ne temere quis me putet assuisse.

Folio.20.b linea.8

Præcordia & uenter pilis uacant.) Vbicunque inueneris
præcordia, Idem putato esse quod Græcis ὑποχόνδρια. Sic
Plinius, Celsus & Largus usurpat. Barbari ilia uertunt.

Folio.21.a linea.22

Neque ad actionem expediti sunt.) Quoniam de uenere hic
tantum uidetur agere, ratio est intelligere actionem ue-
neream.

b.Linea 20

Horum calor exercitationibus.) Quia calorem exercitiis ex
citari & augeri dixit superius: uisum est ex Oribasio exercita
tionibus adiicere, forsan a librariis omissum.

b.Linea.7

Aequinoctialium horarum.) Hoc est communium.

Folio.23.a linea.31

Si semel radices egerit.) Hoc loco intelligat: Si semel orta

fuerit, semel consistat. Græce est σύστῃ, quod alias non in eleganter uertimus, firmatum fuerit: sed hic propter sequentem sententiam lenius accipiendum est.

b. Linea. 31

Sanguis atra bile uitiosus redditur.) Celsus sanguinem atra bile uitiosum uocat. quẽ hoc loco Paulus μελαγχολικὸν: adeoque medici recentiores Latini melancholicum dicunt.

Folio. 24. b linea. 34

Asparagus autem siccus.) Asparagi uocabulo nihil aliud signat hoc loco quàm primum necdum in folia explicitum earum plantarum germen, & quæcunque in oleribus prima ex terra prodeunt & uidentur. non tantum spinosi fruticis summum cacumen quod edendo est, quodq; priuatim cum tota planta asparagus ubique uocatur. Plinius cymæ uocabulo asparagum, de quo Paulus hic tradidit, interpretatur, de brassica sic scribens libro decimonono capite octauo: Cymas a prima sectione præstat proximo uere, hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus.

Folio. 25. b linea 13

Chondrus egregie nutrit.) Sunt qui chondrum, ab alica differre Pauli testimonio dicunt. sunt rursus qui idem utrũque esse ex eodem authore afferant. Sed quum Paulus sæpe in tertio libro ponat chondri cremorem, & alicæ cremorem, in eisdem fere locis. haud dubie diuersas fruges intelligit. Possit tamẽ sorbitio e chõdro facta, alica dici latine, ut quæ ex alica fruge conficitur.

Linea 23

Inter panes firmissimus est siligineus.) Panes recenset eo fere ordine quo Celsus. uerum ille siligineum quem Græci dicunt σιλιγνίτην. circumlocutione exponit. ex tritico, inquiens, firmissima siligo. Similagineum, ex simila. Cui nihil ademptum est, αὐτόπυρον, quod triticum ipsum in eo totũ sit. Paulo idem συγκόμιστος appellatur quasi omnia ex tritico continens. Cibarium ex Celso reddidi, quem Paulus ῥυπαρὸν, hoc est sordidum, aliiq; πιτυρίαν, id est furfuraceũ appellant. Firmissimus, hoc est ualentissime alens, quod Græci τροφιμώτατος dicunt.

Folio. 26. a linea. 28

Fructus fugaces.) Cur ita horæos uocauerim superius expo

sui. Hoc autem notandum uenit, Plinium eos a tempestiuitate, tempestiuos uocasse contra Galeni sententiã, qui nõ ideo quod mature proueniant, sed potius quod cito marcescant, appellari ὡραῖα maluit. Latine ergo rectius fugaces dixeris. Pomum autem uoco, quicquid extrinsecus ligno sum non est. Celsus uuas, ficus, nuces, glandulas fructus surculorum esse scribit.

Folio. 27. a linea. 15

Muria conditæ.) Ad uerbum hoc sonat, quod Græci dicunt halmadas oliuas. Nã ἅλμη muria uocatur latinis. Alii quod sale condiantur sic nuncupari censent. Non desunt qui easdem colymbadas appellent, confusa ambarum differentia. Paulus certe ipsas distinguit, quum infinitæ fere oliuarum conditur æ habeantur teste Palladio, & Columella. Dictæ autem sunt colymbades inde, quod oleo suo puræ hoc est si ne accersita commendatione innatant, & quasi urinabundæ fluitant.

b. Linea 26

Tremula plus alimenti habent.) Hæc Græci τρόμητα nuncupant. Sunt autem modice cocta, ut Galenus ait. Hermolaus tenera & tremula eadem esse dicit. Sorbilia. & ipsa mediocriter cocta sunt. Pnicta uocantur quæ in aqua suffocantur demerguntur que, a uerbo πνίγω. Quæ sartagine frigun tur. Hæc τηγανιστά Græcę dicunt, deterrimi alimenti teste Galeno.

Folio. 28. a Linea 1

Quæ pedibus fidunt.) Pro inter animalium pedestrium carnes. loquendi ratio ex Celso petita, libro tertio. Ex his quæ uol. ti fidunt.

Linea. 20

Quæ uolatu nituntur.) Hoc est uolatilium: Celsus sic loquitur.

Folio. 29. b Linea 29

Molles pisces.) Hoc est qui molli cute præditi sunt.

Linea 35

Cartilagineorum quæ selache.) Selache authore Plinio libro nono, capite uigesimoquarto Aristoteles primus uocauit eos pisces qui pro spina cartilaginem habent. Eosdem Plinius planos appellat.

Folio.30.a Linea 21

Austerum stomacho.) Græce est στύφον, quod sonat astringens. Galenus autem Methodi libro quarto austerum id uocat, quod στύφον quoque Græce dicitur, libroq; duodecimo austera uina uentrem roborare scribit, caputque inter omnia minime tentare, cæterũ ad digestionem in corpus non festinare.

Linea. 23

Vermiculum.) Græce est κιρρὸν, medius inter album & nigrum color. non male rubens, & rubrum quis dicat.

Linea 33

Desipiunt.) Græce παρανοοῦσι, melius hic quadrat mente alienantur.

Folio.32.a linea 8

Cum musto deferbuerint.) In uno exemplari Græce erat γλεῦκον, hoc est mustum: in aliis Γλυκὺ, q(uod) est passum, eaq; lectio magis placet.

Linea.28

Styrmaismos.) Hanc dictionem Galenus in commentario in Hippocratẽ de articulis, his uerbis exponit. Συρμεσμοὺς δ᾽ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς μετρίας κενώσεις, εἴτε διὰ τῆς ἕδρας, εἴτε καὶ δι᾽ ἐμέτων γίγνοιντο, id est, Syrmesmos uocabant ueteres mediocres uacuationes, siue per aluum, siue etiam per uomitus fierent.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

PRIMVS *totius operis hic liber est, in quo omnia sanitatis tuendæ præcepta tradidimus, quemadmodum iam in præfatione dictum est. diceturq; iterum per capita, ubi tantum hoc prælibauerimus, quod in primo & secundo uolumine plurima ex Oribasio mutuati sumus.* Non *enim peculiarem uoluimus constituere opinionem, sed ex omnibus utilitatem indipisci. In reliquis quinq; libris paucissima tantum ex illius commentarijs huc transtuli.*

CAPITA LIBRI PRIMI.

I.	Quæ grauidis superueniunt, & quæ uictus ratio eis conducat.	1
II	De nutrice.	ibidem
III	De lacte nutricis	ibidem
IIII	Quomodo lac uitiatum corrigatur	2
V	Educatio pueri	ibidem
VI	De pustulis puero obortis, exanthemata dicuntur	ibidem
VII	De tussi & grauedine pueri	ibidem
VIII	De gingiuarum pruritu	3
IX	De dentium ortu	ibidem
X	De oris ulceribus quæ aphthæ dicuntur	ibidem
XI	Ad femorum intertrigines	ibidem
XII	Ad aures humentes	ibidem
XIII	De Siriasi	ibidem
XIIII	Ratio uictus infantium atque reliquarum deinceps ætatum, ad usque declinantes	ibidem
XV	De frictione præparatoria, quæ parasceuastice dicitur	4
XVI	De exercitatione	ibidem
XVII	De exercitationum generibus	ibidem
XVIII	De generibus frictionum	5

De uocis

XIX	De uocis exercitatione	ibidem
XX	De lassitudinibus ob exercitationem	6
XXI	De cute astricta	ibidem
XXII	De spontaneis lassitudinibus	ibidem
XXIII	Victus senum ratio	7
XXIIII	De rugoso corpore	ibidem
XXV	Quomodo corpus suauiter oleat	8
XXVI	Quomodo color malus mendetur	ibidem
XXVIII	Ad liuores	ibidem
XXIX	Quomodo dentes ab iniuria asserantur	ib.
XXX	Quomodo grauis auditus corrigatur	ib.
XXXI	Ad oculorum caligines	ibidem
XXXII	De repletione	9
XXXIII	De ebrietate	ibidem
XXXIIII	Quibus cibi corrumpuntur	ibidem
XXXV	De uenere	ibidem
XXXVI	Ad eos qui uenerem exercere nequeunt	10
XXXVII	De iis qui immodice coierint	ibidem
XXXVIII	Si semen genitale redundet	ibidem
XXXIX	Si perfrictio nocuit	11
XL	Si insolatus adussit	ibidem
XLI	De pituita in superiore uentriculo redundante	ibidem
XLII	Quomodo facile quis uomat	12
XLIII	Quæ sanis aluum subducant, & quæ urinam moueant	ibidem
XLIIII	De clysteribus	12
XLV	De glandibus	ibidem
XLVI	De iis quæ per os caput purgant. Apophlegmatismi uocantur, & quæ per nareis, ungu enteisq́;	ibidem
XLVII	Quæ menseis ducunt	13
XLVIII	Quæ sudorem mouent	ibidem
XLIX	De aere	ibidem
L	De aquis	ibidem
LI	De lauacris	14
LII	De lauacris naturalibus	ibidem
LIII	Quæ uictus ratio quolibet anni tempore sit utilis	ibidem
LIIII	Victus laboriosam uitam agentium	15

LV	Proficiſcentium uictus ratio	ibidem
LVI	Nauigantium uictus	16
LVII	Quomodo extenuetur corpus	ibidem
LVIII	Quomodo tenues impleantur	17
LIX	De partium attenuatarum curatione	ibidē
LX	Optimi temperamenti notæ	ibidem
LXI	Intemperatorum corporum notæ	ibidem
LXII	De capitis formatione	19
LXIII	Temperaturæ cerebri notæ	ibidem
LXIIII	Ventriculi temperaturæ notæ	19
LXV	Pulmonis notæ	ibidem
LXVI	Cordis notæ	20
LXVII	Iocinoris temperaturæ notæ	ibidem
LXVIII	Teſticulorum temperaturæ notæ	21
LXIX	Quæ prætermiſſa ſunt	ibidem
LXX	Quomodo calida intemperies corrigatur	ibidem
LXXI	Quomodo frigida intemperies emendetur	ibidem
LXXII	Quō ſicca temperies in uētriculo, ueluti exemplo, deinde & aliæ corrigantur	22
LXXIII	De alimentorum facultatibus	23
LXXIIII	De oleribus	24
LXXV	De aſparagis	ibidem
LXXVI	De radicibus quæ cibi rationem obtinent	25
LXXVII	De tuberibus & fungis	ibidem
LXXVIII	De frumentaceis	ibidem
LXXIX	De leguminibus	26
LXXX	De fugacibus fructibus	ibidem
LXXXI	De arborum fructibus	ibidem
LXXXII	De animalibus, & primo de uolatilibus	27
LXXXIII	De ouis	ibidem
LXXXIIII	De terreſtribus animalibus	ibidem
LXXXV	De partibus animalium	28
LXXXVI	De lacte & terreſtrium ſanguine	ibidem
LXXXVII	Da lactis potione	ibidem
LXXXVIII	De lacte ſciſſili	29
LXXXIX	De caſeo	ibidem
XC	De piſcibus	ibidem
XCI	De teſtaceis	ibidem

XCII	De malacijs	ibidem
XCIII	De cartilagineis	ibidem
XCIIII	De cetaceis	30
XCV	De uini uiribus	ibidem
XCVI	De melle & mulsa	ibidem
XCVII	De somno	ibidem
XCVIII	De uigilia	31
XCIX	De sopore	ibidem
C	Dioclis epistola ad ualetudinem tuendam conscripta	ibidem

ANNOTATIONES IN LIB. II.

Folio.33.b linea 10

Morbis iam conflictantur.) loquutio Celso frequens, ut libro secundo capite sexto: Hi uel capitis dolori bus conflictantur, uel terram edunt.

linea.26

Vna uice.) Græce est ἀθρόως, quod uniuersim significat & semel, non pluribus uicibus. Celsus uidetur hoc uerbi expressisse libro quarto capite duodecimo, quum ait: Ne quis aut cibus aut humor uniuersos detur, sed paulatim. Ergo per interualla temporis sat est cyathos binos ternosue sumere, & cibum pro portione. Hic uniuersim sumere nimirũ pro ἀθρόως ponitur.

linea.31

Siquidem capitis.) Hæc dictio siquidem, ex superiore oratione pendet, puta quale morbi principium dicamus. Nam Paulus rationem reddens cur non quodlibet superueniens homini morbi, principium sit, inquit: Siquidem capitis &c.

Folio.34.a linea 10

Vigilia præcesserit.) Græcis est συμβεβηκότων, quasi dicas quæ simul contigerint, una inuaserint. Verum ex Celso, qui hæc ad uerbum transtulit e Græcis, sumpsimus: quẽ ita imitamur, ut a fide non recedamus.

linea.16

Pituita crassior.) Celsus ita uertit ex Hippocrate. Græca dictio est λῆμαι, quam Plinius etiam usurpat, libro uigesimotertio, capite primo: Vel, inquiens, si lemæ in oculis erunt.

Linea.26

In ueste floccos legere.) Græce est κροκυδίζειν quod uotet proprie fimbrias diducere, ut Celsus exponit: floccos autem legere huic finitimum est, eoque addidimus ex Celso. Sequitur καρφολογεῖν, hoc est, festucas & minima quædam carpere, quod incuria impressorum omissó est, tu adiicito.

Linea.27

Sudore digeratur. Tali dicendi formula Celsus utitur, quum quasi defectum animi ex sudore innuit, libro tertio capite decimonono: Quod stomacho languente immodico sudore digeritur.

Linea.33

Cibi appetentia.) Græce est, εὖ ἔχειν πρὸς τὰ πρόσφορα quod Celsus eleganter libro secundo capite secundo, ubi de bonis in ægrotantibus signis agit, cupiditatem cibi uertit, alias appetentiam. Barbari ad uerbum exponunt, bene se habere ad oblata.

b.Linea 10

Quarto die crisin experitur.) Crisis Græca dictio est, medicis admodum usitata, eoq; reliquimus: interim tamen iudicium, & iudicationem interpretari. Celsus dies crisis circumlocutione exponit, tertio libro de febribus: Dies, inquiens, in quibus de ægris iudicaretur, κρισίμους nominabant.

Linea.13

Intra quartumdecimũ diem soluetur.) Hoc est iudicabitur, ut rudiores intelligant.

Folio.36.a linea.15

Qui rigore uehementer febricitant.) Quia medicis alioquĩ doctis hæc dictio in usu est, non dubitaui ipsam ponere, pro ea quæ Græcis ῥῖγος dicitur, quanquam hanc Latine algorem cum tremore possis interpretari, uel totius corporis concussionem. Rigores autem inflexibiles neruorum musculorumque duritias recte dixeris, ut Plinius & Celsus authores sunt. Non tamen ignoro in frigore aliquando rigorem dici. Verum id ex consequenti eius euentu dicitur

Folio.37.a linea 3

Conflictatus sit.) Δυσφορίας δὲ γενομένης Græce est, quod superius exposui excruciatur. Celsus alibi in simili re con-

flictatur, usurpat. Si æger inquiens, conflictatur.

Linea. 28

Eleuatione.) Celsus eleganter διαστέλλειν & συστέλλειν, libro primo exponit: Quare inquiens uenæ nostræ modo submittunt se, modo attollunt: dixi autem uenas pro arteriis. Veteres enim uenas pro arteriis ponebant.

b. Linea. 7

Iis quæ per brachiale excurrunt omissis.) Brachiale iuncturam uoco qua manus cum brachio iungitur. In qua parte, arteriæ omnium maxime apparent, ut sit sensus: Vbi eas quæ brachiale perreptant arterias prætergressus fueris, nullas in toto corpore tactu commodiores illis reperias quasi dicas: In brachiali, arteriæ ad tactum sunt accommodatissimæ.

Linea. 20

Tria sortitur interualla.) Barbari διαστάσεις uertunt dimensiones. Celsus libro tertio de febribus capite sexto: Si uenæ non æquis interuallis mouentur

Linea. 25

Distantia.) Hoc pro interuallo positum est. ex uocabuli græci significatu.

Folio. 38. a linea 34

Interualla cum ipso.) Interualla hic uoco ἠρεμίας, hoc est quietem quæ percussibus arteriarum interuenit. Galenus etiam διάστημα hoc est interuallum uocauit, sed tēporis quo arteriæ mouentur.

b. Linea. 25

Peculiaris quidem puerili.) Post uidetur omissum: id quod Galenus addit, ἂν παιδίον τὸν πλησίον ἡλικίας σφυγμὸν λάβοιτο, παράρυθμος καλεῖται, hoc est, si puer propinquæ ætatis pulsum acceperit, pararythmus uocatur.

Folio. 43. b linea 28

Aluus optima.) Pro deiectione hic ponitur aluus. Celsus libro secundo capite quinto. Aluus quoque uaria pestifera est. Item quæ liquida, eademque uel nigra uel pallida uel pinguis est. Idem pro parte accipit qua excrementa continentur.

Linea. 30

In rufum elanguescit.) Pliniana locutio, pro leuiter rufa est.

Folio.44.a linea.5

Particularum tabem.) Græce est συν'τηξιν, quæ uox significat colliquationem consumptionemq́; , quũ particulis quotidie aliquid abscedit, nec alimentum recipiunt. Nos tabẽ interpretati sumus. quod hæc dictio apud latinos latius pateat, quam Græcorum φθι'σις. Plinius uoce syntexi utitur tã quam latina, libro uicesimo secundo capite uicesimoquinto. Tali sorbitionis genere emendantur syntexes. hinc syntectici eodem authore dicuntur.

linea.29

Speciem uini tenuis & albi.) Græci codices habebant ἐγγὺς ἱκανῶς τοῦ λεπτοῦ καὶ λευκοῦ, hoc est, satis propinqua tenui & albæ, uerum legendum censeo, ἐγγὺς οἴνου τοῦ &c. quemadmodum Galenus & Oribasius, onde ad uerbum transcripsit.

linea.33

A diluta.) Hoc est aquosa, ut Celsus sæpius utitur.

b.linea.18

Subsidentia alba.) Græci uocant hypostaseis, Celsus residentia, aut subsidentia, aut quod subsidet.

Folio.46.b linea.14

Consistit.) Pro in summo statu est, in summo incremento est. Celsus libro tertio capite quinto: Quum uero febris insſtet, incipiat, augeatur consistat, decedat. & paulopost. Satius est consistente iam incremento febris, aliquid offerre. Item libro quarto, capite septimo: vbi in incremento constitit.

linea.16

Nihiloque magis pectus quam extrema calent.) Hoc deesse uidebatur, ex Galeno instauratum.

linea.34

Quod ad inferiora uergit.) Apertius ex Galeno & fusius exposui. Sic etiam Oribasius habet.

Folio.47.a linea.11

Circuncidendum est.) Celsiana loquutio, ut libro quarto capite uigesimo. Circuncidendum uinum est in totum annum.

linea.18

Ordine conuerso otiosis.) Addidimus ad sententiam superiorem exprimendam, non incommode, ut speramus.

Folio.49.b linea.23

Sustinere eos qui.Hoc est,nutrire. Græcum est διαιτᾶν ita Celsus loquitur.

Folio.50.a linea 15

Humorem refrigerantis.) Hanc sententiam ita potius lege: Refrigerans aliquod,humore eius expresso, pilæ cum portulaca iniicimus,deinde contusum exprimimus, cum usus exigit,modico polentæ mixto,totum in aquam frigidam mersum refrigeramus.

b linea.8

Lemæ ipsis inhærescentes.) Plinius usurpat hoc uocabulū pro latino ut superius dictum est.Celsus crassiorem pituitā interpretatur.

linea.20

Quum uero periclitatur.) Græce, ἐς κίνδυνον ἥκῃ, ad periculum uenit,pro eo quod latini dicunt, Metus est.periculū est.Celsus uerbo utitur,libro primo capite tertio sic scribēs Nam siue plus est quam quod cōcoqui possit, periclitari ne corrumpatur,non oportet.

Folio.51.b linea.5

Nimis laboriosa uitæ ratio.) Græce est ταλαιπωρία, quasi dicas miseriæ.Idem ualet ærumnosa uitæ ratio , quæ plena & laboribus & miseriis existat.

linea.33

Pyræ incendio.) Græca dictio est pyra,latinis tamen usurpata.Proprie est lignorum strues.

Folio.52.a linea 32

Venter syntexin patitur.) Quid sit syntexis superius explicatum est.Sententia est; Venter tabida, & quæ ex ipsius corporis substantia decesserunt,humore undiquaque in ipsum confluente,mittit,partim uomitu,partim inferius. Ad uerbum Græce est: Venter syntexes emittit , alias sursum,alias infra.Cur autem sic reddiderim,Oribasius fuit in causa, qui apertius & fusius eandem tractat sententiam.

Folio.56.b linea 29

Fenestris patentibus.) Hoc quidem in Græco non est,sed ex Celso idem fere scribente huc transtuli, quod aer frigidior hinc peti soleat.Verba Celsi sunt libro.3.cap.19.quo minus corpus insudet,leui ueste debet esse contectus , loco non

calido fenestris patentibus, sic ut perflatus quoque aliquis accedat.

Folio.57.a linea 26

Hypoglottita uocant.) Scribonius Largus globulum uocat, qui sub lingua teneatur.

b. Linea.9

Herbæ pituitariæ.) Pituitaria herba est quæ dicitur etiã pedicularia, Græce staphis agria.

Folio.58.b linea 10

In id uehementer efficax est.) Celso peculiaris est hic sermo, ut libro tertio capite decimooctauo: Mouere sternutamenta in id efficacibus. Eodem sensu usurpat, ad id efficax, ut lib.4.c.8. potionesq; ad id efficaces.

Linea. 14

Quum minus quàm par est.) Talis genus est, quæ ἀτροφία Græcis dicitur. Plinius exponit, quum cibum corpus non sentit. Celsus eodem fere modo interpretatur, libro tertio capite uigesimosecundo, sic scribens: Tabis plures species sunt: Vna est, qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis uero in eorum locum subeũtibus, summa macies oritur, & nisi occurritur, tollit, ἀτροφίαν hanc Græci uocant. Ea duabus fere de causis incidere cõsueuit; Aut enim nimio timore aliquis minus aut auiditate nimia plusquam debet, assumit, ita uel quod deest, infirmat: uel quod superat, corrumpitur. Hactenus Celsus.

Linea. 18

Acrimonia sane febrium.) Græce est ὀξύτητος, quod significat acumen. Latine posSis dicere, sæuitia febris lenita, aut acrimonia, aut uehementia remissa siue præterita, ut ad uerbum interpreter.

Folio.59.a Linea.25

Vniuersim superaccommodatus. Sonat Græce μετὰ κρουνισμοῦ. hoc est, cum strepitu, torrentis modo, ampliter in caput de turbatus ex oleo fotus.

Folio.60.b Linea 32.

Pollen polentæ.) Apud Græcos est παιπάλη ἀλφίτου. Plinius tamen aliiq; antiquiores scriptores, eas uoces ex Græcis uertentes nihil aliud quam polentam dixerunt, quum tamen παιπάλη propriam habeat significationem, quæ in dicet, quod in farina tenuissimum est.

Folio.61.a Linea.6

Ex calidis spissamentis.) Aromata tusa, oleoq; admista ut tenuitatem eius spissent, coactumq; confusa ipsarum farina incrassent, spissamenta Latinis dicuntur, Græcis stymmata. Plinius libro decimotertio capite primo: Ratio faciendi duplex, succus & corpus: ille olei generibus fere constat hoc odor: hæc stymmata uocant, illa hedysmata.

Folio.62.a linea.3

Aeris perspiratu.) Græce est, πρὸς ἀνέμον τρέπων, quod est, ad uentum conuertens. Celsus autem superiore loquutione utitur in re simili. Qui enim uento exponitur, aeris perspiratum sentit.

Linea.13

Qui subito animam perdunt.) Idem est quod animo deficiunt. Cæterum Celsus anima frequentius usurpat, q̃ animo alii uero indifferenter.

Linea.16

Contra hanc pugnandum est.) Celsus hunc in modum loquitur.

Linea.17

Symptomatis.) Hoc Celsus aliiq; cãdidi Latinæ linguæ scriptores exponunt, per ea quæ superueniunt.

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

Hoc secundo totius operis libro, de febribus tractatur. Primũ de iis quæ ad notas totamq; earum curationem conducunt, sermo habetur: deinde de singularum febris specierum generatione & curatione. postremo de ijs quæ febribus superueniunt.

CAPITA LIBRI SECVNDI.

I De febribus ex Galeni aliorumq; plurium cõmentariis 33
II Quot & quæ principalia in morbis potissimum febrilibus perquirenda ibidem
III Vnde cognoscendum, mobus ne sit sanabilis an perniciosus. 34

IIII	De signis longæ ualetudinis	ibidem
V	Quomodo præsciemus an morbus iudicium subiturus, soluendusue sit	ibidem
VI	De diebus decretoriis	35
VII	Decretoria indicia in morborum principio esse praua	ibidem
VIII	Quemadmodum futurum iudicium prænoscendum sit	36
IX	Quomodo instans morborum iudiciũ agnoscatur	ibidem
X	Quemadmodum optimum iudicium per actum agnoscamus	37
XI	De pulsibus ex Galeni commentariis	ib.
XII	De deiectionibus	43
XIII	De urinarum notis	44
XIIII	De sputi notis	ibidem
XV	De febribus diariis dignoscendis, curandisq́;	45
XVI	De putridarum febrium agnitione	ibidem
XVII	Curatio febrium putridarum	46
XVIII	De tertianarum agnitione	ibidem
XIX	Curatio tertianæ	ibidem
XX	Curatio tertianæ nothæ	47
XXI	Quartanarum cognitio	ibidem
XXII	Curatio quartanarum	ibidem
XXIII	Quotidianæ agnitio	48
XXIIII	Curatio quotidianæ	ibidem
XXV	De hepialo febri & rigore, quæ nullo calore possunt euinci	ibidem
XXVI	De febribus continentibus	49
XXVII	Agnitio febriũ continentium, & curatio	ib.
XXVIII	Ardentium agnitio	ibidem
XXIX	Ardentium curatio	ibidem
XXX	Febrium quibus ex affectu erysipelas referente origo est, curatio & agnitio	ibidem
XXXI	Hecticarum febrium agnitio	50
XXXII	Hecticarum febrium curatio	ibidem
XXXIII	De semitertianis	51
XXXIIII	De morbis publice grassantibus	ibidem
XXXV	De pestilentia, ex commentariis Rufi	52

XXXVI	De iis qui redundantia crudoꝝ humoꝝ synco pe periclitantur	ibidem
XXXVII	De iis qui ob prætenueis humores syncope opprimuntur	53
XXXVIII	De reliquis occasionibus, quibus syncope succedunt	ibidem
XXXIX	De dolore	54
XL	Si corpus tabe consumatur	ibidem
XLI	De uigiliis in febribus	ibidem
XLII	Curatio soporis noxii, qui cataphora Græcis dicitur	55
XLIII	Curatio doloris capitis in febribus,	ib.
XLIIII	Quomodo stomachi curam habere conueniat	56
XLV	De immodico frigore in febribus, & rigore	ibidem
XLVI	De sudoribus	ibidem
XLVII	De tussi in febribus	57
XLVIII	De sternutamento	ibidem
XLIX	De cibi fastidio	58
L	De grandi fame, quæ Græcis bulimos nuncupatur	ibidem
LI	De canino appetitu	ibidem
LII	De siti	59
LIII	De linguæ scabritie	ibidem
LIIII	De nausea	ibidem
LV	De bilis uomitione	60
LVI	De singultibus	ibidem
LVII	De aluo in febribus astricta, & cita	ibidem
LVIII	De sanguinis distillatione & eiusdem ex naribus profluuio	61
LIX	Si anima deficiat	ibidem
LX	Quomodo ulcus circa os sacrum proueniēs curetur	62

Folio.63.a linea 9.

AVt calami radix.) Aliquoties dictione calami usi sumus pro arundine.idq; citra adiectiuum aromatici, qui ab illo diuersus est.

Folio.64.b.8

Iunci floris.) Hoc est iunci rotundi floris, ut apud Celsum nonnunquam legitur, nisi mendum sit.

Folio.70.a 11

Scordii drachmæ quatuor.) Impressum exẽplar habet σκόρ δων hoc est alliorum: scordium uirtute simili ad affectum hunc ualet, qua de causa ita reddidimus, quanquam superior lectio multis probetur.

Folio.71.a 5

Venarum puluini turgescunt,) Hoc est ipsæ uenæ. Nam puluini nihil aliud sunt quam uenaꝝ extuberantiæ, quemadmodum Celsus aliquando uenaꝝ toros dixit.

Linea.23

Medicamentum ex papauere. Simpliciter hoc diximus, pro ex papauerum capitibus, quod Latini scriptores sæpe factitare solent: Græce dicitur dia codion.

Linea.33

Vel rhodomelite uel diluto hydromelite.) Affinitas dictionum malæ scripturæ occasionem præbuit, hunc igitur in modum uitiatam lectionem restitue, uel rhodomelo uel dulci hydromelo, dilutum positum erat pro aquoso, propter id quod sequitur. Nam uinosum hydromelum. Simili casu in septimo libro capite decimoquinto deprauata est lectio. ubi pro hydromel & rhodomel, legendum est hydromelum & rhodomelum.

Folio.75.a 11

Bombylio ori instillantes.) Bombylium teste Galeno & Suida est poculum angustioris, cuiusmodi fictilia multa fieri solent.

Linea.20

Fœmora & crura exulcerata.) Vrentibus scilicet qualis est urtica & sinapi. Celsus exasperare pro exulcerare ponit libro tertio capite uigesimoseptimo. Prodest inquiens etiam

torpentis membri summam cutem exasperasse, uel urticis cæsam, uel imposito sinapi.

b. Linea. 35

Ac ore uentriculi submisso.) Græce ἐπὶ συστολεῖς φυλάττειν, ἐρεθίζειν τε τὴν κοιλίαν, hoc est in systole conseruare & aluum irritare, puto autem aliquid desiderari, atque in hunc modum legendum esse; Quibus uomere ex usu est, ii statim ad id cogendi sunt & inquiete seruandi; qui difficulter uomunt, iis aluus duci debet.

Folio. 74. b 13

Iuncus aliaq; similia.) Quotiescunque simpliciter iuncus positum, rotundum intellige.

Folio. 75. a 33

Eorum quæ iuxta sunt obliuior.) Dictio Græca est προπεχῶ, quæ etiam familiares significat, atque sic duobus modis possit intelligi, sed prior sententia omnia complectitur.

Folio. 77. a 17

Quando ualentiora magisq; uaria.) Ita intellige, quando contumax est humor tunc ualentiora tentare oportet remedia.

Linea. 32

Ex cucumere.) Græce est dia sicyonias, quod est ex cucurbita syluestri, dicitur alias dia colocynthidos.

Folio. 78. b 6

Latinis incubo est.) Nonnulli incubonem Latine dici negant, Scribonius Largus eadem dictione utitur compositione centesima.

Folio. 79. a 16

Attonitum ipsi crus euaserat.) Attonitum hoc est apoplexia occupatum.

Linea. 24

Omnes faciei subiectæ partes.) Hoc est, partes omnes quæ a facie usque ad ima habentur.

Folio. 80. a 31

Valetudini faciunt.) Hoc est prosunt. Celsus sæpissime ualetudinem pro sanitate ponit, nullo etiam adiuncto.

Folio. 82. a 15

Commendatur autem lac.) Alterum exemplar scriptum ὤθεται, quod est commendatur, uerum dum sententiam penitius introspicio, melius habet impressum ἄπθεῖ, ut sit

Cæterum uitari debet lac, caseus, &c.

linea.20

Iunci rubi.) Græce quidem est χοίνου quod est iunci rotundi, sed deprauate, pro σχίνου, quod est lentisci

b.linea.28

Sorbitionibus ex chondro & alica.) Hoc ex loco manifestissimum est, Paulo diuersa esse chondrum & alicam, quod alibi monuimus

Folio 83 b.24

vbi refrixerint in memoria habeatur.) Peruersa est sententia, sic lege: necubi refrixerint. Sẽsus est, sudores lanis oleo madentibus abstergere, ne nobis imprudentibus refrigescant, in memoria habeatur.

Linea.33

Instar erui.) Substantiue hic instar ponitur pro magnitudo, loquutio Latinis medicis frequens.

Folio.85.a 23

Causa cæca.) Hoc est latente incognita.

Folio.91.a 17

Pollinem eius accommodare.) Pollinem accipimus in hoc opere, pro quocunque tenui puluere.

Folio.94,b 9

Amygdalarum quibus corticem detraxeris.) Græce est λελευκασμένων, quod est amygdalarum exalbatarum: nos qua cortice detracto albescunt amygdala, quibus corticem detraxeris, reddidimus.

Folio.95.a 17

Vel marrubii.) Impressum exemplar habet πράσου hoc est porri, atque ea lectio magis probatur, quod superius in eodem capite porrum ad aurium dolores Paulus commendauerit.

Folio.97.b 35

Aselli domestici combusti.) Corrupta est lectio dictionum Græcarum confinitate, Græce est ὀνίδος quam dictionem nusquam reperio, eoq; putaui legendum ὀνίδιον pro multipedis. lege igitur ὀνωνίδος, ut sit, Vel ononidis combustæ cinerẽ inspirabis; uel ononidis expressæ succum instillato.

Folio.95.a 23

Fuci drachmæ tres.) Fucum uoco quod Græci phycos dicũt. Plinium hac in re sequutus.

linea.34

Thuris illyricæ.) Hoc est iridis illyricæ: distinguendum a thure est.

b.linea.5

Erui siliquæ.) Græce est λεκυθὸς quod per se lomentum significat & siliquam cuiuscunque frugis: hic autem erui farinam legere malim.

Folio.99.a 23

Quanto calidius.) Græce est quanto uetustius sed quia oleũ uetustate redditur calidius eo modo transtuli.

b.linea.14

Ficus pinguis uiridis.) Hæc in impresso exemplari male sigillatis adiuncta erant, nos ex manuscripto in suum locum restituimus. Cæterum pro ficus pinguis, legendum est, nucis.

b.linea.26

Pondo triens.) Pondo hic nihil aliud significo, quam pondere, quemadmodum usurpat Largus quum autem solum ponitur, tunc libram signat. Porro triens de unciis tantum dicitur apud medicos, hic autem male positum est in fine, lege igitur hunc in modum: Aluminis laterculariі, salis ammoniaci, singulorum pondo triens, myrrhæ, costi, pyrethrĩ singulorum denarii quatuor, piperis &c.

Folio.101.b 32

Spiritus recta ceruice uix trahitur.) Græce est ὀρθόπνοιά τε καὶ πόνος μετὰ δυσπνοίας, quod ad uerbum sonat, orthopnœa, labor cum spirandi difficultate, id totum breuissime complexi sumus, per spiritus recta ceruice, orthopnœam intelligentes: uix trahitur. laborem cum spirandi difficultate. Celsum hac in re imitati qui in capite de angina hæc eadem habet.

Folio.102.b 15

Et anguntur.) Græce est in codice manuscripto ἀψιῶνται, quod est tristitia afficiuntur, anguntur: impressum habet ἀψιόνται, hoc est redeunt ad se, animum recipiunt.

Folio.103.a 27

Sumenalia quæ itria dicuntur.) Barbarus testatur itria dici sumenalia.

Folio. 104.b 23

Dum tabuerint.) Græce est ἀποτρίτωσις, hoc ad uerbum significat, usque ad tertias redactio: atque sic intelligi uolo, dum tabuerint usque ad tertias uidelicet decocta.

Folio. 106.b 14

In pinguedinem languescit.) Græce est ὑπολιπαροὶ γίνονται, hoc est, subpingues fiunt, quod nos expressimus per, in pinguedinem languescit, qui loquendi modus in hoc sensu Plinio aliisq; Latinis scriptoribus frequens est.

Linea. 14

Hydromelite.) Et hic hydromel pro hydromelo ponitur.

Folio. 107.a 4

Ad magnitudinem cicerum trium.) Græce uidetur habere ceratium, hoc est siliqua, ut sit sensus, ad magnitudinem siliquarum trium aut quatuor. Nos, quia hoc non uidebatur multum conuenire, diximus cicerum. tu utrum mauis elige.

Folio. 108.b 16

Purulenta excreatio quam Græci empyema nominant.) Empyema purulentam colluuiem uoco & excreationem, quæ a sanguinis expuitione facto ulcere neque ad cicatricẽ perductio fieri solet, probatissimos Latinæ linguæ scriptores imitatus.

Folio. 109.b 14

Pleuritis qui nobis lateralis dolor appellatur.) Lateralem dolorem uocaui, quem Græci pleuritin, authore Plinio: lateris dolorem eum qui sine febri est. Celsus utrunque malũ, dolorem lateris uocat.

Linea. 17

Dolor a summa.) Multi ita interpretantur hũc Pauli locum sed nos in subscriptum modum legimus: Dolor ad summã humerorum compagem & extremas costarum cartilagines pertinens.

Folio. 111.a 3

Fuluerem ex uiæ pauimento.) In hunc modum Celsus ubi de sudore agit in cardiaco morbo, interpretatur id quod Græcis est καθαρισμὸς τοῦ ἐδάφους, quasi dicas purgamenta pauimenti.

Ibidem.

Aliave refrigeria.) Græce est ψυχαγωγία, quod hoc loco

retrigerationem

refrigerationem non delectationem animi significat, ut alias. Nam refrigeria sudantibus maxime ex usu sunt.

Folio. 115. b 25

Contra uentriculum ipsum.) Latinis uentriculus dicitur, qui Græcis stomachus: intelligo autem superiorem partem uentris, quæ sub cartilagine mucronata habetur. huic igitur applicari cucurbitula debet.

Linea. 35

Alimentum ægri sentiunt. Hoc est aluntur, loquutio Plinio & Celso frequens.

Folio. 117. b 35

Lacte caseato harundine demissa.) Legerem hic Græce καλάμων, sed impressum bene habet κακλήκων. sic igitur restitue lectionē uitiatam. Lacte caseato lapillis marinis ignitis in id demissis.

Folio. 118. b 6

Acerba uua, combusta.) Græce est ὀμφακίδος, quid hoc sit non comperi, coniicio autem ex ipsius Pauli interptetatione glandis calycem esse, ut sensus sit, calycis quernei combusti, est autem hoc concauum &c.

Folio. 126. a 1

Recens caro lota esse uideatur. Sic reddit Celsus quod, Græce ὅμοια πλύμασι κρέων νεοσφαγῶν.

linea. 16

Recrementa erunt licciora.) Videtur hic deesse in Græco exemplari, & pauciora, tu si uoles addito.

Folio. 128. b 2

Cottabismi & dropaces.) Quid cottabismus sit uide Hermolai Barbari Corollaria in Dioscoridem.

linea. 12

Nonnunquam sanguinis copia.) Græce quidem sic est, uerum sequens sententia, ipsaq; rei ueritas πνεύματος pro αἵματος legendum esse dictitat, ut sensus sit. Nonnunquam spiritus copia &c.

Folio. 129. a 13

Agresti uua.) Sic uoco interim staphida agriam, aliquando pediculariam herbam.

Folio. 133 a 31

Calcis pondo denarii octo.) Græce est ἀσβέστου quod est, nō restinctæ, atque sic hic & in duabus sequentibus compositionibus accipiendum.

Folio. 134.a 13

Plumbi retosti quod helcysma dicitur.) Nonnulli sic interpretantur, sed proprie helcysma recrementum argenti est, lege ergo, Scoriæ argenti quod helcysma &c.

Folio. 138.a 31

Aristolochiæ rotundæ.) Deprauatum hic exemplar Græcũ est, habet enim μελαντηρίας στρογγύλης, quod est melanteriæ rotundæ, nullo sensu, quum creta sutoria rotunda nusquam degatur. Forte igitur legendum στυπτηρίας hoc est aluminis, aut disiunctim melantarii & aluminis rotundi, ut substantiuum intelligatur in στρογγύλη, quemadmodum in χίσῃ.

Folio. 140.b 12

Ilicis italico fictili.) Græce est φελλοῦ. Hoc est suberis, ut alias interpretati sumus. Nonnulli uero ilicem exponunt.

Folio. 142.b 10

Nigro Serapionis.) Intellige Melinum dictum, non nigrum.

Folio. 152.b 18

Lege consortii quod.) Hoc est per consensum. modus loquendi Celso peculiaris.

Linea. 21

Artus intricet humor.) Artus hic uoco, quod Græci ἄρθρα, membra nimirum motui dicata, alias articulos forma diminutiua dicimus. Idem facio in dictione κῶλον manus & crura, ea comprehendes. Barbari membra uertunt.

Folio. 156.b 6

Eiusdem aceti imbre.) Hoc est, aceto irrorato. Celsus sic loquitur.

Linea. 26

Sed crudi uinus eam assument.) Crudi dicuntur & homines & cibi: homines qui nondum concoctionem obierunt: cibi qui nondum concocti sunt.

Folio. 157.b 29

Podagram quæ iam constiterit.) Hoc est quæ iam confirmata fuerit. Nam id proprie συστᾶσα significat. huic confine est, radices agere.

Folio.159.a 35

Vel oui luteum fabarum lomento cum aceto incoctum.) Duplici modo hæc sententia intelligitur: Primum ut expo suimus, deinde in hunc modum, uel putamen fabaceum cũ aceto incoctum: Sed scriptum exemplar superiorem sentẽ tiam magis refert.

Linea.32

Fit autem in pedis & manus præcipue pollicibus.) Impres sum exemplar hæc non habet, quanquam sensus requirat. Nos igitur ex Marcello Dioscoridis interprete. Paulum ci- tante hæc restituimus

ARGVMENTVM LIBRI TERII.

In hoc tertio totius operis libro de singularum corporis partium affectibus disputatio est: quæ à sumo capite incipiens, in imos pedes desinit.

CAPITA TERTII LIBRI.

I De pilorum affectibus, de areis, & caluitio 62

II Quomodo pili crispi fiant, & tincturis inficiantur, ex Cleopatræ libris quos de capillis crispis faciundis prodidit 64

III De capitis affectibus cutem infestantibus, furfuribus seu porrigine, quæ pityriasis dicitur. 65

IIII De capitis dolore quem Græci κεφαλαλγίαν uocant 67

V De cephalæa & hemicrania 68

VI De phrenitide 70

VII De inflammatione cerebri 72

VIII De erysipelate cerebri ibidem

IX De lethargo ibidem

X De catocho aut uigili comate 73

XI De memoriæ iactura & ratiocinationis item de sopore & fatuitate 74

XII	De uertiginibus	ibidem
XIII	De morbo comitiali	75
XIIII	De melancholia	77
XV	De incubone qui ephialtes græce dicitur	78
XVI	De lycaone uel lycanthropia, id est, hominũ in lupos conuersione	ibidem
XVII	De amantibus	79
XVIII	De apoplexia & hermiplexia; uel paralysi	ibidem
XIX	De conuulsionibus	82
XX	De ceruicis morbis nempe tetano eiusq; differentiis	83
XXI	De tremoribus	84
XXII	Ocularia & primum de dolore ex Galeni cõmentariis	ibidem
XXIII	Auricularia. & primũ de aurium dolore	93
XXIIII	De narium & olfactus uitiis	96
XXV	Ad faciei uitia, Quomodo facies a rugis asferatur	98
XXVI	De oris affectibus, & primum de dentium dolore	99
XXVII	De angina, eiusq; speciebus, ubi ẽt de strãgulatis, uel alio modo suffocatis agitur	101
XXVIII	De grauedine, destillatione raucitate & tussi.	102
XXIX	De orthopnœa, suspirio, & spirandi difficultate	105
XXX	De peripneumonia	ibidem
XXXI	De cruentis sputis	106
XXXII	De purulentis, & tabe q̃ phthisis dicitur	108
XXXIII	De laterali dolore, qui pleuritis dicitur	109
XXXIIII	De cordis affectibus	110
XXXV	De mamillarũ affectibus	111
XXXVI	Ad fœdũ axillarũ odorẽ sedationesq;	112
XXXVII	De stomachi, præcordiorũ, & uentriculi affectibus	ibidem
XXXVIII	De flatu uentriculi	114
XXXIX	De cholera	115
XL	De leuitate intestinorum quæ lienteria dicit & cœliaco affectu	116

XLI	De tenesmo	ibidem
XLII	De torminibus, quæ dicitur dysenteria	117
XLIII	De morbo intestini plenioris quem Græci colicon appellant	118
XLIIII	De tenuioris intestini morbo, qui ileos dicitur	121
XLV	De renum & uesicæ affectibus, & primum de calculo	ibidem
XLVI	De iocinoris affectibus	125
XLVII	De malo corporis habitu qui cachexia dicitur	128
XLVIII	De aqua inter cutem	ibidem
XLIX	De lienosis	130
L	De morbo regio q icteros græce dicitur	131
LI	De umbilico procidente	132
LII	Quomodo impuberes imberbesq; diu maneant, & particulæ naturales testesq; ita conseruentur, piliq; aboleantur	133
LIII	De ramicum generibus	ibidem
LIIII	De inflammatione testiculi scrotiq; , & aliis ipsorum affectibus	134
LV	De seminis profluuio & ueneris insomniis	135
LVI	De satyriasi	ibidem
LVII	De priapismo	136
LVIII	De particulis inefficacibus	ibidem
LIX	Pudendorum & ani remedia	ibidem
LX	De uteri affectibus, & primum de mensium purgatione	138
LXI	De mensium suppressione	139
LXII	De immoderata purgatione uteri, & sanguinis profluuio	140
LXIII	De fluore muliebri	141
LXIIII	De inflãmatione uteri & declinatione	ib.
LXV	De uuluæ abscessu	142
LXVI	De uteri exulceratione	143
LXVII	De cancro	144
LXVIII	De scirrho & duritie	ibidem
LXIX	De mola	145
LXX	De inflammatione uuluæ	ibidem

LXXI	De uuluæ strangulatu	146
LXXII	De uuluæ procidentia	ibidem
LXXIII	De muliebrium locorũ clausura, quam phimon appellant	147
LXXIIII	Vt sterilis mulier concipiat	ibidem
LXXV	De uuluæ scissuris, condylomatis, & hæmorrhoidibus	149
LXXVI	De partu difficili	ibidem
LXXVII	De coxarum morbis	150
LXXVIII	De podagra, & articulariis morbis	151
LXXIX	Ad perniones, qui tum pedum plantas, tum calces infestant	158
LXXX	Ad clauos callosq;	159
LXXXI	Ad unguium uitia, & primũ de reduuiis	ib.

ANNOTATIONES IN LIB. IIII.

Folio. 161.a 23

Elephantiam nunquam curari.) Elephantia & elephãtiasis teste Plinio utroque modo dicitur, ut libro uigesimo, capite decimo: Eadem in aceto cocta, cõtra elephantiam proficit. Et libro uigesimo sexto cap. 1. diximus elephantiasim ante Pompei Magni ætatem non accidisse in Italia, & ipsam a facie sæpius incipientem: ubi hoc mali elegantissime describit Plinius. dicta autem est elephantiasis ab elephantorum cutis similitudine. Hinc elephantici uulgo leprosi. Græcis hoc uitii ἐλέφας, ἐλεφαντία & ἐλεφαντίασις, uocatur.

b. linea 6

Non fisso sed recens mulcto lacte.) Inuenio apud probatos authores, utpote Largum, Celsum Plinium, alumen fissum, scissum & scissile: ita & lac, quum eadem dictio Græca sit, χισό ν.

b. linea. 9

Acremento autem uomitus.) Græce est, δριμυφαγία, quasi dicas acrium esus. Verum intelligitur apud Græcos scriptores uomitio acrium ciborum esu concitata. Plinius lib. 20. cap. 7. acrementum aceti dixit: Palladius acredinem ceporum: cæteri acrimoniam.

b.linea. 12

Malo uictis.) Hoc est deploratis, Græci uocant νόσω κεκρατημένων. Celsus libro quarto capite quarto. Quibus si non fuerit æger adiutus, scire licet malo uictum. Idem artem malo uictam dixit libro quinto, capite uigesimosexto sic scribēs. Ne si uicta ars malo fuerit, uel ignorasse uel fefellisse se uideatur. Item libro sexto capite decimooctauo. Si medicamenta uincuntur.

b.linea 16

Metasyncritica dicunt.) Hæc sunt proprie medicamenta quæ in morbi refectione adhibentur. Nunc Latini uocant noxios humores euocantia, nunc recorporatitia: prius autem hic magis congruit.

Folio. 162.a 1

Vini primæ notæ.) Hoc est excellentis & generosi.

linea. 10

Porro.) In uno exemplari erat πράσιον hoc est marrubium reliqua duo habebant πράσον, quod est porrum.

linea. 18

Manu molliter permulceri debent.) Græce est ψηλαφᾶν quod est molliter contrectare manibus, ut Celsus libro tertio cap. 9. Ex aqua frigida cui oleum sit adiectū corpus eius pertractandum est. Idem permulceri utitur eiusdem libri capite uigesimotertio. Vbi inquiens, mane experrectus est, corpus eius leuiter ex oleo uetere cum capite,) excepto uētre) permulceatur. Et libro quarto ca. ultimo: Leuiter unctis manibus corpus permulcere.

linea. 20

Nunc saltu.) Omnia exemplaria habebant, τὰ μὲν ἁφαλλόμενος, τὰ δὲ πλέων. ἀγκτῆρσι τε καὶ κωρύκῳ χρώμενος, hoc est ad uerbum: Partim saltans, partim nauigans ancteribus utens, & coryco. Nos autem uertimus. Nunc saltu nunc remigio, πλέων participium sit. Nam & remis agitandis corpus exercetur. Inclinabat autem animus πλείων legere ut esset: Nunc saltu, nunc autem magis ancteribus & coryco utens. Verum magni aliquot uiri nominis, priorē lectionē probant examplaribus suffragantibus. Porro quum quotidie disquirerē, quid essent ancteres, nec reperirē qđ huc faceret, Guglielmus Budæus unicū literarū decus, humaniter me submonuit pro ancteres hic legendum esse halteres, qđ

ego ſtatim arripui, ac ita deinde ſententiam legere malui: Nunc ſaltu, nunc antem magis halteribus uti & coryco. Qui enim apud ueteres ſaltu certabant, ii halteribus utebantur. Sunt autem halteres pilæ plumbæ maſſulæ ue quibus utraque manu ſe librabant ut certius aſsilirent. Martialis.

Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti?
Fxercet melius uinea foſſa uiros.

linea.33

Offa ex polentis.) Hoc eſt pulticula ex farina ordeacea. Græce eſt μᾶζα, quod Hermolaus Barbarus & Theodorus Gaza offam exponuut.

b.linea.5

Acria ſine periculo.) Hæc ſententia ita erat acria non ſine periculo (exceptis condimentis) ingeruntur, id eſt acria adimenda ſunt exceptis condimentis. atque ita, ſi placet, lege.

linea.9

In dulciariorum genere.) Hoc eſt melitomatum, quaſi dicas ex melle confectorum.

Folio.163.a 6

Aeſculapii medicamentum.) Latine reddidi quod Græcis dicitur Aſclepion.

linea.25

Aſelli.) Hoc eſt multipedes, qui Græce ὄνισκοι & πολύποδες appellantur, Humectis in locis agentes. Alii malunt, ſub hydriis. id eſt uaſis aquariis.

linea.37

Marinæ arenæ uſus.) Hoc eſt in marina arena ſaburratio, ſi quid intelligo.

b.linea 10

Lepra altius circularibusq; eroſionibus.) Vulgo lepram uocant, quæ doctis eſt elephantia ſiue elephantiaſis,, maxime inter ſe diuerſa.

Folio.164.a 4

Donec tabeſcāt.) Celſi loquutio eſt. Græce ſonat ἕως φρυγῶσι, in eodem fere ſenſu.

linea.5

Oleo adiunge ceræ tractæ.) Cera tracta, candida eſt, authore Photione, a quo & uerbum τρακτάζειν, pro eo quod eſt perficere ac ſubigere ut alba fiat cera.

linea. 14

Lotariæ rubræ. Græce est λωταρία ἐρυθρα, ut sit pluratiui numeri. Hermolaus quoque citat ex Paulo, lotarium rubens quasi diminutiuum loti. Nisi quis non de loto Aegyptia, sed de syluestri potius accipiat. Est etiam pastillus apud Paulũ, dia lotarion uocatus, ad naturalium sedisq; uitia.

b.linea 10

In uetustatem incidentibus.) Celsus sic loquitur, lib. 3. cap. 14. Si uero (inquiens) primis diebus discussus morbus non est, inciditq; in uetustatem &c.

linea. 21

Sulfuris uiui.) Scribonius largus uiui ponit, ubi Celsus ignẽ non experti, Græce est ἄπυρον.

linea. 35

Coctam liquatamq; illinito.) Græce est τακερωθεῖσαν, hoc est Τακεῖσαν uel μαλακυνθεῖσαν.

Folio. 165. a 27

Cineris lixiui stillatitii.) Idem est quod lixiuiæ. Verum quia κονία Græce multa significat, ut certior fieret res, cinis lixiuus stillatitius dictus est, non aliter quam si lixiuiam & lixiuum cinerem simpliciter diceremus.

b.linea 5

Parygro.) Hoc est liquido, uocatur ita etiam latinis.

Folio. 166. b 30

Vua cum ouorum aquato. Columella ita loquitur. Scribonius Largus, compositione uigesimatertia: Hoc quidem etiam in initiis utuntur cum oui aquato liquore per se. Idem uocat aquasissimum compositione uigesimasexta. Oportet inquiens, eo ad sordida ulcera diluto cum oui albo, id est aquatissimo uti.

Folio. 167. a 12

Stigmata curabis.) Stigmata in uetere medicina dicta sunt, non puncta, sed maculis punctoꝝ quantitate & forma decolorata hominis cutis. Porro latinis etiam in usu est ea dictio. Largus compositione ducentesima & trigesimaprima: Qua stigmata tolluntur.

Ibidem.

Quod matulæ adhærescit.) Hoc est, quod ex urina in matula solet colescere. Vt enim urina acris exterendis maculis est potentiæ, ita nimirum & id quod ex urina reliquum matu

læ adhærescit.

b.linea.7

Græci exanthemata uocant.) Exanthemata pustulæ sunt exiguæ, quales ex urtica uel sudore fiunt, eodem plerunque quo & cutis colore. Et quoniam turgentium ad florem gemmarum in plantis modo tument, ideo exanthemata a Græcis dicta fuerunt, ἐξανθεῖν enim illis signāt florescere. Plinius hoc genus aliquando papulas, aliquando pituitæ eruptiones, sæpe etiam papularum eruptiones & exanthemata uocat.

Folio.168.a 5

Splenio illitas imponito.) Hoc est ob longo emplastro, lienis modo facto. Plinius. Superimponi oportet splenium e melle decocto.

Linea.30

Gliscentibus capitis ulceribus.) Hoc est manantibus Græci uocant ἀχῶρας.

Linea.35

Ambusta igne medicamentis.) Plinius sic uocat, quæ πυρικαυτὰ Græcis dicuntur.

Folio.169.a 12

Fici pinguis.) Græci est καρικῆς, quanquam Latina sit dictio quam Græci uocant ἰσχάδα ficum siccatam, nisi quid aliud in uicem huius sit legendum. Porro siccæ ficus pingues potius sunt quam recentes. Celsus lib. quinto ponit ficus siccas pinguissimas.

Linea.30

Abrasa & superficiem intestantia ulcera.) Recentiores interpretes ἀποσύρματα uertunt desquamata. Scribonius Largus abresa, ut in compositione 215. sic scribens. Facit ad tenera, mediocriter læsa, & abrasa, quæ ἀποσύρματα Græci dicunt.

linea.35

Olei sesquihemina.) Impressum habet sesquicyathus, tuutrū libet accipe.

ibidem.31

Heliotropii magni fructus) Hic fructus pro semine positus est. Græci sæpe confundunt καρπὸν & σπέρμα.

b.Linea.33

Nostri inflammationes, Græci phlegmonas uocant.) Vbi-

que hic inflammationem interpretor, Græcorum φλεγμονὴν, quam hodie phlegmonem Latine efferunt: φλόγωσιν, feruidam inflammationem. atque hoc in uniuersum dictum uelim.

Folio. 171. a 3

Lomenti drachmæ sex.) Fabarum farina est lomentum. Ponitur etiam aliquando, fabarum lomentum.

b. Linea 2

Aqua mulsa, posca, uino & mulso utendum est.) Mulsa græcis dicitur melicratos: Mulsum est œnomeli.

Linea. 16

Tenera calami radix.) Hoc est arundinis.

Folio. 172. a 17

Ex humorum decubitu prouenerint.) Græce est ἀπὸ σκήμματος, dicitur & una dictione ἀπόσκημμα. Nominant sic dispositionem, quum qui prius unum membrum infestabāt humores, eo relicto ad alterum transeunt.

b. linea. 7

Emmoto medicamine.) Hoc est, linamentis carptis excepto. Nam μότα ea significat. Scribonius Largus circumlocutione usus ita fere exponit, compositione ducentesima & trigesima septima. Cum opus est inquiens, cochlearia tria rosæ cyatho permiscentur, inde linteola carpta contingun tur, atque ita ulceri superponuntur.

Folio. 173. b 20

Stercoris plumbi triens.) Celsus recrementum plumbi uocat, σκωρίαν μολύβδου, Largus stercus plumbi, ut compositione octaua & quadragesima. Ad ulcera in naribus plumbi stercus, quod scoriam dicunt.

Linea. 28

Seui caprilli curati.) Græce est τεθεραπευμένου. Hoc Celsus simpliciter exponit, curati: ita scribens libro quinto cap. 19 τεθεραπευμένα Græci appellant, quæ curata uocant, quum ex seuo puta, omnes mēbranulæ diligenter exemptæ sunt. Largus similiter adipem curatum dicit, compositione ducentesima & uigesima secunda. Qui præcedente compositione significantius & manifestius purgatum adipem suillum posuit. Hac eadem ratione, & cadmiam curatam inuenies dici a Celso, ut libro sexto, capite sexto, in Collyrio Cleonis.

Folio.174.a 4

Eryſipelas qui ſacer ignis latinis dicitur.) Plinius aliiq́; ueteres, eryſipelas uocabant, ſacros ignes, Celſus tamen ut diuerſa genera deſcribit.

b.linea.30

Myrtei pondo, unguenti quincuncem.) Hic locus ita uidetur intelligendus, Olei myrtei pondo, unguēti myrtei quincuncem.

linea.36

Ex cruda poſenta.) Græce eſt ὠμῆ λύσις, hoc eſt farina ordei ſine coctione ſoluta.

Folio.175.a 11

Phyma.) Latini ſcriptores, ut Plinius, & Celſus eadem Græca dictione utuntur, quemadmodum & phygethlo.

linea.20

Bubones qui prolapſu.) Græcum eſt προπταίσμασι. magis placet, colliſu, quanquam & ſuperiore modo non indocti exponunt.

linea.31

Vlceris in quo id prouenerit.) Hoc eſt ulceris in quacunq́; corporis parte prouenerit, habenda eſt ratio.

b.linea.29

Furunculus.) Eſt ulcus naſcens paſſim in quacunque parte corporis. Græcis δοθίην uocatur. Non deſunt tamen qui phygethlon furunculum exponant.

linea.34

Triticum commanſum & impoſitum.) Sic lege. Hic enim peculiaris in furunculo tritici uſus eſt. Sic autem uenit intelligendum. Prius dentibus conteras, inde friatum ulceri inducas.

Folio.176.b 4

Confeſtim circunſcribuntur.) Græce eſt περιγράφονται. Eſt autem circumſcribere ſcalpello, idem quod circum ſecare.

linea.22

Ad ſordium ſpisſitudinem.) Manuſcriptum exemplar habet μέχρι μελιτώδου συστάσεως, quod eſt ad mellis craſſitudinem.

linea.30

Animene.) Græca dictio eſt, quemadmodum & emmota, ſignificans medicamētum ſolutum. Poteris etiam latine

si mauis legere, ut sit, Cerata cephalica soluta, & in linteolum illita.

Folio. 178. a 1

Ad carcinode.) Celsus eadem dictione utitur in iis ulceribus quæ cancrum resipiant, libro quinto capite decimooctauo. Carcinode uero phymata commode his deliniuntur.

linea 26

Atque indolens tumor.) Indolens hoc est nequaquam dolens. Sic etiam intelligo capite trigesimo Magna ex parte indolens.

b. linea. 8

Mollissimum ellychnion.) Ellychnion est quod ex papyro, sparta, cannabe, aut stupa, tortum, in lucernis uritur.

linea. 29

visceribns oleum tenuius.) Sic uoco oleum quod Græci λεπτομερὲς dicunt, alii reddunt tenuium partium.

Folio. 179. a 29

Ibidem diuortiuus expertis.) Hoc est segregatis solutisque.

Folio. 180. b 10

Ex petasone confectum.) Hoc est ex perna quod Græce dia pternes inscribitur.

Folio. 181. a 18

Olei ueteris pondo dua.) Vetusto more dictum dua pro duo, quomodo Scribonius Largus sæpe loquitur, ut in compositione quadragesimaquinta Spumæ argenteæ pondo dua.

Folio. 183. a 34

Mastiche Aegyptiaca & hyssopon.) Omnia exemplaria habent hyssopon deprauate nimirum, pro œsypum. qui error in Græcis exemplaribus frequens est.

linea. 35

Dictum aceron.) In septimo hoc medicamentum aceratos à Paulo dicitur, magis autem proprie aceros dicitur, quasi ceræ expers.

Folio. 184. a 26

Viridia diluta.) Hoc est, cum alio soluta. Forsan remittentia hoc est, lena reddita.

Linea. 27

Pastillusq; nigrouiridis.) Is est, qui melanchloros Græcis dicitur.

Folio. 185. a 24

Hæc & meliterion nomis proficient.) Est autem meliteriū diminutiuum Meliteræ dicti medicamenti cuius Paulus capite quadragesimo meminit.

Folio. 186. b 26

Resinæ pitynæ.) Hoc est, resinæ e picea, teste Scribonio in compositione ducentesimaprima.

Folio. 188. a 4

Nisi emissarium quoddam.) Græce sonat ὑπόρρυσις. Largus uocat ὑπόχυσιν, compo. ducentesimasexta.

Linea. 26

Rubra appellata.) Græce dicuntur κιρρά.

Folio. 189. a 15

Radix feruefacta. Magis placet circumrasa, ut habet exemplar manuscriptum.

Linea. 33

Finguntur collyria. Non solum medicamenta oculorum, sed aliarum quoque corporis partium collyria dicuntur. Celsus de ani fistulis libro septimo, capite quarto sic scribit: Si intus aliqua procedet, quo ferrum tuto peruenire nō poterit, collyrium demitrendum erit.

Folio. 193. b 25

Ceræ unguentariæ.) Hoc est odoratæ, qua unguentarii utuntur.

Linea. 34

Ancylas & ancyloses.) Celsus ita interpretatur, li. quinto capite decimooctauo: Recenti cicatrice contractos articulos, quas ἀγκύλας Græci nominant. Largus autem sic; Omnem tensionem & contractionem neruorum & ligationem, ἀγκύλην Græci uocant.

Folio. 194. a 29.

Ex alto in partem deturbatus.) Sic exposui uerbum καταντλεῖν, quod est fotum superne adhibere.

Folio. 197. a 24

Tum præcipue quum inaniti fuerint.) Græce est, ὅταν ἐπιφέρωσιν ἔχωσι, id est, quum alimento nondum destituti fuerint.

b. Linea. 22

Cutem linamento penetrabis. Hoc est, linamentis cuti insertis curationem absolues. Nam διαμοτοῦ (?) signat linamenta insinuare seu inserere.

ARGVMENTVM LIBRI QVARTI.

In hoc quarto totius operis libro affectus explicantur qui non certis assignari sedibus, sparsim exteriora potissimum corporis infestant,

CAPITA LIBRI QVARTI.

I	De elephantia	161
II	De lepra & scabie, quæ psora dicitur	163
III	De impetiginibus	164
IIII	De pruritu	165
V	De leuca.	ib.
VI	De alpho albo & nigro	166
VII	Ad stigmata, ex commentariis Archigenis	167
VIII	De pituitæ eruptionibus, quæ exhanthemata uocantur	ibidem
IX	Ad epinyctidas	ibidem
X	De pustulis quæ græce phlyctænæ dicuntur	168
XI	Ad ambusta igni	ibidem
XII	Ad eos qui flagris cæsi sunt	ibidem
XIII	Quomodo pili adusti renascantur	169
XIIII	Ad abrasa, quæ aposyrmata Græci dicunt	ibidem
XV	De formica & uerruca	ibidem
XVI	De ganglio	ibidem
XVII	De inflammatione	170
XVIII	De exterioribus corporis abscessibus	171
XIX	De gangræna & sphacelo	172
XX	De herpete	173
XXI	De erysipelate, sacrum ignem dicunt	174
XXII	De phymate, bubone, & phygethlo	175

XXIII	De furunculo qui dothien appellatur	ib.
XXIIII	De terebintho	176
XXV	De carbunculo	ibidem
XXVI	De cancro	177
XXVII	De molli & laxo tumore, qui œdema Græcis dicitur.	178
XXVIII	De inflatione	ibidem
XXIX	De luxatis & contusis	179
XXX	De carne contusa, & sanguinis subter cutem ccitu, quod græce ecchymoma dicitur	ibidem
XXXI	De ruptis & conuulsis	ibidem
XXXII	De scirrhis	180
XXXIII	De strumis	ibidem
XXXIIII	De steatomate, atheromate, & meliceride	181
XXXV	De fauis	182
XXXVI	De simplici ulcere	ibidem
XXXVII	Quæ ulcera glutinare possint	ibidem
XXXVIII	Si dolor & inflammatio ulcera exerceat	183
XXXIX	Si maturari & ad suppurationem perduci ulcera nequeant	ibidem
XL	De cauis ulceribus	ibidem
XLI	Quæ sordida ulcera purgent	184
XLII	Ad ulcerum uermes	ibidem
XLIII	Quomodo caro ulceribus supercrescens exedatur	ibidem
XLIIII	De ulceribus serpentibus, & putridi, phagedæna	185
XLV	Quomodo cicatrix ulceri inducenda sit	186
XLVI	De maleficis ulceribus, dolosisque cacoethe Græci uocant alias Chironia & Thelephia	187
XLVII	Ad cicatrices nigricantes	ibidem
XLVIII	De sinibus	ibidem
XLIX	De fistula	189
L	De ulceribus diruptis	ibidem
LI	De articulorum ulceribus	190
LII	Quæ spicula, surculos, spinas, & consimilia educunt	ibidem

Si ex

LIII Si ex uena, arteriave, & naribus sanguis profluat ibidem
LIIII De neruis conuulneratis 191
LV De articulorum contractione, seu ligatione, quæ ancyle dicitur 193
LVI De articulis relaxatis 194
LVII De lumbricis ibidem
XVIII De ascaridibus 196
LIX De dracunculis 197

ANNOTATIONES IN LIB. V.

Folio. 198. a 10

De uirulentis bestiis præcipientes.) Græci uocant ἰοβόλων, hoc est uirus iaculantes, siue ictu, siue morsu.

linea. 26

Melanthii, syluestris cumini.) Græce est μελανθίου ἀγρίου, κυμίνου σπέρμα. quod ad uerbum sic sonat, melanthii syluestris & cumini semen. Verum quum melanthii syluestris nec a Dioscoride nec Galeno, aliis ue scriptoribus qui de simplici medicina tractant, ulla fiat mentio, putaui legendum, Melāthii & cumini syluestris semen.

linea. 35

Præsertim pino aut picea.) Magna inter doctos concertatio est, de pinu & picea, quomodo Græcis appellari debeāt. Alius enim pinum uocat πεύκην, alius κῶνον: piceā uero hic πίτυν ille πεύκην. Nos autem Theophrastum cum Plinio cōferentes. πίτυν piceam dictam esse inuenimus, πεύκην tedā Verba Theophrasti ita sonant, συνάγεται μὲν πίσσα ἐκ τῶν λιπαρωτάτων ξύλων πεύκης καὶ πίτυος. hoc est, Colligitur præcipue pix ex pinguissimis lignis peuces & pityos. Quæ omnia Plinius pariter indicauit, libro decimosexto, capite decimo, & undecimo, copiosiorem resinam & liquidam picem fieri ex teda & picea testatus. Adde quod Scribonius Largus compositione ducentesimaprima resinam pityinā interpretatur resinam e picea. Κῶνον, pinum dici multorum testimonio corroborare possem. Hoc itaque in uniuersum dictum uelim, semper in eum me uertisse modum,

k

præterquam hoc in loco, ubi κεδ'ρον pinum interpretatus sum, Dioscoridis interpretes sequutus

b.linea.12

Homo adhibēdus est qui uulnus exugat.) Græce est ἐκμυζῶν χρὴ, hoc Celsus ad uerbum fere expresſit, lib.5.ca.27 Si, inquiens, ne id quidem est, homo adhibendus est qui uulnus exugat.

b.linea.18

Partes ſcalpello exaſperentur.) Græce est uerbum κατασχάζειν, quod est ſcarificare: quod Celſus nunc cutem exaſperare, nunc cutem incidere dixit, ut libro ſexto capite quarto. Quidam hæc genera arearum ſcalpello exaſperant.

linea.33

Lixiuia. Sic interpretati ſumus κονίαν στακτὴν. Rationē in annotationibus in lib.2.reddimus.

Folio.199.a 31

Deſudationes.) Hoc est ſudoris prouocationis, de quibus li. primo cap.48

b.linea.16

Hydrophobiam Græci appellāt.) Celſus hoc genus morbi miſerrimum, aquæ timore appellat, lib.5.ca.uigeſimoſeptimo. Solet inquiens, ex eo uulnere, ubi parum occurſum est, aquæ timor naſci ὑδροφοβίαν Græci appellant: Miſerrimū genus morbi, in quo ſimul æger & ſiti & aquæ metu cruciatur. Scribonius Largus eodem fere modo interpretatur cōpoſitione cēteſima ſeptuageſimaprima, aquæ hoc est liquoris metum interpretatus.

b.linea.18

Sui faſtidio. Græce est μετὰ ἀπορίας, quod alii interpretantur, cum ſuorum ignorantia, grammaticos Græcorum citātes, qui ἀπορίαν exponunt ἀγνωσίαν. Non male aūt dicas cū animi deſponſione.

Folio.200.a 27

Prius fomentis adiuta.) Hac locutione utitur Celſus lib.4 cap.4. Thorax fomentis catap laſmatisq; calidis, aut ſiccis aut etiam humidis adiuuandum est.

Folio.201.a 11

Lata manu morſum ferito.) Celſus libro quinto capite uigeſimo ſeptimo eandem ſententiam fuſius exponit. Si

manus uulneri imponitur, superq; id duobus digitis uerberatur.

linea.21

Ad feruidas autem iam morsus.) Græce est πρὸς δὲ τὰ ἤδη πεπυρωμένα τῶν δηγμάτων, hoc est ad morsus quos inflammatio iam feruida inuasit.

linea.32

Lac ficulneum.) Hoc est liquor ficulneus; sicut lac papaueris, lac silphii, aliorumque consimilium, pro liquore aut lachryma.

b.linea.9

Lingua sermonẽ manifesto nõ explicat.) Græce est γλώσσης ἀσάφεια quasi dicas linguæ obscuritas. Celsus lib.4.capite secundo: Si lingua resoluta est, quod interdum per se interdum ex morbo aliquo fit, sic ut sermo hominis non explicetur.

b.linea.26

Periculo subtrahere.) Id est succurrere. Celsus lib.2.cap.7. Vix ulla medicina periculo subtrahit.

Folio.202.a 9

Particula intenditur.) Hic particula pro pene ponitur, Græce est μόριον.

Folio.203.a 14

Mali punici dulcis corium.) Mali corium dicitur teste Plinio lib.23.cap.6. quod ad coria perficienda eo utuntur. Græcis est sidion, Scribonius Largus uocat etiam mali granati corium compositione ducentesima trigesima quarta. Si inquiens, maior tumor erit, mali granati corium ex aqua coctum & tritum lenticulæ pari pondere admisceri oportet.

b.linea.9

Depastio ipsam inuadit.) Hoc est ulcera quæ depascunt, Nomæ Græcis appellantur, quod serpendo depascendoque corpora hominum infestent. Plinius etiam Græca dictione utitur.

Folio.204.a 22

Similiter cum farinæ polline. Nempe ordeaceo farinæ polline, quem Græcis diximus uocari πεπάλην ἀλφίτου, pro ipsa polenta, seu farina ordeacea.

linea.32

De amphisbæna.) Hoc animal biceps est, authore

Galeno, & utraque parte ingreditur, unde nomen illi inditum est.

b.linea.3

Dryinus in quercum radicibus.) Hæc belua a quercubus nomen sortita est, quod in radicibus earum uiuat in Hellesponto, odore tetro, qui & eam prodit.

b.linea.15

Tormina.) Græce est στρόφος. Nos tormina interpretati sumus, significantes ea dictione quemadmodũ & Celsus graues quidem, non tamen omneis, nec in qualibet hominis parte dolores, sed eos duntaxat qui circa umbilicum, omneq; id spatium quod in anteriore homine ab hostiolo stomachi ad umblici parteis descendit, hominem torquent, non morbi genus aliquod cõstituentes, sed alterius morbi comites & symptomata, ut Græci uocant. Tormina intestinorum ab his torminibus diuersa sunt, eadem tamen ratione apud Latinos nomen inuenerunt, Græci uocant dysenteriam.

b.linea.22

Qui hæmorrhoi ictum senserunt.) Hæmorrhois & hæmorrhous a sanguinis effectu nominantur, qui toto corpore pcussis effluit: ille mas, hæc fœmina est. Vtrique color arenaceus, magnitudo palmorum trium, crassitudine paulatim in tenuitatem descendente, incessu tardo & directo serpũt, rufis, ut quidam scribunt, pedibus: maculæ per totas multæ partim atræ, partim candidæ, squamis, asperæ, ob id ingredientes strepitu sese produnt. Fœmina in aluum iacet serpẽdo. meatumq; uersus caudam inferiore situ continet; mas autem uersus aluum habet, ceruicemq; serpendo porrigit. Fœmina perniciosior, ut ex cuius ictu dentes, gingiuæ unguesq; decidant.

Folio.205.a 21

Natricis morsu uulnus factum.) Natrix primum in terra uiuit, & chersydros appellatur, deinde in aqua. Similis est aspidi pusillæ, præterquam quod ceruicem latam non habet ut aspides.

b.linea.1

Inexpugnabili dormiendi necessitate premuntur.) Græce est ληθαργικοὶ γίνονται, quod sonat, lethargici fiunt.

linea.3

Refectis siquidem ipsis.) Hoc est dissectis ipsis & diuisis.

Folio.206.a 12

Quum basiliscus momorderit.) Pestilentissimum sine dubio omnium animalium est basiliscus, quod a triplici frontis apice & candida in capite. ut ait Plinius macula, & quodam diademate insigni, ita appellatum est duodecim non amplius digitorum magnitudine, cuius uel sibilum animãtes nullæ perferunt, præter mustelam, a qua uincitur. Adeo naturæ nihil placuit esse sine pari.

linea.19

Pastinaca & muræna.) Pastinaca piscis Græce τρυ'γων, turturi æquiuoca appellatione uocatur.

Folio.207.a 24

De uenenosis medicamentis.) Sunt qui dictionem medicamenti de uenenis non recte dici putent, ut pharmacum de medicinia, eoq; superiore anno quum librum quendam Galeni in lucem dedissem barbarum me uocabant, qui usurparim pharmacum pro medicamento; nec grauatim id tuli, quum in ea re authores habuerim classicos, quos imitantibus etiam errare honestum censuimus.

Eadem linea.

Ea pars quæ præcauere illa & declinare præcipit.) Hãc partem προφυλακτικὴν Græci scriptores appellant, quæ uidelicet tradit, quomodo se quis contra iniurias insidiantium muniat.

b.linea.19

Ipse rex Mithridates usus est.) Hanc historiam ad uerbum fere ex Galeni commentario de theriaca ad Pisonem transcripsit Paulus.

Folio.208.b 30

Aphronitrum.) Græce quidem sic est, uerum corrupte pro aconitum: quum Paulus inter uenenorum remedia, aphronitri non meminerit. Aconiti autem remedia ponit cap.46

Folio.209.a 6

Vinum copiosum raptim.) Græce est ἀθρόως, quod raptim & uniuersim cumulatimq; significat, atque hoc post balneum nihil deterius.

linea.10

Qui cantharidem assumpserunt.) Nomine cantharidum e

nostris aliqui etiam scarabeos, maxime pilularios accipiũt: qui canthari dicuntur. Plinius: Est (inquit) & cantharus dictus scarabeus paruus fruteta erodens. In qua parte cantharides uenenum habeant, inter authores non conuenit. Alii in pedibus & capite existimant esse, alii negant. Hoc inter omnes constat, pennas earum auxiliari, in quacunque parte sit uenenum.

b. linea. 1

Bubresti potione ingesto.) Boum pestis acerba est buprestis ac inde illi a Græcis nomen inditum, teste etiam Plinio libro. 30. cap. 4. ubi sic scribit: Buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo multipedi. Fallit inter herbas bouem maxime, unde & nomen inuenit, deuoratumque tacto felle, ita inflammat, ut rumpat.

linea. 12

Quibus salamandra data est.) Salamandra bestia est lacerti figura, stellato capite, nunquam nisi magnis & continuis imbribus proueniens, & sequuta serenitate deficiens. Cuius teste Plinio libro uigesimonono capite quarto, inter omnia uenenata scelus maximum est: Populos nanque pariter necare improuidos potest. Nam si arbori irrepserit, omnia poma inficit ueneno, & eos qui ederint necat, frigida ui nihil aconito distans.

linea. 25

Picearum eruca pota.) Hortorum satorumque omnium pestis calamitasque sunt erucæ, dira animalia, lento & humido tempore nascentia, in uitibus & arboribus frondem omnem & florem erodunt, turpique facie depastam arborem relinquunt. Picearum autem erucæ, de quibus hic agit Paulus, cæteris erucis similes & congeneres, discrimen ab arbore in qua nascuntur, nomine ipso offendunt, pityocampæ a Græcis appellatæ.

linea 35

Leporis marini potum,) Lepus marinus pusillum animal, odore tetro, inter loligines fere degit, quibus & similis esse dicitur: uenenum est aliis cibo, aliis potu, aliis contuitu.

Eadem linea.

Piscibus non absimilis.) Græce est. γεῦσις ὁμοία ἰχθύος, hoc est gustus similis piscibus. Scribonius Largus mani-

festius id explicauit compositione.186.sic scribens: Leporis marini gustus non absimilis illotis piscibus, aut etiam putentibus.

Folio.210.a 15

Rana rubeta aut palustris.) Rubeta rana dicta est, quod in uepribus uiuat, quãquam prius in aqua, postea fit terrestris. Perniciosa hæc ut chersydros, grandissima cunctarum magnitudo testudinis paruæ, geminis quandoque ueluti corniculis, ut inquit Plinius, dorsum exasperat, inflatque se irata, tam proterue audax, ut insiliat quoque proximum: bufo dicitur uulgo, ueneficiorum plena, præcipue ossiculis duobus.

b.linea.19

Si altercum aliquis.) Hoc Græci ὑοσκύαμον uocant, quasi dicas suis fabam: Latini uero ab altercando altercũ nominãt, ut testis est Scribonius, compositione.181.

linea.24

Vinum salsum.) Græce est ἅλμυρον. Puto autem idem esse τεθαλασσωμένον, hoc est ex marina aqua factum, ut Plinius inquit lib.23.cap.1

Folio.211.a 2

Ouique uacuatis in sese detritis.) Hoc est, putaminibus oui tritis & infractis humore exempto.

linea.30

Papaueris liquorem.) Hoc meconium nonnulli uocant. Scribonius compositione.180. papaueris uiridis esse succum asserit.

b.Linea.24

Lucernaæ funiculi cõbusti extinctique.) Græce est. ἐλλύχνιον κεκαυμένον καὶ ἐσβεσμένον. Celsus lib.4.c.20. extinctum ex lucerna linamentum uocauit.

Folio.212.a 32

Totum corpus prurire facit.) Sonat Græce, κνισμὸ[ν] καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα. Dioscorides etiam hunc in modũ habet. Largus autem uetustissimus author, de eadem re tradens, pro corpus habet os. Verba eius sunt compo.193. Ephemeron potum protinus quidem totum os prurire facit, uelut scilla tactum: postea etiam adurit, quasi pipere commanducato. Facilis lapsus est in Græcis dictionibus, ut σῶμα ponatur pro στόμα.

b.linea.34

Carabi astaciq́;.) Genera cancrorum sunt, teste Plinius lib.9 capite.31

Folio.213.a 19

Pharicum dictũ.) Multi scriptores dubitant, simplex ne an compositum sit pharicum. Largus compositione 195. ex compluribus componi affirmat.

Folio.214.a 18

Lac coagulatũ uniuersam.) Græce est, γάλα ἐμπυτιασθέν. Marcellus reprehendit Dioscoridis interpretes, qui lac coagulatum ubique reddiderint: ipse lac cui coagulum est admixtum, exponens. Nos cum Largo etiam gelatum lac diximus.

Linea.24

Cinis lixiua) Marcellus Dioscoridis ĩuterpres dum omnes alios reprehendit, ipse parum docte hanc dictionẽ ex Paulo πιλοποιητική exponit. Galenus de compositione medicamentorum κατὰ τόπον ex Largo tranferens emplastra, ὕδατος πιλοποιητικοῦ reddidit, quod Largus cinerem lixiuã dixit. Verba Largi sunt hæc, compositione.216. Ceræ pondo libra, resinæ terebinthinæ pondo libra, nitri rubri pondo libra: hoc teritur ex cinere lixiua. Galenus sic habet idẽ emplastrum: Κηροῦ λι.α'. τερεβινθίνης λι.α'. ἀφρονίτρου λι.α'. ὕδατος πιλοποιητικοῦ ξε.α'. Cæterum quod est apud Galenum ὕδατος id Paulus dixit κονίαν.

Folio.215.a 12

Coloris plumbei fiunt,) Largus ita reddidit compositione 183. Græce est, μολυβδώδεις γίνονται.

Eadem linea.

Deformitas circa faciem deprehenditur.) Quanquam Græce est, ἀπρέπειαν λαμβάνει, tamen quia Scribonius significantius circa faciem addidit, nos eum sequi maluimus.

ARGVMENTVM LIBRI QVINTI.

Hoc quinto totius operis libro de theriacis & alexipharmacis tractatur, ut infra scriptum habes.

CAPITA LIBRI QVINTI.

I	Quomodo quis ab omnibus communiter uirulentis bestiis se tueatur	198
II	Communis omnium qui a uirulento quopiam morsi uel icti sunt curatio	ibidem
III	De rabiosi canis morsu, & metu aquæ, quæ hydrophobia dicitur	199
IIII	Ad morsus canis non rabiosi	201
V	De uespis & apibus	ibidem
VI	De phalangiis	ibidem
VII	De araneæ ictu	ibidem
VIII	De scorpionis ictu	202
IX	De scolopendra terrestri & marina	ib.
X	Ad stellionis transmarini ictum	ib.
XI	De fele	ib.
XII	De mure araneo	203
XIII	De uipera tum mare tum fœmina	ib.
XIIII	De amphisbæna & scytale	204
XV	De dryino	ib.
XVI	De hæmorrhoo & prestere, hoc est, dipsade	ib.
XVII	De natrice, quam Græci hydron dicunt	205
XVIII	De cenchro	ibidem
XIX	De ceraste & aspide	ibidem
XX	De basilisco	206
XXI	De pastinaca marina & muræna	ibidem
XXII	De dracone marino	ib.
XXIII	De scorpione marina	ibidem
XXIIII	Quomodo testudinis marinæ sanguis præparetur	ibidem
XXV	De crocodili morsu	ibidem
XXVI	De hominis morsu	ibidem
XXVII	De uenenis	207

XXVIII	De uenenorum præcautione	ib.
XXIX	Communis uenenorum quomodocunque assumptorum curatio.	ib.
XXX	Enumeratio simplicium uenenorum	208
XXXI	De cantharide	209
XXXII	De bupresti	ib.
XXXIII	De salamandra	ibidem
XXXIIII	De picearum erucis	ib.
XXXV	De marino lepore	ib.
XXXVI	De rana rubeta & palustri	210
XXXVII	De hirudinibus	ib.
XXXVIII	De chamæleonte	ibidem
XXXIX	De alterco	ibidem
XL	De coriandro	ibidem
XLI	De psyllio	211
XLII	De cicuta	ibidem
XLIII	De papaueris liquore, quod opion uocant	ibidem
XLIIII	De carpesiæ liquore	ibidem
XLV	De mandragora	ibidem
XLVI	De aconito	ibidem
XLVII	De ixia	212
XLVIII	De ephemero	ibidem
XLIX	De smilace	ibidem
L	De solano furioso, quod dorycnion a nonnullis dicitur	ibidem
LI	De sardonia	ibidem
LII	De papauere cornuto	213
LIII	De pharico	ib.
LIIII	De toxico	ibidem
LV	De fungis	ibidem
LVI	De sanguine taurino	ibidem
LVII	De lacte coagulato gelatoq́;	214
LVIII	De melle quod in Heraclia nascitur	ib.
LIX	De gypso	ibidem
LX	De cerussa	ibidem
LXI	De calce, sandaracha, & auripigmento	ib.
LXII	De argenti spuma	215
LXIII	De plumbo	ib.
LXIIII	De argento uiuo	ib.

LXV De ueratro albo, thapsia, elaterio, agarico nigro, ruta syluestri, nigella, & pappis. ib.
LXVI De familiaribus ac domesticis, nempe uino & aqua frigida ibidem

ANNOTATIONES IN LIB. VI.

Folio.216.a 11

Tam in fracturis.) Græce est κατάγματα. Hoc fere omnes fracturas uertunt, nõnulli tamen rupturas, quũ Paulus ipse fracturam interpretetur, rupturam, κάταγμα, inquit, ἐστι διαίρεσις ὀστέου ἢ ῥῆξις, ἢ διακοπή.

linea.26

Ferramentis mucronatis.) Sic interpretor καυστῆρας πυρηνοειδεῖς: nam πύρηνον mucronem signat scalpelli, interim specillum: ut sit, ferramenta specilli modo facta.

b.Linea.29

Perspiratu dissipentur.) διαπνοὴν Græci dicunt perspiratũ latentem, per quem superflua difflantur.

b.linea.11

Vitium proprie hydrocephalon appellatur.) Celsus libro quarto capite secundo: vbi humor cutem inflat, eaque intumescit, & prementi digito cedit ὑδροκέφαλον Græci appellant. Ad uerbum autem sonat, aqueus humor capitis.

b.linea.23

Turgidus puluino sublimi.) Græce εἰς ὕψος κεκυρτωμένος, hoc est, in sublime incuruatus, quemadmodum puluini in superficie tument, gibbero extante, ita quoque tumor hic capitis

Folio.217.a 10

Duabus utemur lineis.) Hoc est, duas diuisiones moliemur. Celsus ubique sic loquitur, ut lib.7.cap.7.de pituita oculorum: Reperti in Græcia sunt, qui nouem lineis cutem capitis inciderent. Iterum: Reperti sunt qui a capite recte eas lineas ad tempora diducerent. Græce est, δυσὶ κεχρήμεθα διαιρέσεσι.

b.linea.18

Per hamulum retusum.) Græci appellant τυφλάγκιστρον, quasi dicas, cæcum hamulum, cui acuties sit adempta. Celsus in chirurgia semper retusum uocat.

Eadem linea.

Membranam detrahemus.) Exemplaria nostra habebant, ὑφ᾽ ἕν: mihi uisum est ὑμένα legere. Quid sibi uelit prior scriptura, non assequor, signat autem, sub uno.

Folio.218.a 20

Linamenta tortilia. Sunt ea quæ Græci dicunt στρεπτοὺς μοτοὺς, quod intorta uulneribus inserantur. Vnum hoc genus est ex quinque, quæ Galenus in sua introductione enumerauit, hunc in modum, στρεπτὸν, ξυστὸν, πλατὸν, ἐλλυχνιωτὸν, πριαπισκωτὸν. Primum a torquendo, tortile: secundum a radendo rasile: tertium a discerptione filatim facta, filatim discerptum: quartum a funiculorum in lucernis similitudine, funiculare: quintum a genitalis humani forma, priapiscum aliquis dicat.

linea.21

Panniculumq; implicitum.) πτύγμα & πτυγμάτιον Græci appellant.

linea.34

Lineis transuersis coronæ modo.) Galenus in Isagoge, hoc modo periscythismum exponit. Sed lineis obliquis legendum est, propter dictionem coronæ. hoc quidem in Paulo non est, sed claritatis gratia addidi.

b.linea.34

Pilorum subnascentium duplex triplexq; acies.) Hoc uerbi φαλάγγωσις, latius fusiusq; explicant, ex Galeni Isagoge, latinis etiam authoribus ita exprimentibus.

Folio.219.a 28

Deinde uibicibus.) Hoc est, sanguine inde manante deterso. Græce est μώλωψ, quod ἔναιμον ῥεῦμα dicitur, Latinis cruenta fluxio. Vibex autem est ex uerbere sanguis subsultans: transfertur etiam ad quæuis cruenta quæ fiunt excoriando aut uellicando.

Ibidem.

Posca aquatica.) καταχρηστικῶς, pro aquosa & diluta.

b.linea.26

Aut hapsulis quibusdam.) Magni aliquot uiri sic exponunt,

uerum dum authores Græcos penitius introſpicio, ſignat recisamentum alicuius rei, uel lamellam. Lege igitur lamellis pro hapſulis.

Folio.221.a 2

Auerſum ſcalpellum, quam partem Græci.) Sic interpretatur Scribonius compoſitione ducenteſima uigeſimaſeptima. Die auri ſcalpio auerſo, quam partem κυαθίσκον Græci uocant, ſenſim tentare, mouere abalienatam oportet.

Folio.222.a 22

Procidentiæ occaſio fiat.) πρόπτωσιν intelligo. Celſus eo modo exponit libro ſexto, capite ſexto. Nonnunquam autem ingens inflammatio tanto impetu erumpit, Vt oculos ſua ſede propellat, πρόπτωσιν id (quoniam oculi procidunt) Græci appellant.

b.linea.6

Vulſella prehenſis.) Ita interpretor Græcum σαρκολάβον aut τριχολάβον, Celſum in eodem argumento imitatus.

Folio.223.a 18

De oculis purulentis.) Græce eſt ὑπόπυα. eſt autem authore Galeno, aliisq; Græcorum medicis ὑπόπυον, quum totũ oculi orbem, qui iris dicitur, aut eius dimidium pus occupauerit.

linea.26

Hypochymatis,) Hoc eſt ſuffuſionibus. Celſus etiam hypochyſin appellat, libro ſexto ca.6. ita ſcribens. Suffuſio quoq; quam Græci hypochyſin nominant.

Folio.224.a 30

Tumens abſceſſus.) Græce eſt. ἀποστημώδης ὄγκος, quaſi dicas, tumor abſceſſum referens.

b.linea.7

Omphacomelle uel ſidioto.) Quia in ſequentibus capitibus puta quadrageſimo ſettimo & ſexageſimo ſexto, habebatur Græci φακόμελι putaui omiſſum eſſe ομ, eoq; hic omphacomeli reddidi, ubi Græce φαβόμελι eſt, quod latinam linguã reſipit. Coniicio itaque hoc fauomeli eſſe mel purum in fauis nulla re adiecta, quanquam apud nullum inuenerim fauomeli.

b.linea.27

Spatula acutiore tollemus.) Intelligo inſtrumentum poly-

po sectando aptatum, Græce πολύποδος σπαθίον, id est spathula polypodis.

Folio.225.b 31

Plumbeas solenas naribus.) Solena instrumentum est canalis modo factum. cruribus aliisq; membris confractis idoneum, apud Hippocratem & Galenum frequens.

Folio.229.a 22

Implicitum aliquod in longitudinem linamentum.) Sic interpretatur Celsus lib.7.cap.28. Intus & implicitum in longitudinem linamentum (λήμνισκον Græci uocant) in aceto tinctum demittere.

linea.34

Medicamine linamentis illito.) μοτοφυλάκιον dicitur Græcis, quod linamenta continet, medicamentum, eodem fere sensu quo ἔμμοτον capitur.

b.linea.8

In ceruice.) Superstitiosi quidam mutant ceruicem in collum, quod τράχηλος Græce dicitur, homines literarum meliorum rudes. Nam Celsus fere ubique ceruicem ponit pro collo, & Græco τράχηλος: manifestissime autem libro quinto, capite uigesimooctauo, de strumis eadem quæ hic Paulus scribens, ubi sic loquitur: Nascuntur maxime in ceruice, sed etiam in alis, & inguinibus & in lateribus. Sic alibi sæpissime.

b.linea.28

Arteriæ quas carotidas uocant.) Hæ arteriæ in dextra sinistraque circa guttur sursum procedentes, ultra aureis ferun tur, quæ inde nomen sortitæ sunt, quod tensæ, aut alterationem expertæ, caron inducunt, quemadmodum musculi καρωτικοὶ apud Hippocratem de articulis.

Folio.231.a 20

Aut labore proficiscens.) κόπος est Græce, quod notat lassitudinem interim laborem.

Folio.232.a 16

Ligamine igitur arcto.) Fasciolam intelligo qua brachium eius qui sanguinem dimittit ligari solet.

b.linea.29

Tenor fluxionem rumpens.) Exemplaria ita habebant ὁ τόνος ῥύσεως ὁ κλάζων, ut articulus ὁ cum participio κλάζων

ζων fungatur, uerum male, pro ὀκλάζων, ut sensus sit tenor fluxionis deflectens labensq́ue, atque in eum sensum corrige.

Folio.233.a 5

Digitorum fotu dissoluentes.) Græce habetur τῇ τῶν δακτύλων ἐπιθάλψει, quod est digitis ad fouendum adhibitis, aut digitis concalefacientibus. Alterum exemplar manu scriptum habet ἐκθλίψει pro ἐπιθάλψει, ut sit digitis extundentibus.

Folio.234.a 26

Cauterium.) Ferrum est candens, medicis non inusitatum.

b.linea.10

Vna uice.) Lege, in totum, Græce est διάμπαξ, quod uasce διόλου, διὰ παντός.

Folio.239.a 2

In quibus glans.) Ex Celso λεπτοδέρμον ita uerti, nam ille ex eadem re scribens, id quod Paulus habet, eleganter expressit, de aliis Græcis authoribus transferens.

Linea.25

Nisi particulam admodum.) Hic quoq; particulam pro pene, ut superius accipit.

Folio.241.b 19

Ligaminibus septem costarum ad calculos.) Lege, ligaminibus sex costarum, hoc est sex processuum, ἑξασκελεῖς enim ad uerbum sonat sex crurum: a geometris petita dictio est qui figuras quasdam ἑξασκελεῖς uocant.

Folio.243.b 9

In superuenienti ortum.) Hoc est accessorio: Græci dicunt ἐν ἐπιγεννήματι.

linea.27

Per inferiorem testiculum.) Scriptura peruersa est, ita tu corrige. per inferiorem sectionem testiculo insit.

Folio.245.a 1

Compressus tarde quidem.) Lege, compressus, quum notatur tentaturque manu, tarde. Lascaris exemplar a Ruelliano & impresso discordans, pro ἐν σημειώσει, quod est in notatione, habet συμπιέσει

Folio.247.b 10

In callum induratæ.) Intellige callũ duriorem, qui tophus latine, πῶρος Græce dicitur. Celsus in ani uitiis callum posuit, ubi Paulus πῶρον.

Folio.248.b 29

Ac summis uuluæ oris diductis.) Sensus est, Summis uuluæ oris per ministrum diductis, sinistram manum contractis ualentibus digitis attenuatam in hostiolum Inferemus. atque sic lege.

Folio.249.a 28

Diuisam caluariam forfice.) Græci ὀστάγραν & ὀδοντάγραν forcipem dicunt, qua ossa dentesque extrahimus. In Celso male legitur in capite de dentibus, forfice pro forcipe.

Folio.250.a 27

Ex ceriis.) De ceriis, hoc est, fauis, etiam libro.4. tractatum est.

b.linea.35

Caulis modo porrectum.) Græce est ἀποκαυλισθέν, hoc notat caulium modo transuersim fractum.

Folio.255.a 29

Telis extrahendis.) Telorum uaria est significatio, nũc pro ferro qđ imponitur, nunc quocunque missili capitur.

b.linea.3

Ea quæ imponuntur. ἄτρακτα Græce dicuntur.) Nemo potuit, quantumlibet uersatus in authoribus, hoc quid significaret inuenire, deinde incidi in exegesin in Hippocratem, ubi habetur, ἄτρακτον οὐ μόνον τὸν εἰς τὸ ἱερουργὸν χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ τὸ ξύλον βέλους, hoc est, Atracton non solum ad sacrificium utilem, sed etiam sagittæ lignum significat.

Folio.256.a 13

Belulcum Græci uocant.) Hoc instrumentum etiam Celso dicitur βελουλκόν.

linea, 27

Fœmina propulsorii instrumenti.) Instrumentum hoc duplex est, mas & fœmina. Mas habet penis modo prominentiam: fœmina, pudendi muliebris modo sinum: atque inde sic appellantur.

Folio.257.b 1

Quæ gastroraphia dicitur.) Largus compositione .206.ita exponit: Quum intestina prolapsa & reposita sunt, atque sartum uulnus, quod a Græcis dicitur γαστροραφία.

Folio.258.a 3

Ruptura ossis est.) Hic Græce usurpat ῥῆξις in osse, quod alioqui neruis & fibris lacessitis conuenit: ea ratione nos superius, primo uidelicet capite, rupturam diximus, ubi Græce erat κάταγμα.

Folio.260.a 33

Modiolo quem chœnicion.) Celsus chœnicion sic exponit libro octauo capite tertio, ubi modiolum sic describit: Modiolus ferramentum concauum teres est, imis oris ferratum per quod medium clauus ipse quoque interiore orbe cinctus demittitur.

Folio.262.b 30

Iugulum.) Celsus iugulum reddit, quod Galenus κλεῖδα, hoc est clauiculam uocat, uterque eadem descriptione huius partis usus.

Folio.263.a 2

Arundinis modo.) Græce est καλαμηδόν. quæ autem fractura sit, in capite de fracturis dictum est.

Linea 14

Orbiculum bonæ magnitudinis,) σφαῖρα orbiculum circulumue signat. Celsus innuit lib.8.cap.20. Rotundum, dicēs, aliquid super inguem ponendum.

linea.23

Reuocetur. Hoc est, retrahatur, reuellatur.

Folio.266.a 14

Cubitus radiusq;.) Non hic ἀγκῶνα, hoc est cubiti flexum, qui interdum uoce cubitus significatur, ut quum dicimus, Sanguis ex cubito mittendus est, sed in totum quod a manu incipiens inferius ad brachium usque tendit. Radius, qui κερκὶς dicitur, superior cubito est breuiorq; barbari forcile uocant.

Folio.267.a 10

Acies digitorum.) Græci uocāt σκυτάλιδας. Celsus li.8.c.11 manus aciem dixit.

b.linea.6

Patella.) Os est paruum, molle & cartilaginosum, quo com

missura cruris tegitur.

Fol.270.b 8

Aegri maxillas committunt.) Hippocrates adiectum habet inferiores, quod in omnibus exemplaribus desideratur, ut sit, Aegri maxillas inferiores difficulter committunt.

linea.9

Talis autem repositio.) Vt sunt exemplaria corrupta, ita sententiam recte non potui reddere, quanquam uerba expresserim: hunc in modum ex Hippocrate legendum censeo: Qualis autem repositio ipsis congruat, manifesto liquet.

linea.15

Diducat & concedat.) Hunc in modum habet Hippocrates: Simul diducat & remittat quammaxime, deinde subito hiet tribus pariter figuris mente adhibita.

linea.19

Item maxillas.) Hippocrates sic: Item maxillas his factis committere.

linea.27

Committere autem.) Græce erat ἴσον male pro ἧσσον, ut sit, Committere autem hi minus os possunt.

iinea.30

Secūdum ordinem.) κατὰ τάξιν habent Pauli codices, pro κατ' ἴξιν, hoc est, ἐς ἐυθυπορίαν & rectitudinem, ut uidelicet primores dentes in utraque maxilla primoribus, canini caninis, molares molaribus respondeant.

linea.31

Si autem periculum.) Peruersa est sententia, ita lege: Si autem non inciderint loco suo maxillæ, periculum uitæ instat ex febribus continuis & torpido caro: Nam caroides musculi alterantur &c. Folio.272.a1

Vt reliquum ægri corpus.) Mirifice hic deprauata sunt exemplaria, ita ut quālibet ingeniosum possint fallere: Græce est ὥς τε τὸ ἄλλο σῶμα τοῦ κάμνοντος ὄπισθεν τοῦ κάτω μετ-ζον τὸ μετέωρον κρεμασθῆναι: pro, ὥς τε τὸ ἄλλο σῶμα τοῦ κάμνοντος ὄπισθεν τοῦ κατωμίζοντος μετέωρον κριμασθῆναι. Hoc est, ut reliquum ægri corpus post eum qui humerum suum alæ subiecit, sublime pendeat.

linea.6

Hyperon.) Lignum est pastilli modo factum, unde nomen

habet, quo chirurgi humeros reponentes utuntur : freques apud Hippocratem

ARGVMENTVM LIB. VI.

Hoc sexto totius operis libro de Chirurgica agitur, tum quæ ad carnem, tum quæ ad ossa pertinet, quæ in sermonem de fracturis & luxationibus finitur.

CAPITA LIB. VI.

I	Procemium chirurgicæ	216
II	Quomodo caput aduratur in lippientibus, ægre spirantibus, & elephanticis	ib.
III	Quum humor capitis cutem inflat, eaq; intumescit & prementi digito cedit, hydrocephalon dicitur	ib.
IIII	Quomodo arteriæ diuidantur, arteriotomia dicitur	217
V	Quomodo latentia capitis uasa diuidantur, quæ angiologia dicitur, eorumq; adustio sit administranda	ib.
VI	Quomodo frons incidatur, hypospathismũ uocant	ib.
VII	Quid agendum in sincipita secando, periscythismum appellant Græci	218
VIII	De superioris palpebræ sutura aliisue modis	ib.
IX	Quomodo palpebræ medicamento urantur	219
X	Si oculus cute nõ contegatur, lagophthalmũ dicunt	220
XI	De inferioribus palpebræ sutura, & ustione per medicamenta	ib.
XII	De ectropio	ib.
XIII	Quõo pili palpebræ oculũ irritantes euellantur, & ustio per ferrum adhibeatur	221
XIIII	De hydatide	ib.
XV	De palpebris commissis	222

XVI	De chalaziis	ibidem
XVII	De uerrucis & encanthide	ibidem
XVIII	De ungue oculorum, quod pterygion a Græcis uocatur	ibidem
XIX	De staphylomate	ibidem
XX	De oculis purulentis, qui hypopii dicuntur	223
XXI	De suffusis	ibidem
XXII	De ægilope	224
XXIII	Si meatus auditorii non perforati sint	ib.
XXIIII	Ad ea quæ in meatum auditorium inciderũt, extrahenda	225
XXV	De polypo	ib.
XXVI	Curta in auribus & labris qũo sarciri possint Græci uocant colobomata	ib.
XXVII	De epulidibus & parulidibus, quæ sunt gingiuarum tubercula	226
XXVIII	Quomodo dentes eximantur	ibidem
XXIX	De ligatione linguæ, quod ancylion dicitur.	ibidem
XXX	De tonsillis.	ib.
XXXI	De uua	227
XXXII	Quomodo spinæ gutturi eximantur	ib.
XXXIII	Quomodo guttur incidi debeat	228
XXXIIII	De abscessu	ibidem
XXXV	De strumis	229
XXXVI	De steatomatis, atheromatis, & meliceridibus	230
XXXVII	De aneurysmate	ib.
XXXVIII	De ceruicis tumore, qui bronchocele dicitur	231
XXXIX	De glangliis	ib.
XL	De sanguinis detractione per uenas	ib.
XLI	De sanguinis detractioue per cucurbitulas	233
XLII	Quomodo alæ adurantur	234
XLIII	De adnatis digitis, & sexto digito	ib.
XLIIII	Quomodo purulentis adustio adhibenda	ib.
XLV	De cancro	235

XLVI	De iis quibus mammæ fœminarum modo inturgescunt	ib.
XLVII	Quomodo iecur aduratur	ibidem
XLVIII	Quomodo lien aduratur	ibidem
XLIX	Quomodo stomachus aduratur.	ib.
L	Quomodo aqua hydropicis emittatur	236
LI	De umbilico prominente	ib.
LII	De interiore abdominis membrana conuulnerata, item de intestini aut omenti procidentia. ubi etiam tractatur quomodo uentris uulnera sarciantur, ex commentariis Galeni	237
LIII	Ad tegendam glandem colis, si nuda est	239
LIIII	Quomodo glans penis contecta aperiri possit, uitium dicitur hypospadiæon	ib.
LV	De phymo	ib.
LVI	Si præputium glandi adhærescit	240
LVII	De circuncisis	ib.
LVIII	De thymis naturalium	ib.
LIX	De recto syphone qui catheter dicitur, & clystere uesicæ	ib.
LX	Quæ curatio calculosis adhibeatur	241
LXI	De testiculorum partibus	242
LXII	De aquoso ramice, hydrocele dicitur	ib.
LXIII	De carnoso ramice & tophaceo	243
LXIIII	De uaricoso ramice & uentoso	244
LXV	De intestinorum ramice	ib,
LXVI	De inguinū ramice, bubonocele uocatur	246
LXVII	Quum scrotum attritis uestimentorum fragmentis similiter attenuatur	ib.
LXVIII	Quomodo fiant eunuchi	ib.
LXIX	De hermaphroditis	247
LXX	Quomodo nympha excidenda sit & cercosis emendanda	ib.
LXXI	De muliebrium locoꝝ thymis, cōdylomatis, hæmorrhoidibus	ib.
LXXII	De non perforatis, & phymo	ib.
LXXIII	De abscessu uuluæ	248
LXXIIII	Qua ratione partus ex utero excutiatur excidaturq́	ibidem

LXXV	Si secundæ fuerint relictæ	249
XXXVI	Quomodo coxendices adurantur	250
LXXVII	De fistulis & ceriis	ib.
LXXVIII	De ani fistulis	251
LXXIX	De hæmorrhoïdibus	252
LXXX	De condylomatis, tuberculis, & rimis	ib.
LXXXI	De ano non perforato	253
LXXXII	Quomodo uarices excidantur	ib.
LXXXIII	De dracunculo	ib.
LXXXIIII	De extremarum partium uitio, acroteriasmon appellant	254
LXXXV	De unguium pterygiis	ib.
LXXXVI	De ungue contuso	ib.
LXXXVII	De clauis myrmeciis, & uerrucis	255
LXXXVIII	De telis e corpore extrahendis	ib.
LXXXIX	De fracturis, & quot ipsarum sint differētiæ	257
XC	De fracturis capitis	258
XCI	De naribus fractis contusisq́;	261
XCII	De inferiore maxilla confracta, & aure contusa	262
XCIII	De iugulo confracto	ib.
XCIIII	De scapulis	263
XCV	De pectore	ib.
XCVI	De costis	264
XCVII	De coxarum & pectinis ossibus	ib.
XCVIII	De uertebris, spina dorsi, & sacro osse	ib.
XCIX	De brachio	265
C	De cubito & radio	266
CI	De summa manu & ipsius digitis	ib.
CII	De femore	267
CIII	De patella	ib.
CIIII	De tibia	ib.
CV	De pede summo	268
CVI	Quomodo crus reponi debeat	ib.
CVII	De fracturis quæ cum uulnere incidunt	ib.
CVIII	Si præter modum fracturis callus obducatur	269
CIX	Si distortum membrum callus firmarit	ib.
CX	Si fracturæ callo non firmentur	ib.
CXI	De ossibus luxatis	270

CXII	De maxilla inferiore	ib.
CXIII	De clauicula & summo humero	271
CXIIII	De humero luxato	ib.
CXV	De cubiti gibbero	272
CXVI	De brachiali & digitis luxatis	273
CXVII	De uertebris spinæ	ib.
CXVIII	De coxa luxata	274
CXIX	De genu articulo	276
CXX	De malleoli articulo, ubi etiam depedis digitis agitur.	277
CXXI	De luxatis cum ulcere	ib.
CXXII	De luxatione cum fractura facta	278

ANNOTATIONES IN LIB. VII.

Folio.278.a 24

QVO sint calore.) Hoc est quo caloris ordine siue gradu.

Folio.279.b 22

Succurrit in cibo potuq;.) Græce est ὠφελεῖ καταπλασσομένη τε καὶ περιαπτομένη, καὶ ἐσθιομένη. hoc est prodest illita, alligata, & in cibo. Dioscorides cum aliis exemplaribus, habet πινομένη, hoc est pota, ut nos reddidimus, pro καταπλασσομένη.

Folio.284.a 36

Alii omphacocarpon appellant.) Manuscriptum exemplar & Dioscorides omphalocarpon habent, atque sic legendũ est. Dioscorides nominis rationem exponit.

Folio.285.b 2

Arsenici uis est caustica.) Hoc est adurens: cæter. Plinius dictione Græca utitur, ne quis nos cauilletur.

linea.28

Vehementibus medicinis.) Græce est ἐντατικοῖς, hoc est uehementibus ad libidinem incitandam: ut lib.3. capite quinquagesimo octauo uidere est. ubi de particulis inefficacibus agitur.

Folio.286.b 5

Ventrem quoque emollit.) Ad uerbum sonat Græce, per uentrem transit, id autem nihil aliud est quam subducit & emollit.

Folio.288.b 14

Populis albis piceisq;.) deprauata est scriptura, pro peucis q; quod semper tedam interpretatus sum, hic peucen dixi Plinium sequutus, qui eadem dictione utitur.

Folio.290.b 13

Cordylon.) Dioscorides tordylon uocat. Marcellus Dioscoridis interpres uitiatum hunc. Pauli locum putat, & legendum tordylon, literarum seriem, quam Paulus noster obseruat, non animaduertens.

Folio.291.a 1

Aquas in uentre collectas.) Græce quidem est οὖρα, sed absurdo sensu. Non enim urinæ in uentre colliguntur, sed aquæ, unde etiam Dioscorides ad aquæ affectus ualere asserit.

Ibidem.b 21

Filicula dulcis.) Hæc filicula non proprie dicta est, quemadmodum polypodium, sed querna filix potius dicetur, ut Græcum nomen indicat.

Folio.294.a 24

Cæcos cancros illitu adiuuat.) Cæcos Hic uoco latentes, nō exulceratos.

b.linea.5

Et discutientis per halitum.) Quia dixit ephemeron mistæ esse potestatis, interim unius tantum qualitatis faciens mentionem, uisum est & secundam ex Galeno adiicere librariorum incuria forte emissam.

Folio.296.a 19

Præsertim turturem marinum.) Verba quidem Græce sic habent, uerum intelligere oportet pastinacam marinam, quæ æquiuoca turturi appellatione Græcis τρυγών uocatur.

Folio.299.b 17

Tum in faciei medicamentis.) Græce est ἐν ὄψει καὶ ἑτέροις φαρμάκοις: quam sententiam reddidissem, & in obsonio & in aliis medicamentis, (quanquam ὄψῳ legendum foret) nisi dictio ἑτέροις, quod est aliis, in priorem sententiam me traxisset, tu utram mauis elige.

Folio.302.a 10

Cneci semine ad.) Cnecum etiam cnicum dicitur eoq; in tertio libro indifferenter usus sum.

Folio.365.a 8

Alia sunt oleamenta.) Hac dictione quam aliqui putant esse barbaram, utitur Scribonius Largus compositione ducentesima uigesima secunda: quemadmodum & oleaminis uocabulo idem author utitur compositione ducentesima sexagesima nona.

Ibidem.a 28

Lapathi, thepelæi.) Quid thepelæum sit nusquam comperi, nisi forte ῥυπελαῖον legendum sit pro sordibus olei, quã amurcam latini uocant.

Folio.366.a 18

Hyssopi medicamenti.) Superius annotaui hyssopum corrupte sæpe legi, pro œsypo, ita hic quoque compositum medicamentum, male habent Græca exemplaria hyssopum pro œsypo. Hermolaus utroque modo posse legi, dicit.

Folio.369.a 12

Hyssopi liquidi.) Hic quoque œsypum pro hyssopo legendum est.

Folio.371.a 7

Olei ricinini aut ueteris.) Galenus quidem ex quo hæc compositio sumpta est, habet olei ricinini ueteris, sed non male Paulus posuit olei ricinini aut ueteris, Supra nanque pagina uidelicet.172. linea uigesima secunda, dictum est, ricininum oleum æquales ueteri uireis obtinere.

Folio 373.b 16

Hyssopi cerati.) Et hic hyssopum deprauate est pro œsypo.

linea.21

Dicitur Pamplethes.) Græce est pampathes quasi ad omnes huiusmodi affectus conueniens: Hermolaus Pamplethes legit.

Folio.379.a 21

Embole prima.) Hoc est iniectio prima. Nam ea medicamenta diuersis uicibus iniecta componi solent ut ex sequẽtibus patet.

Folio.382.a 5

Palmulæ magnæ duæ.) Græce nullus numerus additur: Nos ex coniectura duæ apposuimus, quod si non placet, aliud quippiam substitue.

b.linea.8

Alia emolliendi.) Fxemplaria Græca habebant ἀμικτικά, hoc est non mixta, absurdo plane sensu, quod nos μαλακτικά legi debere ex sequenti sententia, & ratione iudicauimus.

Folio.388.a 20

Aristolochiæ rotundæ.) Græce quidem nõ est rotundæ, sed particula καὶ satis indicat aliquid desiderari.

Folio.389.a 8

E domo una in alteram.) Hic deprauatum exemplar existimo, quemadmodum paulo post, ubi numerus liliornm nõ additur.

Folio.395.b 29

Drach.16.) Scribe drach.6. ut ex iis qui præcesserunt liquido patet.

DE PONDERIBVS ET MENSVRIS.

Quoniam multos ponderum & mensurarum difficultas à medicamentorũ lectione deterret, uisum est nobis planius rudiusq; ex Græcorũ scriptorum monumẽtis ceu in tabulæ modum quid singula ualeant, subiicere.

SILIQVA

Siliqua Græcis κεράτιον dicitur; capit æreolos duos & tres parteis.

CBOLVS

Obolus & Latine & Græce dicitur; siliquas duas ualet, sextans denarii seu drachmæ.

SCRVPVLVM

Scrupulum & scrypulum, græce γράμμα dictum, duos obolos pendet.

DENARIVS

Denarius qui Græce drachma uocatur, ualet scrupula tria. Vsurpant autem Latini scriptores sæpe Græcam dictionem, ut Plinius: Celsus nunquam.

VNCIA

Vncia οὐγκία Græcis appellatur: Secundum Græcos octo ualet denariis seu drachmis: Celso septem. Omnes tamen, & Plinius & Largus aliiq;, octogintaquatuor drachmas in libra numerant.

LIBRA

Libram pondo etiam latini dicunt: duodecim autem continet uncias.

MINA

Mina uariat pro nationum diuersitate: Romana pendet uncias uiginti: Attica & Aegyptia sedecim: secundum alios, duodeim.

MENSVRAE LIQVIDORVM.

Cochleare elementum est mensurarum, pendet drachmas. 2

Mystrum paruum continet cochlearia tria, pendet drachmas. 6

Cyathus capit mystra parua duo, pendet unciam. 1 & drachmas. 4

Acetabulum continet cyathum unum & dimidium, pendet uncias. 2. & drachmas. 2

Hemina capit acetabula quatuor, pendet uncias. 9

Sextarius continet heminas duas, pendet libram. 1. & uncias. 6

Chœnix capit sextarium unum & dimidium, & pendet libras duas & uncias tres.

Congius continet chœnices quatuor, pendet libras. 9

DE PONDERVM NOMINIBVS, quibus in toto opere usi sumus.

Duodecima pars assis	Vncia
Sextans	Vnciæ duæ
Quadrans	Vnciæ tres
Triens	Vnciæ quatuor
Quincunx	Vnciæ quinque
Semis, quæ & selibra dicitur	Vnciæ sex
Septunx	Vnciæ septem
Bes	Vnciæ octo
Dodrans	Vnciæ nouem
Dextans	Vnciæ decem
Deunx	Vnciæ undecim

As, libra	Vnciæ duodecim
Dupondo	Libræ duæ
Trepondo	Libræ tres
Sescuncia	Vncia una & semis
Semuncia	Vncia semis
Denarius	Drachma

ARGVMENTVM LIBRI VII.

In hoc septimo & ultimo totius operis libro de medicamentorum tum simplicium tum compositorum omnium, quorum potissimum per integros sex libros præcedentes fit mentio, uiribus, disputatur, atque infrà posito ordine ponuntur.

CAPITA LIBRI VII.

I	De temperamentis, quæ per gustatus qualitatis deprehenduntur	278
II	De ordine interuallo temperamentorum	ib.
III	De particularium simplicium medicamentorum facultatibus	279
IIII	De medicamentis simplicibus quæ flauæ bili purgandæ sunt	330
V	De compositis medicamentis purgantibus	333
VI	Quomodo eos qui purgãtur tueri cõueniat, quidq́; faciundũ ubi medicamentum purgans nihil profecerit	335
VII	Si purgatio modum excedat	336
VIII	De hieris antidotis	ib.
IX	Quæ sedi & umbilico illita purgent	337
X	Quæ medicamẽta uomitũ citent, & quo modo helleborum exhibeatur	ib.
XI	De differentia antidotorum	339
XII	De pastillis	348
XIII	De medicamentis quibus aridis utimur, xeria dicuntur, & smegmatis	353
XIIII	De medicamentis liquidis quæ illinuntur, ad	

oris uitia, unde stomatica dicuntur, ac guttur accommodatis 356
XV Dulces utilesq; potiones 357
XVI De collyriis & agglutinamentis 358
XVII De emplastris, & medicamentorum quæ in illa mittuntur coctione, tũ qui ceræ modus cũ oleo esse debeat, ex commentariis Antylli 365
XVIII De malagmatis & epithematis 378
XIX De acopis, inunctionibus dropacibus & sinapismis 382
XX Quomodo diuersa olei & unguentorum genera conficiantur 385
XXI De œnanthariis 389
XXII De suffimentis & cyphi ib.
XXIII Cõfectio masuchæ, quod nonnullis masuaphion uocatur 390
XXIIII Ex commentariis Antylli, de pessis ib.
XXV De medicamentis inuicem alternantibus, ex commentariis Galeni 391
XXVI De ponderibus & mensuris 394

PAVLI ÆGINETÆ PERIODEVTI in ſuum de re medica opus, præfatio.

PAVLI LABOREM NOSCE ME qui plurimas inuiſit orbis terras, ægina ſatus.

NOn equidē opus hoc, quaſi ueteres aliqua arti neceſſaria prætermiſerint, componere ſum aggreſſus, ſed totam ut diſciplinam in compendium redigerem. Econtrario enim illi recte quidem omnia & integre elaborauerunt: recentiores autem præterq̃ ꝙ illos ne legere quidem curant, etiā loquacitatis adhuc coarguunt. Qua ratione impulſus uolumen iſtud elucubraui. quod illis ſanè qui ipſum, ut ueriſimile eſt, habere uelint, eorꝫ quæ legerunt commentarius, mihi uero exercitii loco erit. Abſurdum nanqꝫ fuerit rhetoras uti compendioſis iudicialibus libellis, & ad circunferendum accommodis, in quibus legum capita continentur, ut dum uſus poſtulat, in promptu habeant, nos, nullam eorum habere rationem: quum illis nō pauco tantum, ſed iam longo etiam tempore ipſorum inſpectione ſuperſedere liceat: nobis neutiq̃, aut certe raro ea facultas concedatur. Etenim uſus in quibuſdam morbis frequenter nullam ferens dilationem certamen inducit. ob q̄d recte Hippocrates occaſionem dixit p̄cipitem. Illos p̄terea in ſolis fere urbibus rerum utilitas incitat, ubi & libri nequaq̃ deſiderantur: medicis autem non tātum in urbibus, aut agris, aut etiam locis deſertis, uerum iam quoqꝫ ꝑ mare frequenter in ipſis nauibus ſubita morborꝫ neceſſitas ingruit: in q̄bus dilatio mortem, aut oīo extremum adfert diſcrimen. Q̄m igit̃ uniuerſas medendi rationes, aut particularem oēm materiā memoriter tenere uel difficillime uel nequaq̃ aliq̄s poſſit, cōpendiū hoc ex ueteribus collegi. Nulla.n. de meo inſerui, niſi paucula q̄dam in artis operibus mihi & uiſa & comperta. Nam quum plureis egregios authores, magisq; Oribaſium

ipsum, unde primũ librum, quo totã de tuenda ualetudine rationem cõprehendi, sum mutuatus, ꝙ ille ex iis q̃ ætate Galenum sequuti sunt, adeoq́; recentior adhuc extiterit, plegissem optima quæq; ex ipsis se legi, nihil quatenus licuit, ex morbis prætergressus. Etenim Oribasii ipsius uolumen, à septuaginta libris quos continet Hebdomecontabiblon appellatum, q̃d totam in se artis materiam cõplectitur, non oẽs, ꝙ grandius sit comparare sibi possunt. In huius autem Epitome ad Eustathium filium scripta, præterq̃ ꝙ pleriq; morbi non attingãtur, etiam imperfectam reliquoꝝ speculationem uideas, partim causarum partim signoꝝ: nonnunq̃ & curatio integra desideratur, ceu alia in memoriam uenerint.

PRÆSENS commentarius notas, causas, curationem, oĩum morboꝝ cõtinet, similarium instrumentarioꝝ, & eoꝝ quæ ad unitatis diuortium ptinent. idq́; non summatim, sed quatenus licet ample & diffuse. Ante hæc aũt oẽm uictus rationem q̃ sanitati tuendæ facit, exposuimus. Postremũ autem librũ de simplicib⁹ cõpositisq́; medicamentis cõscripsimus.

QVID SINGVLI SEPTEM TOTIVS OPERIS libri, nam totidem habentur, contineant.

PRIMVS omnem sanitatis tuẽdæ rationem tradit: item quomodo morbi peculiares ætatibus, anni temporibus, temperaturis, aliisq́; nonnullis, caueantur emendenturq;. Præterea ciborum omnium uires & usus habet, ut in capitibus cõprehensum est.

SECVNDVS febreis uniuersas enumerat, ita ut præponantur ipsis, quæ eo conferunt, exempli gratia, notæ ex recrementis, diebus decretoriis, & id genus aliæ. Subiunguntur autem casus qui febribus superueniunt.

TERTIVS affectus declarat, qui singulis corporis partibus obueniunt, sic ut à summo capite ad imos pedes, adeoq; ungueis descendat.

QVARTVS agit de exterioribus & ueluti in aperto cõtractis uitiis, quorum non certæ sedes assignari possunt, sed plureis particulas infestant. In quo & de lumbricis, & dracunculis tractatur.

QVINTVS de animalibus ictu morsuve uenenum relinquétibus differit, ubi & de rabiosi canis morsu & metu aquæ, adhæc de nõ rabidi canis morsu hominisq;, agitur. Inibi de uenenis eorumq; remediis disputatur.
SEXTVS chirurgicam oẽm exponit, tũ q̃ carnis uitia curat, ubi & teli extrahendi ratio comprehenditur, tum q̃ ossiũ fracturas, luxationesq; artuum complectitur.
SEPTIMVS omnium medicamentorum uireis continet, primum q̃dem simplicium, deinde & cõpositorum, eorumque potius q̃ in sex aliorũ librorum discursu commemini praesertim maiorum & nominatarũ compositionum. Scio enim illic non omneis diffuse explicari, ne disciplina tædium afferat: tum, ut quærens aliquis unam, aut etiam plureis nobileis confecturas, facile inueniat. In fine adduntur nonnulla ad medicamentorum compositiones utilia. item de alternantibus inuicem remediis agitur, ut totus liber in disciplinam de ponderibus & mensuris desinat. Incipiemus itaque primum uolumen.

PAVLI
ÆGINETÆ LIBER PRIMVS,
IOANNE GVINTERIO Andernaco medico interprete.

QVÆ GRAVIDIS SVPERVENIant, & quæ uictus ratio eis conducat. Cap. I.

QVANDOQVIDEM inter ea quæ superueniunt grauidis, hæc potissimum infestare solent, nausea, continuæ uomitiones, sputa, stomachi erosio, & cibi fastidium: non alienum fuerit remedia quibus ab eis uindicentur, perscribere. Prosunt itaq; obambulationes, cibi non nimium dulces, uina uermicula, odora, maxime quinquennia, & moderata potio. Hæc enim omnia ne mulier nauseet uometq́; impediunt. At medicamenti loco uincit polygonium herbam aqua elixam bibere. item anethum & ponticam radicem, quæ indigeti uocabulo rha nuncupatur, hæc tum ante, tum post cibum licet assumere. Extrinsecus præcordia adiuuari debent, cataplasmate ex labruscæ & pumicæ syluestris flore, cytisi smyrniiq́; coma, & fœniculi semine, siue per se, siue quomodocunq; uoles miscere, cum palmulis & uino ueteri. Aduersus stomachi rosiones confert, calidam aquam bibere, quiete inambulare, præcordia contegere lana molli. At eas quæ cibum respuunt, uariis & ad uoluptatem quæsitis cibis amyloq́; sicco solicitabis, magis autem hoc obtuleris iis quæ terram edere concupiscunt, ut in uitio quod Græcis Citta dicitur, acci-

dere consueuit.id tertio à conceptu mense potissimũ contrahitur. Nam tunc fœtus omne quod ratione alimenti ad ipsum fertur, tanquam imbecillior, nequit cõsumere, unde fit, ut quum uaria ex eo recremẽta in stomacho grauidæ redundent, uaria & naturæ aliena appetat, exempli gratia, carbones extinctos, cretá Cimoliam, aliaq; complura. Hanc enim ob causam appellationem huiusmodi affectus accepit, uel à picæ auis uarietate, uel quòd eadẽ subinde hoc malo corripiatur. Cibi facit appetentiam labor, & lõgior peregrinatio. Quæ uero mulier citra labores agere cõsueuit, haud commode repentinas subibit motiones. Verum acria quandoq; gustare, præsertimq; sinapi, cibum fastidiẽti non fuerit alienum. Cæterum eximios pedum tumores quos œdemata Græci dicunt, anthyllis quæ in aceto maduerit super deligata, discutit: item folia brassicæ latioris atq; Cimolia creta ex aceto illita. similiter alumen cum aceto proficit. Recte etiam mala medica, quæ citria aliàs dicuntur, aquæ incocta pedibus admouentur.

DE NVTRICE. Cap. II.

DEligi nutrix debet, nulli morbo obnoxia, ætate mediocris, ita ut iunior quinq; & uiginti annos compleuerit, grandior quinque & triginta non excedat: pectore sit amplo, mammis magnis, papillis neq; conniuentibus neq; auersis: reliquo corpore nec admodum obeso, nec nimium gracili. Præterea magnum est infanti commodum, si nutrix non multo ante pepererit, maiusq̃; si masculum. Vitanda ei sunt, admodum siccantia, salsa, acria, acerba, acida, amara, & ualide calefacientia. Item odores tum fœdi, tum suaues præter modũ, condimenta, aliaq; acria nocent. Ad hæc uenere nutrix abstineat, manus humerosq; molendo texendoq; exerceat: puerum ulnis gestet, ubi treis iam menses quatuorve excesserit.

DE LACTE NVTRICIS. Ca. III.

LAudatisſimum lac eſt, moderatũ ſpiſſitudine copia, colore, odore, & guſtu. Commendatur & quod in unguẽ pollicis inſtillatum, eo inclinato ad lucem, neq; ſubito neq; tarde uidetur defluere. Iã
5 uero in hunc modum probari poteſt: infuſo lacti in uas uitreum, coaguli exiguũ admiſcetur, digitisq; agitatur. in quo poſtquam concreuerit, inſpicietur, num caſei portio minor q̃ ſerum fuerit. hoc enim lac inutile eſt: contrarium huic, concoctu contumax: probatiſ-
10 ſimum quod utraq; habet mediocria.

QVOMODO LAC VITIAtum corrigatur. Cap. IIII.

LAc uitiatũ hoc modo corrigi debet, ſi craſſius fuerit, pituita uomitu elicietur, qui optime oxy-
15 melite epoto citatur: laboribus cibum præcedẽtibus eadem extenuabitur. Tunc nimirum in cibo cõducunt, origanum, hyſſopum, ſatureia, ſcandix & thymus, item radicula exigua, uetusq; ſalſamentum cum oxymelite. At ſi acrius tenuiusq; lac euaſerit, multis q-
20 dem tunc laboribus nutricem leuare, ſorbitionibus autem & carnibus ſuillis, ſapæq; & uini dulcis potu, reficere conuenit. Si lac fuerit imminutum, ſorbitionibus & pleniori modo ſuſtentãda eſt, uinum dulce potui dabitur: pectus & mamillas perfricare oportet. qui-
25 buſdam cucurbitula quoq; defixa abunde præſtitit. Medicamenta uero etſi lacti generando proficere quidem aliquid ſciam, non tamẽ frequenter ipſis uti præceperim, ut quæ uiolentius conſumant. eſt autem fœniculi radx, & ſemen, ptiſanæ incocta: item cytiſi folia ex
30 uino nigro aut ptiſana: melanthiũ dulce & anethum, paſtinacæ radix atq; ſemen. quæ calida prius irrorata admouenda ſunt. Omne uero lac uitioſum, ſiue craſſum, ſiue acre fuerit & fœtidum, puerum qui prius ſuxerit, eadem qualitate inficit. Lac autem acre nunquã
35 ieiuno exhiberi debet fœtorem eius uinum odoratũ & cibi dulces emendare poſſunt. Porrò de caſeato

lacte tertio uolumine in capite de mamillis tra-ctabimus.

EDVCATIO PVERI. Ca. V.

PRimum infans recens natus melle nutriri debet: mox lacte, idq; bis die, aut plurimum ter. quum autem prõpte & alacriter puer assumit, ac spes est eum posse quod oblatum est concoquere, tunc iam & cibus solidior recte datur qui non ipsum repleat. At si forte imprudentibus nobis puer repletus fuerit, somniculosior autem statim & torpidus magis euadat, uenter intumescat infleturq;, & urinæ aquosiores reddantur, quæ repletionis notæ sunt, nihil exhibere oportet, donec cibos prius ingestos consumpserit. Abunde autem fuerit duobus annis lacte puerum enutrire, inde ad cibos solidiores transgredi.

DE PVSTVLIS PVERO OBORTIS, EXANTHEMATA DICUNTUR. Cap. VI.

PVstulis quæ puero per cutem eruperint, primũ sane nullum facessere negotium oportet. ubi uero probe decreuerint, tunc iam curare tentabimus, balneis, quibus iniiciantur myrti aut lentisci folia, aut rosæ. deinde rosaceo aut lentiscino utendum: ceratoq; cum cerussa, ad hæc nitro abstergere lenius expedit: nam ualentiora non sustinebit. Optimum uero est nutricem dulciori uictu uti. laudatur item maxime si puer ipse neq; pleniore, neque nimis tenui cibo alatur. At si uenter ipsius non respondeat, tunc mel cibo infusum simul coquere oportet: si ne sic quidem descenderit, terebinthinæ instar ciceris iniicies. Humectata aluo, milium potissimum offerre conducit.

DE TVSSI ET GRAVEDINE PUERI. Cap. VII.

QVòd si quandoq; tussicula aut grauedo puerum affligat, linctus ex melle, quos Græci melitismos uocant, adhibentur. Conuenit igitur puero beraliore aqua calida loto caput ipsius melle

copioſo illinere, deinde digito linguam leniter premere: multum enim hoc pacto pituitæ uomitu egeret.

DE GINGIVARVM PRVritu. Cap. VIII.

PRurientibus gingiuis fomento utendum eſt, & liberali unctione ex oleo diſcocto, in quo ceræ momentum eliquatum ſit.

DE DENTIVM ORTV. Ca. IX.

DEntiunt ſeptimo menſe pueri: tunc autem inflammationes gingiuarum, maxillarum, & tendinum, aliquando conuulſiones etiam eueniunt. Tunc igitur puero nihil dãdum, quod mandi poſtulet. digito autem in lauacro gingiuæ continenter contrectari, & gallinaceo adipe uel leporis cerebello emolliri debet. Vbi iam dentes prodierint, ceruix, caput, & maxillæ delicatis lanis puris cõtegentur, oleoq́; dulci & calido fouebuntur: idemq́; meatibus auditoriis inſtillabitur. Cæterum plenius infantem tunc alere, & calida lauare oportet, & ſi alui profluuium experiatur, tentabimus eam epithematis quæ præcipue ſiſtunt, contrahere, inſpergendo lanæ cuminum: aut anethum, aut apium. Salutare eſt etiam ſemẽ roſarum admiſcere, & ſummatim calidis deſiccare. At ſi uenter nihil reddit, melle in glandis figuram coacto, inferius leniter irritabitur. aut nepita detrita cum melle illinetur. Porro conuulſionibus puerorum optime uidetur auxiliari heliotropium in aqua elixum, ſi puer in hac lauetur. confert & irino aut cyprino & ſyncionio perungere, & uniuerſum calefacere. Quum autem exortis dentibus digitos mordet uulneratq́; benefaciet radicem iridis deraſam, nec admodum ſiccam, ore continere. Hoc remedium ulceribus quoq; opitulatur: butyrumq́; cum melle illitum adiuuat. Gingiuarum autẽ pruritus, ueteris ſalſamenti caro lenit.

DE ORIS VLCERIBVS QVÆ aphthæ dicuntur. Cap. X.

OBoritur puero etiam ulcus quod aphtha uocatur, nunc ſubalbidum, nunc ſubrubrũ, aliàs cruſtæ modo nigreſcens, quod omnium periculoſiſſimum & lethale eſt. Remedio erit, iris cum melle & ſicca inſpirata. Item roſarum folia contuſa, earumq; flos, crocum, myrrhæ exiguum, galla, lachryma thuris & cortex eiuſdem, & ſimul, & priuatim ſingula melle tincta: ad hæc mulſa, & mali Punici dulcis ſuccus proficit.

AD FEMORVM INTERtrigines. Cap. XI.

FEmorum intertrigines myrtus arida, iuncus anguloſus, & roſæ inſperſæ iuuant.

AD AVRES HVMENTES. Cap. XII.

AVrium humiditates lana ex alumine impoſita aut mulſum, aut uinum uetus inſtillatũ, aut crocum ex uino detritum, deſiccant.

DE SIRIASI. Cap. XIII.

SIriaſis, quæ Latinis aduſtio infantium dicitur, eſt inflammatio partium circa cerebrum, eiusq; mẽbranas. concauum in ea fit ſinciput, concaui itidẽ cum pallore oculi accedit & corporis totius ſiccitas. Succurrit huic malo uitellus oui ſincipiti cum roſaceo linamenti impliciti modo impoſitus, ſic tamen, ut continue renouetur.

ALIVD AD SIRIASIN.

Oportet eidem loco imponere folia herbæ quam Græci heliotropion, Latini ſolarem nuncupant. cucurbitæ ramenta, cucumeris, quem peponem dicunt, cutem carni adiacentem, aut hortenſis ſolani ſuccum cum roſaceo.

RATIO VICTVS INFANtium atque reliquarum deinceps ætatum, ad uſque declinantes. Cap. XIIII.

Posteaq̃ lacte nutriri infantes desierint, liberiore eis modo & suo ingenio hilariter uiuere permittemus: exercitia autem & alimenta leuiora præscribentur. Ab anno sexto & septimo, tum pueri, tum puellæ, literatoribus blandis humanisq́; tradentur. tales enim cũ animi remissione et gratia docent. Animi autem remissio ad probã corporis educationem plurimum adfert momenti. Duodecimum annũ egressi, ad grammaticos iam & geometras mittendi sunt, corpusq́; eorum exercere oportet. A quartodecimo usq; ad primũ & uigesimum, mathematicis disciplinis & sapientiæ studio incumbent: exercitiis pluribus propter corporis robur credentur, ut & animo & corpore laborantes, à libidinis impetu coerceantur his etiam uinum circuncidendum est. Aetate florentibus educatio absoluta tum animi, tum corporis congruit. eoq́; exercitiis omnibus, præsertim q̃bus quisq; assueuit utendum, cibo pleniore & ualenti. Declinantibus autem moderata competit & animi & corporis educatio. Exercitia enim qualiacunq; fuerint pro horum ratione imminuere oportet: alimento detrahendum, ut quorum habitus iam frigescere incipiat.

DE FRICTIONE PRÆPARAtoria, quæ parasceuastice dicitur. Ca. XV.

Ante exercitationem corpus mediocriter calefacere oportet, frictione linteis adhibita. deinde nudis manibus oleo intinctis p̃fricare: usq; dum bene incalescat emolliaturq́; colore uiuido rubescat, & in tumorem attollatur.

DE EXERCITATIONE. Cap. XVI.

Exercitatio motus est uehemens. uehementiæ aũt finis est, respiratio crebra. Id uero commodi præstat, quod parteis instrumẽtarias morbis non opportunas efficit, & functionibus obeundis ualidas: præterea ut alimenta fortius attrahant, prõptius immutent, & liberalius reficiantur, caloris beneficio

quem illa excitauit.adde quod meatus expurget, re-
crementa propter ualidam ſpiritus motionem,expel-
lat.Q uoniam igitur alimentorum per corpus mem-
bratim digeſtionem adiuuat,conuenit ut neq; copioſi
neq; crudi,ſiue cibi ſiue humores, in uentriculo,aut in 5
teſtinis contineantur.periculum enim eſt, ne priusquã
probe fuerint concocti,in uniuerſas animantis particu
las diſtrahantur. Vnde manifeſto liquet exercitationẽ
cibum præcedere oportere. Notæ autẽ quæ oppor-
tunitatem laboris ſubeundi oſtendant,ex urinarum co 10
lore petuntur . etenim aquoſæ nondum coctum hu-
morem qui ex uentriculo diſtributus eſt, ſignificant:ru
fæ autem & bilioſæ , iampridem elaboratum eſſe
eſſe notant:quæ leuiter palleſcunt,initium concoctio-
nis quæ adhuc fit,ſignant.Tunc igitur ad exercitia ue- 15
niendum eſt , ita ut ueſica prius & aluus recrementis
leuentur.

DE EXERCITATIONVM generibus. Cap. XVII.

OMnis exercitationis commune eſt , quòd ani- 20
mali ex ſe ipſa caloris augmẽtũ excitat.Ex ſin
gulis autem exercitationum generibus alia ua
lida,hoc eſt,uiolenta eſt,muſculis & neruis robur præ
parans,cuius generis eſt quum quis fodit,& maximo
onere ſublato,aut eodem loco manet , aut paululum 25
procedit:item quum quis quantum maxime poterit
inambulat:præterea per funem manibus apprehẽſum
ſcandit,aliaq; plurima in eundem modum obit. Alia
celeris exercitatio eſt , quæ citra robur uiolentiamq;
peragitur.id genus ſunt curſus , umbratilis armorum 30
meditatio aut quũ duo ſummis manibus concertant,
tum quæ per corycum & paruam pilam fit exercita-
tio.Alia compoſita eſt ex ualida & celeri,quãdo quas
ualidas diximus iis omnibus ut uehementibus uti li-
cet,motus modo celeritatem adiicias. Præterea per 35
alias exercitationes lumbi magis q̃ brachia curave la-

borant:per alias ſpina tota,aut thorax tantum,aut pulmo.Exerceri uero oportet quouſq; corpus in tumorē attollatur & rubeſcat,motus prompte, æquabiliter & concinne edat.Inter hæc autem ſudorem cum calido uapore mixtum cernes.Pauſandum uero ab exercitatione tunc primum eſt,quum aliquod horum fuerit immutatum,nempe ſi contractior corporis moles uidebitur,ilico deſiſtendum eſt: ſimiliter quum coloris gratia deperit,ceſſare oportet. Quinetiam quum motus remittere quippiam cernitur,protinus deſinere conueniet.Itidem ſi in ſudore ulla qualitatis eius, aut quantitatis mutatio accidat:quum enim is aut minor, aut frigidior factus intelligitur,tunc deſiſtendum ſcias. oleo mox corpori ſuperfuſo, apotherapia uti deinceps oportebit,inde frictionem apotherapeuticā adhibere:ut pædotribæ factitare ſolent.

DE GENERIBVS FRICtionum. Cap. XVIII.

INter frictiones,dura ligare corpus poteſt : mollis, ſoluere.quapropter quæ ſupra modum reſoluta ſunt,duriter perfricare oportet: quæ autē aſtricta, molliter.At ſi mediocri quis corpore præditus ſit,neque molliter neq; duriter fricandum id eſſe conſtat, ſed quatenus licet uterq; exceſſus uitari debet.Siquidē multa & dura frictio,corporis molem deprimit: modica uero & mollis,ecōtrario implet.Porrò tres quātitatis frictionum differentias,ſi tribus quæ à qualitate ducuntur,iunxeris,nouem coniugationes effeceris, ut ſubiectum eſt. Etenim una iuxta quantitatem, nempe multa,ſi tribus quæ à qualitate ſumuntur, duræ dico, molli & mediocri,adiungatur,treis ſecundum duritiē differentias efficit. modica rurſus ſi eiſdem tribus addatur,treis alias procreat.At mediocris qualitate,eiſdē tribus iuncta,alias treis progignit,ut in formula ſubiecta uidere licet.

QVANTITAS.		QVALITAS.
Multa)		(Dura
Multa)	&	(Mollis
Multa)		(Mediocris
Pauca)		(Dura
Pauca)	&	(Mollis
Pauca)		(Mediocris
Mediocris)		(Dura
Mediocris)	&	(Mollis
Mediocris)		(Mediocris

5

10

DE VOCIS EXERCITATIONE. Cap. XIX.

15

INter uocis exercitationes suauis aptaq; modulatio nihil ad sanitatem tuendam proficit: grauioris autem uocis sonus utilis habetur, eoq; exercere eum oportet. Ita enim aer copiosissimus inspiratu in corpus attractus, thoracem, uentriculum & meatus totius corporis deducit, dilatat, aperitq;. Quapropter ipsa lectione humores qui redundant excernit. fortius igitur legentibus, magis & per sudores, lenius aūt, ꝑ latentem totius corporis perspiratum. Accidit enim propter extenuationem multa recrementa, nempe sputa, mucos & pituitam, ꝑ screatum excerni consumiq;. Iis uero qui propter frigiditatē excalfieri desiderant, quodnam aliud præsentius remedium esse potuerit, q̃ functio quæ respiratione peragitur. Consilium igitur est, hos frequenter legere ut toto corpore relaxato, fusaq; carne, arteriam & alios spiritus transitus studiose rarefacientes, per grauiores uocis actiones modulentur. Vti autem oportet uocis officio neq; temere neq; inconsiderate. sed quū nec uitiosis corruptisq; humoribus repleti sunt, neq; magnæ & euidentes sto

20

25

30

35

machi cruditates apparent, ad uocis exercitationem accedendum est, ne corrupti uapores per corpus largius distribuantur.

DE LASSITVDINIBVS OB exercitationem, Cap. XX.

VLcerosa lassitudo ab excrementorum tenuiũ simul & acrium copia contrahitur. Tensoria nullum quidem excrementum, cuius ratio aliqua sit habenda, in corpore contineri indicat, sed in musculis neruisq; affectus quidam quo tendi uidentur, residet. Ea uero quæ inflammationis speciem præ se fert, in qua nimirum ceu contusas, aut inflammatione obsessas parteis sentimus, tunc solet incidere, quum musculi impendio excalfacti, aliquid ex circũfusis sibi recrementis attraxerunt. Est & alia quædã præter has quarta affectio quæ oritur, quum musculi supra q̃ par est, siccantur, ita ut cum se exuerint squalens corpus cõtractumq; appareat, atq; ad motus pigrum. Remedium ulcerosæ lassitudinis est, si quæ redundant e uapores frictione multa molliq; cum oleo copiosiore, quod omnis astrictionis sit expers. Altera lassitudo in qua tensio sentitur, hoc pro curatione desiderat, ut relaxetur, sane relaxatur quod distentũ est, pauca & molli frictione, eaq; ex oleo dulci atq; egelido: item intermissione omnino, quiete, balneis temperatis, atq; in calida mora lõgiori: adeo si bis terve ipsum laues, plus profeceris. Tertiæ lassitudinis inflammatoriæ curationis cõsilium, ad tria dirigitur, nempe, superuacanei euacuationem, extenti remissionem, & inflãmationis refrigerium. itaq; & oleum copiosum tepidumq;, & frictiones mollissimæ, & lenta in temperatis aquis mora, eiusmodi lassitudines persanãt. pari modo & multa quies, *maxime cõtinua. Quarta affectio nihil sane à priori consuetudine immutari postulat, nisi caldiorẽ aquam, quæ sensim contrahat: altero die, apotherapię exercitationẽ. ad hæc soliũ similiter calidũ, sic, ut ægri

*Galenus unctio continua.

protinus in frigidam exiliant. Statim uero oēs qui lassitudinibus laborant, cibo refici debent.

DE CVTE ASTRICTA. Cap. XXI.

ASTrictio quam Græci ſtegnoſin uocant, accidit, aut obſtructis, aut denſatis meatibus. obſtructio quidem, ex copioſis, aut ex craſſis humoribus crudis concoctionemq́; non expertis, oritur: denſatio autem, ab iis quæ refrigerant, aut aſtringunt, aut deſiccant. Ac deprehenditur ſanè iam dictus affectus, ſtatim ubi ſe exuerint, ex colore albo, & cutis tum duritie, tum denſitate: tum quod in ipſa exercitatione uix incaleſcant. Succurrit huic affectioni calefactio, quæ ualentiore exercitio, balneiſq́; calidioribus petenda eſt. Mora uero in frigido ſolio diuturna non ſit, imo nec ipſa aqua nimium ſit frigida. Vbi ueſteis ſunt indutu-ri, ungentur aliquo quod mediocriter calfaciat oleo, dulci ac tenui. Cutis autem denſitatem abunde etiam ſanat oleum anethinum, præſertim ſi uiride fuerit anethum: oleumq́; ex populo nigra confectum.

DE SPONTANEIS LASSItudinibus. Cap. XXII.

QVoniam ulceroſa laſſitudo ex acrium recrementorum uitio contrahitur, ſi quidem paucus omnino uitioſus humor fuerit, apotherapiæ exercitatio ſuffecerit: ſi copioſior, & altius in corpore redundarit, eiuſmodi malo obnoxiis nec exercitationem nec ullum omnino motum iniungemus, ſed quiete ſomnoq; recreatos abſtinere cibo totum diem cogemus, deinde ueſperi pinguiter unctis, temperatoq́; balneo lauatis, cibum boni ſucci & ſorbilem exiguum dabimus, non tamen à uino eos arcentes. hoc enim ſemicrudos humores, ſi aliquid aliud concoqt. Si ergo his peractis malum conquieuerit, ad priſtinam conſuetudinem pro ratione reducendi ſunt: ſin in poſterum etiam diem remaneat, de ualentiore iam remedio conſiderandum eſt. Si enim uires conſtent, duorū

alterum, aut sanguis mittendus est aut purgatio exhibenda, sed ita ut discernamus, utrum magis expediat. Quod si uires inualidæ sint, sanguinē dimittere haud quaquam oportet, sed deiectionem mediocrem ten-
5 tare. At si crudi humores omnino fuerint, neq; sanguinis detractio, neq; purgatio, neque exercitium ex usu est, imò ne mouere quidem in totum, aut lauare expedit. Tales igitur in quiete omni seruandi sunt, cibis potionibusq; & medicamentis quæ extenuent inci-
10 dantq; sine manifesto calore, reficiendi. Pro cibo igitur oxymel, modicum ptisanæ, nonnunquam & mulsæ exhibebitur. Quoniam uero præcordia eiusmodi omnibus turgida inflataq; sunt, ac facile quicqd assumpserint in flatus conuertitur, satius fuerit cum cibo pi-
15 peris aliquid offerre. Vtilius autem erit, & medicamēto quod diospolites dicitur, uti: item dia trion pepereon simplici: utilissimumq; ipsis est oxymel. Potui sument apomel, præsertim ubi coacuit, uinaq; leuiter acescentia, cibi erunt qui sine calore attenuent, cuiusmo-
20 di est capparis si ex oxymelite, aut oxelæo assumatur. Porrò tensionis lassitudo quæ sine exercitiis oboritur, copiam innuit solidas corporis parteis distendentem. Constat autem omnibus, optimum esse præsidium quum sanguinis copia subest, aut uenam incidere, aut
25 malleolos scarificatu sauciare. Quæ uero inflammationem repræsentat lassitudo spontanea, ea ne paucis quidem horis, nedum duobus tribusve diebus eodē tenore consistit, sed protinus febrem accendit uehementissimam, nisi sanguinis detractione malo prius
30 occurreris. Præstiterit autem, si fieri queat, bis eodem die sanguinem detrahere: ac primum quidem ita mittere conuenit, ne animi defectu homo periclitetur: secundo autem, ne defectio quidem ipsa formidari debet. At qui sic affecti sanguinem non dimiserint, hi ut
35 periculum euadant seruenturq; bonæ fortunæ beneficio opus habent.

VICTVS SENVM RAtio. Cap. XXIII.

SEnectus quum ſicca frigidaq́; exiſtat,per calefacientia humectantiaq́; corrigi debet.Frictio itaq; adhibenda eſt,citra laſsitudinem : imbecilliores ter die cibo refici debent:ad tertiam quidem horam, panis exiguo cum melle attico : ſeptima uero hora ubi frictionem exercitationesq; ipſis congruas & balneum fuerint experti primum ſanè quæ aluum emolliunt,aſſument.deinde piſces,aut auiculas , hinc poſt cœnam ea quæ optimi ſucci ſunt & ægre corrumpũtur.Non prohibeo item uinis ex melle præparatis uti præcipue quibus de calculo in renibus creato, aut ẽt podagra ſuſpicio eſt quando petroſelinum uino recte iniicitur.At ſi quando pituita in uentriculo contracta, necesſitas eſt aliqua quæ eam incidant,deligere,'protinus ad humectantem uictus rationem digrediendum eſt:contra quod fici maturæ ante alium cibum ipſis exhibentur:per hyemen uero caricæ,ſi nullum in dextra præcordiorum parte uitium accidere ſentiant. At quia ſeroſa pituitoſaq́; in ſenili corpore excrementa colliguntur,urinam quotidie promouere conſiliũ eſt, & aluum ſubducere,præſertim oleo ante cibum epoto.Clarum uero eſt,omnia olera ante cibum ex oleo, garoq́; ſumi oportere:itẽ oliuas muria ſeruatas , quas halmadas dicunt,& damaſcena.Quòd ſi uenter magis aſtrictus nihil deiecerit, & mercurialis herba, & unicum abunde ſunt,benefacit etiã reſina terebinthina,interim unius auellanæ,interim duarum triũve magnitudine ſumpta.Iam oleum q̃bus aluus contracta eſt,per clyſterem utilisſime infunditur.

DE RVGOSO CORPORE. Cap. XXIIII.

FRugat corpus erui farina,uiti albæ miſta.

ALIVD SMEGMA QVOD continue illinetur.Fici pingues ſimul cum bryo

nia contusæ, farina erui usta, aut sepiæ testa cum mellis momento trita.

QVOMODO CORPVS SVAuiter oleat. Cap. XXV.

5 VT corpus bene oleat, eidem unctioni cupressi comam aridam contusam admisceto, aut piceæ corticem. Meminisse uero debes, ut mane postquam corpus uestimentis munieris, pauxillũ casiæ aut sabinæ herbæ degustes.

10 QVOMODO HABITVS INcalescat. Cap. XXVI.

AD habitudinem calfaciendam in balneo utendum est hoc puluere, qui recipit, nepitã, sampsuchum, hyssopum, baccas lauri, rorem mari-
15 num, lapidem pyritem, salem, fecem combustam, nitrum, pumicem, pro cuiusq; ratione: item sinapis, herbæ pediculariæ & cocci gnidii momentum. à balneo, acopiusus erit quod calefaciat: uinum uermiculum, uetus potui dabitur. item potio medica ex mulso, pi-
20 pere, ruta, & consimilibus, utilis est.

QVOMODO COLOR MAlus emendetur. Cap. XXVII.

COrpus decoloratum pallidumve uita iucunda & cibus boni succi emendat. miscetur autem
25 huic radicula, porrum, & uiride cicer. Iam mali punici dulcis succus sorbitionis modo sumptus, bonum colorem efficit. Proficit etiam oleum cui bryoniæ radix diutius sit incocta. idem & corporis cutem intendit erugatq; smegmatis autem miscere oportet
30 glutinantia quæ fiunt ex quopiam astringentium, farina, bulbo, narcisso & bryoniæ radice. bene colorant, si copia datur, tum radix tum semen amaræ amygdalæ in aqua elixa, & in balneo adhibita.

AD LIVORES. Cap. XXVIII.

35 LIuescere senum corpora prohibemus, si cutem ipsorum crassam, ita ut minus iniuriis

pateat, & habitum calidiorem reddiderimus. Vt autem celerius id assequamur, sale in balneis, super partem quæ nigruerit uti conueniet, candemq; fomẽtis per spongias decocto radiculę aut absinthii immersas, adiuuare. 5

QVOMODO DENTES AB iniuria asserantur. Cap. XXIX.

DEntes ab iniuria uindicabis, si primum caueas ne cibi quos ingesseris corruptionem experiantur; mox cõtinuam uomitionem deuites: 10 deinde escas dentibus incommodas, nempe ficus aridas: mel coctum & satis durum factum, palmulas uix fragiles, adhæc omnia glutinosa, quæq; adeo frangi contumacia sunt, ut denteis commoueant. insuper uitare oportet, quæ denteis stupefaciunt, perfrigida cun- 15 cta & putrida. Conducit itidem secundum cibũ denteis purgare.

QVOMODO GRAVIS AVDItus corrigatur. Cap. XXX.

AD grauem auditum corrigendum, uincit pri- 20 mum meatus per quos audiendi facultas est, sordibus expurgare: per interualla autem linteum dropaci intinctum ipsis demittere, atq; prius expressum retrahere. summè enim meatus purgat, & simul auditum auribus reddit. Deinde aliquo erui in- 25 star inserto, meatum ad diem obturabis: postea ipso exempto, quotidie oleo amygdalino, aut nardino, aut chamæmelino, aut pingui anserino, cum exiguo fellis bubuli perunges. Rursus diebus aliquot interpositis sinapi & ficis contritis factum penicillum ad 30 horas duas imponis, inde hoc exempto infundis oleum, quod in asphodeli radicis succo deferbuerit.

AD OCVLORVM CALIGInes. Cap. XXXI

NE caligine oculi corripiantur, quum in aquam 35 frigidam te mergis, illos diu in eadem apertos esse

tos esse conueniet. hinc enim robur uisui adiici-
tur. *Lectione* uero non te fatigabis, uino crasso &
dulci abstinebis, similiter cibis qui in superiore uentri-
culo diu remorantur, concoctu difficiles, & qui humo
5 res lentos crassosq; generant: cuiusmodi sunt eruca,
porrum, & omnia quorum acrimonia sursum effer-
tur. Vitare item oportet supinum incubitum diutur-
num, frigus, uentos contrarios, fumum & puluerem.
Iam uero aquam oculis instillare quotidie ad mẽsem
10 totum, iuuat. quæ in hunc modum præparatur, fœni-
culum uiride fictili uasi extrinsecus picato, cum aqua
cœlesti demittitur, deinde exempto fœniculo quod
reliquum est repones.

DE REPLETIONE. Cap. XXII.

15 PLurimum noxæ ciborum repletio conciliat,
quanuis probam in uentriculo concoctionem
sortiti sint. Nam quum uenæ nimium repletæ
laborant, distenduntur, rumpuntur, obstruuntur & fla-
tu implentur, credibile admodum est, grauissimas ex
20 hac causa ægritudines procreari. Quum igitur uẽtris
urget repletio, interim uomitu quod redũdat, interim
per aluum excernitur: in totum inualidior hæc, ea est
quæ uenis accidit, nõ tamen & ipsa admitti debet, sed
si quis impendio plura assumpserit, statim eum uome
25 re oportet. periculum etenim est, ne obita concoctio-
ne uenæ repleantur: magisq; si intemperantius cibis
continue assumptis, nullam deinde uacuationem ex-
periatur. uomitu igitur solicitari debet priusq̃ cibi cor
rumpantur. At si aliquid eum impediat, aluus soluta
30 frequenter succurrit. sin minus illa fluxerit, certe diu-
tius dormire & potui aquam calidam frequenter su-
mere, consilium est. Vbi iam abunde concoxerit,
præsertim aluo largiter fusa, lauacris fomentisq; adiu
uare, salsamenti parum ac potionem dilutam exhibe-
35 re oportet. At si neq; descenderit aluus neq; celeriter
obita est concoctio, sed corpus uniuersum graue, ad

motus pigrum, & somno lentum fuerit, mens præter rationem quodammodo torpescat, uenarum repletionẽ esse cognoscas. Qui uero præter hæc lassitudine premuntur, eos conquiescere dum uentriculus ingesta cõ coquat, deinde laboribus inanire expedit. 5

DE EBRIETATE. Cap. XXXIII.

EBrietatem uomitus repente obortus discutit.: itẽ aquam & mulsam liberalius super bibere uincit, atque sic uomere, usque dum plurima reiecerint, ac stomachi uellicatus obtundatur. à uomitu solium in 10 gressi copiose ungentur, reliquo tempore cõquiescent, & accurate cooperti diutissime dormient, quousq; temulentia discutiatur.

QVIBVS CIBI CORRVM puntur. Cap. XXXIIII. 15

CIbis in uentriculo uitiatis, si quæ corrupta sunt deiiciuntur, maximum ad sanitatem est compendium: sin minus, iis quæ leniter subducunt aluus irritanda est. Huiusmodi autem malo affectis uomitus ante cibum, uini passiq; potu excitatus, conducit. Nihil 20 præterea uel nidorosum, uel graueolens uel in totum cibum corruptioni opportunum assumere ipsos consuluerim, sed ea quæ boni succi sunt deligere. Iam per interualla temporis mediocria aluum subducere, ex iis quæ mediocriter purgant, ita affectis confert. 25

DE VENERE. Cap. XXXV.

VEneris hæc sunt commoda: humores superuacuos inanit, corpus agile præstat, in augmentũ promouet, & uirile magis efficit. Quantum uero ad animum spectat, impeditam intelligentiæ uim dissoluit, iratos mitigat, eoq; melancholicis coitus, siquid 30 aliud, remedium est accommodatissimum: item alio modo insanientibus integritatem sensuum restituit. Iã pituita redundantibus uenus est utilissima: alii enim cibum respuentes, eius cupiditatem hinc recuperarunt: alii, continuis per somnum ueneris imaginibus libe 35

rati sunt. Cæterum natura ueneri idionea est calida & humida, ut quæ reliquis salacior sit. Minime uero coitum excitat uictus qui siccat refrigeratq́;, ætas senilis, tempus autumnale. Quapropter uictus ratio humi-
5 da calidaq́; adhiberi debet, mediocritas & laborum & ciborum. Quemadmodum uero moderati labores, ita etiam concubitus ipse mediocris conuenit. Nam & ad opus incitat, & facilitatem quandam consuetudini præbet. Requirit autem libido, si quid aliud,
10 alimenti exuberantiam, eoq́; cibi potissimum ualentis materiæ utiles sunt: ex piscibus autem polypodes. etenim præcipue ad uenerem incitare creduntur. his adduntur, molli cute præditi: ex oleribus autem, orminum, erysimum, eruca, & napi, quæ in medicamentorū
15 uicem dantur: ex leguminibus prosunt, faba, cicer, eruilia siliquæ, & pisæ, quæ præter quod largiter corpus alunt, flatibus replent. Ruta igitur quia flatus discutit aboletq́;, ideo etiam ueneris ardorem obtundit. magnifice autem probo uuas ut quæ humectent, & spiritu sangui-
20 nem repleant, qui in uenerem proritat. Quum igitur concubiturus es, nimiam satietatem, cruditatem, lassitudinem, cauebis: item ne uomitus, aut purgatio præcesserit similiter repentinum alui profluuium, licet nonnūquam uenus diuturnum fluorem desiccet. At uehemen-
25 teis coeundi cupiditates non laudo, sed potius resistere eis consulo, præsertim iis quos morbus aliquis infestat. Saluberrimum igitur post exercitationem, balneum moderatumq́; cibum, uenerem exercere. ita enim uiribus conducit, & frigus obortum minus offendet. Tempus
30 autem concumbendi opportunum est, secundum cibum, ut supra dixi, antequàm somnus inuadat. lassitudo siquidem ex coitu contracta obdormienti statim remittitur. Id uero tempus etiam liberis procreandis accommodum est, tum aliis de causis, tum quod mulier
35 consopita, genituram facilius retinet.

AD EOS QVI VENEREM exercere nequeunt. Cap. XXXVI.

NAturalia continue pingui ungentur, cui adie- ctum sit narcissi radicis momentum, aut cocci gnidii, aut pyrethri, aut herbæ pediculariæ, aut seminis urticæ, aut uiticis. Potiones cõgruunt, ex pipe- re, aut satyrio, aut eruca, aut cnico, aut simul omnibus. esse confert ante cibum bulbos tostos, rubentes ac exiguos, cum sale & oleo, aut scillæ tabefactæ modi- cum: item compositis aduersus hoc uitium inscriptis remediis utendum est: item subinde lasciua legere competit.

DE IIS QVI IMMODICE coierint. Cap. XXXVII.

QVoniã ex immoderata uenere corpus rarius, frigidius, siccius, & imbecillius euadit, ratio est admouere quæ densent, calefaciãt, humectent, confirmentq́;. Qui igitur immodico concubitu exhau sti sunt, uestimentis calidis operti cõquiescent, somnoq́; longiore, donec corporis contentio subsidat, reficiẽtur: atq; sic ab imbecillitate sese uindicabunt.

SI SEMEN GENITALE RE dundet. Cap. XXXVIII.

NOnnulli semine copioso, & calido collecto, in uenerem proruunt: quod cum egesserint, cor- pus inualidum, stomachum resolutum obti- nent, extenuantur siccanturq́; ob quam causam si rursus à concubitu abstinuerint, capite grauantur, & ueluti ex repletione cibum fastidiunt, deinde statim ueneris ima- ginibus obnoxii eodem modo afficiuntur. Nihil igitur his quod semini augendo efficax est, sed potius & cibi & medicamenta quæ id corrumpant, offerri debent. à balneo renes oleo rosaceo, melino, & omphacino pe- rungere oportet. Satius autem est oleum cera addita, ne defluat, crassius efficere, miscereq́; succum aliquem refrigerantem, nempe semper uiui, solani, cotyledonis

& psylli: ac horum quidem per æstatem, reliquis autem anni temporibus, tum aliorum, tum lactucæ succum: itẽ lini semen quod aqua fuerit incoctum. nam hoc quoq; refrigerantem succum exhibet. Ad hæc lamina plumbea lumbis subiecta, ueneris insomnia cohibet. Iã herbæ refrigerante ui prædite si cum ruta substernantur, & teneris uiticis surculis, idem præstant. Præterea semen *lini & rutæ in cibo sumptum. Cauendum uero est, ne lumbis uehementer refrigeratis, renes offendantur.

*Oribasius uiticis.

SI PERFRICTIO NOCVIT. Cap. XXXIX.

Qui frigori nimio patuerunt, locis calidioribus decumbent, cyprino aut irino peruncti. postea ubi modice incaluerint, piper, myrrham cum uino dulci odorato & ueteri assument, aut liquorem cyreniacum cum uino uel aceto, aut pyrethrũ castoriũve ex aceto: cibo autem calidiore recreandi sunt.

SI INSOLATVS ADVSsit. Cap. XL.

SI qui uero exusti in sole sunt, his locis aeri expositis decumbendum est, perfundendaq; frigida, facies, manus & crura: si siti conficiuntur, frigidam aquã qui assuerunt, bibent. atq; hæc pro ratione, & non uniuersim facere expedit. cibum assument exiguum, q facile in membra distribuatur, humidiorem potius quã densiorem.

DE PITVITA IN SVPERIOre uentriculo redundante. Cap. XLI.

QVòd si in aliquem interdum incidas qui cibos ualentis materiæ auersetur fastidiatq; admodũ & si assumere compellas, nausea afficiatur, sola uero acria appetat, neq; iis quidẽ oblectetur, sed uentris inflationem nauseamq; sentiat, ac paululũ ructibus solis leuetur, interim uero & ipsi cibi quos assumpsit, præsertim in acorem conuersi, uitientur, omnino intelligendum tibi uenit summam curationis existere, ut pitui

tam à uentriculo abstergas. Ego quandoque ita affectum noui, qui radiculis ex oxymelite sumptis, incredibili crassioris pituitæ copia uomitu egesta, integræ statim sanitati restitutus sit.

QVOMODO FACILE QVIS uomat. Cap. XLII.

Quoniam laboriose uomentibus multa solent absurda superuenire commodum fuerit quomodo quis facile uomat, exponere. Etenim uomitus pituitam inanit, caput leuat; & ne qui auidius nonnunquam cibum ingesserint cruditate laborent, uinoque liberalius sumpto offendantur, prohibet. At quæ offerentur, neque acerba neque sicca erunt, sed partim dulciora quodammodo humidioraque, partim acriora. Commendatur ad hæc radicula, eruca, salsamentum uetus, origanum uiride, cepæ momentum & porri. Prouet uomitus etiam ex leguminibus ptisana cui mel additum sit, lomentum, carnium pinguia. uerum non solum iura ipsarum, sed ipsas quoque integras deglutire oportet, eoque uomiturus non diu madendis ipsis immorabitur. omnia uero per coctionem mollia flaccidaque erunt. Iam constat, uina dulciora deligi oportere, ut quæ in stomacho magis supernatent, atque eam potionem egelidam assumi. Confert etiã amygdalas melli intinctas comedere, ac placentas gustare: item peponis & cucumeris semen maceratum detritumque cum melle assumere, radicemque cucumeris cõtritam ex melle. At qui ualentioribus uti uolunt, narcissi bulbo aquæ incocto, uinum temperant. Mouet autem uomitiones irinum quoque unguentum, si digitis eo perunctis, irrites. Porrò uomentis interest, ne cesset uel intermittat, usque dum omnia eiecerit: à uomitu os colluat, faciemque posca aut aqua abstergat. id nanque dentibus conducit, & caput releuat.

QVÆ SANIS ALVVM SVBDVcant, & quæ urinã moueant. Cap. XLIII.

VEterum nonnullis satis esse ad secundam ualetudinem tuendam uisum est, si aluus quotidie & urina pro ingestorum copia, sine uitio & abũde responderet, ac quum uacuatio iuxta proportionem accidebat, commẽdabant: sin minus, promouebant urinam quidem scandice, apio, asparago, petroselino, aniso, nepita, origano, absinthio, graminis carduiq; radice, cytiso, adiantho, omnibus in aqua elixis, quorum decoctum cum uino potui exhibebant. hæc enim per urinã sanguinem repurgant, unde non parum utilitatis percipitur. Aluũ adiuuabant terebinthina, ex qua oliuæ magnitudinẽ dormituris deglutiẽdam offerebant. At quũ acrius subducere eam cogitamus, rheu momentum ad miscebimus. Accommodata deiectioni sunt, oua sorbilia: ex oleribus, beta, malua: item cochlearum ius, atque hæc forte abunde erunt. Efficacior est herba Mercurialis, in aqua cum sale elixa comestaq;, eiusq; decoctum potui datum: similiter folia sambuci. idem præstat polypodii radix duobus denariis salsamento inspersa, aut etiam in ptisana sorpta. ad hæc serum lactis cum sale aut melle, ad treis heminas quatuorve assumptum: ueteris quoque gallinacei ius, tum per se, tum cum cnici denariis duobus. nonnunquam & aloe trium cicerum instar secundum cœnam recte assumitur. Præstantissimum uero est epithymum in uino post mediocrem cœnam potum: qui acrius uacuare deside ret, mane epithymi drachmã ex oxymelite, uerno tempore ebibat.

DE CLYSTERIBVS. Cap. XLIIII.

IN quibus uenter ægre descendit, & stomachus imbecillis medicamenta ad subducendum efficacia non sustinet, clysteribus utendum est, quum pituita quidem in intestino residet, iis quæ fiunt decocto caricarum, betæ, nitri, syluestris cucumeris radicis, melle, oleo chamæmelino, aut anethino: quum siccitas magis urget, iis quæ constant

althæa, fœnu græco, chamæmelis, oleo, mellis exiguo. Interim etiam oleum per se dimidiæ heminæ mensura iniectum, abunde proficit. non tamen continue id faciundum est, ne natura his irritata, spontaneæ excretionis obliuiscatur.

DE GLANDIBVS. Cap. XLV.

VTimur etiã glandibus subinde stercoris excernendi gratia, & in quibus id quod per clysterẽ inditum est, non egeritur. Finguntur autẽ glandes ex sale tosto, melle & nitro: item thymus discocto melli additur. Fiunt etiã ex resina terebinthina, & nitro: interdum & cocco gnidio modico. Sed quia uellicatus mouet, parteis ipsas oleo delinere conuenit. præterea pyrethrum aut piper admiscetur, conuenitq; resolutionem expertis, & iis qui ex perfrictione inflationes contraxerunt. Insuper centaurium pici & ceræ admiscetur, ac naturalium resolutionibus aptum est præsidium. Infantibus autem etiam salis grumus imponitur. Fit quoque glans ex ficubus cum nitro [aut ex uua passa, nitro & cumino.]

[Instauratum ex Oribasio.]

DE IIS QVÆ PER OS CAPVT purgant, apophlegmatismi uocantur, & quæ per nareis, unguentisq;. Cap. XLVI.

HVmores in capite residentes per sputa uacuamus, quod si leuiter facere uoluerimus, piper cum mastiche temperabimus: si acrius uacuare libet, pyrethrum aut herbam pedicularium mandi præcipiemus. Item anemonæ utriusq; radix mansa pituitã prouocat, capparisq; radicis cortex. atq; huiusmodi remedia serosum excrementum uacuant: crassam uero lentamq; pituitam, sinapi cum oxymelite gargarizatũ, aut sapa in qua origanum, aut hyssopum sit incoctum. Ego autem eam sinapi ex oxymelite admisceo. At si cerebrum muco purgari desideret, acribus eum remediis, quorum nonnulla etiam sternutamenta mouent, euocabimus. Itaq; anagallidis utriusq; & anemonæ cu-

fusuis,& betę,succus per nareis purgat:item cucumeris syluestris foliorum succus naribus ipse & per se & cũ betarum decocto succove infunditur. sternutamentum uero crudis humoribus qui in thorace,pulmone & ca-
5 pite continentur,non expedit.os autem eiusmodi illinetur unguẽto,quod recipit sinapi cum betæ succo:eoq́; palatum & columellam illinito.idem etiam per nareis purgat.Iam melanthio quod facile paratur, ad narium illitionem subinde usus sum, interim aceto acri pridie
10 macerans,deinde postridie cum aceto rursus læuigans infundensq́; naribus. Nonnunquam oleo ueteri idem melanthium detritum,similiter illeui.Ita & Archigenes eo usus est,quum narium foramina obstruerentur:priori autem ex aceto,Criton in morbo regio uti solebat.
15
QVÆ MENSEIS DVCVNT. Cap. XLVII.

QVæcunque urinæ ciendæ sunt, eadem omnia menseis dicunt,nempe brassicæ radicis decoctum potum,Persicæ radix, ruta, chrysanthe-
20 mon,dictamnũ & erucæ semen: item quæ ori uuluæ apponuntur,menseis commouent, ut ruta cum melle trita,aut porri succus,aut allium tritum appositum, aut myrrha cum uino læuigata,aut leporis coagulum.

QVÆ SVDOREM MOVENT.
25
Cap. XLVIII.

SVdorem eliciunt chamæmelũ aridum tritumq́; et oleo inspersum,si summę cuti ualide infricetur: seseli,pyrethrum,cachryx, anisum, similiter oleo inspersa. item nitrum tostum non nimis tenue,cũ oleo
30 efficax est:ad hæc salis flos oleo temperatus, & liquor cyrenaicus aqua dilutus corpori infricatus epotusq́; ciceris magnitudine. Pari modo nepita & pota cũ mulsa,& extrinsecus cum oleo infricata proficit.

DE AERE. Cap. XLIX.
35
LAudatissimus aer est,qui exacte purus: is autem nimirum erit qui non ex stagnorum, aut paludũ

uapore exurgit, neq; ex barathro quodam pestilentem auram exhalante prouenit: ita qui ex cloaca magnam ciuitatem purgante eructatur, uitiosus est. Quinetiam nebulosus similiter sanitati non facit, quemadmodum etiam qui in conualli altis undiq; montibus contentus, 5 nullam auram recipit. Hoc igitur modo uitiosus aer omni ex æquo ætati nocet, omniq; temperaturæ: sicut optimus prodest. At qualitate uarians aer, calore dico, frigiditate, siccitate, & humiditate non similiter uniuersos afficit. Etenim temperatis corporibus aer tempera- 10 tus utilis: intemperatis, qui contrariam temperiem habuerit confert.

DE AQVIS. Cap. L.

AQuarum præterea & uirtutes & uitia cognita habere expedit, ut quæ in omnem ferè usum 15 magisq; ad quamlibet uictus rationem requirantur. Ea igitur optima aqua censenda est, quæ nullam aut gustu, aut odore qualitatem repræsentat, sed protinus bibenti suauis est, & uisu pura limpidaq;, quum etiã à præcordiis statim descendit, melior alia quærenda 20 non est. Nam quæ in præcordiis residet diutius, uentriculum ferit, inflat, grauatq;, uitiosa censebitur, huiusmodi aqua neque cito calefit neq; refrigeratur, sed quæ in ipsa elixantur, tardissime peiusq; decoquuntur. Præstat itaque talem aquam experimento discernere. Qui 25 uero notis quoque eam uolet agnoscere, iis quæ dicentur attendat. quæ enim ad septentrionem spectat, à sole auersa, tarde permeat, & indomita lente calescit & refrigeratur, quæ autem ad orientem per uenas quasdam terræ prorũpens, citissime calefit, iterumq; refrigeratur 30 protinus, hanc optimam esse sperandum est. Probatur item quæ æstate frigidior, hyeme calidior est. Nonnulli & pondere aquam examinant, leuem præstare credentes, hoc igitur si aliis à me commemoratis accedit, commendatur, uerum sola hæc bonæ aquæ nota non suffi- 35 cit, quanquam imbrium aqua authore Hippocrate le-

uissima sit, dulcissima, limpidissima, tenuissimaq;, eo quòd sol leuissimum & tenuissimum attrahat, ac id non ex alia aqua solum, uerum ex mari quoque & corporibus: quapropter etiam omnium promptis-
5 sime computrescit, ceu diuersis ex qualitatibus conflata. Nemo autem aquam putrefactioni opportunam deterrimam esse existimet, nam mutationis facilitas uirtuti potius, quàm uitio tribuitur. Quæ igitur aqua optimæ notas habet, si prompte etiam pu-
10 trescat, ea censebitur saluberrima, etsi quum mutari incipit, occasionem raucedinis, tussiculæ, & grauitatis uocis, præbeat. At inter imbrium aquas, æstiua quæ tonitru decidit, præstantior est, quàm quæ nimbis demissa est. Ex glacie & niuibus aqua, insaluberrima est.
15 Nam ea congelascente, tota pars tenuior exprimitur. Porro limosam fœdiq; odoris & absurdas resipientem qualitates, recte decoques, atque ita meliorem redditam potui dabis uino temperatam: si astringit dulciori: aliam uero, acerbiori. Nonnullas percola-
20 re expedit, nempe limosas, salsas, & bitumen referentes. Cæterum frigida uehementer aqua à cibo assumi debet, non tamen uniuersim cumulatimq;. Non desunt qui cibos & potiones aduersus aquarum uitia inuenerint: ac alii cicerum decoctiones præbibunt,
25 uel eadem quoque edunt: alii caucalidem similiter cum pisciculo quodam elixam, item fœniculum: reliqui betam & cucurbitam sale conspersam cum uino dilutiore præsumunt.

DE LAVACRIS. Cap. LI.

30 AQuæ frigidæ lauationem ita quidem laudo, ut nō iis qui nullo uictus delectu agunt, ex usu esse dicam, uerum solis illis qui eodem accurato, laboribus, & cibis sicut expedit, utuntur. Porrò uulgaribus-q amplius interdū refrigerari desiderant, abunde
35 est natare p æstatē, si iuuenes sint, carnosi & frictionibus ante excalfacti. Sint autē qui aquam ingredientur, neq;

uenere,neque alio quodam modo lassi',,neq; cruditatē sentiant,neq; uomitu,aut aluo inaniti,neq; uigiliis defatigati.Periculosum enim si quis ita affectus frigidæ lauacro utatur.Calidum uero balneum & optimum & tutissimum est:lassitudinem soluit,humorum repletionem per halitum digerit:item excalfacit,mitigat,emollit,flatus ubicunq; decubuerint diffundit, somnum conciliat,carne replet.Est autem aptissimum omnibus , & uiro & mulieri,& puero & seni,& priuato. 5 10

DE LAVACRIS NATVRALIBUS. Cap. LII.

NAturalium balneorum alia nitrum , alia salem, alia alumen,alia sulfur,alia bitumen, alia æs,alia ferrum repræsentant:nōnulla composita ex his omnibus reperiuntur.Itaq; aquarum sponte prouenientium uis est quæ desiccet & calefaciat ampliter, ac humidis frigidisq; maxime conducunt.Iam uero quæ nitrum & salem obtinent,capiti,thoraci fluxione tentato stomacho humentiori,aquæ inter cutem,tumoribus laxis qui ex morbis proueniunt,& pituitosis sunt accommodatæ.Aluminosæ sanguinis reiectioni , stomacho uomitioni opportuno,immoderatis mulierum purgationibus,continuisq; abortibus,utiles existunt.Sulfurosæ neruos emolliunt,calefaciuntq;,& dolores mitigant, stomachum uero eneruant euertuntq;.Bituminosæ caput replent,instrumenta sensibus distribuendis dicata, offendunt:si autem quis diu immoretur,calefaciunt , & temporis processu emolliunt.Quæ æris naturam occupant,ori,tonsillis,uuæ & oculis præcipue conferunt. Ferri uirtutem sortitæ , stomacho & lieni sunt utiles. Oportet autem in aquam sine tumultu & lente descendere , quo uirtus corpori relaxato accedens immergatur. 15 20 25 30

QVÆ VICTVS RATIO QVOLIBET ANNI TEMPORE SIT UTILIS. Cap. LIII. 35

NOn alienum est, pro singulis quoque anni temporibus uictum instituere. Ac hyeme quidem pluribus uti laboribus, plus esse conuenit, præsertim diebus aquiloniis, Nam austrinis laborare quidem
5 similiter, sed minus cibi & potus assumere oportet. Sũmatim humido tempore corpus omnino siccum reddere, quemadmodum in frigido, calidius: carnes calidas comedere & olera, largius bibere oportet. Ac uere iam ineunte, alius uomitu, alius per aluum euacuari
10 debet alius sanguinis demissione, prout cuiusque consuetudo & uoluntas fuerit. Per æstatem à laboribus cõquiescendum, ciboq; demendum est, qui recte frigidioris erit naturæ: potione largiore utendum, ac omnia fieri debent, quæ ad refrigerationem humiditatemq; con
15 ferunt. At in autumno, quoniam prorsus inæqualis inordinatusq; est, & omnigenos morbos inuehit, magna uictus habenda solicitudo est: frigus uitare, concubitu & frigido potu abstinere expedit. item frigidus auroræ aer, meridianusq; ardor recte cauebitur. fugaces fructus
20 affatim assumere noxium est, ut qui non copia tantum obsint, uerumetiam uitiosos procreent humores, & inflationes. Etenim præstantissimi inter ipsos, nempe ficus & uuæ, flatus pariunt corrumpũtq; cibos, nisi ante alios præsumantur: ita uero neque inflant neque corrumpunt.
25 Vbi aer frigidior euadit, corpus pro frigoris ratione calefacere, omniaq; peragere oportet, ceu hyeme aduentante. Nihil mali autem fuerit post æquinoctiũ uacuationem ex commemoratorum aliquo tentare, ne aliquid superfluum in corpore retentum, hyeme facessat
30 negotium.

VICTVS LABORIOSAM VItam agentium. Cap. LIIII.

SI quis in laboribus uitam transigit, considerandum est, priusne is exerceri consueuerit, an minus: nunc
35 autem exercitio se committens, mediocriter ferat, ita ut non morbo implicetur continue, facilitate præ-

ditus meatuum, per quos humores noxii euaporant. eiuſmodi enim corporis naturam ad aliam conſuetudinem traducere non oportet. imò nec eius quod ex longiore temporis interuallo ægrotat. At ſi aſsidue quis morbo conflictari uidetur, idq́; ex humorum redundantia, eo per totam ſalubrem uictus rationem, consilium diriges, ut humorum mediocris ſit copia: ſin ob eorum uitia, ut optimos efficias. Qui igitur ſuccis ex æquo redundantibus ſcatent, in balneum deduci, deinde frictionem adhibere, & paululum dimoueri prius debent. Qui uero eiuſmodi facere antea ſunt aggreſsi, iis hæc paululum augere, cibo detrahere, eumq́; imbecillis materiæ ingerere conſulemus. At qui prauos humores colligunt, non uno conſilio tractantur, quoniã neq; una uitioſi humoris ſpecies eſt. Nonnulli ſiquidẽ frigidiorem magisq́; pituitoſam colligunt, alii calidiorem bilioſioremq́; quemadodum alii atræ bilis congeriem magis accumulant. Quapropter ſinguli, cibo potuq́; abſtinebunt, quæ collectam ipſis humorum colluuiem ſolent generare. In omnibus autem his commune eſt præſidium alui ſubductio.

PROFICISCENTIVM VIctus ratio. Cap. LV.

FAcillime quis fatigationem ex itinere uitabit, ſi inunctus ſit, & non fortiter incedat. Præterea ad proficiſcendi facultatem conducit per æſtatem faſcia mollis digitos ſex, aut ſeptem lata, quinq; autem cubitos non minus oblonga, lumbos ad ilia uſq; complexa. Item baculus ad iter utilis habetur. etenim per decliuia præmiſſus, corpus quod præceps ruit, ceu conto cuidam innixum retinet. quum aſcendendum eſt, ipſi innitentes facilius in accliuia corpus promouemus. Porro cum in itinere ceſſamus, unctio & pauxillum cibi ex fructibus qui æſtate proueniunt, potioq́; modica eo tempore conuenit: à prandio antequam iter arripiamus, conquieſcendum eſt. Si uero neceſsitas abeun-

di fuerit, & sitis urgeat, tenuis polenta ex aqua cum salis momento bibetur. æstus ardorq́; solis caueri debet, cui nec corpus nudum exponere sed contectum esse oportet, ne ex itinere siccescens indurescat. Hac enim ratione, & minus lassatur, & nullum ex prædictis affectibus similiter percipit. Hyeme quum frigus urit, antequā itineri te accingas, uentre subducto & unctione adhibita hyemaleis cibos copiose assumes, potionem modicam. Cæterum fascia longiore non solum lumbos sed spinam quoq; & pectus recte inuolues. Requiescenti autem, si interea uehemens frigus urat, neque ungi, neque cibum potumve assumere præstat, neque alio quodam modo refici debes, si inibi mansurus es. At secundum longas profectiones, aliosq́; ualidos labores, etsi lassitudinem quis non sentiat, non aliter q̃ lassi curabitur. minus enim sic periculis erit opportunus.

NAVIGANTIVM VICTVS. Cap. LVI.

Vomitionibus quibus nauigantes premuntur, primum oborientibus nec facile, nec utiliter succurrimus: ut quæ omnino magna ex parte præsidio esse soleant. A uomitu autem cibi non copiosi, nec quilibet offeri debent, sed aut lenticula uti sicca, decoctaq́;, cui pulegii modicum sit adiectum, aut panem ex uino dilutiore & odoro maceratum ingerere oportet: potio utilis est modica, eaq́; uel ex uino prorsus aquoso, uel aceto mulso. Lenticulam incoqui dum emollescat conueniet, mox in tenuem puluerem redigere, inde siccare, postea in uas fictile cōdere. At si diutius crebriusq́; uomitus urgeat, cibo uehementiore, quo supprimatur utendum est, eademq́; potione modica, uel aceto mulso cum aqua, in quo thymum aut pulegium commaduerit: item aqua cum polenta, aut uino odorato cum polenta diluta similiter recreatio tentabitur. Ad graueis autem nauium odores, aut mala cotonea naribus admouentur, aut thymus,

aut pulegium. Mare nequaquam aſpiciendum eſt, uſq; dum in nauibus uerſari aſſueſcas. Aquis porrò cura adhibẽda eſt, ne turbidæ, fœdi odoris, ac ſalſæ exiſtant.

QVOMODO EXTENVETVR corpus. Cap. LVII.

Qvum immodice corpus plenum eſt, extenuare id atq; imminuere oportet. Quia ergo calidior temperatura gracile corpus reddere demonſtrata eſt, craſsis eam, ſi mediocres reddere uoluerimus, inducemus. Didiciſti autem uehementes exercitationes, uictum extenuantem, ſimiliaq; medicamenta, & animi curas, temperamentum ſiccius, eoq; corpus gracilius efficere. Quæ igitur uictus ratio extenuet, nulli non cognita eſt: medicamenta uero acriora hæc ſunt, rutæ ſemen, præſertim ſylueſtris, cum ipſis corymbis, ariſtolochia rotunda, tenue centaurium, gentiana, poliũ quæq; ad urinam ciendam ualentiora ſunt, nempe petroſelinum: ſingula nanq; hæc & per ſe & cum aliis omnia, humores abunde extenuant, inaniuntq; corpus. Quinetiam ſales excrematis uiperis largiter extenuare ſolent: ipſaq; theriace digerit extenuatq;. Item oleum cui radix ſyluatici cucumeris, hibiſci, gentianæ, panacis, et ariſtolochiæ ſit incocta ſi illinatur, idem præſtat: ſic polium & centaurium. At cibus non ſtatim à balneo dari debet, ſed prius ſomnus eſt incidendus. Præſtaret etiam aquã balnei ex iis eſſe quæ digerant, modo ſponte ſua ſcaturientem habeamus, qualis eſt Mitylenæ: ſin minus, ſalis florem aquæ marinæ commiſcebimus. uino utemur tenui & albo. Cæterum frictio ſicca linteis craſsioribus duriſq; adhibita, idem abunde efficit. Ad hæc oportet cibos magis q̃ exercitia requirunt, detrahere. Iuuat itidem plenos ſol inurens: nec minus prodeſt, ſine potione ſemel duntaxat die cibum aſſumere. item corpus nitro & ſale aſperiore infricare. In balneis copioſum nitrum extenuat, paucum, probam corporis nutritionem excitat. Poſtremo extenuat & medicamentum, quod

tum, quod recipit, piperis & petroselini duas portiones, asari, & anisi dimidiam. Hoc & urinæ & aluo promouendæ efficax est.

QVOMODO TENVES IMPLEANTUR. Cap. LVIII.

Qvum tenues implere uolumus uinũ crassum, cibus crassi succi, exercitatio modica ac lenta, frictio mediocris, & ut summatim dicam, omnia prædictis contraria expediunt. Commodũ est iisdẽ & pice, diebus tribus quatuorve interpositis, oblini. Si ieiunus aliquis lauetur, ante balneum linteis corpus donec rubescat, infricari debet, tum frictione dura non tamen multa cutem obstruere, quo densa duraq́; euadat. Expedit igitur iis qui pallido sunt colore præditi, nec alimentum sentiunt, ab iracundia abstinere, & animi commotionibus.

DE PARTIVM ATTENVATARUM CURATIONE. Cap. LIX.

Extenuantur plerunq; partes, uel diuturna ipsarum qete, uel deligaturæ modo qua confracta fascian tur. Itaq; uirtus partis extenuatę firmari, sanguisq́; ad eã elici debet copiosus, frictione moderata, aptoq́; motu, & calentis aquæ mediocris superfusione. Hæc sanè tantisper facienda sunt, dum rubescens corpus attollatur. cessandum uero prius quàm collabatur. Iam & picationem tali parti, ut dictũ est, adhibere congruit. Quum autẽ frigidiorem partem senseris, linteis ipsam confricare, ac calefacienti quodam medicamine oportet. Vsus sum aliquando & thapsia, nunc cum melle, nunc cum cerato illinens.

OPTIMI TEMPERAMENTI NOTÆ. Cap. LX.

Temperatissimus homo est, cuius corporis cõpositio omnium extremorum exacte medium occupat, nempe gracilitatis, crassitiei, mollitudinis, duritiæ, caloris, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis:

in uniuersum naturæ ac animi functiones habet inculpa tas: medius quoq; est glabri & hirsuti, nigri & albi: pi los in pueritia rufos magis quàm nigros habet: in uigo re, econtrario.

INTEMPERATORVM COR-porum notæ. Cap. LXI.

Corpora moderato calidiora citius dentiunt, in crescunt similiter: tangentibus autem calidiora, minusq; pinguia apparent: colore sunt rubido, pilis nigris, mediocriter hispidis, & latis uenis. At siquis simul & pinguis & crassus latiores uenas habeat, is ob consuetudinem, non natura pinguis euasit. Frigidioris temperaturę nota est, si ad tactum frigidius apparet cor pus, glabrumq; sit & pingue, color unà cum capillis ru fus, si multa inest frigiditas, liuens quodammodo & plũ beus, uenæ angustiores: si gracilis est eo temperamento præditus, neq; is necessario talis, sed ex consuetudine fa ctus est. Arida autem temperies durior est graciliorq; tẽ perata atq; hirsuta. durities igitur à sicca temperie om nino separari nequit, gracilitas autem non modo natu raleis temperaturas, sed etiam ex longa consuetudine acquisitas comitatur. Indicium siccitatis est, si corpus ægre mouetur, siccum, & squalidum à siccantibus eua dat. Humida intemperies cætera quidem temperatæ si milis est, sed mollior corpulentiorq;. ac huius nota in separabilis est, mollities, quemadmodum & crassitudo quæ non insitum modo temperamentum, sed ex lõga quadam consuetudine obortum quoq; comitatur. Pe culiare uero humiditatis signũ est, corpus ex humidio ribus grauari. Calidam siccamq; temperiẽ testantur, cor pus maxime hirsutum, facilis pilorũ capitis prouentus, iiq; nigri, & p iuuentutẽ copiosi: ꝓcessu tẽporis caluitiũ sequr, uenæ latæ sunt, sicuti & arteriæ grandes, simulq; uehemẽtissime pulsant. præterea totum corpus ualidũ, articulatum, musculosum, pinguedinis expers apparet, cutis dura & nigrior. Frigidam humidamq; temperatu

ram testatur thorax angustus, totumq; corpus strictum & glabrum, cutis tenera & alba, capilli subrufi, præsertim in iuuentute, hac præditi non caluescunt, uerum statim timidi, pusillanimes, pigri, uenis latentibus, crassi pinguesq;, & femoribus & musculis indistincti, inarticulati, blesiq; magna parte fiunt. At si humiditas frigiditasq; magis fuerit adaucta, color unà cum pilis rufus uidetur: si plurimum increuerit, liuescit. Porrò calidum ac humidum temperamentum mollius carnosiusq; optima tẽperie existit: auctum amplissime, putridis affectibus opportunum est. Quum aũt paulo humidius, multo calidius est, eo donati molliores paulo corpulentioresq; temperatis existunt, hispidiores multo, ad tactum calidiores apparent. At si frigiditas pariter cum siccitate ex æquo augescit, corpus erit durum, gracile, album, non musculosum nec articulatum, pilisq; uacuum, tangentibus frigidum deprehenditur: pinguedo tamen, graciles licet eiusmodi existant, carni inspersa est, color autem capillorum frigiditati respondet. Quod ad animi mores pertinet, pusillanimes, timidos & tristes eiusmodi temperamentum efficit. Ac, ut semel expediam, in coniugatis temperaturis semper euincentis qualitatis notæ superare solent.

DE CAPITIS FORMATIONE. Cap. LXII.

Exiguum sanè caput prauam cerebri structuram proprie notat: magnum uero non necessario bonam testatur. Si nanq; tale insitæ uirtutis materiã probam multamq; suppeditantis robore factum est bonum indiciũ: sin ex solius materiæ copia, non item. Verum distinguere ea conuenit figura, & iis quæ inde prouenerint. Figura quidem, si omnibus numeris absoluta, hæc enim semper bona est constructio: iis quæ inde proueniunt, num optime sint affecta, ac si neruea ipsi pars integra, bene habita ualens, siq; oculi acriter cernunt. In acutum fastigiata capita, deficientem

in fronte uel occipite habent eminentiam aut magis quàm decens est, auctam. Quemadmodum igitur paruitatem, ita has quoque uituperamus figuras, quarum nonnullæ, quamuis raro, bonæ sunt, quum formans scilicet uis haud inualida fuerit. 5

TEMPERATVRÆ CEREBRI notæ. Cap. LXIII.

CErebrum temperatum mediocritate animi functionum & recrementorum constat, minimeque ab omnibus exteris offenditur. Talium pili capitis in infantia subrufi, pueritia subflaui apparent: ubi adoleuerint flauescunt, atque medii exacte inter crispos ac simplices habentur, nec facile caluescunt. Si uero calidius tẽperato extiterit, omnia quæ circa caput existũt, & calidiora, & rubicundiora apparent, oculorum uenæ prominent, capilli his in lucem æditis protinus oriũtur. Iis autem qui multo sunt calidiores, nigri, ualidi, & crispi: qui non multo, iis flaui primum, deinde nigri proueniunt, procedente ætate caluescunt, interim his recremẽta sunt exigua & inculpata fruuntur ualetudine: capite uero à calefacientibus cibis, potu, odoribus & foris an recedentibus implentur grauanturque, modicus somnus in huiusmodi temperaturis sufficit, neque is profundus admodum. Frigidius ac conuenit cerebrum fatentur, excrementa copiosiora per meatus ei peculiareis manantia, capilli recti, rufi, firmi, & facile à frigidioribus causis læduntur, destillationibus & grauedinibus continue infestantur, oculorum uenæ latent, somno maxime premuntur. Siccioris cerebri nota est, si nihil excrementi emanat, sensuum acrimonia, uigiliæ, capilli sunt robustissimi, statim ab ortu, ac iis crispi magis, uerum ex facili caluent. Humidioris autem, capilli simplicis planique, & nequaquam caluitium experiuntur, sensus turbulenti, excremẽtorum copia, somnus multus & profundus. Calido & sicco cerebro præditi, recrementis carent, exactos sensus obtinent, uigilãtissimi sunt, facile caluent, pri-

mum uero capilli celerrime ipsis proueniunt. & pleniſ-
ſimi,nigri,calidi ad tactum capitis,rubriq; uſq; ad uigo-
rem apparent. At ſi calori humiditas acceſſerit, ita ut
utraq; paululum excedant mediocritatem, colorati cali
5 diq; ſunt,uenæ oculorum grandes,excrementa plenio-
ra mediocriter concocta,capilli recti ſubflaui,caluitium
haud facile experiuntur, uerum caput calefacientibus
humectantibusq; impletur grauaturq;. Vbi uero utraq;
increuerit qualitas,caput morbidum euadit, facileq; ex
10 calidis & humectantibus noxam contrahit,eiuſmodi tē
peramento præditi,uigilare diu nequeunt, dormientes
autem imaginibus per inſomnia torquentur, oculi cali-
gant,non exacte ſentiunt.Frigida uero ſimul & ſicca tē
peramenta cerebri,frigidum pallidumq; caput efficiūt,
15 oculorum uenæ non extant,à frigidis cibis ſimiliter of-
fenduntur,eoq; inæquali ualetudine fruuntur, ſenſibus
per adoleſcentiam exactis inculpatiſq;,proceſſu tempo
ris ſubito contabeſcunt:ſummatim omnes capitis par-
tes cito conſeneſcunt,capilli à natali die uix erumpunt,
20 exorti non aluntur,rufeſcuntq;.Humidum frigidumq;
temperamentum cerebri,reddit ſoporoſos,ſomnolen-
tos,ſenſibus uitioſos,excrementicios, frigori opportu-
nos,capitis repletioni,deſtillationi,grauedini obnoxios
non tamen hi caluitium experiuntur.

25 VENTRICVLI TEMPERATV
ræ notæ. Cap. LXIIII.

VEntriculi natura ſiccioris indicium eſt, ſi confe-
ſtim eo donati ſitiant,modico contenti potu,
largiore grauentur,fluctuationibus affligantur,
30 eo quod redundat in uentriculo ſupernatante, cibiſq;
delectentur ſiccioribus.Humidiorem notant, ſi nulla ſi-
tis urget,& largior humor non moleſtat, cibiq; placent
humidiores.Calidior natura uentriculi melius ſanè con
coquit q̃ appetat,& dura potius,quæq; difficulter poſ-
35 ſint immutari,copia ciborum potuſq; oblectatur, neq;
à frigidis,modice uſa,quicquam incommodi percipit.

Frigidior, appetendo quidem ualet, concoquendo minus, præsertim si contumacia frigidaq; alimenta assumpserit, quæ facile in eo acescunt, frigidis quidem gaudet, sed immoderatius assumptis prompte offenditur. At intemperies ex morbo contractæ hac ratione ab insitis differunt, quod contraria sibi non similia appetant. Si igitur uenter probe concoctionem obit, temperatus: si non concoquit, intemperatus est. Item si nidorosos ædat ructus, immodicum etiam feruorem igneum fatetur: si acidos contrarium. Rursus si rebelles concoctioni cibos conficiat, immodicum: si pisces cõcoquat, illos minus, imbecillem. quod num ex humore quodam aliunde influente accidat, considerare oportet. Etenim pituitosi, acidum: biliosi nidrorosum, graueolens, aliasq; extraneas qualitates ructant. Communiter autem utrisq; nausea superuenit. uerum si uitiosi humores in concauo uentriculi spatio supernatẽt, uomitu reiiciuntur. qui autem corpore uentriculi contenti, tunicis eius adhærescunt, frustra ob inanem ad uomitum nauseam conturbant.

PVLMONIS NOTÆ. Cap. LXV.

NOn modo uentriculus sitim, uel adfert, uel arcet, ac frigidæ calidæq; potionis appetentiam, sed etiam quæ in thorace continentur uiscera, cor, pulmo, & iecur. Itaque calida pulmonum temperatura prædití si biberint, non statim sitire desinunt, ac frigida potio magis q̃ calida admodum sitim ipsorum restinguit: frigidus autem aer inspiratus refocillat, quum nihil uentriculi uitio sitibundos soletur. Hac ratione qui econtrario affecti sunt, à frigido inspiratu sensibilem molestiam percipiunt, quod maximum pulmonum frigiditatis indicium est, adeoq; pituitam screatu cum tussi reiiciunt. Sicci autem pulmones excrementis carent, et pituita, quemadmodum humidi, excrementitii obscuram raucamq; uocem efficiunt: ac inde multa re-

crementa per os egeruntur, ubi aut uehemẽtius, aut acutius quis loqui studuerit.

CORDIS NOTÆ. Cap. LXVI.

Cordis calidioris notæ sunt, respiratio magna, pulsus uelox & creber, iterim audacia, furiosaq; ferocitas: thorax tali præditis hirsutus, præsertim ad pectus existit, ac ea quæ præcordiis propinqua sunt: magna ex parte totum quoque corpus calidum, nisi iecur ualide renitatur. Etenim thoracis latitudo calorem notat, præterquam si & hic cerebrum ualde resistat. Porrò cor frigidius, pulsus mediocri minor ostendit, ac qui tale habét, timidi natura sunt & pusillanimes, præcipue si pectus ipsis sit glabrum. Cor siccius pulsus edit duros, iram excitat non procliuem, sed feram & quæ non facile queat placari, uniuersumq; corpus reddit aridius, nisi iecur repugnet. Humidius cor testantur, pulsus molles, mores ad iram proni, sed quæ facile pacari posit, ac totum corpus humidius, nisi iecur resistat. Calidum & siccum cor ostendunt pulsus duri, magni, ueloces & crebri, itẽ respiratio magna, citata & frequẽs. hoc donati corde, maxime hirsutum pectus, nec non præcordia obtinent, impigri tractandis negotiis, furibundi, feroces, moribus tyrannicis, ad iram procliues, quæ non facile conquiescat. Si autem humiditas cum calore superauerit, tales minus hirsuti sunt q̃ commemorati, prompti functionibus obeundis, neque tamen fero animo, sed ad iram prono duntaxat existunt, pulsus in eis magni, molles, citati & crebri. Humidioris frigidiorisq; pulsus quidem molles, mores autẽ pusillanimes, timidi, & pigri: talium pectora pilis uacant, ac nequaquam furunt quemadmodum neque ad iram procliues sunt. Frigidum & siccum cor, pulsus duriores & exiguos efficit. huiusmodi corde donati minime omnium iræ sunt obnoxii, sed ubi semel eam conceperint, diu retinent: pectora ipsorum, omnium minime sunt hirsuta.

IOCINORIS TEMPERATVRÆ NOTÆ. Cap. LXVII.

IEcoris calidi notæ, uenarum latitudo, flauæ bilis copia, per ætatis uigorem, etiam atrę sanguis calidior, eoq́; totum corpus existit, nisi cor obstiterit: præcordia & uenter pilis obsita sunt. Frigidioris indicium, uenæ angustæ, pituita copiosior, sanguis totusq́; corporis habitus frigidior, nisi à corde incalescat: præcordia & uenter pilis uacant. Siccius iecur testatur, sanguis crassior minusq́; redundans, uenæ siccæ, ac uniuersa corporis habitudo aridior. Humidioris notæ sunt, sanguis copiosus & humidus, uenæ molliores: sic etiam totũ corpus, nisi cor restiterit. Calidi simul & sicci indicia sunt, præcordia maxime hirsuta, sanguis crassior simul & paucior, amara bilis copiosissima, ac in ætatis uigore, atra, uenarum latitudo duritiesq́;: pari modo & totum corpus calidum siccumq́;. Siquidem calor à corde procedens, frigiditatem à iecinore prouenientem potest euincere, siccitatem uero non potest cor humidius ad contrarium perducere. Constat autem quòd si in idẽ utriusq; principii temperamenta concurrerint, totum omnino corpus illorum ratione affici. At humidum simul & calidum iecur, minus q̃ calidum & siccum præcordia efficit hirsuta, plurimum uero sanguinis, uenas grandes, habitum humidum & calidum, nisi cor obsistat. Quòd si utraq; qualitas longius à naturæ modo recesserit, morbis qui ex putredine uitioq́; humorum habent originem, corripiuntur: idq́; magis, si plurimum humiditas, parum calor increuerit, ac humoribus uitiosi fiunt. Cæterum humidius frigidiusq́; glabra reddit præcordia, sanguinẽ magis pituitosum, uenas angustas, totumq́; corpus similiter afficit, nisi cor ad contrarium deducat. Frigidum simul et aridum iecur, exiguum sanguinis creat. uenas arctiores, corpus frigdius efficit, præcordia glabra, nisi & hic cor suprauerit.

TESTICVLORVM TEMPERA turæ notæ. Cap. LXVIII.

Calida testiculorum temperatura, ad libidinem procliuis est, fœcũda, & masculos procreat par
5 teis genitaleis celeriter hispidas efficit, ac uicinas etiam attingit. Frigida, contra. Humida, copioso ac humecto semine abundat. Sicca, pauci & crassi seminis efficax est. Calida & sicca tẽperies mediocriter crassum semen progignit, estq; fœcundissima, ac celerrime ad
10 libidinem iam inde ab initio animal incitat. Tales itaq; testiculi hispida statim genitalia, eorumq; uiciniam efficiunt, sursum, usq; ad umbilici regionem: infra usq; ad media femora. ac eiusmodi temperamentum abunde uenerem commouet, sed celerrime satiatur, & si com-
15 pellas, offenditur. Porrò si humiditas calori fuerit coniuncta, hispidos reddit: qui copioso licet semine magis abundent, non tamen magis q̃ alii appetunt, minus autẽ frequentiori concubitu læduntur: si autem utraq; & humidum & calidum impense creuerint, non sine noxa à
20 uenere abstinent. At humidi frigidiq; temperamento testiculi, uicinas parteis glabras reddunt, ac tarde concumbere incipiunt, neque ad actionem expediti sunt, dilutũ, tenue, & inualidum semen, ac fœminæ efficax proiiciũt. Siccum frigidumq; temperamentum, alia quidem si-
25 milia prædicto, crassius autem semen & plane exiguũ progignit.

QVÆ PRÆTERMISSA sunt. Cap. LXIX.

Singulæ corporis nostri partes peculiarem quan-
30 dam & temperaturam & uim sortitæ sunt: omniũ uero notas hoc loco exponere necessarium non esse duco, quum infinitæ propemodum sint, & nos cõpẽdium scribere proposuerimus. Porrò de iis egimus, quæ potissimum totum corpus consortii quadam le-
35 ge afficiunt, de reliquis eadem ratione & uia considerare præcipimus, temperamenta ipsorum tum ab excre-

mentis,tum ex reliquis functionibus, tum iis quæ super ueniunt agnoscentes. Tempestiuum igitur est, ut oratione conuersa, doceamus quomodo totius corporis intemperies corrigi debeat.

5

QVOMODO CALIDA INTEMperies corrigatur. Cap. LXX.

QVum itaq; in calida intemperie bilis superet, si per inferiora descēdit, notum est omnibus, nullum oportere negotium facessere: si ad superiorem uentriculum tendit, uomitu, qui post exercitationem ante cibum factā aquæ potu cietur, euacuare. Vtilius autem exercitium ipsis est, quod non uehemens ualidumq; est, sed remissius leniusq;. Nonnulli uehementer calidi nequaq̃ exercitationem requirunt, uerum obambulatio balneumq; ipsis sufficit, iidem lauacris quoque secundum cibum oblectantur. Quibus adiuncta est siccitas, hi ratione uictus humectante indigent, ex cibis humectis, balneis, & exercitiorum ualētium & multorum abstinentia. Quare per æstatem citius lauare, & à cibo rursus debent, frigida hos potio iuuat. Verum siccis temperamentis uenus maxime est inimica: cauetur ipsis recte lassitudo, æstus, solicitudo & uigiliæ. Humida intemperies in pueritia morbis patet, q defluxionibus, plenitudini & præterea putredini feruntur accepti. Itaque ex usu est multa exercitatio, proba in uentre concoctio, excretioq; per urinas. quapropter si uel ante cibum bis terve ex aquis natura calidis lauentur, magnum sentiunt præsidium. Porrò ne defluxionibus tententur, prospiciendum est, lauacris, multa exercitatione, urina ante cibum aluoq; inanita. Nihil autem prohibet, etiam apophlegmatismis nonnunquam uti, & purgationibus, cibis boni succi, & uino quod urinam moueat.

10 15 20 25 30

QVOMODO FRIGIDA INtemperies emendetur. Ca. LXXI.

35

INter frigidas intemperies, tres numerantur differentię, ex quibus sicca est deterrima. quod enim processu temporis senescentibus obuenit, id statim ab initio hos affligit. Itaq; humectare eos & calefacere oportet, quod commode fiet exercitiis mediocribus, cibo humido & calido, uini calidioris potu, somno pleniore, ita ut curam adhibeamus, ut quæ in corpore recrementa quotidie procreantur, omnia euacuentur. Cæterum uenus omnes sicciores, & præsertim qui ad hoc frigidi sunt, offendit: solis autem calidis humidisq;, tuta. Porrò uitiosa quoq; frigida temperamenta sunt, quæ humiditatem habent coniunctam, ut quæ fluidis morbis maxime implicentur. his prodest balneo abstinere, largius exerceri, uiuere tenuiter, unguenta mediocriter calida adhibere. Qui autem frigidiores natura, mediocriter sicci humidiq; sunt, horum calor ⌊exercitationibus⌋ suscitari firmariq; debet. quantum ad totius uictus rationē attinet, eam quæ inter humidum siccumq; media est, deligere oportet.

⌊Instauratum ex Cribasio.

QVOMODO SICCA TEMPERies in uentriculo, ueluti exemplo, deinde & aliæ corrigantur. Cap. LXXII.

INtemperies sicca, nūc est, ubi solida similarium partium substantia reddita est siccior, quando nihil in medicina spei est: nunc quum propria humiditas unde partes nutriuntur omnino est absumpta: quæ continetur in omnibus animalis partibus, roris modo eis inspersa. hanc igitur particulis sine nutrimento inserere, nulla ratione queas, ideoque difficillima est omnium eiusmodi affectuum curatio. At quæ in propriis cuiusque particulæ exilibus arteriis uenisq; consistit siccitas, curationem recipit, si singulas similarium partium propria humiditate, humectantis alimenti auxilio repleas. Balneum igitur temperatum conuenit, in quo longissime uersari hominem expedit: inde statim lac exhibere asininum, quod recens mulctum

fuerit, & pauxillum mellis tepidi adiectum habeat. postea conquiescere ad secundam usque lauationem permittes, tum modice fricabis simul & pinguiter, utique si lac quod sumpsit, iam omnino confecit, id quod tũ ex ructu tum uentris mole licet coniicere. modicum uero temporis inter primam & secundam lauationem, interuallum erit, ut quatuor, aut quinque æquinoctialium horarum spatium intersit, scilicet si tertio adhuc lauare paras: sin aliter, plurium. Quinetiam post unamquanque lauationem, hominem, priusquam se uestiat, oleo perungemus: ac si quidem lacte oblectatur, post secundã quoque lauationem id exhibebis. sin aliter, ptisanam diligẽter incoctam, aut chondrum ptisanæ modo præparatũ. hinc ubi rursus conquierit ad tertiam reducendus est lauationem, aut ilico ad cœnam. Sit autem panis præparatus illi purus, & qui curiose in furno sit coctus. obsonium quoque ex saxatilibus piscibus, aut ex albo iure asellus, & ut paucis alimenti summam complectar, concoctu sit facile, nutriens, minimeq; glutinosum & excrementitium. potus, uinum aquosum & album, purum, & quod minimam, si diluitur, aquæ mistionem sustinet, oligophoron Græci nominant, modice astrictionis particeps: atque hæc maximæ siccitatis curatio est. Modica uero non tam exacto uictu indiget, & pleniorem cibum admittit. Proponatur autem & nunc siccitas priori similis, copuleturq; ei frigiditas mediocris: ergo calefacientis materię tantum iam dictis admiscendũ est, quantum particula ad frigidius inclinauit: lacti quidem mel copiosius adiicietur: uinum autẽ minus aquosum priore dabimus. Quinetiam esculenta omnia calidiora, idq; non naturalibus modo ipsorum temperamentis, uerum recentibus ex igni qualitatibus, exhiberi debent. Nardino præterea unguento ungẽdus assidue uenter est, aut mastichino. At uero si cum siccitatis intẽperię multa sit frigiditas, primum ipsam difficillimam & uix emendabilem censeto: eisdem uero medicamen

tis utere,& melle per se discocto dispumatoq́; : uinum autem eliges semper antiquius. Optimum sanè medicamētum talibus omnibus est,quo picatores quotidie utuntur.Ergo illinere eo totum uentrem conueniet, ac
5 post auellere etiamnum calidum. Cæterum ex iis quæ uētri extrinsecus applicantur,boni habitus puellus unà sic accubans,ut semper abdomen eius contingat. Huic siccitati iuncta caliditas esto mediocris.In eiusmodi intemperie primum curationis modum seruabimus, ita
10 ut mel prorsus non degustetur,uinum uero exhibeatur quod minime sit uetustum.Iam cibos egelidos & lacteos offeremus,& uentriculum oleo tum crudo tum melino perungemus.Verum hos uehementer admodum refrigerare periculosum est, quandoquidem hæc
15 affectio febris quodammodo naturam,ubi calor superarit,imitatur.Fingamus itaq; rursus calidam intemperiem præpollere,huic autem adiunctam esse modo humiditatem,modo siccitatem,frigidæ ipsam aquæ potu curabimus.huc optime facit esus ciborum astringen-
20 tium,sed qui citra calorem sint austeri. Quum humida sola intemperies est,siccantes cibi,ita ut non calefaciāt refrigerentq́; ualide,auxiliantur.ad hæc consuetæ potionis penuria.Si cum frigiditate humida urget intemperies,optima remedia sunt,omnia acria.misceri autem
25 his debent,quæ sine manifesto frigore astringunt. optima simul his est exigua potio,eaq́; uini ualide calefacientis.Hoc igitur modo intemperies qualitatum curantur.Quoniam uero sæpe in ipso uentriculi sinu contentus humor,interim autem in ipsas uentriculi tunicas
30 impactus,intemperiem procreat, non alienum est de his disserere.Prior itaque affectio si semel radices egerit,purgatione per uomitum facile conquiescit,si autem rursus ex alia quapiam aliisve particulis confluxerit, exactam requirit dignotionem,curatio uero statim sub
35 sequetur.Etenim uniuersam eam parti affectæ oportet accommodare,cura adhibita,iis quæ recipiunt,ne facile

quæ confluunt admittant. Fiet autem hoc astringẽtibus & iis quæ totum corpus ad bonam habitudinem perducunt. At uitiosos in uentriculi tunica humores mediocriter purgantibus educemus, cuiusmodi est aloe & ex ea confectum medicamentum amarum quod hiera picra dicitur. Verum quibus lenta pituita uẽtriculo impacta est, iis prius exhibenda sunt quæcunq; hanc dissecẽt. deinde purgatio tentanda. Quod si ad uomitum sunt idonei, commodum est per radiculam ex oxymelite uomere. Sin nec lentus humor sit nec crassus, utiq; abũde est à ptisanæ solius cremore uomuisse, item à mulsa. proficit & si mulsa in qua absinthium incoctum sit, bibatur. Cæterum reliquarum partium intẽperies haud absimiliter curare oportet, ita ut humores ad idoneos meatus deducas At si particula sensibilem meatum per quem humores effluant, desideret, redundantem in ea uel saniem uel humores, quemadmodum si spiritus id quod continetur, flatulentus sit euaporatu discutere ac uacuare conuenit.

DE ALIMENTORVM FAcultatibus. Cap. LXXIII.

Qvum de alimẽtorum facultatibus sermo, pars sit operis quod de sanitate tuẽda præcipit, proximum est, ut iam dictis eum subnectamus, ubi prius q̃ particulatim ipsa persequamur, paucula quædã prælibauerimus. Quippe alimentorũ uireis, si qd aliud perceptas habere conuenit. Quæ igitur attenuandi uirtutem obtinent, meatus aperiunt, uiscosa adhærescẽtia abstergunt, crassa incidũt extenuantq;. Quòd si diutius ea in cibo adhibeas, serosa biliosaq; contrahes recremẽta. ac si uberius ingeras, sanguis atra bile uitiosus redditur. Quare continuus ipsorum usus, præsertim biliosis temperamento uitari debet. conueniunt autem solis iis, qui pituitam, humoremq; crudum lentum, & crassum collegerunt. Porrò quæ incrassandi uiribus constant, ualentis admodũ materiæ sunt, & si in uentriculo ac ieci-

nore decenter fuerint concocta, boni ſucci ſanguinē pro-
ducunt, ſed lienem & iecur obſtruunt. Ex his alia ſunt
craſsi duntaxat ſucci, ut lenticula: alia uiſcoſa, ſicuti mal-
uæ: quibuſdam utraq; cōtingunt, nempe ut & craſsi ſint
ſucci, & glutinoſa, ut teſtaceo tegmine prædita. Itaque
uictus extenuans ad ſanitatē tuēdam tutior, q̃ qui incraſ-
ſat, exiſtit. Quum uero imbecillis ſit materiæ nō robur
ac uireis corporibus ſuppeditat, ac oportet nonnunquā
ualentis materiæ cibum, quum inedia quædam preſsit,
mediocriter exhibere. præſertim uero citra periculum
aſſumunt, qui ſeſe exercent, & quantum libet dormiunt.
omnes autē quibus ante cibum exercitari non licet, craſ-
ſi ſucci alimenta euitabunt. Imò neq; in otio degentes
eiuſmodi cibos aſſument. Porrò quemadmodū ſum-
mū otium maxime ualetudini tuendæ obeſt, ita medio
cris motus ſummū adfert præſidium. Cæterum medię
materiæ cibi omnium ſunt laudatisſimi, ut q mediocrē
conſiſtentia ſanguinem procreent. Talis itaq; cibus cor-
poribus noſtris congruit: qui uitioſos humores gignit,
noxius eſt, eoq́; ſemper caueri debet. Iam & uaria ci-
borum genera aſſumere, cautio eſt, præſertim ſi ex di-
uerſis conſtent facultatibus. Non enim ingeſta conco-
ctionem, ut par eſt, ſortiuntur.

DE OLERIBVS. Cap. LXXIIII.

Lactuca manifeſto & refrigerat & humectat, eoq́;
ſomnum accerſit. ut autem inter olera ualenter
nutrit, ita boni ſucci ſanguinis efficax eſt. Intybū
frigidi humidiq́; temperamenti, ſed minus q̃ lactuca exi
ſtit. Malua refrigerat quidem, ſed non euidenter, ma-
gis autem humectat: unde etiam aluum ſubducit, idq́;
propter genuinam eius uiſcoſitatem. Beta abſterſoria
ui uentrem ſubducit, eoq́; ſtomachum largius comeſta
erodit, iecoris lieniſq́; meatus obſtruit. Braſsica bis co-
cta ſi edatur, aluum cohibet: ſemel aūt non tamen uehe
menter cocta, cum oleo & garo, uel ſale comeſta, ma-
gis ſubducit, quemadmodum ſuccus ipſius & lēticulæ

efficacius purgat. Hac magis adhuc marina brasſica al
uum manifeſto emollit, ſalſa, & ſubamara: idem pręſtat
halimon ut quod acriorem qualitatem ſalſam repræ-
ſentet, braſſica uero magis ſtomacho cõducit, ceu aſtri- 5
ctionis modicæ compos, lac autem & ſemen produ-
cit. Blitum & atriplex humida quidem uentrẽ ſoluunt,
ſed parum alimenti præſtant. Omnia ſpinoſa ut car-
duus, atractylis, eiusq; generis alia ſtomacho præter ci-
naram conducunt, quæ mali ſucci & dura exiſtit, qua- 10
propter optimum eſt incoctam cum oleo, garo, et co-
riandro aſſumere. Apium, hippoſelinon, ſion, & ſmyr-
nium, omnia urinæ ciendæ ſunt, ſed ſmyrnium odora-
tum, magis acre urinæ ducendæ proficit, & mulieribus
menſeis commouet: apia ſuauiora ſunt, ideoq; ſtoma- 15
cho magis amica. Eruca calida eſt, & ſeminis efficax,
ob quod libidinem & capitis dolorem, quam cepha-
læam dicunt, excitat. Naſturtium, ocimum & ſinapi, cali
da quidem & acria, ſed maxime naſturtium: concoctu
uero difficillia, ſtomacho inimica, & uitioſi ſucci. Vrtica 20
extenuat uentrem ſubducit, modice alit. Gingidion ſi-
mile eſt ſcandici aſtringentis & non parum amaræ qua
litatis particeps. præterea ſtomacho congruit, ut etiam
cibum reſpuentibus cum aceto aſſumptum, proficiat:
parum uero alimenti corpori miniſtrat. Porrò ſylueſtria 25
dicta olera maxime uitioſos gignunt humores. Cappa-
ris cibi cupiditatẽ proritat, iecoris lienisq; meatus ape-
rit, pituitam ſubducit. Vtendum uero ea eſt ante cibum
alium, ex oxymelite aut oxelæo.

DE ASPARAGIS. Ca. LXXV.

Bliti, lactucæ, atriplicis, maluæ & betæ planta qui- 30
dem humida eſt, aſparagus autem ſiccus. Con-
tra, raporum ſinapis, radiculæ, naſturtii, pyrethri,
braſſicæ, omniumq; aliorum quæ calida ſunt, planta q-
dem ſicca, aſparagus autem humidus eſt. At à ſpinoſis
ſtirpibus, hortenſis, & qui in frutetis ſeu uliginoſis locis 35
naſcuntur aſparagi, item qui à bryonia decerpuntur, ſto-
macho

macho quidem utiles sunt, & urinam citant, sed inualide alunt. At si probe coquantur magis q̃ ii qui ex oleribus sumuntur nutriunt. Cõsimili modo & chamædaphnes asparagus efficit.

5 DE RADICIBVS QVÆ CIBI Rationem obtinent. Cap. LXXVI.

NApus & rapa si bis coquantur, nihilo minus q̃ reliquæ stirpes alunt, continue autem assumpta crassum succum procreant. Bulbi astringunt, 10 abstergunt, cibi cupiditatem mouent, stomachum confirmant, & uiscosos è thorace humores eliciunt: bis incocti ualentius quidem nutriunt, sed nihil emoliuntur, amara ipsorum qualitate sic abolita. præterea semen genitale augent, libidinemq; excitant, inflationes & tormi- 15 na, modo largius eis utare. Quòd si ex garo & oleo edantur, suauissimi sunt, flatus discutiunt, ualenter alunt, concoctu faciles. Pastinacæ uero, dauci & cari radices minus q̃ rapa nutriunt, calent tamen odorataeq; sunt, & urinam manifesto cient, abutentibus uitiosos humores 20 gignunt & ægre concoquuntur communi radicum ratione. Nonnulli syluestrem pastinacam daucum nominant, efficaciore ad urinam ciendam uirtute præditum: radicula extenuandi calefaciendiq; uireis obtinet sumitur recte ante cibum ex aceto aut garo, alui ducendæ 25 gratia: secundum cibum, nequaquam. Cepa, allium & porrum, acri uirtute donata, corpus calefaciunt, extenuant, & crassos in eo humores incidunt, bis cocta, parum alunt: cruda, omnino nihil. Atqui allium magis meatus reserat, humoresq; discutit. Sunt autem porris sicciora 30 ampeloprasa, utpote syluestria. In totum omnia cruda olera, si edantur, peiores q̃ cocta succos procreant, ac plus humoris excrementitii continent. Verum quæ condita uel muria uel oxalme reponuntur, stomacho prosunt & appetentiam excitant, crudos humores inci- 35 dunt, sed ægre concoquuntur: & si abutare, uitiosos succos gignunt.

DE TVBERIBVS ET FVN-gis. Cap. LXXVII.

Tuber humorem de se reddit qualitatis expertem, sed frigidiorem & crassi succi. Fungi uero frigidi pituitosi & mali succi sunt: in his ipsis minus nocentes boleti sunt, qualitatis expertes, si probe coquantur. Qui uero ammanitæ dicuntur, secundum ab his ordine obtinent: aliis fungis abstinendum, plerique siquidem ipsorum lethales. Ac si ipsi boleti nisi exactius decocti edantur, periculi occasionem præbent.

DE FRVMENTACEIS. Cap. LXXVIII.

Eorum quæ frumentacea nominantur, chondrus egregie nutrit, & glutinosos parit humores, uerũ plus ex eo confecta nocet, quoniam q̃ primum crassescens incocta permanet. probatur magis succus ipsius ex integro chondro bene decocto expressus, ptisanæ similis, Alica in cæteris chondro quidem respondet: sed aluum magis astringit. Triticum, elixum sanè, coctu difficile est & inflationes creat: ubi uero concoctionem expertum est, alimentum præbet ualentissimũ. In panem autem coactum, minus inflat, minusq́; ægre concoquitur, utpote fermenti & salis particeps. Inter panes firmissimus est siligineus, deinde ex similia, tertius, à quo cribro nihil excussum est, Græci syncomiston appellant. cibarius panis minus nutrit, sed magis, per aluũ deiicitur. Amylum parum alimenti præstat, quemadmodum & panis elotus. Ordeum frigidæ facultatis est & absterforiæ: ptisanæ modo incoctum, humectat: torrefactum, quemadmodum in polentis fit, desiccat. Polẽta per æstatem ante balneum cũ aqua pota, siti medetur. Panis ordeaceus fragilior est, & parum nutrit. Maza difficilius concoquitur q̃ panis ordeaceus, inflationesq́; gignit: melle autem adiecto aluum citat. Auena & calida est, & imbecillis materiæ. Milium & panicum refrigerant, siccant, pauxillum nutriunt & aluum cohibent.

Omnino autem milium panico est præstantius. Oryxa uix concoquitur, parum nutrit & uentrem retinet. Porrò ptisana in hunc modũ coquitur: uni eius parti aquæ quindecim & olei momentum adiiciuntur, ubi ebullierint acetum quoq; addes. quum iam exacte cocta fuerit, sal tenuis superiniicitur. Nonnulli porrum & anethũ ei miscent. Cæterum auena chondrusq; in ptisanæ modum decoquuntur.

DE LEGVMINIBVS. Ca. LXXIX.

EX leguminibus, lenticula uitiosi succi est, & atrem bilem producit, imò etiam, præsertim bis cocta, aluum cohibet. decoctum uero ipsius cum oleo & garo potum aluum proritat. at quia inflationes mouet, satureia uel pulegium admiscendum est, Fabę leues sunt, inflant & abstergunt. Aegyptia autem faba humidior nostra est, & excrementitia. Pisum laxum quidem, non tamen adeo flatuosum est. Cicer inflat, abstergit, genitale semen auget, libidinem incitat, & calculos confringit: frictum, minus quidem inflat, sed ægre concoquitur. Lupinum concoctioni rebelle, haud facile transmittitur, crudi humoris efficax. Fœnugræcum si ante cibum sumatur, calefacit, & aluum mouet, Eruilia & phaseolũ macerata donec radices succreuerint, ex garo ante cibũ sumpta, aluum subducunt, ac plusq̃ fœnu græcum alimenti exhibent. At phaseolum quod & dolichon appellatur, integrum cum siliquis uiride comestum, excrementorum est efficacius.

DE FVGACIBVS FRVCTIbus. Cap. LXXX.

CVcurbita refrigerat humectatq;, & uentrem subducit, sed parum alit. Pepon in totum uitiosi succi est, frigidus, humidus, & uomitioni dicatus: nõ coctus, bilẽ generat. semẽ eius urinã citat & calculos in renibus cõfringit, ac in totũ, abstergit uehemẽter. Melopepon omnia quæ de pepone dicta sunt, inualidius efficit. Cucumer minus pepone frigidus humidusq; est,

ſed acrius cit urinam, difficilis concoctu & uitioſi ſucci, etiam ſi coctus fuerit. Summatim omnia poma refrigerant humectantq; imbecilliter alunt, & uitioſum humorem progignunt. 5

DE ARBORVM FRVCTIbus. Cap. LXXXI.

Ficus & uuæ inter omnia poma principatũ obtinent, ut quæ minus uitioſos humores generent, & magis nutriant. Inter hæc ipſa ficus probioris ſucci ſunt, ualentiorisq; materiæ aluo & urinæ ducẽdæ, 10 renibus purgandis, idoneæ, præſertim admodum maturæ. Idem præſtant caricæ, q̃q̃ inflationes & ſanguinem non probum pariant: eoq; frequentius uſurpatæ, pediculos procreant. Vuæ ſi non deſcendunt, nullam cõcoctionem experiuntur, imò etiam crudum humorem ge 15 nerant: ſi uero deiiciuntur, moderatiores ſunt. Vuæ paſſæ aliis calidiores ſunt, ſtomacho gratiores, ualentius alunt, ſed minus ſubducunt aluum. Mora quæ aliàs ſycamina Græce appellantur, impenſe humectant, mediocriter refrigerant, ac ante alios cibos præſumpta, uentrem 20 ſoluunt, non admodum ingrata ſtomacho, ſed exigui alimenti. Ex ceraſiis, dulciora quidem aluum ſubducunt uerum ſtomacho inimica: quibus ineſt aſtrictio minus ſtomachum lædunt, ſed non uentrem citant. Atq; hæc ratio tum in uuis & moris, tum in aliis compluribus ſer 25 uatur. In uniuerſum, aſtringentia ſi prius ante alium cibum aut eduntur aut bibuntur, aluum comprimunt. quibus autem ob imbecillitatem uenter non reſpondet, ii molliendi uirtute prædita, nempe olera aut piſces, aut id genus aliud præſument: deinde aſtringentia, quæ dũ 30 ipſum firmant, deorſum propellunt, & ad excretionem incitant. Pini nucleus, qui & ſtrobilus dicitur, boni quidẽ ſucci eſt craſſiq;, ad nutriendum ualens, non tamen ex facili concoquitur. Perſica praui ſucci, acidiq; ſunt, & facile corrumpuntur, eoq; primũ exhiberi debent, quo 35 protinus deiiciantur, nullamq; in uentriculo diutius im-

morata, corruptionem sentiant, Præcocia, doracia & armenia, Persicis præstant, neque enim acescunt, neque similiter uitiantur, ac sunt etiam gustu gratiora. Malorũ, dulcia sane aliis calidiora sunt, & facile in corpus distri-
5 buuntur, præcipue uel assa uel elixa acida, magis refrigerant, & humores uentriculo impactos incidunt: austera stomachum firmant & uentrem reprimunt, atq; his magis cotonea. Idem præstant pira grandia maturaq́;, sed ualentius nutriunt. Mala Punica frigefaciunt, & parũ ali-
10 menti præbent. Mespila sorbaq́; uehementius astringunt, eoq́; aluo fusæ accommodantur. Palmulæ, nisi admodum sint pingues, stomacho prosunt, uentrem retinent, crassos, glutinososq́; humores gignunt, capiti faciunt dolores. Ex oliuis, druppæ stomacho aduersan-
15 tur, crassi humoris efficaces: muria conditæ & colymbades si ante cibum sumantur, appetentiam faciunt, & aluum subducunt, ac magis quæ ex aceto & oxymelite præparantur. Inter nuces, iuglans, auellana minus nutrit, stomacho gratior. Nux uiridis humidior est, & uentrẽ
20 citat: arida, si ubi in aqua cõmaduerit membrana ipsius interior adimatur, cõsimilem uiridi potestatem obtinet. Amygdala incidẽdi extenuãdiq́; uiribus pollent, ideoq́; uiscera & thoracem expurgant, idq́; efficacius amara. Similiter & pistacia, uerum iecur efficacius obstructione
25 liberant. Damascena ante cibum sumpta & cruda & in mulsa elixa uentrem soluunt. Syriaca ægre coquuntur, stomacho noxia, modiciq́; alimenti. Siliquæ ægre conficiuntur, aluum cohibent, & humores creant uitiosos. Sycomora manifesto frigefaciunt & humectant. Citrei
30 mali pars exterior acris & concoctioni rebellis est: caro ualenter alit, & ipsa ad concoquendum contumax: interior pars siue acida siue aquosa fuerit abunde refrigerat, Glandes non minus quã frumentacea alunt, sed concoctu difficiles, crassi succi, & tarde permeant Ca-
35 staneæ omni ex parte his præcellunt.

DE ANIMALIBVS, ET PRImo de uolatilibus. Cap. LXXXII.

ANimalia quæ uolatu nituntur, minus quidem q̃ quæ pedibus fidunt, & præcipue sues, alunt, sed promptius concoquuntur, magisq; perdix, attagena, pullus columbinus, gallina & phasianus. At turdi, merulæ, & exigui passeres, inter quos sunt etiam à turribus ubi nidificant, pyrgitæ appellati, solidius alimentum præstāt. atq; his magis adhuc, turtur, palumbus, & anas: sed multo durius, cōcoctu difficilius, magisq; fibrosum pauo exhibet. Anserum uero & struthiocameli caro excrementicia, ægrius q̃ omnia commemorata concoquitur, si alæ excipiantur, quæ non minus q̃ aliarum auium probi succi existunt. Porrò gruum caro fibrosum solidumq; præbet alimentum. In totum iuniora ueteribus humidiora sunt, promptius cōcoctioni parent, ualentiorem cibum præstant, atque per aluum facile descendūt. Similiter elixa ab assis, & in sartagine frixis differunt. Iā quæ in siccis locis & montosis proueniunt, citius concoquuntur minusq; excrementicia sunt, quam quæ in paludibus nascuntur.

DE OVIS. Cap. LXXXIII.

OVa gallinarum, phasianorūq; omnibus præstant. Anserum & struthio camelorum praua habentur. Ex omnibus autem recentia ueteribus multo sunt præstantiora, ac tremula plus alimenti habent: sorbilia magis descendunt, ac faucium asperitates læuigant. Reliqua omnia ad concoquendum rebellia, tarde transeunt, & succum gignunt crassiorem, præter ea quæ pnicta dicuntur, hæc autem fiunt si cruda immergantur in aquam calidam cum garo, uino & oleo & in uasa mediocriter coagulentur. Huiusmodi enim coqui facilia & boni succi habentur. Omnia uero quæ sartagine friguntur deteriora sunt.

DE PEDESTRIBVS ANIMAlibus. Cap. LXXXIIII.

INter animalium quæ pedibus fidunt, carnes, suillæ maius q̃ alii cibi alimentum præbet, eo quòd gustu et odore familiaritatem cum humanis corporibus sortita est, ut nonnulli qui imprudenter humanas carnes gustarunt, cognouerunt. Alimentum uero quod ex illis contrahitur, uiscosum est, & non facile in membra potest detrahi. Ouilla excrementicia prauiq; succi est. Caprilla acris est malumq; succum efficit. Deterrima hircina, siue succi bonitatem, siue concoctionem respicias. Bubula atræ bilis efficax. Leporina crassi succi est, sed minus q̃ ouilla & bubula. Ceruina dura est, et cõcoctioni rebellis. In totũ, noua uetustis humidiora, molliora q; & ad concoctionem faciliora sunt. Item castrata non castratis, pinguia macris præstant.

DE PARTIBVS ANIMALIVM & sanguine. Cap. LXXXV.

SVmmæ corporis particulæ neruosæ sunt, citra pinguedinem & ex carnes, eoq; glutinosæ, exigui alimenti, ac ad aluum mouendam efficaces, si excipias quæ uolatu nituntur, ob nimiam siccitatem. Rostra & aures cartilaginosæ, et ad concoctionem sunt pertinaces. Lingua, laxa, exanguis, parum alimenti habet. Glandulæ suaues sunt, et flaccidæ, sed mammarum præcipue suum, quum lacte scatent, pulciores habentur, hæ aũt nõ minus q̃ carnes alũt. Renes et testiculi gustu insuaues & concoq difficiles. At saginatorũ gallinaceorũ testiculi & suaues sunt, et probũ corpori alimentũ præstant: quẽadmodũ taurorũ, hircorũ et arietũ concoctioni resistunt, et uitiosos creant humores. Cerebrum pituitosum, crassi uitiosiq; succi, lente transit, concoctioni aduersatur, stomachũ lædit, et nauseã excitat: si aũt probe coquatur, plurimũ exhibet alimenti. Medulla pinguis et cerebro suauior est, in cæteris ei respõdet. Pinguedo et adeps pauci alimenti sunt, et stomacho nocent. Cor et iecur crassi succi, ægre cõcoquuntur & lẽte trãseunt. At suillũ iecur aliis præstat. Lien tũ prauos humores, tum

atram bilem efficit. Pulmo facilius quidem, utpote fungosus, concoquitur, sed leuiorem cibum præbet, pituitæ generandæ efficax. Ventriculus, uulua, intestinaq́;, dura, cócoctioni aduersantur, pituitæ efficacia. Summatim fera animalia siccius, q̃ domestica alimentum exhibent, minusq́; excrementicium. Sanguis quilibet, uix concoquitur, præsertim crassus & melancholicus, qualis nimirum est bubulus. Leporinus utpote suauissimus commendatur. Ac multi ipsum cum iecore solent incoquere, quidam uero & cum aliis uisceribus, nónulli & iuuenis procelli sanguinem edunt. Caprillum uero nonnullos comedisse, etiam Homerus testatur.

DE LACTE. Cap. LXXXVI.

LAc coctum probe nutrit, gingiuis autem & dentibus nocet, quapropter ubi assumptum est, primũ mulsa, deinde uino astringenti os colluere oportet. Item caput tentat, præcordia uentremq́; inflat, calculos in renibus gignit. Ac dilutior ipsius pars, minus quidem alimenti præbet, sed magis aluum proritat: crassior autem econtrario, magis al.t, minus descendit. At caprillum lac, mediocre consistentia est, sicut bouillum, crassius: & quod statim à partu redditur tenuius est, procedente tempore crassius deteriusq́; efficitur.

DE LACTIS POTIONE. Cap. LXXXVII.

QVi lac potare uoluerit, ab aliis abstinere cibis debet, donec concoctum fuerit, & inferius descenderit. Satius itaq; est de mane recens mulctum bibere, ac post id nihil assumere, nec non labores nimios deuitare, nam laborantibus, acescit, præstatq́; interea uigiles conquiescere, hoc enim pacto q̃ primum per aluum descendit. Vbi deiectum fuerit, aliud bibendum est: ac si hoc quoq; descendat, aliud. Initio itaque purgat utiliter, non quidem copiosum ex reliqua corporis mole, sed quæ in uentriculo continentur: mox, uenas ingreditur, ac optime nutrit, atque non amplius deii

citur. Porrò in biliosis fluxionibus, & quum tabida cor-
poris ad uentriculum concurrunt, coctum lac exhiberi
debet. Coquetur autem primum lenta paulatimq́; ut
pars descendat, pars consumatur, deinde magis ac ma-
5 gis incoquetur, cura adhibita, ne aduratur, aut in caseũ
coalescat. quod optime fiet, si leniter ipsum coquamus,
& agitando id quod recesserit undiq; detrahamus. Agi
tabitur autem ferula concisa & tenui: & si quid oris ollæ
inferuescat, hoc quoque spongia adimere oportet, id
10 enim subinde etiam reliquũ hac corrupit. Eo igitur mo
do quo dixi, lac coquendum est, usq; dum æquabiliter
crassius dulciusq́; crudo euaserit. Quod in eo tenue est
& serosum, calculis marinis ignitis in id demissis, ebibi-
tur cõsumiturq́;. Atque hoc alui fluxionibus, præsertim
15 biliosis est accommodatum.

DE LACTE SCISSILI. Cap. LXXXVIII.

Serosa lactis portio à caseo discernitur, si uehemen
tius ad ignem largiorem citra fumum excoquan-
20 tur, deinde colo aut panniculo exacte traiiciatur.
Porrò miscetur sero mellis momentum, aut oxymelitis
aliorumve, daturq́; subducendi uentris gratia, ætate qui
dem florentibus ad duos sextarios: iunioribus, non mi-
nus sextario. Quòd uero marinis calculis ignitis aut
25 ferro candenti demisso lac incrassatum est, intestinorum
torminibus & alui profluuiis recte exhibetur.

DE CASEO. Cap. LXXXIX.

Omnis caseus acris est, sitim facit, ægre concoqui
tur, uitiosos succos, calculosq́; generat. Lauda-
30 tior est recens, fungosus, mollis, suauis, & modi-
ci salis particeps: qui secus habet, pessimus est.

DE PISCIBVS. Cap. XC.

Omnes pisces frigidioris, humidiorisq́; tempera-
menti esse, nulli non cõstat. Omnium uero opti-
35 mi sunt, saxatiles, ad concoquendum prompti,
boniq́; succi, modice humectant, ubi non duram carnẽ

occupauerint. Verum ex non saxatilibus, qui in pelago degunt, multum ab iis uariant qui in limo sunt æditi, uel ubi flumina irruunt, sed omnium deterrimi qui uel in stagnis uel paludibus uiuunt. Particulatim uero capito, si ex pelago fuerit, mediocriter suauis est, minus cõcoctioni rebellis, & boni succi, sanguinem uero gignit tenuiorem imbecilliоremq́;. Similia & lupus præstat. Mullus qui & ipse in pelago editur, aliis piscibus durior est, fragilis, concoctu facilis, ualidæ ad alendum materiæ, suauis & pinguedinis expers.

DE TESTACEIS. Cap. XCI.

Generatim pisces qui testa cõteguntur, Græci uocant ostracoderma, salsum crudumq́; humorẽ producunt. Ex his ostrea mollissimam carnem obtinent, facilius descendunt, Chamæ uerò, purpuræ, ungues, spondyli, buccina, cochleæ, atq; huiusmodi alia dura, ac quæ crustata quoq; nominantur, nempe grammari, paguri, cancri, locustæ, & squillæ cõcoctioni repugnant, sed alimentum præbent & uentrem comprimũt, si in aqua dulci sæpius decoquantur. Omnibus uero crustatis inest succus, aluo subducendę utilis, eoq́; etiam terrestribus cochleis. Ac quum, hæc duram carnem cõcoctu difficilem ualentis materiæ & succis uitiosam sortiantur, nonnulli ius ipsorum cum oleo & garo conditum, ad aluum subducendam adhibent. Echini modice frigefaciũt, exigui alimẽti, & urinæ ciendæ efficaces.

DE MOLLIBVS QVÆ MALAcia dicuntur. Cap. XCII.

Molles pisces, utpote polypi, sepiæ, loligines duri & coqui contumaces sunt, præcipue polypi, salsum humorem modicum obtinent: cocti autem non parum alimenti, corpori exhibent.

DE CARTILAGINEIS. Cap. XCIII.

Cartilagineorum, quæ selache Græci dicunt, torpedines, pastinacæ, mollem suauemq́; carnem

occupant, quæ celeriter descendit, facile concoquitur, & probe alit. Raiæ, leuiraiæ, squatinæ, atque eius generis reliqua, duriora sunt, concoctioni renituntur, & ualétius nutriunt. In summa quibus dura caro est, & ægre con-
5 coquuntur, & plenius alunt: ubi uero concocta fuerint, copiosum solidumq; alimentum præbent.

DE CETACEIS. Cap. XCIIII.

CEtacea, utpote, balenæ, uituli marini, libellæ, del-phini & prægrandes thynni duram, cócoctu dif-
10 ficilem & crassi succi carnem habent. Sale cõdita eiusmodi moderatiora efficiuntur, aliisq; piscibus humidiora, magis excrementitia, perturbationi uentris magisq; sunt accommoda. Salsamentorum uero differentiæ piscium unde constant, naturam imitantur.

15 ## DE VINI VIRIBVS. Cap. CXV.

QVi sanitatis tuendæ curam susceperit, eũ quoque uini facultates cognitas habere expedit. In uniuersum itaq; uinum omne nutrit, uerum rubens, & crassum, magis: boni autem succi non est effi-
20 cax. Item dulce & ipsum quidẽ impense nutrit, sed stomacho nocet. Austerum stomacho quidem amicum est uerum ægre in corpus distribuitur leuiusq; alit: hoc aũt magis, albũ. Præstantissimũ est colore uermiculum. Porrò uetustius nouo magis & calefacit & deficcat. hæ
25 igitur uini sunt facultates, ueluti summatim expositę. Cęterũ calorẽ in nobis refocillat, unde cõcoctio melior, & sanguis ꝓbus euadit, cibũ ꝑ oĩa corporis mẽbra, ut q̃d facile penetret, deducit. Quamobrẽ ex morbo emaciatos reficit, corpusq; ipsoꝝ auget. Etenim cibi cupiditatẽ
30 facit, pituitã extenuat, bilẽ ꝑ urinã educit, & bonũ colorẽ cõciliat: aĩo lętitiã uoluptatẽq; parit, & robur adiicit. Harũ itaq; cõmoditatũ moderata uini potio, cõtrariorũ immoderata occasionẽ p̃bet, eoq; temulẽti aĩo turbant, desipiũt, & graui sõno p̃muntur. qua de cã immodica uini
35 potio diligenter uitanda est, quanquam longiore tẽporis interuallo liberaliter bibere conducat, ita nanq; urina

largius & sudores promouentur. Vincit autem mox præsumpta mulsa uomere, quo ne paululum quidē ab eo noxæ percipiatur. Qui igitur potationi indulgebit, alio cibo non admodum repleri debet, sed inter potandum brassicam elixam esse, & bellaria præsertim amygdala assumere, ut quæ capitis dolores leuent, & uomentibus nihil adferant molestiæ. Præstaret autem absinthii dilutum ante potionem ingerere, ut quod omniū maxime crapulæ discutiendæ sit efficax. At si aliquis rosionem à uino sentiat frigidam: insequenti die absinthii dilutum bibet utiliter, ob ambulatione itidē, frictionibus, balneo, & exiguo cibo reficietur.

DE MELLE ET MVLSA. Cap. XCVI.

MEl coctum ualentius nutrit, q̄ subducat aluum: non coctum, econtrario, ac frigidis humidisq; temperaturis conducit: calidis, in bilem uertitur. Mulsa uero non admodum biliosis utilis est, ut quæ in bilem de generet. Itaque in eiusmodi naturis dilutior mulsa recte dabitur: iis qui uiscera habent affectibus opportuna, incommoda est. Cæterum hoc modo præparari mulsa debet. Octupla aquæ portio melli admiscetur, incoquiturq; donec spumare desinat. spumam uero continenter ab ea tollere, simul atque orta est, oportet.

DE SOMNO. Cap. XCVII.

POsteaq̄ omnia quæ ad uictus rationem spectant, sumus executi, superest ut de somno, eò quòd omnium postremus magna ex parte initur, disseramus. Itaque somnus uirium animalium (ut ita dicam) requies est, utili humiditate cerebrum madefaciente ꝑueniens. Qui si recte ineatur, multa præstat commoda, cibum elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, lassitudinem solatur, intenta laxat, animi uero ægritudines obliterat, rationem uitiatā corrigit. Porro tempus somni optimum est à cibo. sed interdiu captus haud om-

nibus est idoneus. Tempus enim quo obdormiscunt ad absolutam ciborum concoctionem non sufficit. interrupta enim ante horam suam cococtione, à meridie resurgentes, subinde acidos ructus ædunt, crebro etiam
5 flatibus replentur. Nonnulli fluctuatione uentris infestantur, nisi uel ex consuetudine, uel sufficienti somno usi, eiusmodi mala effugiant. Cæterum optimus somnus est nocturnus, quoniam nox naturali humiditate, silentioq; somnum accersens, absolutam molitur concoctio
10 nem. Item post illum plurima parte ad excretionem recrementorum instigamur. Terminus autem somni esse debet perfecta ciborum concoctio, quæ tum ructibus, tum uentris contractione deprehēditur, secundum quā uigilantia noninutilis, ut quæ recrementorum ex conco
15 ctione deiectionem moliatur.

DE VIGILIIS. Cap. XCVIII.

Vigilias quæ laborantes iam affligunt, ex dolore aut febri, aut acutiore quodam casu oboriētes, secundo libro de febribus persequemur: quæ
20 autem sanos infestant, hoc loco nobis exponendę sunt. Si igitur aliquis ob mœrorem, aut curam, aut quandam animi ægritudinem uigilauerit, primum id quod molestat, quatenus licet protinus amputabimus, deinde suauium sonorum auditu mens à solicitudinibus abducen
25 da est, id quod nonnulli leni aquæ murmure machinātur. qui enim sic permulcentur somno facile capiuntur. Præter balneis præsertimq; uespertinis quum bene concoxerint utentur, ciboq; humectanti utpote lactuca & id genus aliis. nonnunquam nigri papaueris folia uiri
30 dia obsoniis admiscebunt. Piscibus ad concoctionem promptis, uino largiore tenui & nō uetusto recreari debent. Dormituri rosaceo caput perungent, aut oleo in quo papaueris capita, aut mandragoræ sint incocta. itē anethinum non uetus somnum accersit. Noui autem q
35 post lassitudinem quiete subito permissa, somno caperetur, Adhæc uenus moderata idipsum præstat. Alii

caput aut pedes refrigerantes, facile somno corripiun-tur. At si ex cibi copia uitiove stomacho grauato uigila-uerint (nam hoc etiam accidere nouimus) quemadmo-dum rursus alii præter consuetudinem inedia pressi, aut modico cibo sumpto, uigiliis sunt infestati, considerare id, ac causam succidere, oportet. 5

DE SOPORE. Cap. XCIX.

AT si econtrario alti grauesq; somni, quæ cata-phora dicitur, urgeant, ab assiduis lauacris & re-frigerante unctione abstinebimus, medicamen- 10 tis pituitam per os eliciētibus utemur, atq; in totum ad calidiorem uictus rationem, sicciorem imbecillioremq; ipsos traducemus, quandoquidem huiusmodi affectio à frigidiore, ut plurimum & humidiore materia cere- 15 brum irrotante accidit.

DIOCLIS EPISTOLA AD VA-letudinem tuendam conscripta.

Cap. C.

DIOCLES ANTIGONO REGI. 20

QVoniam tibi omnium regum literatissimo esse contigit, & multum iam ætate profecto, omnis philosophiæ disciplinarumq; mathematicarū peritia excellere, existimaui eam philosophiæ partem quæ ualetudinis tuendæ præcepta tradit, haud alienam 25 à regia maiestate fore: eoq; tibi præscripsi unde morbi hominibus oriantur, & quibus signis præcedentibus quomodoq; ipsis succurrere conueniat. Quemadmo-dum enim in cœlo nunquam tempestas ingruit, quam non indicia quædam præcedant, quibus nautę cæteriq; 30 probe periti homines certiores reddantur, ita humanā naturam nullus inuadit morbus, quem non signum ali-quod denuntiarit. Tu itaq; si iis, quæ à nobis dicentur, animum attendas, exactam illorum cognitionem indi-pisceris. Hominis corpus in quatuor parteis diducimus 35 caput scilicet, thoracem, uentrem & uesicam. Igitur ubi

caput morbo conflictaturum est, hæ plurimum notæ solent præcedere, uertigo, capitis dolor, superciliorum grauitas: aures sonant, tempora saliunt, oculi mane illa-chrymant, caligantq;, nares oppletæ odorem non sen-
5 tiunt, dentium gingiuæ attolluntur. Quum ergo ex his aliquid accidit, caput purgari oportet, nullo quidem me-dicamento, sed uel hyssopi uel origani capitibus tritis, q̃ in ollula cum musto deferbuerint, aut sapæ heminæ di-midio ieiunus os colluet, & gargarizando humores ex
10 alto deducet, eaq; capitis affectuum curatione, nulla le-uior est alia. Optime facit etiam, si sinapi mulsa calida dilutum, ieiunus absorbens gargarizet, pituitamq; ex capite eliciat. Cæterum caput operimentis prius calefa-cere oportet, quo pituita liquefacta, prompte effluxioni
15 pareat. Si quis hæc signa neglexerit, huiusmodi ægritu-dines solet experiri, lippitudinem, glaucomata, paroti-das, in ceruice strumas, cerebri tabem, grauedinem, an-ginam noctu, teredines, uuam, capillorum defluxus, ca-pitis ulcera, & dentium dolorem. Quum autem à tho
20 race morbus nascetur, totum corpus incipit sudare, tho-raxq;, lingua fit crassior, sputum salsum aut amarum aut biliosum existit, dolor costas aut scapulas sine occasio-ne inuadit, oscitatio frequens, sine somno & quiete, suf-focatio, sitis ex somno, animus tristior: pectus frigidum,
25 brachia & manus tremiscunt. Succurrendum est prudē-ter hoc modo, uomitus q̃ optime fieri potest, post cœ-nam sine repletione, sineq; medicamento citari debet. utiles sunt & uomitiones ante cibum, quas Græci syr-maismos appellant. Oportet autem eum qui sic uomet
30 radiculas tenueis præsumere, nasturtium, erucam, sinapi, & portulacam, mox aqua tepida superbibita, uomere. At si huiusmodi indicia cōtēnātur, hi morbi solēt obue-nire, pleuritis, peripneumonia, melancholia, febres acu-tæ, phrenitis, lethargus, febris ardens cū singultu. Quòd
35 si à uentre morbus orietur, hæc erunt signa, uenter prius cruciatur, turbaturq;, cibus & potio amara uidentur,

genua grauantur: lumbi nequeunt flecti, totumq; corpus etiam sine occasione laborat, crura torpent, febriculæ exiguæ affligunt. His itaq; cognitis, uentrem emollire oportet, non medicamentis, sed uictu. Tutius enim est uti iis, quibus nullus error committi potest, utpote betis mulsæ incoctis, alliis elixis, maluis, lapatho, Mercuriali herba, et ex melle confectionibus. Omnia siquidē aluo subducendæ sunt. Si aliquod è signis intendatur, cnici succum omnibus decoctis admiscere oportet, ut quæ suauiora & sine periculo sint. Iam & læuis brassica in aqua largiore cocta, eiusq; succus ad heminas quatuor potus cū melle & sale, utilis est: uel ciceris aut erui decocti aquam eodem modo ieiunus utiliter bibet. Qui nullam eiusmodi signorum rationem habent, ii his morbis tentari solent, a lui profluuio, intestinorum torminibus, eorumq; læuitate, ilio, coxendice, febre tertiana, podagra, apoplexia, hæmorrhoidibus, morbo articulari. A uesica qui nascuntur morbi, hæc dabunt signa: pleni ex cibo modico esse uidentur, inflationes uétris urgent, ructus, pallor totius corporis, somni graues, urina liuida & uix erumpens, naturalia tument. Quum itaque huiusmodi notæ apparuerint, odoratis urinam cientibus tutissime occurrere malo oportet. Itaq; fœniculi apiiq; radices, uino albo odorato madefacito, atque huius diluti cyathos duos, mane ieiuno singulis diebus propinabis cum aqua: item dauci * myrti, helenii, quodcunq; horum habueris (nam omnia proficiunt) aquam exhibebis: ad hæc aqua ciceris macerati cum uino, idē efficit. Qui hæc signa negligunt, hos morbos expectent, aquam inter cutem, lienem magnum, iecoris dolores, calculos, renū cruciatus, urinæ stillicidiū & uentris tumorē. In oībus huiusmodi indiciis infantes sane, leuiori: adultos, acriore curatione tractabimus. Cæterū anni solstitia in quibus hæc solent ingruere, silentio prætermittenda non sunt, sed quæ in singulis alimenta conueniant, paucis exequemur, auspicati ab hyemali.

* Græce erat σμύρνης pro μυρσίνης

SOLSTITIVM

SOLSTITIVM HYEMALE.

Solstitium itaque hyemale usque ad uernum æquinoctium, auget in hominibus destillatiões humiditatesq́;, ac propterea calidioribus uti cibis, pleniori potu ac meraciore, atque ex origano bibere oportet, nec nõ ueneri indulgere. Numerantur dies ad æquinoctium, nonaginta.

ÆQVINOCTIVM VERNVM.

Hoc tempore pituita in hominibus crescit, & dulcis sanies sanguinis usq; ad uergiliarum ortum, eoq́; tunc maxime succosa acriaq́; assumi debent, corpus exerceri, uenus tutissima est. Sunt autem ad usque uergiliarum ortũ dies sex & quadraginta.

VERGILIARVM EXORTVS.

Hoc tempore bilis atra augetur, amaraq́; sanies, usque ad æstiuum solstitium, dulcia tunc quæ aluũ moueant, conueniunt, uenus inutilis est, hinc ad solstitiũ æstiuum dies quinque & quadraginta existunt.

SOLSTITIVM ÆSTIVVM.

Hoc anni tempus atrã bilẽ ad usque æqnoctiũ autũnale promouet, quapropter aqua frigida atque odoratis omnibus utendum est: uenus perniciosa: aut innocentius salutem quæ de ea præscripsimus adhibeto. Porrò sunt ad æquinoctiũ autũnale, dies tres & nonaginta.

ÆQVINOCTIVM AVTVMNALE.

Hæc anni pars pituitæ copiam generat, tenuesq́; defluxiones, donec uergiliæ occidant. Conuenit igitur tunc humores ex capite elicere, atque acerrima, maximeq́; succosa assumere, uomitu non solicitari, exerceri, atque concubitum uitare. Numerantur ad uergiliarum occasum dies sex & quadraginta.

VERGILIARVM OCCASVS.

Hoc tẽpore pituita ad usque brumã in hominibus redundat, quã ob rem acerbissima quæque, uinum suauissimũ, assumere oportet, pinguibusq́; uti & exercitari. Sunt aũt ad solstitium hyemale dies quinque & quadraginta.

Primi libri Finis.

PAVLI ÆGINETÆ LIBER SEcundus de Febribus, Ioanne Guinterio Andernaco interprete.

CAPVT PRIMVM.

ABSOLVTIS de ualetudine tuenda præceptis, exequi aggrediemur, quomodo eos, qui morbis iá conflictantur, ad meliorem statum perducere oporteat: à similaribus utpote simplicioribus morbis exorsi. quales nimirum sunt, quos febriles appellant. Rursus igitur nos Oribasii compendio, quod ex Galeni commentariis est excerptum, aliorumq́; complurium breuiori disciplinæ uia utentes, paucula quoq; ab illis omissa adiungemus.

QVOT ET QVÆ PRINCIPAlia in morbis potissimum febrilibus perquirenda. Cap. II.

PRimum quidem perquirere conuenit, morbus salutis ne spem promittat, an desperationem minetur. Alterum, si uitę securitatem pollicetur, utrũ acutus sit, an longus. Hæc sane in aliis quoq; magnis affectibus commode quæruntur. Tertium, nunquid una uice iudicium subeat, quod febribus potissimum peculiare est, an particulatim soluatur.

EX GALENI COMMENTAriis, quale morbi principium dicamus.

Siquidem capitis dolores & febris haud eadem existũt, quemadmodum neq; uigilia, & cibi fastidium, totiusq́; corporis grauitas, & sensus lassitudinis. Verum unumquodq; licet à febri sit diuersum, ipsam tamen denũtiat. porrò febris inuadens, præsertim acuta, neq; nos potest neq; imperitum quenq̃ latere. Sed finge, si placet, etiam

latere, miraculum tamen iudicauerim, si hora amplius ægrum subterfugerit. Quamobrem illud tempus morbi esse principium dicemus, quo manifesta primum febri correptus decubuerit.

5 VNDE COGNOSCENDVM, morbus ne sit sanabilis, an perniciosus. Cap. III.

LEtales notæ sunt, facies cadauerosa, nares acutæ, oculi concaui, reliquaq; ab Hippocrate commemorata: multoq; magis si hæc ita sunt, ut neq; uigilia præcesserit, neq; uentris resolutio, neq; inedia. Item in propinquo mors est, si oculi lumen refugiunt, & citra exteriorem quandam causam illachrymant, idq; nullo peculiari uitio affecti. Ad hæc si alter ipsorum minor appareat: quæq; in iis alba esse debent, rubescant, aut liueant, aut nigricent. Aut si pituita crassior ipsis inhærescat, perq; somnum alba oculorũ appareãt palpebris extrinsecus nõ cõmisis, nisi ea uehementer fluens aluus expresserit, aut ex consuetudine ipsis hoc acciderit. Iã illa mortis sunt indicia, dentibus stridere, aut desipere, aut in ueste floccos legere, aut fimbrias deducere ac festucas carpere. Attendendumq; est, si æger supinus cubat, & ueluti membris laxatis, uel si deorsum à lecto ad pedes delabatur, quod extremam imbecillitatem fatetur. Multo peius est, frigidum spiritum ex naribus & ore elidere, pulsum languidum crebrumq; sentire. Qui si deficiat, ægerq; ad animi deliquium sudore digeratur, perniciem præsagit. Si igitur omnia, quæ retulimus indicia, aut plura his appareant, aut etiam pauciora, sed ualida, nullumq; salutis argumentum affulserit, periculum mortis ineuitabile signat. Contra spirandi facilitas, pulsus uegetior, mens sibi constans, ad hæc facies iacentisq; habitus, sani similis, cibi appetentia, nihil mali, sed securitatem portendit. In uniuersum quæ à naturali habitu maxime abhorrent, pestifera sunt. quæ ipsi respondent, salutaria.

Cæterum præsagia ex urinis, deiectione, & sputo, paulo post exequemur.

DE SIGNIS LONGÆ VAletudinis. Cap. IIII.

Quatuor notis morbi dignoscuntur: ipsorũ motu, ægrotãtis habitu, pulsu, febrium specie. Motu quidem in eum modum: si quatuor particularis accessionis tempora, ocyus & breuissimo spatio inuaserint, peracutus erit affectus, cuius extremus terminus est, septimana, magna uero ex parte quarto die crisim experitur. At si longius quidem q̃ hic affixerit, sed duodecim horarum spatium non excedat, acutus prædicitur, qui intra quartumdecimum diem soluetur. Qui pluribus horis protenditur, ut initium duntaxat & incrementum longiore tum diei tum noctis tempore absoluat, eiusmodi longus morbus existit. Sin autem particulares accessiones morbus non habeat, sed inde ab initio adusq; finem continuet, tanquam una sit accessio, ueluti in continuis, etiam hunc nimirum acutis adscribes. Aegrotantis habitu hoc pacto deprehenduntur. Si quidem facies est mediocriter habita, licet totũ corpus collabatur, acutum morbum præsagire est. Si prorsus nihil emacrescit, longus erit quippe copia materiæ longiore spatio concoquendæ signatur. Ex arteriarum motu ita diuinaris: Magnus pulsus, uehemens, citatus, creber, acutum morbum indicabit. contrarius, longum. A febrium specie hunc in modum: quatenus calidæ & urentes, acutum signant morbum, mitiores & ueluti elanguescentes, diuturnum.

QVOMODO PRÆSCIEMVS an morbus iudicium subiturus soluendusve sit. Cap. V.

Hoc quoq; præscire licet ex iis, quæ modo sunt nobis dicta, nempe ex febrium specie, & tempore. Forsan autem totum ex febrium specie. Siquidem calidæ, & perurentes, breui finiuntur, & excretioni-

bus solui solent. Mitiores, languidioresq; prorogantur diutius, & in abscessus magna ex parte erumpunt. Hinc liquido constat, non solum quando morbus soluetur, sed etiam quo pacto. Nam acuti per excreta iudicantur: per abscessus, longi.

DE DIEBVS DECRETORIIS. Cap. VI.

Dierum decretoriorum alii de ægris frequenter, cum fide, salubriter, perfecte, manifesto, & insigniter iudicant. alii contrario his modo. Tertius decimus medium quendam inter utrunq; dierum genus ordinem habere monstratus est. Ac sunt ex ipsis, q uel exiguum naturæ impetum nacti, de morbo possunt decernere: quemadmodũ septimus, quartus decimus: pleriq; uero, nisi in uehementibus naturæ motibus, morbos neutiquam possunt soluere. Verum nec uniuersi boni, simili inter se modo boni sunt: nec omnes mali, pari ratione sunt mali. item nec certo ordine bonitatem malignitatemve obtinent. Qui igitur primi sunt ordinis, nempe bonorum numero comprehẽsi, hunc in modum se habent. Præstantissimi omnium sunt, septimus & quartusdecimus: mox nonus, undecimus & uigesimus: deinde decimusseptimus & quintus. hos sequitur quartus. post hunc tertius & decimusoctauus. His contrarii, ad secundum ordinem referuntur, pessimus, quiq; cum periculo, nec clare de morbis iudicat, ac ueluti ex aduerso septimo diei opponitur, sextus est. Huic consimiles, octauus & decimus: secundum quos duodecimus, sextusdecimus & decimusnonus habentur. Medius horum est tertiusdecimus, nec ita repudiãdus, sicut ordini secundo ascripti: nec tam feliciter morbum potest soluere, q̃ qui ad primam classem pertinent. Atque hoc dignitatis ordine Galenus est usus. Numerorũ uero ordine boni sunt: tertius, quartus, quintus, undecimus, quartusdecimus, decimusoctauus, uigesimus. Mali autem: sextus, octauus, decimus, duodecimus, sextus

decimus, decimusnonus. inter hos medius consistit, tertiusdecimus. Porro ex his decretoriis nonnulli quoque aliorum sunt indices, quos Hippocrates appellauit speculatorios, eo quòd iudicia alio die futura prænuntient, contemplandaque exhibeant: exempli gratia, quartus, iudicium septimo die futurum præmonstrat: dum uidelicet sudores quosdam, aut madores, aut eiusmodi particulares uacuationes molitur, aut significationes prius non factas, aut concoctionis notas repræsentat. Iam uero Galenus etiam sexti, licet non boni, quartum esse indicem asserit. Vndecimus quartidecimi index est: septimusdecimus autem, uigesimi. Itaque ad quadragesimũ usque diem ualentissima de morbis fiunt iudicia. proxime succedunt, qui usque ad uigesimum habentur. Qui post hunc adusque quadragesimum porriguntur, paulatim uehementiam remittunt. Primæ dignitatis sunt, uigesimusseptimus, trigesimusquartus & quadragesimus. Hos sequuntur, uigesimusquartus, trigesimusprimus, trigesimusseptimus. Qui uero dies à uigesimo quartũdecimum usque intercedũt, omnes iudicii sunt expertes. Sicut qui post quadragesimum habentur, omnes prorsus elanguescunt, concoctione potius & abscessu, quàm crisi morbum finientes. Atque alios quidem à quadragesimo die Hippocrates omnino negligere uidetur, sexagesimi uero, octogesimi & centesimi rationem habet. Ab his deinde alios morbos septem mensibus, alios septem annis, alios, ut uerisimile est duabus annorum hebdomalis, alios ternis iudicio solui tradit.

DECRETORIA INDICIA IN morborum principio esse praua. Cap. VII.

Concoctionis signa nunquam sinistre apparent. quippe omnis cõcoctio, naturæ uincentis opus est, eoque semper securitatem pollicetur. Decretoria uero signa interim incommode apparent, propterea quòd crisis ipsa ambigat, nunc bona, nunc mala con

tingat, uti prius in decretoriis diebus est cōprehensum. Neque igitur per initia, neq; in augmento ipsa commode apparent, sed ubi morbus inclinauerit, quo tempore natura ipso ualentior est.

5 QVEMADMODVM FVTVrum iudicium prænoscendum sit.

Cap. VIII.

SI accessiones intendantur, præueniantq; tempus consuetum & multo fiant uehementiores, ac ter-10 tio quoq; die significationem sui præbeant, tū concoctionis signa in urinis, aut deiectionibus, aut sputis cernantur, sine mora plane morbus iudicabitur. Sin accessiones lente moueantur, eadē q; hora inuadant, ac quotidie affligant, lōgiore temporis spatio interposito, mor-15 bi solutionem expectabis. Item iis qui rigore uehementer febricitant, fieri non potest, ut morbus ante soluatur, q̄ ille fuerit lenitus. Nisi enim rigor momentum remittat, haudquaquam morbus ad statum peruenerit, multoq; minus inclinatio ipsius speranda est.

20 QVOMODO INSTANS MORborum iudicium agnoscatur. Cap. IX.

ANte quamlibet iudicationem ægrotus male excruciatur. Atq; si interdiu illa continget, nox superior inquieta est. Si noctu futura est, dies ante-25 cedit tristior. Ac superueniunt symptomata, utpote capitis dolor, quem prius non sensit. præterea collum dolet, præcordia sursum conuelluntur, spirandi quædam difficultas repentina oritur, aliaq; grauia symptomata, quæ superiori tempore non percipiebantur, apparent.
30 Atque his ita obuenientibus si pulsus nō concidant, sed elatius attollantur, uehementioresq; fiant: ad hæc dies decretorius indicetur, isq; potissimum ex illorum ordine, qui probe decernunt, non iudicium modo futurum, uerum salutiferum quoq; expectato. Neq; deterrere in 35 his te debet, si ægrum delirantem, exilientemve conspicias, Etenim & hæ succorum ad superiora tendentium

notæ ſunt:ſicut ediuerſo inferiora petentium, aliæ,puta imi uentris roſio,circa umbilicum tormina, lumborum dolor,uentris murmuratio. Eſt cum alia quoq; indicia ſimilia deprehenduntur. Ad hæc ſi per hæmorrhoidas uacuari laborans conſueuit,etiam huius uacuationis cir cuitus una incidit repetitq́;.Pari modo in menſtruis, ſi mulier eſt quæ laborat,non abſurdum fuerit per talem uacuationem morbi fieri iudicium. Iam ſudores tum ex corporis madore qui præceſſit,ut ueriſimile eſt, & præſertim in die contemplatorio erumpentes, tum ex meatuum recluſione prænoſcendi ſunt. Ac quæ per ſu-perna uacuationes futuræ ſint,ex his maxime intelligas licet. Nam præter ea quæ iam nobis ſunt expoſita, etiã ægrotantis facies intuenda eſt. Itẽ ſi qua partium ipſius palpitet,aut uenæ in temporibus pulſent, aut gena, aut naſus,aut oculus rubicundior appareat, maior ſpes ua-cuationis per ſuperiora futuræ ſubeſt. Quòd ſi etiam ſine uoluntate illachryment,aut ſplendores oculis obdu ci imaginentur,ac naribus ueluti ſcabẽdi ſtudio manus admoueant:tunc quidem non amplius morari,ſed iam adeſſe fluorem ſanguinis uidebis. Vbi enim ſemel ac iterum ſcaberint,erumpit. Roſio uero ſtomachi,& labri inferioris tremor,criſim per uomitiones futuram ſubin de nuntiarunt. Atq; de his abũde eſt. Accedit ipſis,ægro tantis ætas & natura,quæ ſpem noſtrã confirment. præ-terea anni tempus,& præſens conſtitutio. Nam ſi æger adoleſcens eſt,aut alioquin naturæ calidę,aut ſanguinis copioſi compos,multo magis ſperandum eſt. Quòd ſi etiam antea,uel æger,uel ſanus,ut ſupra dictum eſt,ua cuationem ſanguinis expertus fuerit, hoc uel ſolum ad profundendi ſanguinis ſpẽ exhibendam ſatis eſt. Iam uero ſi anni tempus æſtas eſt,aut ſi non æſtas, certe ca-lidus aeris ſtatus,ac ſæpe illo tempore per ſanguinis pro-fluuium criſim ſuſtinuerunt,corpusq́; ſanguine redun-det,quod πληθωρικὸν nominant,& conſuetarum excre-tionum ſit retentio,hæc quoq; ſpem tibi auxerint. Simi-

lis porrò & in reliquis uacuationibus ratio habenda est.
At si horum nihil apparuerit, sed æger in aliquo decre-
toriorum, qui post uigesimum maxime sunt dierum cō
flictatus sit, idq; dum morbus consistit, ac dolores qui-
5 dam in articulos aliquos decumbant, aut secundum au
res, alias ve particulas hæreant, aut dolores quidem mi-
nime, uerum sudores continui ex particula aliqua mem
bratim erumpant, abscessu morbum finiendum expe-
ctabis. Ac in illa potissimum particula abscessus se pro
10 met, quançunque uel sudores, uel dolores, uel tu-
mores exerceant.

QVEMADMODVM OPTI-mum iudicium peractum agnosca-mus. Cap. X.

15 SI uacuatio competens secundum concoctionem
acciderit, & febri æger leuatus, aliisq; accidētibus,
coloratior euaserit pro uacuationis ratione, pul-
sumq; uegetiorem acceperit, ac tum insurgendo, tum
sese erigendo fortior sit redditus, quodq; omnium secu
20 rissimum est, si ad morbum ferendum facilitas subsecu
ta sit, ea sane laudatissima iudicatio habetur. Quod si
horum aliquo deficit, tantum ab optima abest, quātum
id ualeat, quo deficit.

DE PVLSIBVS EX GALENI
25 commentariis. Cap. XI.

PVlsus motus est, quo cor & arteriæ attolluntur,
submittunturq;. Vsus ipsius duplex est. Etenim
eleuatione, Græci διαστολὴν appellant, qua arteria
ueluti explicatur quodāmodo, ac patescit, frigidus aer
30 ingreditur, uitale robur accendens, recreansq;. ex quo
etiam animalis spiritus habet originem. Submissione,
συστολὴ Græcis uocatur, qua arteriæ extrema ad mediū
sui concidunt, conniuentq;, fuliginosa recrementa expel
luntur. Cæterum hæ arteriæ, oblonga sunt uasa, uenarū
35 modo concaua, sed duplici tunica muniuntur, tum præ
dicti motus gratia, tum quòd sanguinem, spiritumq; cō-

tinent. Originem trahunt ex corde, sed per totum corpus membratim distribuũtur. Omnes igitur pulsus modo et sibi inuicem, et cordi respondent. Quamobrem ex una ipsarum, omnium rationem queas colligere, nõ item uniuersarum ex æquo motum percipere. Sed earumque ex carnes corporis partes perreptant, promptius, quę carnosis subsunt, obscurius. Porrò iis quæ ꝑ brachiale excurrunt omissis, nullam aut congruentius, aut usu commodius attigeris. PRIMVM pulsuum genus ex motus tempore sumitur, ut quod eleuatione arteriarum, atque submissione examinetur. Differentiæ ipsius sunt, citatus pulsus, tardus, et mediocris: quoniam omne quod motui est accommodatum, aut celeriter, aut lente, aut mediocriter pro temporis ratione mouetur. Citatus est, qui exiguo tempore multum spatii motu emetitur. Tardus, qui longo tempore, paruum interuallum perficit. Mediocris qui medium quendam motum inter citatum et tardum, peragit. ALTERVM genus submissionis quantitate constat. Nam quodlibet corpus tria sortitur interualla, longum, latum, profundum. Quare etiam arteriæ corpus tribus constare interuallis, necessum est. Verum in naturali animantis habitu mediocriter ipsam undequaq; eleuatam reperies. Contrà, cum animal præter naturam habuerit, nonnũquam in aliqua horum distantia deficit, aliquando excedit. In quo statu meminisse cõuenit, qualis pulsus naturalis fuerit. si latitudine maior inueniatur latum uocabis. si longitudine, longum. si profunditate, altum. Liquet autem cõtrarios quoq; ipsis, et naturali minores, ad eum esse modum appellandos, arctum, breuem & humilem. Qui uero omni distantia æqualiter in statum naturæ contrarium uertuntur, ex iis alius hac ratione imminutus, paruus: alius auctus, magnus nominatur. TERTIVM genus pulsuum, ad uirtutis robur exigitur. Differentiæ ipsius tres sunt, uehemens, languidus et mediocris. Vehemens quidem est, qui tangentis manum ualide percu

tit. Languidus, qui inualide et imbecilliter. Mediocris, horum medio consistit, quem nonnulli naturalem esse putauerunt. Nam ira et exercitiis uehementiorem fieri pulsum asserunt, qui à naturæ habitu recedit, quorũ di-
5 ctis Galenus uenit obuiã, non firmiter inquiens, sed prõpte mutari eum pulsum, qui ex causis non naturalibus uehementior euadit. Pulsus igitur uehementior, qui nõ expedite mutatur, is nimirum naturalis et moderatꝰ fuerit. QVARTVM genus, instrumenti constitutiõe
10 constat: dico autẽ arteriæ corporis statu differentiæ huius quoqꝫ tres sunt. Vel .n. instrumentum durius est, q̃ natura exigit, ac pulsus uocatur durus. Vel mollius, ac nominatur mollis. Vel mediocriter habet, ac moderatus inde nuncupatur. QVINTVM genus, ex q̃titate in
15 fusionis arteriæ pendet. Hæc habet discrimina. Plenus est, uacuus et mediocris: q̃m totum uas, aut plenum est, aut uacuum, aut mediocriter repletum. Plenus itaqꝫ est pulsus, uti Archigenes definit, qui arteriam pleniorem repræsentat, et submissionem succo impeditam. uacuus q
20 undæ modo arteriam excitat, ut digitorum impressiõe loci inanitas considat. Hæc igitur quinqꝫ pulsuum genera, uno arteriæ motu constant. q̃m uero caloris, qui in corde habetur qualitas, ex arteria quodammodo magis euidenter apparet, dignati sunt etiam hoc pulsuum
25 genus. SEXTVM, commemoratis annumerare. Ad reliqua uero genera, tum quæ uno, tum quæ multis pulsibus comprehenduntur, pertinet quod quietis tempore constat, ei quod numero, et quod æqualitate et inæqualitate, insuper quod ordine et inordinatio-
30 ne constituitur. Quod itaque quietis tempus spectat. SEPTIMVM à primo numeratum, diuiditur in frequentem et rarum et moderatum. Nam cum arteria duplici agitetur motu, qui contrariis absoluitur motibus, necesse est ut duplicia interual-
35 la cum ipso incidant. Alterum quod post eleuationem, ante submissionem est: alterum quod secun-

dum submissionem, eleuationem præcedit, quæ etiam plerisq; imperceptibilis esse uidetur, ut inter duos motus quies aliqua media existat. Cui iã longũ qetis tẽpus est, is rarus dicitur: cui breue, creber: cui mediũ moderatus. OCTAVVM genus pulsuũ ad rhythmũ summatim ptinet, est aũt rhythmus qdẽ habitus, aut tpis ad tẽpus proportio. In pulsu auté, iuxta quædam temporamotus, ad quietis tempus, utpote eleuationis & submissionis, ad nonnullam quietem intercedentem. Secundum alia uero tẽpora, ad motus quietisq; tempus, aut motus ad motum, nempe eleuationis ad submissionẽ, aut quietis ad quietem, puta interioris ad exteriorem ꝓportio. Differentiæ numeri seu rhythmi principes sunt duæ, pulsus boni rhythmi, & nullius rhythmi. Porrò uocatur pulsus nullius rhythmi, non qui nullum rhythmũ obtinet, id enim fieri nõ potuit, sed malo rhythmo præditus, quemadmodum nullam habere uocem, nullam ceruicem eum dicimus, qui malam ceruicem malamq; uocem sortitus est. Cæterũ pulsus cui nullus rhythmus adest, triplex differentia existit. Alius siquidem est pararhythmus, mediocrem boni rhythmi peruersionem obtinens. Alius heterorhythmus, id est, alterius rhythmi, q longius à bono recessit. Alius ecrhythmus, qui omnino bonitatem rhythmi corrumpit. Veluti cum puerum significas, peculiaris quidem puerili ætati iuxta rhythmũ pulsus eurhythmus appellatur: qui ad uigentem ætatẽ pertinet, heterorhythmus: qui nihil huius seruat, ecrhythmus dicitur. NONVM pulsuum genus est, qđ in omnibus prædictis inuenitur iuxta æqualitatem & inæqualitatem generatum, quod uel in uno pulsu, uel in pluribus spectatur, systematicum quoque uocant. de quo prius tanquam manifestiore dicendũ erit. Aequalis itaque pulsus est, qui ordine par est siue magnitudine siue robore, aut uelocitate, aut reliquorum aliquo, aut etiam omnibus. Inæqualis, qui ordine impar est. Si enim subsequentes uniuersi pares magnitudine qualicunq; in

ciderint,eiusmodi pulsus ęqualis uocatur. At si primus,
secundus & tertius pares fuerint,quartus autem impar:
talis nimirum ceu in magnitudine inæqualis dicitur. Hu
ius generis sunt,& deficiens & coincidens. Non solum
5 enim in uno,aut etiam pluribus magnis unus minor ap
paret,sed nonnunquam totus quoq; motus omnino
aboletur,& pulsus deficiens appellatur, sicut alter huic
contrarius coincidens,cum expectata quiete in medio
tanquam superuacaneus aliquis pulsus inciderit. Sin aūt
10 secundus primo paulo minor factus sit,tertius secundo
& quartus tertio paritate,idq́; deinceps longius , illius-
modi pulsus myurizontas & myuros nuncupant , no-
men à figuris,quæ in mucronem desinunt transferētes.
15 Qui quidem perpetuo ex ipsis imminuuntur ac nunq̄
decrescere cessant,in absolutam motus defectionem fi-
niunt,ac uocamus ipsos myuros deficientes. Qui uero
cessant,duplici continentur differentia. Nonnulli siqui-
dem ipsorum in qua primum desierant paruitate, hanc
20 perpetuo conseruant. Quidam uero augescunt rursus,
uel in parem priori magnitudinem redeuntes uel ad mi
norem,uel ad maiorem,ii myuri recurrentes dicuntur.
Iam uero & in unius pulsus inæqualitate myuri pulsus
fiunt,de quibus illis paulo post tractabitur. Huiusmodi
25 sanè quædam est pulsuum inæqualitas,quæ sistematica
appellatur,atque uno in pulsu deprehenditur,uel in una
arteriæ particula,uel in diuersis accidit . quemadmodū
in motu,exempli gratia,in una quidem particula arte-
riæ inæqualitas dicitur,cum aliter inceperit,ac aliter de-
sierit moueri circa unum digitum arteria, incipiens qui-
30 dem citatior,desinens autem tardior,uel econtrario. At-
que hoc triplici modo accidit,uel motus continue ma
net,uel intercidit,uel repetit,& ueluti bis percutit. Si igi-
tur manens continuus & non intercisus , à celeritate ad
tarditatem transierit,aut econtrario,impar citatus Græ-
35 ce ἀνισοταχὺς eiusmodi pulsus,& est & dicitur. Quòd si
quiete intercisus cætera uelocior appareat , caprisans

appellatur, ex capra animante sumpta translatione, quæ saliendo sublimis in aere consistit, et secundum quendã motum inopinatum priore citatiorem molitur. Porrò si ab eleuatione recurrerit & ante submissionem absolutam, secundo manum ferierit, dicrotus huiusmodi pulsus appellatur. simile quippiam in incudibus fieri cernas licet, quippe mallei simulatq; semel per manum in ipsas illati percusserint, reuibrantes incudum renixu & secundum rursus, uel etiam tertium feriunt. Atqui non solum in motus tempore inęqualitas quæ uno ictu in eadẽq; arteriæ particula accidit, potest fieri, uerum & illa quæ uirtutis robore constat: non aũt ea, quæ distantiarum q̃titate comprehenditur. Nullo.n.modo idem pulsus eadem in particula magnus, & paruus queat effici, neq; in alio genere, sed in diuersis particulis. porrò in uariis arterię particulis unoq; ipulsu duplex fit inæqualitas. nũc quidem cum motus manet continuus, & arteria iuxta quosdam digitos citius mouetur, iuxta quosdam uero tardius. nunc autem cum motus quoq; interciditur, ut nonnulli quidem digiti motum apprehendant, nonnulli uero non. Ac iuxta eleuationis quantitatẽ in pluribus quidem particulis inæqualitas manifesta est. Ex quo genere sunt myuri uno in ictu inclinantes, quos Græci uocant ἐπινενευκότας, & περινενευκότας. Si nanq; in digitis interioribus manus subincidit pulsus, curuatus inde iuxta rationem minuatur, ut exterius ad ægrotantis pollicem minima arteriæ pars appareat, myurus uocatur ad muris caudæ similitudinem, uel meiurus quòd caudæ modo imminuatur. At si iuxta medios digitos magnus incidens, curuatusq; utrobiq; minuatur, minor apparens, hunc Archigenes νενευκότα quasi dicas Latine inclinantẽ, & περινενευκότα appellauit, manifesto significare uolens eleuationis breuitatem cum extremorum utrorunq; ueluti inclinatione. Non enim ut abscissis protinus utrinq; partibus, sed ueluti inflexis in arctum contractus est, cum sit myurus magnitudine utrisq; in partibus. Ac

cum iuxta magnitudinem inæqualitatem partim matu-
rius partim tardius assumpserit, tũ fluctuantes, tum uer-
miculãtes pulsus oriuntur. quod si eam quæ in situ est recepe
rint cõuulsorii & turbulenti, ut uocãt, cõstituuntur. exor
5 diendũ igitur est à fluctuosis, in quibus nõ simul apparet
in tali inæqualitate arteria oĩs eleuari, sed pars illius alia
primum, mox alia, dein alia, postremo quarta, ut motus
cõtinuus maneat in modũ undarum sese eleuantiũ. ac non
nulli undã in rectũ tendentem obtinent quidã in obliquũ
10 inclinarũt, & alii in breui lõgitudinis distãria, altitudinẽ
magnã habẽt, alii cõtrà, alii latitudinẽ, alii angustiã. Si-
militer ẽt celeritate & robore inæquales sunt. Fluctuo
sus totus in paruitatẽ cessans, uermiculãs appellatur uer-
mis gressui assimilatus. Quẽadmodũ uero fluctuosũ
15 pulsum minorẽ factũ uermiculãs excipit, ita uermiculan
tẽ formicãs, ubi motibus multis abolitis in unũ eundẽque;
perquã exiguũ desierit. Vocatus hic quoque est à formicæ
aiantis similitudine, tũ ob paruitatẽ, tũ ob motus speciẽ.
Est. n. formicãs admodũ exiguus, ut quo minor alius nõ
20 extet. Pari modo lãguidissimus oĩum, creberrimus, nedũ
citatus, ut Archigenes existimauit. Huic cofinis est He-
cticus. quemadmodum enim febris, sic ẽt pulsus Hecti-
cus est, qui nullam magnam mutationem subit, sed per-
petuo consimilis manet, trahitque; ut ab initio incepit, &
25 nunquam soluitur, toto habitu in morbum conuerso.
Porrò conuulsorii pulsus utrinque ab extremis retrahere
tendere, & conuellere uidentur, ceu chordæ cuius-
dam tensæ sensum præbeant: at in turbulentis nihil
tale reperitur. Sed maior in his eleuatio est, ut arte-
30 riæ particulæ quædam sursum ferantur, uno eo-
demque tempore, ac motum ipsarum spiculis rectis-
sime assimilaueris: quę ualidius emissa celeriter fe-
runtur conquassanda. Serratus pulsus est, cum alia
pars arteriæ elata, alia minus, ob duritiem nimi-
35 rum ipsius esse uidetur. Cæterum pulsus hic etiam
turbulenti quippiam possidet, ac citatus quidem est,

creberq́;,nō semper aũt magnus. Decimum genus pul
suum ex inæqualitate profectum commemoratis succe
dit,quod ordine,& inordinatione complectimur. Nam
ordinatus & inordinatus inæquali in parem : iuxta cir-
cuitus rationem,& in imparē prorsus diuiso ex utraq;
sectione originem trahunt. Ex circuituum paritate ordi
natus,ex absoluta uero imparitate inordinatus. Siquidē
pulsus æqualis ex toto est etiam ordinatus,quia ordine
parem ipsum dicebamus:inæqualis autem non omni-
no inordinatus est. Si nanq; paritatem corrumpat,circui
tum uero seruet aliquem , ut in eleuationis quantitate,
uerbi gratia,si duo magni,& unus paruus sit: deīde rur
sus duo parui,et unus magnus,atq; sic deinceps, uoca-
bitur inæqualis quidem,sed ordinatus. At si ad hoc pa-
ritatem corrumpat,neque ordinem quempiam inæqua
litatis conseruet,præter inæqualitatem , & inordinatus
talis est:similiter in aliis quoque generibus horum se ha
bet. Inordinatorum quidem,alii sunt ex toto inordina-
ti,ne uel exiguum quendam circuitum cōseruantes,alii
uero secundum circuitus ordinati,quatenus enim con-
tinuam ordinationem non habent,inordinati uocabun-
tur:quatenus autem diu circuitum quendam tuentur,
secundum circuitus ordinati sunt. Exempli gratia,si con
tingat duos magnos fieri,duos item paruos,deīde tres
magnos,& tres exiguos:quatuor magnos,& pares exi
guos,& econtrario tanquā reflectentes duos magnos,
& duos exiguos:tres magnos,& totidem exiguos : &
deinceps similiter. scire uero conuenit,inter alios quidē
contrarios singulos,quendam esse medium . Aequalis
autem & inæqualis medium nullum : neque ordinati,
neque inordinati:nisi uoles secundum circuitus ordina-
tum medium dicere ordinati & inordinati. Cæterum
aliorum omnium medii secundum naturam sunt,præ-
terquam uehementis & languidi,ut à nobis ostensum
est. Inter hos autem æqualis solus secundum naturam
est,reliqui præter naturam,inæqualis ordinatus et inor-
dinatus.

dinatus. Hæc pulsuũ genera uniuersa sunt,& generales ipsorũ differẽtiæ. Nõnulli uero his ẽt alia duo annumerarunt. Primum à situ arteriæ sumitur, quatenus sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum deducta esse uideatur. Alterum quo maturius, aut tardius: ex quorum numero fluctuosos turbulentosq́; pulsus esse diximus, ac nos compendii gratia simplices solum differentias prodidimus. ex dictis autem si coniungamus has, facile erit etiam compositas inuenire. Porrò opportunum erit deinceps, causas quoque pulsibus conuenientes exponere, quas comitatur etiam præsagium ab ipsis desumptum, ac initium à magnitudine capiemus, quoniã hæc aliis est manifestior. Magnus igitur pulsus redditur, uel propter usum urgentem, qui calor est in corde exuperans, externæ appetens refrigerationis, & ueluti euentilationis, aut propter corporis subtilitatem, ut posterius ostendetur. Porrò augescit calor, aut ex causis naturalibus, utpote ætate florida, aut puerili, aut simpliciter calida, anni tempore, regione & temperamento calidiore. Aut causis non naturalibus, ueluti aere qui nos ambit calidiore, balneis calidis, exercitiis, cibis, uino, medicamentis calfacientibus. Aut causis naturæ contrariis, puta intemperie calida, aut humorum putredine, aut ira, aut similibus. Discernes uniuscuiusq́; pulsum hoc discrimine, quòd causæ naturales magnitudinem ipsius faciunt stabilem, & quæ difficulter mutari queat. Reliquæ uero, ex facili mutabilem, ut etiam manu adhuc admota frequenter aut certe paulopost subsidat. Iam uero pulsibus, qui sane ob balineas calentes magni sunt, mollities quoque accedit, quemadmodum iis, qui ob calidam & præsertim cum siccitate intemperiem magni existunt, durities. Exercitatis uero mediocriter, aut perfricatis, nec duri, nec molles sunt, medio statu præditi. Pectoris autem regio, multo calidior est, quod iam & iratis accidit. Ex cibo autem magnis, aut uini usu, aut ira, præter magnitudinem etiam uehementia inest. Qui uero oc-

cultare iram student, aut aliud qd prçter medici pmissio
nē factū, uerbi gratia, medicamen calidū sumptū, eundē
medicū simul atq; manū attingat, interrogātē celare uo
lentes, iis præter magnitudinē manifesta quoq; obori-
tur inæqualitas. Ad hæc ægrotātis mores & cōsuetudo
nō mediocriter ad pulsus dignotionē faciunt. Consuetu
do qdē, si medicaminū appetens sit. mores, si opinionis
eximendæ peritus & callidus sit. Ex humorū putredine
magnus, ad magnitudinē adhuc submissionem magis
citatā habet. Verū ad magnū pulsum efficiēdū, nō solū
usus abunde est, sed ēt uirtutis ministeriū desideratur, in-
strumentiq; cōmoderatio inter siccitatem & mollitiem.
aucto igitur cordis calore pp quālibet causam ex cōme
moratis, primum qdē magnus pulsus efficitur: ubi uero
magnitudo usui non suffecerit, statim ēt celeritas ipsi ac-
cedit. At si ne sic qdem satis fuerit, mox frequentiā assu-
mit, parui aūt, tardi & rari pulsus, Itidem à cōtrariis fiunt.
Sed quādocunq; à magno citato & crebro ad contra-
rios fit mutatio, usu nimirū postulante, nō amplius id qđ
in pulsu primum est, id ēt primū cessat, uerum quod po
stea acquisiuit, id primū abiicit, statim quidem rarus eua-
dens, deinde tardus, postea quoq; exiguus. Sin aūt tardi
tas paruitasq; accreuerit, rursus raritas in crebritudinem
transmutatur, ut p eam utcunq; usui fiat abunde. Hæ igi
tur magnitudinis, celeritatis, frequentiæ, & contrariorum
ipsis pulsuum causæ habentur. At iungetur ipsis ea quo
que pulsus conuersio, quæ una solum distantia constat.
Itaq; latitudo sola augetur, dum humiditas potissimū,
uel secundum naturam, uel etiam ab exterioribus cau-
sis redundat, quemadmodum altitudo dum uirtus ob
instrumenti mollitiem simul augescit, longitudo à sicci-
tate, & carnium circumpositarum emaciatu palam inno
tescit, reliquis distantiis collapsis. Non enim arteria lon-
gior, q̄ postulat natura, fieri potest, ac proprie magis pul
sum huiusmodi gracilem appellaueris, quemadmodū
ipsi contrarium secundum latitudinem solam, & profun

ditatem adauctum, amplum. Contrariis autem horum affectibus pulsus nonnunquam incidit, & in aliqua, aut aliquibus distantiis prohibetur humilis, aut arctus aut breuis, cum talis non sit, sed ob pinguedinis cuiusdam
5 aut carnium, aut membranarum oppositarum crassitiē apparens. interim etiam totus paruus uidetur, cum re-uera paruus non sit, & obscurus & languidus similiter. Quid opus est uerbis? saepe absoluta pulsus defectio quibusdam esse putatur in omnibus arteriis, cum uere
10 non sit, & maxime iis qui negligentius ipsum tangunt, uerum motus ob carnium copiam delitescat, reuera languidus. non enim extrema pulsus defectio homini potest accidere, quoad uita fruatur. quemadmodum igitur econtrario in locis ex carnibus, etiam parui pul-
15 sus, magni esse uidentur, corpore scilicet uehementer emaciato, arteria spinam perreptans, saepe tangentibus abdomen, motum repraesentat, ac nonnulli etiam ex his, quae prius in artubus non erant conspicue. Quamob-rem omnibus causis diligenter attendendum censeo,
20 ne dignotio ipsorum nos lateat. Pulsus autem uehe-mens uirtutis robore efficitur, si nulla ex causis reliquis renitatur, utpote usus dissolutus, aut instrumenti duri-ties. Languidus autem pulsus, imbecillae uirtutis & solius soboles est, aliud licet nullum adfuerit. Siqui-
25 dem uehemens omnibus causis ad sui generationem indiget, languidum etiam sola imbecillitas efficit. Qui igitur per initia uehemens est, aetates, anni tempora, regiones, & temperamenta moderata co-mitatur, languidus immoderata. Porrò qui à languo-
30 re in uehementiam incidit, uirtute uindicata ab imbecil-litate prius occupante efficitur. Vindicatur uero, aut ex his quae in ipso corpore continentur, ueluti humorum concoctione, uel excretione, uel ira: aut ab exteriori-bus, nempe uino, cibo, exercitiis, ac aliis quae intempe-
35 riem adiuuant. Vires dissoluunt, inedia, uigiliae, uacuatio-nes immodicae, tristitia, curae & dolores, maxime

animæ defectionem inferentes,ac id genus quæ intem-
periem faciunt. Quidam uero ex rudibus ac inexerci-
tatis,durum pulsum uehemẽtem esse putauerunt,quod
discrimen exercitatum,tum ratione,tum tactu , nunquã
latuerit. Nam uehemens magna ex parte cum magnitu
dine in sublimitatem attollitur,tactum ualide percutiẽs:
durus magnitudinem non recipit propter arteriæ con-
tumaciam.fit igitur durus,ob instrumenti duritiem,quã
refrigeratio immodica,aut siccitas,aut tensio ab inflam
matione profecta,aut conuulsio generat. Statim uero
duritiem etiam paruitas,& celeritas nõnunquam, & fre
quẽtia magnitudinis loco propter usum sequitur. Mol
lis pulsus,arteriæ humiditatis comes est, quam humidi
rem reddunt ex iis quæ secundum naturam sunt,hume
ctiores,cibi,balnea frequentia,somnus multus,uictus ,ra
tio & copiosior & delectabilis.ex his quæ præter natu
ram sunt,sopores,lethargi,aquæ subter cutem , & reli-
qua pituitæ uitia. Plenus pulsus,aut humorum copiam
aut ciborum,aut uini potionis abundãtiam indicat,quẽ
admodum uacuus contraria,aut enim inediam,aut ua-
cuationem. Vbi calidius arteriæ corpus occurrit, multã
in corde caliditatem,reliquo corpore refrigescente,aut
conuulsoriam quampiam arteriarum uiolento motu in
calescentium,dispositionem fatetur. Archigenes uero
tradit arteriæ locum proprie in catochis calidiorẽ de-
prehendi,quemadmodum in iis,qui grauem animi in
somnũ delationẽ patiuntur. At rhythmus,de quo dispu
tatũ est,si par sit motu & quiete,ꝓbã totius corporis tẽ
periẽ præ se fert,quantũ ad se ꝑtinet,uel nõ magnam à
bona declinationem,sicut in ætate puerili , & corpori-
bus alioquin tẽperatis. Ac si lõgius quietis tẽpus fuerit
eo quo motus peragitur,calorẽ præpollere notat,quẽ-
admodũ in ætate florentibus,& his proximis, ueluti in
corporibus sensilibus æquabiliter frigidis , diuturnius
motionis tẽpus est q̃ quietis. Notare aũt oportet rhy-
thmi inæqualitatẽ mensurã esse motus ꝗ celeritate &

frequentia cõsistit hanc aũt ueluti materiæ rationem & rhythmũ obtinere. Iam uero deficientes, coincidẽtesq́; pulsus fiunt, uiribus oppressis, & ueluti aggrauatis, sed coincidẽtes minorẽ offensam, deficientes maiorẽ signi-
5 ficant, ac in uniuersum uirtus oppressa grauataq́; pulsus mutat ad inæqualitatem inordinationemq́; tum aliam quãlibet, tũ eam q̃ uehementia & magnitudine constat. Ac ex myuris pulsibus genere duplicibus demonstratis (uel enim in systematica, ut uocant, inæqualitate, uel in
10 ea quæ uno fit ictu, deprehenduntur) deficientes quidẽ extremã uirtutis internicionẽ notant, repetentes aũt recurrentesq́;, & ipsi quidẽ imbecillẽ, sed repugnantẽ adhuc resistentemq́;, & renuentẽ indicant. in uno aũt ictu myuri & inclinantes, quos ἐπινενευκότας uel παρινενευκότας
15 appellamus, maxime iis fiunt, qui paulatim cõtabuerunt, ite inflammationibus nõ solutis, præterea plurimis quomodocunq; tabescentibus, dum partes q̃ circa arterias habentur, emarcescunt. Porrò inæqualiter citati & caprisantes, febriles potissimum calores comitantur: ue-
20 rũ si pulsus eleuationis principia dissoluens, extremum ipsius acceleret, & submissionis initiũ, putredinem exuperantẽ notat, natura fuliginosis recrementis excernendis incũbente. Sin aũt econtrario submissionis initium dissoluerit, ad eleuationem uero magis instet, calorem
25 præpollere scias, q refrigerationẽ desideret. Comitatur hæc in febri ẽt crebritudo plurima ex parte, interdũ magnitudo quoq;, nisi uirtutẽ instrumenti duritia impediat. Cum aũt hæc in arteria intenditur, & uirtus nõ sit inualida, pulsus fit q à bis feriendo dicrotus appellatur. Por-
30 rò fluctuosus humidiores potissimũ affectus seqtur, atque his magis aquæ subter cutem genus, qđ Anasarca uocant, itẽ lethargos, & peripneumoniam. At cũ uirtus dissolui inceperit, sed paululũ adhuc resistat, fluctuosus in uermiculantẽ decidit: ubi extreme collapsa fuerit, ẽt
35 hunc formicans excipit. Hecticus aũt ꝓprie contabescẽtes & alioqui emarcescentes sequitur. Conuulsorius fit,

quum neruorum origo inflammata quadam affectio-
ne conflictatur, sicut in phreniticis, & acuta epilepsia cor
reptis, quando etiam moriuntur adhuc calētes: qui hoc
uitio sunt occupati, contrario his modo quos syncope
inuadit. illi nanque uehementer etiā frigidi, adhuc uiuunt. 5
Turbulentus autem pulsus efficitur, cum usus magnam
eleuationem requirit, ac uitale robur eam potest creare
solum uero arteriæ corpus præ duritie, in magnam at-
tolli diastolen, ut in magnis inflammationibus, obstru-
ctionibusque diuturnis, impotens refragatur. Pulsus serra 10
tus in totum index est inflammationis, & præsertim par
tium quarundam neruosarum: quinetiam pleuritidi pe-
culiaris est: remittens quidem, mollis & ex facili conco
quendæ: intensus autem difficilis, & concoctu peruica-
cis: quæ cum imbecilla quidem uirtute, subito in peri- 15
culum præcipitat: cum ualida, longo tempore conco-
quetur. Vel enim in uomicam transiit subinde, uel mar-
cida tabes ipsam excepit. Iam uero sciēdum uenit, inor
dinationem comitari inæqualitates. raro siquidem inue
nire est inæqualem pulsum, ordinatum. Minores offen- 20
sæ, inæquales pulsus & ordinatos: maiores, inęquales et
inordinatos procreant. Hæ igitur simplices pulsuum
causæ sunt & præsagia. Ex his etiam compositas, ut in
sermone de differentiis ipsorum dicebamus, haud ne-
gotiosum est inuenire. 25

DE DEIECTIONIBVS. Cap. XII.

ALuus optima est, mollis, cohærens & eodem
tempore quo in secūda ualetudine assueuit, red
dita. Talis nimirum est, quæ in rufum elangue- 30
scit, simul & conuenienter spissa, non nimis fœtida: quę
talis non est, mala censetur. Quæ igitur colore similis
cibo ingesto cernitur tenuis, nō liquida, & celeriter de-
scendens, cruda est. Rufa & intēperata initio qdē bilio-
siorē morbū indicabit: sin aūt in declinatione talis excer 35
natur, corpus probe expurgari denuntiat. uiridis ærugi-

nosæ bilis nota est. nigra, uel atræ bilis, uel sanguinis cu iusdã indidem adusti. liuida, refrigescere quodãmodo, & emori penitus interiora significat. oleosa, pinguisq;, corporis pinguitudinem cõsumi innuit: quẽadmodum 5 eadẽ uiscosa, pingui cũ sit deterior, animantis particularũ tabẽ præ se fert. Nimis fœtida haud exiguam fatetur putrefactionẽ. Porrò in omnibus hisce, si aluus cibo assumpto qualitate nõ respondeat, eodẽ modo iam dispositio quoq; considerabitur. Omniũ deterrima & pe- 10 stifera, erit nigra, liuida, oleosa, celeriter transiens.

DE VRINARVM NOTIS. Cap. XIII.

QVemadmodum in deiectionibus, ita in urinis quoq; regula, quæ sanos arguit, usi, ægrorũ no- 15 tas exequemur. Vrina igitur præstantissima est, quæ sanis simillima. Talis nimirum est subrufa simul & subflaua statim uero hæc & crassitiem moderatam habet. At cum triplex turbidarum urinarum sit differẽtia, (uel enim redditæ tales, paulo post subsidunt, uel consi- 20 miles perpetuo manent: uel puræ excernuntur, deinde uero turbantur) uitiosa quidem existit tertia ordine dicta, proba uero benignaq;, prima: medio utriusq; consistit secunda, summe cruda est, adamussim diluta, ueluti desperatæ concoctionis uenosi generis accidens. Quã- 25 do autem celeriter descenderit diabtees, ut Græci appellant, efficitur. Verum hæc inter urinas crudas deterrima est, succedit ipsis, tenuis admodum & aquæ modo exalbida, His uicina est alia urina, quæ multis in morbis apparet: ut uideatur mixtam habere speciem uini 30 tenuis & albi. Suppallida uero hanc sequitur: quæ pallida quidem modo erit, & subrufa, concoquitur autẽ iã quantum ad colorem ipsius attinet. Tantum uero crassitie ipsam à diluta recessisse oportet, si probe concoqui debeat, quantum etiam colore. Quo secundum natu- 35 ram adamussim seruato, si subsidens albũ, leue, æquale, & copiosum reddit, exactæ nimirum cõcoctionis nota

fuerit: plus aũt crudi humoris expurgari signat. Non tamen si crassa modice fuerit, habeatq́; subsidẽs aliquod exiguum, non cõcocta iam ex toto erit. Si enim subsidẽtia parti farinæ crassiori, aut laminis similia, aut furfuri, aut nigra, aut liuida, aut uiridia, aut fœdi odoris habeat, præter q̃ quæuis huiusmodi in cruditate est, ẽt mortis periculum ostendit. Porrò boni coloris urina, quæq́; simul uel subsidentia alba, leuia, & æqualia repræsentet, uel nebulas quasdam similes, uel suspensa, oĩum urinarũ est laudatissima. & præcipue, si quod in eis desidet, tale extiterit. Deinde cõmendatur cuius suspensa huiusmodi cernuntur. Tertium bonitatis locum habet, cuius nebulæ tales apparent. Ac, ut uno uerbo expediam, quæ urinis probe innatant, quanto inferius subsiderunt, tanto magis laudantur.

DE SPVTI NOTIS. Cap. XIIII.

SPutum subflauum, subrufum, leniter spumans, & tenue, solam cruditatem, malum uero nullũ insignius denuntiat. At syncere flauum, rufum, spumosum, uiride, glutinosum, rotundum, atque his adhuc magis nigrum, prauum est. Etenim præter sanguinem, alterius humoris cuiuscunq; intemperati prauã ostendit dispositionem, caloris inflammati sobolem. Cruenta igitur sputa mediocria sunt, flauæ aut nigræ bilis, difficilia. Cæterum quomodo ipsa edantur, inspicere simul expedit. Nam si prompte excreentur, liquido constat talia q̃dem esse salubria, contraria uero periculum testari. absolutam itaque concoctionem fatetur sputum leue, album, æquale: consistentia neque liquidum neque crassum. Summæ uero cruditatis nota est, si nequicquã expuitur. At si non atrum, sed tenue sputum fuerit, languidæ concoctionis argumentum est. Sin autem syncere rufum prodierit, aut flauum, nihil boni pollicetur. Si liuidum, aut eruginosum, aut atrum, summam perniciem portendit.

DE FEBRIBVS DIARIIS DIgnoſcendis curandisq́;. Cap. XV

Diarias febres,urinarum in primo die concoctio
caloriſq́; ſuauitas ceu propriæ ipſarum & inſe-
5 parabiles notæ teſtantur. Verum à prima febri-
um ſolutione,certiorem habiturus es earum cognitio-
nem. Quippe arteriarum in hac motus ei qui in ſecun-
da ualetudine fuit,ex toto reſpondet, cum nulla ex aliis
febribus in naturalem ſtatum reuertatur.iam uero ꝙ fa
10 cile morbum fert æger,maximum & id indicium eſt.
Opportuni ſunt,id genus febribus, in quorum corpore
quod tranſpirat,halituoſum non eſt,ſed mordax & acre
fumo fuliginive non abſimile. Hi autem ſunt calidi & ſic
ci temperamento:breuiter bilioſi,quos πικροχολοὺς Græ
15 ci uocant,qui igitur ob laſſitudinem febricitarunt, pin-
guiter ſimul ac molliter fricandi ſunt, in balneumq́; du-
cendi. Quibus ſiccitas febrem intulit, fricandi hi quidē
minus,ſed lauandi ſunt liberalius. Quos curæ,mœro-
res,uigiliæ & ira exercuerunt:lauare quidem non ſubin-
20 de oportet,uerum oleo copioſiore tepido, cui minima
aſtringens uis inſit,tum paululum fricare,tum ex conſue
tudine lauare conuenit. Ab inſolatu uſti,protinus ab ini
tio refrigerationem deſiderant,tum crebriorem lauatio
nem:minime uero aut oleum largum, aut crebram fric-
25 tionem. Sint autem quæ refrigerent & roſaceum & om
phacinum,quod nihil in ſe ſalis habeat:eadem uero ſin
cipiti uehementer ſuperfundere oportet:& ubi febris in
clinauerit,in balneum æger ducendus eſt. Siquis ex fri-
goris iniuria febrem concipit,etiam is in remiſſione la-
30 uandus eſt. At ſi cum grauedine & deſtillatione febriat,
priuſquam hæ concoquantur,lauationi non committe-
tur. Porrò qui æſtus iniuriis patuerunt,ii, uel cum hæc
adſunt,commode lauantur. Poſt lauacrum uero caput
perfundendum eſt:eorum quidem qui ex uſtione febri
35 citarunt,refrigerantibus:qui autem ex frigore,calefacien
tibus mediocriter, cuiuſmodi irinum eſt, & nardinum

unguentum. Verum in quibus meatuum constipatio febrem excitat, his conuenit ex aqua dulci, & temperata lauatio, tum frictio, quæ rarefaciat, & exercitationes modicæ, uictusq; dulcibus procreandis succis idoneus. At cui propter inediam febris contracta fuerit, ei opus est statim, ubi prima accessio remiserit, in balneum perduci, & tepente oleo largissime perfundi, tum molli manu perfricari, lente in calidi solii aqua immorari. Simulatq; exierit, ac sese recollegerit, denuo balneum ingredi, postea aquam calidam potare, mox ptisanæ cremorē, deinde lactucam assumere, & aliquid piscium eorum qui molli sunt carne, ex albo iure. Omnium uero communis esto uictus species, quæ & boni sit succi, & concoctu facilis, & quæ nusquam exiguis cutis meatibus inhæreat. Vinum propinetur & aspectu, & uiribus aquosum. Oportet autem in primo febrium insultu nonnunquam primæ accessionis horum aliqua mutare, in quibus corporis intemperies ad calidius, sicciusq; transiens, febres accendit. Qui ex inguinum inflammatione febrim conceperunt, ne medicum quidem interrogant quid sit faciundum, sed ulceri, quod in inguinibus excitatum est, prospicientes, lauant, ubi accessio declinauerit. Cæterū à uino ipsi sunt arcendi, priusquam inflammationes inguinum fuerint solutæ, & tenuiore uictu enutriendi.

DE PVTRIDARVM FEBRIum agnitione. Cap. XVI.

Putridæ febres dignoscūtur his notis: nulla ipsas exterior causa præcedit: neq; a rigore incipiunt, neq; æstu, neq; frigore uehemēti: quod & ipsum est peculiare febrium putridarum indicium, sicut & pulsuum depressio. Nominant sic, cum incipiente accessione perexiguos quidem ipsos & inæquales obtinent: ut qui singulariter illiusmodi febribus sint peculiares. iam & caloris qualitas maxima putridarum febrium nota est, qui fuliginosus adeo existit, ut manum erodat. Simi-

liter ad ipsas proprie spectat etiam urinarum cruditas, & obscura concoctio. Magnum uero & notabile concoctionis indicium, in primis urinis nunquam eiusmodi febres repræsentant.

5

CVRATIO FEBRIVM PVtridarum. Cap. XVII.

SI uires sint ualidæ ei qui ex putredine febricitat, sanguinem dimittes protinus, modo cruditas uentriculum non infestat. At si uires imbecillæ, aut ætas
10 prohibeat, sanguinem non detrahes, a cuius uacuatione putrida per urinas, aluum & sudores expurgare conuenit. Sin autem sponte sua nonnunquam impetum ad os uentriculi capessant, etiam per uomitum: alioqui non oportet ea præter naturam irritare: uerum de igi materiæ
15 debent, quæ sine calefaciendo siccandoq; ualenter, prædictas uacuatiões moliri possunt, ueluti ptisanæ cremor, aqua mulsa, oxymeli, & apomeli, apiiq; radix in aqua potabili incocta. Cum aluus nihil deiicit, ex aqua mulsa cum oleo clystere ducenda est. uerum totum corpus ra
20 refacere prius nõ expedit, q̃ uacuatum fuerit: ubi uacuaueris, rarefacias utique licet, oleo tepide calido, quale est, quod ex chamæmelo conficitur. in hoc tempore uinum aquosum potui datum, uniuersas ꝓmouet uacuationes: eiusdem facultatis est temperatum dulcis aquæ
25 lauacrum. Quòd si uero febris magnitudo obstiterit, neque uino utendum, neque lauacro, neque unctionibus rarefaciendi uirtute præditis, sed aqua frigida his in febribus commode bibitur, nisi quid & hanc prohibeat. Ergo si quidem & uires robustæ o-
30 mnes fuerint, & febris ardentissima, & concoctionis signa plane euidentia, frigidam cum fiducia exhibebis. Præterea si bona corporis habitudine sit æger, tum status cœli calidus ac siccus, etiam si in frigidam natationem hunc dimittas, haudquaquam læ-
35 detur: sin autem mediocris existat febris, & uires † inualidæ, sed cum notis concoctionis, iis qui ita se

† Græcũ habet ualidæ. instauratũ ex Galeno.

habent balneum prodest,& uini potio. Tũ uero ex un-ctionibus eæ quæ rarefaciunt.

DE TERTIANARVM AGNI-tione. Cap. XVIII.

Tertiana febris cum sit flauæ bilis commotæ so-boles,protinus ab initio rigorem, hoc est totius corporis concussionem haud exiguã infert.hoc discrimine à quartanæ rigore uariat, quòd pungere ui-deatur & cutem conuulnerare.In quartanis autem, ac-cessionis insultus uehementem perfrictionem habet. Quotidianas nequaquam rigor pręcedit:sed membra solum perfrigescunt. Cęterum tertiana etiam exactum pulsuum ordinem obtinet. siti uero uehementi in statu affligit,& hominem perurit,ac paulopost consistit, ca-lorq; æquabiliter per omnes corporis partes diffundi-tur,nihiloq; magis pectus q̃ extrema calent. Et si manũ iniicis,primo quidem contactu, calor copiosus & acris occurrit ueluti cum uapore quodam erumpẽs, sed pau lo post à manu remanente uincitur. Vbi potione æger fuerit recreatus, statim copia uaporis calidi per cutem emergit,sudorum nuntia.Bilis uomitio superuenit, aut aluus soluitur,perq; urinam biliosa redduntur.Præterea ad integritatem tertiana desinit,ubi accessionis tempus, horarum non plurium duodecim expedierit. Febrem igitur quæ intra duodecim horas terminatur, exactam tertianam nominamus: quæ uero diuturniorem acces-sionem habuerit,illam simplici uocabulo tertianam nũ cupamus.quæcunque autem longissime productã ac-cessionem seruauerit,exiguum uero interuallum, hanc rursus extensam tertianam dicimus.

CVRATIO TERTIANÆ. Ca.XIX.

Exquisitam tertianam, ut quã flaua bilis procreet, humectare oportet ac refrigere. & sane quod in uentriculum confluit,uomitionibus,quod ad infe-riora uergit,alui deiectionibus elicere. Item per urinas & sudores uacuare idipsum conuenit. Aluus itaque

mollibus clysteriis euocatur: urina potionibus, in qbus apium & anhetum maduerunt. simulatq; coctiõis signa deprehenderis, magna iam confidentia etiam absinthiũ dederis. Balnea uero *ex aqua calida potulenta conue-
5 niunt: quibus neque nitrum, neque sal, neque sinapi adiici, sed oleo quammaxime calido infuso ægrum oportet in aquam descẽdere. At qui balneis admodum gaudent, eos etiam si bis die laueris, haud peccabis. Vbi uero concoctionis notas perceperis, tunc, uel si sæpius la-
10 ueris, nihil offendes. Porrò uinum priusquam morbus concoquatur, ex toto circuncidendum est. simulatque concoqui inceperit, tenue, aquosum, modicum, primo die exhibendum. Cibi humectantes refrigerantesq; utiliter assumuntur. A melle abstinendum, sinapi, salsis & a-
15 cribus omnibus, uinis autem admodum uetustis, & natura calidis. Cæterum nihil miri est, si in hominibus primum exercitis, inediamq; expertis, nunc autem ordine conuerso otiosis ciboq; usis pleniore, bilis maxima ex
20 parte mixta pituitæ reperiatur. Cuius rei gratia complures tertianæ, aut citra totius corporis concussionem fiunt: aut perexigua ipsis oboritur, unde etiam animaduersionem propriam desiderant. Neque enim balneum, neque cibus aliquis liberalior tertianis spuriis ante conco-
25 ctionem conuenit: quoniam ne panis quidem micæ, oua, & consimilia.

*Oribasius. Balneũ in aqua dulci & fluuiali calida.

CVRATIO TERTIANÆ notæ. Cap. XX.

Lauare in tertianis spuriis per initia salubre non est, sed quando iam concoctionis notæ apparent: ne-
30 que cibum quotidie exhibere, sed alternis diebus abunde est. Quies autem, & præcordiorum fotus ipsis conducit, tum sorbitiones concoctu faciles, & clysteres aluo inditi non admodum molles. Atque si sanguinem detrahere opus est, neque hoc omittere oportet. Tota
35 uero uictus ratio erit, non quæ refrigeret uniuersum corpus, humectetq;, uerumetiam modus aliquis qui magis

incidat, ac calefaciat, adhibeatur. Maxime uero conduxerit ipsis ptisanæ cremor pipere iniecto, uel hyssopum quoque nonnunquam, uel origanum, uel spica nardi, aquæ mulsæ admista incoctaq; potui exhibetur, & alia, quæ urinæ ciendæ sunt, præterquam ea, quæ uehementer calefaciunt, exiccantq;. Maxime uero absinthii coma post septimum diem continue porrigitur. Iam & oxymel epotum, multis fuit auxilio. ad hæc nonnulla ex his quæ molliter uentrem subducunt. Porro uomitus secundum cibum, iis quibus hæc febris in uetustatem incidit, utilissimus est.

QVARTANARVM COgnitio. Cap. XXI.

QVartana inuadit multa cum perfrictione, ut quæ ex frigido humore, atra bile originem trahat. Calorem uero feruoremq; febrilem tertianæ modo non obtinet, imo nec bilis uomitus eam comitatur. Adhæc si urinæ tenues, albæ, & dilutæ fuerint, quartana erit febris. Eximia uero ipsius nota est, pulsus exiguus, & rarus. Cæterum in autumno potissimum incipit erraticis superueniens febribus, ac nonnunquam in forma eius potissimum subsistit quæ quarto die reuertitur: aliquando etiam plurium dierum interuallo, iuxta quosdam circuitus accessionem habet.

CVRATIO QVARTANArum. Cap. XXII.

QVartana laborantes leniter tractandi sunt, neq; medicamento ullo forti solicitandi, neq; uacuatione, nisi forte sanguis uehementer exuperare uideatur, cum uenam dissecare conuenit. Victus eis offeretur optimus, q non inflet, & uenter his qbus uti consueuit, emolliri debet. Quòd si hæc nihil proficiant, clysteribus per initia mollibus, deinde acribus utẽdum est. A suilla carne prohibeantur ægri, atq; ab omnibus cibis qui glutinosi, ad exitum tardi sunt, tum qui refrigerant corpus humectantq;. Vinum utile est tenue, album &

modice calidum. Item salsa & sinapi ex usu sunt, tum triduo assumptum medicamentum diatrion pipereon, id est, quod triplici constat pipere, uel quod diospoliticon appellant. Iam & piper solum recte ex aqua quotidie
5 sumitur. In morbi statu uictus ęgro tenuissimus præcipietur, statim uero etiam ut diu conquiescat, iniungendum est, tum uisceribus prospiciendum per ea quæ emolliunt, relaxantq́;. Insecutis diebus medicamenta cōferunt, quæ urinam cient, atq; si concoctionis notæ ap-
10 paruerint, cum fidutia tunc quoque iis uti expedit, quæ atros humores uacuant, idq́; non semel duntaxat, uerūetiam sæpius. Porrò secundum ualidam purgationem, & medicamentum quòd uiperis constat, exhibetur, & alia quę ad eiusmodi febres commendantur, inter quæ
15 est & nobis familiare, omnium probatissimum, qđ succum cyrenaicum recipit.

QVOTIDIANÆ AGNITIO. Ca. XXIII.

QVotidiana haudquaquam cum rigore primo statim die inuadit, sed temporis spatio perfrictio
20 magis q̃ rigor oritur. Ægre uero incalescit, & diururnum habet incrementū, non tamen adurit ægros, neq; multum, & crebro spirare compellit, ac ueluti flammam ex ore elidere, uel frigidam bibere. pituitosi autē uomitus hic accidunt, & quæ aluum uacuantur, frigidiō
25 ra, crudiora, dilutiora † & pituitosiora cernuntur: totum corpus crudis humoribus redundat: sudores minime primis diebus erumpunt, neq; ad integritatem uenitur, cutis ægrotantibus albicat, urinæ uel tenues sunt & exalbidæ, uel crassæ, turbidæ & rubræ.

† Galenus addit.

30 CVRATIO QVOTIDIANæ. Cap. XXIIII.

QVotidianā curantes, oxymelite primis diebus utimur, tum iis quæ urinam probe eliciunt, ac uniuersa uictus species incisoria esto, circa sta
35 tum uero uentris habenda est ratio, præsertim ipsius orificii, deinde ægris iubendum est, ut a radicula,

& cibis assumptis uomant. Itidem utantur iis quæ pituitam subducunt, idque tam diu, quam febris cessauerit.

DE HEPIALO FEBRI ET rigore, quæ nullo calore possunt euinci. Cap. XXV.

SI uitrea pituita, quæ omnium aliarum frigidissima est, nondum putrefacta toto in corpore exundauerit, inexpugnabiles, & qui nullo euinci calore possunt, rigores, sine febri excitat. In febribus enim quæ humoris uitio accenduntur putrefactio maxime febrilem calorem suscitat. At si tota hæc pituita putruerit, quod tamen raro fit ob immensam † putrefactionem quotidianæ febris causa redditur. Quando uerò non tota æqualiter, sed ex dimidio ipsius putrida fuerit, aut aliquæ ipsius partes, nonnullæ uero non putruerint, Hepialum febrem hanc facit: in qua simul & rigor & febris caliditas est. Particulæ quidem humoris eius necdum putredinem expertæ, omnibus uenis, uel etiam reliquo corpori communicatę & sparsæ rigorem creant: putrefactæ uero febrem accèdunt. Dicta est autem Hepialos per translationem à sale: dico autem mari, quod à principio tranquillum apparet, cum turbatur difficillimum euadit. Vel ab Hepios, quod est molliter & aleænin, qđ signat calefacere, quasi drcas. quoniam blande & leniter calefacit. Atque hæc febris cum ex quotidianarum genere existat utpote ex pituita nascens. illarum curationi subiicitur speciali, nisi quòd tanto commemorata quotidiana calidioribus magisq; incidentibus præsidiis indiget, quanto etiam pituita frigidior illa existat. Hepiali uero rigor multo magis calefacientia requirit. Itaque medicamentum ex triplici confectum pipere: ex calaminthe, præterea & quod liquore cyrenaico constat, his sunt accommoda. Item ex castoreo, similibusq; præparata remedia. conueniunt. Latius autem diffusiusq; explicatam curationem horum reperies in capite XLV. de perfrictione

† Exẽplar inuulgatũ ψῆξιν male pro σῆψιν habet.

perfrictione. Insuper Lypyriæ & Tiphodes, quæq; præter commemoratas febres dicuntur, cum sint ex relatarum numero, etiam curationes, tum in illis expositas, tũ exponendas postulant.

DE FEBRIBVS CONTINENtibus. Cap. XXVI.

Continentes finitimæ sunt, singulis intermittentibus: tertianę quidem exactæ ardens, quæ causos dicitur: quotidianæ, ea quæ singulis diebus accessionem habet, non autem ad integritatem desinit. Sic ẽt quartanæ ea quæ quarto die accedit. Exactus nanq; causos, cum omnes alias exqsitæ tertianæ notas seruet, hoc solo discrimine uariat, quòd non cum totius corporis concussione, ῥῖγος appellatur, inuadat, neq; ad integritatem ueniat. Qui singulis diebus accessionem obtinet causos, omnes similiter exactis quotidianis notas præ se fert. quod autem ad integritatem non peruenit, hac re à quotidiana specie consimili differt: ea ratione & quæ quarto quoq; die accessionem habet, uerum ad integritatem non cessat, finitima est quartanæ. Continens itaq; febris est, quæ non ante ad integritatem terminatur, q̃ ex toto fuerit soluta, etsi inclinatio aliqua sensibilis appareat. Quum autem nulla accidit, quæ sensibus queat percipi, hæc quoque ex ardẽtium genere habetur, sed acrimonia ab ipsis uariat.

AGNITIO FEBRIVM CONTInentium, & curatio. Cap. XXVII.

Continentium febrium origo ex sanguine est, q nunc efferuescens, tantum nunc putrefactus obstruitur. Quapropter accessio ipsis ad usq; finẽ una est. Indicia uero sunt, pulsus maximi, uehementes, citati, crebri, æquabiles, non mordaces. Vrinæ nõ multũ adeo à sanis recedunt. Curatio est, sanguinis quousq; deficiat anima, dimissio. Qui si non fuerit detractus, febricitantes in summum ueniunt discrimen. At si quid p uenæ sectionem uacuare prohibuerit, aliis uti remediis

oportet, quæ meatus recludunt, copiam materiæ uacuant, & febrium feruorem leniunt. Cum aût euidẽtes humorũ concoctionis notas in ipsis uideris, neq; in principe particula inflãmatio quædam, aut tumor œdematis speciem repræsentans, aut scirrus fuerit, neq; particula aliqua tẽperamento adeo frigido, ut in hanc noxa procumbat, cũ fidutia frigidam propinato: maxime si æger eius potioni assueuerit.

ARDENTIVM AGNITIO. Cap. XXVIII.

Ardentibus hæc superueniunt, arida lingua, crassa & nigra uentriculi rosio, deiectiones pallidæ, sitis uehemens, uigiliæ, nonnunquam etiam delirium.

ARDENTIVM CVRATIO. Cap. XXIX.

Horum alterutrum fieri necessarium est, si perfecte morbus solui debet: aut biliosos excerni humores, aut eosdem extingui. Excernuntur itaq; per sudores, uomitiones, & imum uentrem. Extinguuntur autem frigidæ potu: quo nos ardentissimas febres, causos appellant, ex toto curauimus. Sustinere eos qui his cruciantur, non aqua sola conuenit: neq; mulsa duntaxat, uerum diluta mulsa exhibita. Nam qui huiusmodi morbis conflictantur, sola potione sustentandi sunt. Porrò balneum illis solum usui est, qui citra tumorem inflammationi, aut erysipelati consimilem, ardenti febre laborant. Quod si uero concoctionis notæ percipiantur, multo magis ipsis conducet. Qui ex salso humore: febrim ardentem conceperunt, his est inutile. Verum iisdem ptisanæ etiam cremorem cibi loco offerre conuenit.

FEBRIVM QVIBVS EX AFFECTU ERYSIPELAS REUERENTE ORIGO EST CURATIO ET AGNITIO. Cap. XXX.

FEbres quæ ex affectu uiſcerum eryſipelas referẽte procreantur, his notis agnoſces. interna feruent immodice, dolor urget uehemens, præterea ſitis excruciat, & æſtus immoderatus. Summatim ex in-
5 dicijs acerrimæ bilis cum pauco ſanguine putreſcentis deprehendes. Hunc in modum curabitur: A balneo in totum abſtinere decet. Aqua frigida per morbi ſtatum uehementi, hoc eſt frigidisſima utendum eſt: per initia non item. Extrinſecus uero refrigerantia imponuntur.
10 Et ſi nihil hæc promouerint, etiam intro ſumere coguntur. Maxime ipſis conueniunt lactucæ, & quæ parem his facultatem obtinent. à foris & ipſe lactucæ ſuccus idoneus eſt, adeoq́; intybi & ſemper uiui, & reliqua refrigerandi uirtute prædita. ſed præſtantisſimo parte plu-
15 rima utimur. Nam humorem refrigerantis alicuius expreſſum pilæ cum portulaca iniicimus, deinde contuſum exprimimus. cũ uſus exigit, modico polentæ mixto & in aqua frigida merſo, partem refrigeramus. Linteum uero duplicatum in ea intinctum extrinſecus, aut
20 ubi calor ſentitur, præcordiis obtendimus, nõ diu adhærere ſinentes, uerum aliud frigidum eius loco applicantes. Iam uero & oleum omphacinum medicamini non nunquam miſcemus.

HECTICARVM FEBRIVM
25 agnitio. Cap. XXXI.

HEctica febris non in humoribus, & ſpiritu ſolũ, ſed iam partibus etiam ſolidis conſiſtit. Hæc dolorem neſcit, & qui ea detinentur, nequaquã febricitare ſe exiſtimant: neque enim calorem percipi-
30 unt, cum uniuerſæ ipſis particulæ æqualiter ſint excalfactæ. Duplex hecticarum febrium ſpecies eſt, prima ardẽtibus magna ex parte ſuperuenit, quæ prorogantur adeo ut tempore corporis ipſius cordis madorem abſumant, uel etiam ſi copioſus adhuc ſubſiſtat: alia
35 manente etiamnum humiditate cordis corpus occupans, inde potisſimum accenditur. Vnam ſane ipſius

generationem prodidimus, reliqua est, cum statim ab initio inuadit, primam originem diariis similem, ex mœrore, ira, lassitudine maiore, una cum exustione sortita. Hæc igitur non difficulter cedit remediis. Quæ uero ex ipsis in marcorem qui Græcis dicitur μαρασμὸς deuenit, omnem respuit curationem. Atque hæc sanè cognitu est facillima: oculi siquidem præter modum concaui testantur, & lemæ ipsis inhærescentes aridæ, tum dispositio quædam squalida, uiuidi ipsorum coloris flos emarcuit, frons sicca est & intenta. Quinetiã conniuent plurimum, hac occupati, quemadmodum dormiturientes, uerum affectio, somnus non est, sed uigilandi impotentia: tempora collapsa sunt, & quid enim aliud præter ossa & cutem solam habent? Nam si denudatum uentrem inspexeris, neq; intestinum, neq; uiscus ullum supesse tibi uidebitur: præcordia sursum conuelluntur, & cutis ipsis extrema resiccata est, pulsus gracilis, creber & durus. Caliditas autem primo occursu languida, paulo post acris & rodens erumpit, quousq; igitur humiditatis aliquid reliquum est, hectica solum febris dicitur. Cũ uero periclitatur, ne nihil amplius humoris supersit, absolutus iam marcor constituitur.

HECTICARVM FEBRIVM curatio. Cap. XXXII.

Hectica febre laborantes, statim ab initio nutriri desiderant, humorum rodentium gratia. Maximum uero remedium huius est, uictus humectans. Conuenit igitur q̃ maxime ptisanæ cremoris halicæq; sorbitionibus, & pane præterea adiecto ægrum nutritum, moderato frigidæ potu curare, si neque inflãmatio quædam, neq; humorum putrefactio subest. at si magnam inde offensam fore cõiecturaueris, frigida abstinere oportet, extrinsecus autem impositis, quæ refrigerant auxiliis, uti. Balnea uero hoc morbo obnoxiis, quolibet tempore sunt idonea.

DE SEMITERTIANIS. Cap. XXXIII.

QVandoquidem tertiana cum rigore, quotidiana uero citra illum inuadit:, quæ ambarum mistura constat, horrorem inducit, qui minor quidem res est rigore, maior autem perfrictione. Quapropter cũ horror æquali ab utrisq; extremis interuallo, mediũ amborũ rigoris nimirum & frigoris occupet, quod cõtẽperatis inuicem extremis accidit, non abs re nomẽ huiusmodi febri semitertianæ indiderunt. Porrò dupli- ci modo generatur: uel enim duæ accessiones in idem tempus cõcurrunt, uel statim ab initio ambæ inuicẽ iunguntur. Quãdo igitur tertiana præpollet, magis horrifica febris efficitur, & rigoris ẽt nonnihil per accessionẽ assumit. Protinus aũt talis calidior est & ardentior, tum uomitionem quandam bilis, aut deiectionẽ, aut madorem adfert. Quando altera pituitosa superat, perfrictiones quidem summa exercent, pauci uero horrores: neque tamen sitis, neq; ardor in his affligit. Cũ pares magnitudine sunt tertiana intermittens, & quotidiana continua, insultus quidem accessionis cum horrore accidit. At cum ex pituita proueniens febris præcelluerit, submissiones pulsuũ fiunt, & horrores. Si uero calidior præualeat subito incalescunt. Talis sane est exacta semitertiana, ex æquiualente duarum febrium, puta tertianæ intermittentis & quotidianæ continuæ temperatura proficiscens. Non exquisita uero uel bilem largiorem, uel pituitam causatur, quæ iam magis etiam curationi renititur, cum paucus humor à copiosioris excellentia artisq; auxilio expedite uinci possit. Si autem pituita sit superior, præsidiis maxime utemur, quæ in quotidiana exposuimus. Sin autem flaua bilis, iis quæ in tertiana cõprehensa sunt, in totum ei quod urget incumbentes, sed ita, ne alterum prorsus negligamus.

DE MORBIS PVBLICE GRASsantibus. Cap. XXXIIII.

PVblice grassantes communesq; morbos nominant, qui multis simul obueniunt, quorum ut generatio, sic etiam causa communis est. Cibi igitur communes praui, illiusmodi morbos pariunt. Item communis aquæ uitiatæ potio, nimis laboriosa uitæ ratio, labores quibus quisq; assueuerat omissi, inedia, repletio, idq; dum fames grassatur, aut fœcundus annonæ prouentus est. Item regionum naturæ, communes subinde morbos intulerunt, quæ nõnunquam palustres aliquando barathrum uicinum habentes uaporem exitiosum prauũq; exhalant.* Hæc igitur continue accidere consueuerunt. Aer uero nos ambiens, temperamenta corporum commutat, uel calidior impendio, uel frigidior, uel humidior euadens. siquidem in alias causas neque omnes simul incidimus, neque eis toto die immoramur. At quoniam aer qui omnibus circunfusus est, & per inspiratum attrahitur, ut animalium corpora pro temperamenti ipsius immutationibus afficiantur, necesse est. Qui igitur hæc intelligit, non solũ morbos ex unoquoq; aeris statu futuros præsagiet, sed etiã ne fiant prohibebit, contrarium immoderatis circunflui aeris temperaturis uictum indicens. Itaq; corpora morbo alicui ex propria intemperie uicina, hæc à simili circundantis nos aeris temperamento deprehenduntur.

*Oribasius hẽt: Hæc ergo omnia q̃ diximus non frequẽter solent euenire.

Quæ contrariam cœlo temperiem obtinent, præter q̃ nullam offensam experiuntur, etiam meliora fiunt, dum repugnans aeris immoderatio tẽperamenti immoderationem punit. ac qui hoc nouit, secundam ualetudinem tuebitur, contraria corporibus inducens, nunc refrigerãtia scilicet, nunc calida: aqua quidem super infusa refrigerans, itidem otio, ciborũ inedia, & potu largiore: calefaciens autem, operimento, laboribus, cibo liberaliore, & interdum parciore. Præterea pyræ incendio haud mediocriter aerem ad calidum & siccum mutaueris, si tunc humidus fuerit, quo modo Acronem acragantinũ factitasse ferunt.

DE PESTILENTIA EX COMMENTARIIS RUFI. Cap. XXXV.

PEstilentiæ grauissima quæq; superueniunt: nihilq; in hac sicut in aliis morbis singulis definitũ. Etenĩ deliriũ accidit, & bilis uomitio, præcordia intenduntur, labores afficiunt, sudores largi erũpunt, extrema algent, alui profluuia urgent biliosa, tenuia & flatulẽta, urinæ cernuntur dilutæ, tenues, biliosæ, nigræ, mala habent subsidentia, q̃ superinnatant, pessima, nares sanguinem destillant, pectus ardet, lingua torrida est, siticulosa tristitia oboritur, torquent uigiliæ, cõuulsiones uiolẽtæ, aliaq; multa praua. At si qs pestem uenturã prænoscet ex malignorũ anni tẽporũ, & uitæ studiorũ ad sanitatẽ haud conducentiũ animaduersione, aliorũq; animaliũ præcedente interitu, his apud se cõsideratis, & illud præterea ppendito cuiusmodi sit præsens anni tẽpus, qualisq; uniuersus annus. Inde siquidem qualis uictus ratio esse debeat, optime deprehẽdes: utpote cũ anni tẽpus, si quidẽ rite ortũ est, ex sicco humidũ nunc euaserit, necessum est uictus ratione desiccare, ut humor supfluus absumatur. Cæterum uentris habenda est ratio. Quibus superior uentriculus pituitam continet, uomitionibus solicitare, quibus sanguis inundauerit, secare uenam oportet. Item per urinas, & ex toto corpore facta purgatio, aliæq; hoc in casu sunt utiles. Quod si etiam æger ardore æstuet, & flammam usque ad pectus pertineat, haud abs re fuerit refrigeria pectori applicare, & potionem frigidam offerre, idq; non paulatim, nam magis hoc pacto incendit, uerum uniuersim ut flammam extinguat. In quibus autem ardor interiora occupat, summa uero inalgescunt, cutis in superficie frigida percipitur, præcordia contenduntur, uenter syntexim patitur, aut uomitu, aut infra reiectiones fiunt, uigiliæ urgent, mens desipit, lingua est aspera, hi calefacientia requirunt remedia, ut calor per totum corpus distrahatur, ac si alio quopiam modo ab internis foras

poterit elici. Iā uero & hæc potio utiliter præsumitur: Aloes partes duæ, guttæ ammoniaci partes duæ myrrhæ pars una. Hæc in uino odorato cōtrita instar dimidiæ cyathi exhibētur, nimirū quotidie. Haud noui, inqt Rufus, q post hūc potū pestē nō superauerit. Hæc qdē Rufus memoriæ pdidit. Galenus aūt tradit ad pestilentiales putredines, bolū armeniacū salubriter potari. Simili felicitate ēt Theriacen ex uiperis magnā prodesse. Et enim in pestilentia quæ Romam internecino morbi genere depopulata est, omnes quos nullum ex his medicamentis adiuuit, interiisse scriptum reliquit. 5 10

DE IIS QVI EX REDVNDANtia crudorum humorum syncope periclitantur. Cap. XXXVI.

NOnnulli febricitare incipiunt, ubi magnā crudorū humorū copiā ore uentriculi simul offenso, uel ex cruditatibus, uel alia quapiā occasiōe cōgesserunt. His & præcordia inflantur, & * os uentriculi uastiore mole, q̄ pro naturæ modo cernitur: adhæc color ipsis ad albidius, aquosiusq; q̄ naturaliter esse debet, & eorū speciē quos aqua inter cutē male habet, magis est mutatus. qbusdā ad nigrius liuidiusq;. Nulli taliū sanguis mitti sine maximo dispēdio solet, etsi uacuationē desiderēt. Verū nec sanguinis dimissionē, nec purgationē sustinent, utpote quos ēt sine his syncope subito adoriatur. Ratio igitur medendi talibus est q̄ frictione molimur. Incipere uero per initia statim morbi oportet, ac primū à superiore crurū parte deorsum, idq; linteis nō admodum mollibus, sed modice asperis. Deinde tota brachia ab humeris usq;, & superiore parte deorsum similí modo sunt fricanda. Vbi uero artus omnes abūde calidi uidentur, & metus est, ne quis ex ampla frictione lassitudinis sensus superueniat, oleo relaxāte uteris, quale est Sabinum: ab astringente uero abstinebis, cuiusmodi Hispanum est, Histricumq;: et quod unà cum germinibus uel ex oliua adhuc immatura conficitur. per 15 20 25 30 35

* Galenus in Methodo, totū corpus habet.

hyemem uero digerentium usus erit, quod genus est Sicyonum & chamæmelinum. Cum iam artus plurimum perfricueris, postea oleum detergetur, inde ad spinam dorsi transitus est: hæcq; tota perfricabitur similiter, ab hac rursus ad crura te cōferes: & hinc ad brachia. exinde rursus ad spinam: ita toto die facies. Porrò mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima. cauendumq;, ne uel cibū, uel sorbitionem, uel aquam exhibeas, uel omnino liberaliter bibere sinas, nisi mulsam tribus primis diebus duntaxat, tuis ipse manibus, quas dixi partes ordine perfricans. Sin pulsus robore mediocri sit, ac magnitudine, considera quæ ad aluum spectant, ac si sua sponte commode non deiiciat, cum fiducia aliquid in aluū ab inferioribus partibus infundes. Quòd si maior iusto recrementorum impetus ad aluum citetur, principio quidem percoquere mulsam amplius oportebit: minus enim ea subducit, magis nutrit: cruda uero minus nutrit, magis subducit. At si plenius superuacua descendant, ne sic quidem sistenda aluus, sed exhibendus pro aqua mulsa ptisanæ cremor est. Si uero fluere pergant, chondri sorbitione nutries. Si ex pulsus imbecillitata uires quoq; collapsas didicerimus, panem ex uino diluto exhibere conueniet. utiq; si nec uenter, nec iecur inflammatione laboret: quando si hac infestētur iam corpore crudis succis referto, nulla plane medicina periculo subtrahit. Atqui si quandoque crassi abunde humores deprehendantur, oxymeli pro mulsa continue exhibebitur. Ergo si æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidum huic oxymeli dabis: sin hyems sit, calidum omnibus. Sane balneum his est aduersissimum, tum aer ambiens uel nimium calidus uel frigid⁹. Porrò iis quos syncope iam premit, si partes modo cōmemoratę inflammatiōe uacent, panis exhibebitur modicus, isq; ex uino quod celerem in corpus digestionē adiuuet, statimq; ad frictionem ueniundum est, quæ pro tradito quoque iam modo administrabitur: uerum qui-

bus ex flaua bili, quæ os uentriculi infestet, syncope incidit, iis frigida offerenda potio est, uinum tamen tenue, rubens & uetus.

DE HIS QVI OB PRÆtenues humores syncope opprimuntur. Cap. XXXVII.

QVi tenuium humorum uitio syncope premuntur, diuersam à supradictis curandi rationem desiderant, ut quos dignoscendi notæ illis contrariæ testentur. Nutrire hos oportet paulatim & continue. Porrò ad exitium spectare existimandi sunt, si uel iecur ipsorum, uel uentriculum inflammatio obsedit, uiribus iam languentibus. In eiusmodi affectibus emortua illa species in facie celeriter apparet. Sane nutrire quicquid horum inciderit, est necesse: sicut etiam corporis summa densare, non secus q̃ priorum rarefacere, & frigidũ ipsis aerem accersire. Vngendi sunt præterea astrictoriis unguentis, tum cibi iis dandi, qui non admodum prõpte diffluant, non aqua mulsa, non ptisanę cremor, sed panis & sorbitio ex chondro & fugaces fructus austeri, qui non facile corrumpantur, tum ipsi per se, tum uero & cum pane, Vinum iis aquosum necessarium inter initia est, sumptum post cibum.

DE RELIQVIS OCCAsionibus quibus syncopæ succedunt. Cap. XXXVIII.

REliquæ occasiones, quæ syncopas concitant, quatuor sunt numero: dolor uehemens, uigiliæ, immodica uentris inanitio, ac in iis qui aliena loquuntur, aliquando motus. Sed & quintam, si placet, addas, nempe principiorum intemperiem. Celerrime igitur cor affectum in perniciem præcipitatur, mox cerebrum, deinde breui iecur,

DE DOLORE. Cap. XXXIX.

ITaque dolor, qui stuporem inducit ex frigida oritur dispositione. Pulsatilis labor magnæ inflammationis comes est. Sin autem tanquam ab aculeo im
5 pacto, aut ueluti à terebro forari putes, crassi intestini species doloris est. pulsatilis, circa membranas constituitur: pertundens uehementissimis non heterocraniis solum, sed cephalæis quoque accidit. Interim hic à parte primario affecta, ceu à radice subito in uicinas
10 perfertur. Porrò distendentes utrinque neruorum dolores sunt, cum & laborant, & ad utraque extrema tenduntur: minime, uero in latitudinem porrecti nerui dolores percipiunt, membrana uero sub cute porrecte tensiuos, stupefacientesque dolores inducit, quæ
15 inter carnem hærescit, tanquam dilaniantem cruciatum excitat. multæ siquidem & inæqualiter inhærescunt, & ipsam carnem amplectuntur. Quæ uero membranæ ossibus circundantur, profundæ sunt, ipsorumque ossium tanquam dolentium imaginem repræsen-
20 tant. Quando igitur nulla extrinsecus doloris occasio fieri apparet, præcedens uictus ratio uenit inspicienda, fuerit ne præter consuetudinem otiosa, aut cibis homo usus sit largioribus, iisque ex ualenti materia uel solita excretio sit retenta. Nam si ex his aliquod,
25 uel omnia quoque appareant, doloris causa est repletio: ac quam citissime homo uacuari debet. Sic enim licebit tibi maxima cum securitate iis uti remediis, quæ fluxiones dolentibus particulis incumbentes repellant. Si igitur sanguinis sit copia, quod distendit, ueluti in
30 inflammatione oriri solet, protinus si uires patiuntur, sanguis dimittendus est. Sed si æger sanguinis missionem timeat, uel imbecillis sit uiribus, tum auertendus in diuersum sanguis est, tum per magnam uenam patienti particulę propinquam deriuandus. Vbi
35 uero uitiosus humor duntaxat affligit, purgandus est. Si utraque coeant, ambabus utere uacuationibus,

ſanguine prius emiſſo. Quod ſi his peractis dolor etiã remanet, conſtat profecto in ægrotante particula impactum eſſe, quod afficit. Patet uero non minus & curationem ipſam per digerentia medicamenta eſſe moliẽdam. Pari ratione & qui ex flatuoſo ſpiritu dolores con 5 trahuntur, curabimus: ſed ſimul in his potius tum extenuantibus cibis, tum potione, tum per ſedem iniectionibus, tum cataplaſmatis auxiliantes, tum irrorationibus atque fomentis ambiens ipſum corpus rarefacientes. Sin moles aliqua grauando, contundendove dolorem 10 excitet, moli eidem eſt medendum. Sin rodens humor eſt qui affligit, aduerſiſſima huic ſunt quæ extenuant & calefaciunt. Anethum oleo incoctum, dolorem lenit, & ſomniferum eſt: & uiride ſicco magis.

SI CORPVS TABE CONſumatur. Cap. XL. 15

QVum per uentrem aliquid non ex eſculẽtis poculentisq́;, uerum ex ipſius corporis ſubſtantia excernitur humore in aluum ipſam confluente qui quidem flauæ bili continue per uomitum, & infra 20 erumpenti conſimilis eſt, odoris autem fœditate, tum quòd deiectus flauior & craſſitiæ glutinoſus, interim oleoſus appareat, ab ipſa differt, tunc nimirum caro pinguis & recens coacta ab ardenti febre reſoluitur, & eliqueſcit. Malo inueterante, nonnihil etiam ex ipſis ſolidis 25 partibus abſumitur. In hac perniciosiſſima febri frigidæ potio utilis eſt, quæ ex terra frigidiſſima petitur. Huiuſmodi quoque eſſe conuenit cataplaſmata, & epithemata, quæ refrigerent, thoraci & præcordiis impoſita. Item cibi refrigerantes recte offeruntur. 30

DE VIGILIIS IN FEbribus. Cap. XLI.

AT uero eorum, qui immodicis torquentur uigiliis, crura & manus uincire, quo tempore ſomnum captare ſolent, iubemus & excitari. nonnun 35 quam palpebras aperire, uel conniuere compellimus,

donec abunde fatigentur. Inde subito uincula soluimus lucernamq; tollimus, & altam esse quietem iniũgimus. si nihilominus uigiliæ pertinaciter urgent, ubi accessio remiserit, frõs nigri papaueris capitum decocto, illuitur,
5 naribusq; offertur papaueris albi cortex torrefactus detritusq;, & mandragoræ radicis læuigatæ tantundem cum uino. Item rosacei malagmate facies illinitur, serpilloq; cum meliloto in passo decocto. Hoc etiam in accessionibus est utendum. uel trita papaueris capita ex
10 cipientes pane cum rosaceo uel eiusdem cerato illinimus. Cibus quodammodo fit plenior, exquisitiorq;. Adiiciatur autem sorbitionibus capitum papaueris albi seminis cochlearium trium instar. oleribus commisceatur papaueris nigri, si quidem folia fuerint uiridia, quan
15 tum tribus digitis potest comprehendi: sin minus, tria quatuorve papaueris capita sicca, simul incocta deligantur. Si ne sic quidẽ somnus accesserit, papaueris lachryma, aut succo mandragoræ circumlinentur. Iam eclegma ex papaueris capitibus compositum, & præsertim
20 ex decocto, mensura cochlearii, uel unius, uel dimidii potum, somnum frequenter accersiuit. In quibus autem caput non est repletum, & uigiliæ infestant utere in declinationibus etiã tali suffitu. folii amomi, costi, arnabo, singulorum uncia. carpobalsami libra, styracis, amomi,
25 ammoniaci, bdellii scythici, mandragoræ radicis, lachrymæ papaueris, singulorum drachmis quatuor. Ex lignis cupressi accensis suffito.

CVRATIO SOPORIS NOxii, qui cataphora Græcis dicitur.
30
Cap. XLII.

FRons posca, cui lactis aliquid sit adiectum, abstergitur, & summa ualide ligamentis excipiuntur. naribus admouẽtur quæ incisoriam facultatem ob
35 tinent. In remissionibus etiam cucurbitulæ ualẽter dorso, & spinæ defiguntur. Si morbus his non cedit remediis, etiam quæ sternutamenta excitant, obiiciuntur. Ci

borum materia ſit quæ incidat diuidatq́;, ueluti in præceptis de ſanitate tuenda eſt comprehenſum.

CVRATIO DOLORIS CAPItis in febribus. Cap. XLIII.

SI capitis dolor in febribus affligit, poſt conuenientem febrium uacuationẽ in acceſsionum declinationibus, caput inungi debet, primum communi oleo crudo, uel roſaceo, cui etiam aceti pauxillum ſit admixtum: ſi æſtas ſit, & febris ardens, frigido: ſin hyems neque febris ardens, calido, aut tepido. Incoquatur nonnunquam oleo & ſerpilli polygoniiq́; ſuccus. per æſtatem etiam papaueris capita, uel ipſum papauer: quemadmodum hyeme peucedani momentum. Quòd ſi uero dolor in fronte perſeueret, ſinciputq́; pilis careat, hoc quoq; oblinendum eſt ueteri polenta & polygonio: uel pane ſimiliter & roſis, uel modica myrto, uel ſerpillo. Quoſdam & pulegium applicatum magis leuauit. Nonnullis etiam cum ignis ſenſus ineſt, pſyllium polenta temperatum profuit, uel ipſum per ſe in uiſcum coctione redactum, & continue mutatum. Item corianũ ſimiliter cum polenta, & aloe cum aceto illinitur, myrrhaq́;, & ammoniacum pari modo, necnon crocomagma. Pulſatiles dolores ruta, mentaq́; cum pane difflat, roſaceo quoque ſuperaddito. Atqui ſi dolor commemoratis auxiliis non eliditur, primum caput ad cutem adtondere oportet. deinde pinguioribus aſperginibus totum ipſum foueri mox cucurbitulæ occipitio agglutinari, & ſummæ partes deligari debent, permulceriq́;. Iá uero hirudines recte affiguntur. Cæterum ſi defluxio quædam à capite, uel grauedo oborta capitis dolorem ſuſcitauerit, iis utendum eſt auxiliis, quæ aduerſus hæc ſuo loco perſcribentur. Sin autem à ſtomachi regionibus uapores ſurſum tendentes caput offenderint, etiam horum ratio habenda eſt, ueluti præceptum à nobis eſt.

QVOMODO STOMACHI curam habere conueniat. Cap. XLIIII.

SI stomachus imbecillis fuerit, corroborantibus ob-
5 linetur, quod genus palmulæ sunt, uinum, farinæ,
crocus, mastiche, & aloe. aspergiq; debet medica-
mentis ex absinthio, melino, mastichino, nardo, & uino
confectis. At si ardorem experiatur, miscẽdum aliquod
ex refrigerantibus, puta cucurbitæ succus, lactucæ, portu
10 lacæ, solani, sereos, & uuæ immaturæ. Sin autem inflam
matio quædam in uisceribus appareat, etiam relaxantia
quædam adiungenda sunt: aspersionibus, oleum cha-
mæmelinum, cyprinũ, adipes gallinæ, aut anseris, bdel-
lium, uel ammoniacum, & similia, cataplasmatis autem
15 apii semẽ, fœnugræcum, althææ, chamæmelorum flos
& ut uno uerbo expediam, compositam habeant facul
tatem, tum relaxantem subtilium partium amaramq;,
tum astringentem.

DE IMMODICO FRIGORE
20 in febribus & rigore. Cap. XLV.

RIgori, qui crisis ratione obuenit, remediis occur
rere non oportet: nec uehementiam eius dissol-
uere. Quod ex sudore frigus prouenit, prom-
pte remittitur, ac nihil adfert molestiæ. In solo autem
25 rigore, aut algore, ex frigidissima copiosaq; potissimũ
pituita nato, primum quidem artus plurimis in locis cõ
stringendi sunt, mox oleo delinendi chamæmelino
aut cyprino, aut irino. Sin autem maiore auxilio
tibi opus sit, etiam piper oleo admiscebis, uel ca-
30 chry, uel adarcen, uel castoreum molliterque totum
corpus infricabis. Porrò ne facile oleosum istud præ
sidium defluat, haud fuerit absurdum & ceræ mo-
mentum colliquefacere. At si per hæc rigor non pos
sit excalfieri, ualentioribus quoque ex his factis aco-
35 pis necnon dropacibus & sinapismis uti consilium est,
aliaque fomenta rite admoliri. Item acriora ex iis quæ

admouentur naribus, commode faciũt, calaminthe, pulegium & hyssopum. Potui dabitur ante accessionem mulsa, in qua piper, & ruta sit incocta. ad hæc liquoris cyrenaici cocto melle formati instar mihi duabus horis ante accessionem præstabimus. Similiter & liquoris sylphii. Ad hæc quod in quartanis ex liquore cyrenaico componitur, multis fuit auxilio. Iam uero in oleum largius, quod incaluerit nonnulli descendentes, rigores pertinacissimos absterserunt, ut Archigenes memoriæ prodidit. Galenus autem ante accessionem, cutem abrotano infricandum præcipit, uel calamintha arida, uel cunilæ tum foliis, tum floribus, uel costo, uel pyrethro, utroque horum cum oleo. unde fiet, ut uel nequaquam, uel certe minus rigeant.

DE SVDORIBVS. Ca. XLVI.

SVdores, quibus morbus soluitur, excipere oportet, quandiu satis uacuatum fuerit, adiutareq; fotu mediocri, & quiete. quamobrem non abstergẽdus est: nam alius quoque alium elicit, & calido clystere in aluum dato, & sorbitione, & somno. At sudores in remissionibus morborum erumpentes, simile iis qui morbum finiunt, κριτικοὺς appellant, ad ministerium capiẽt. Itaque præsidia quibus sudores euocantur, libro superiore capite quadragesimooctauo abunde sunt comprehensa. Cum enim sudores largius eruperint, abstergendo, leuandoq; operimẽta refrigerare conuenit. Etenim lassant supra modum excidentes, ut in syncopen frequẽter ægros perduxerint. Leui ueste madidaq; debent esse contecti, fenestris patentibus, ut perflatus aeris frigidior accedat. his somnus adiungatur, & euentilatio. Insuper myrtus nigra in pollinem coacta, corpori inspergatur. Similiter galla, picea cortex, electrum & polenta cum uino astringente, particulis sudores recipientibus imponantur, faciesq; posca per spongiam aspergatur. Archigenes etiam calcem non restinctam, & floces uini combustas, tum in his, tum in rigore, quem nullus euincit calor,

cit calor, assumit. Ambo siquidem, inquit, perfotus calidos siccescunt. Media uero corporis loca delinenda succo arnoglossæ, uel coriani, uel portulacæ, uel brassicæ præcipit, ut constricta, sudores reprimant. Idem præstat reprimendo creta cimolia aqua dissoluta, dorso p somnum, & thoraci subiecta. Totum uero corpus rosoraceo perungitur, uel melino, uel myrteo, uel lentiscino, uel ceratis quæ ex his confiunt. Nam magis sunt his idoneæ reunctiones, quæ latentes meatus obstruendo, humoris exitum prohibeant. Patet autem omnibus quòd cibus quoque siccior his conuenit, & uirina mediocriter astringentia. Cæterum largiore potu, & præsertim humidiore, tum crebris iniectionibus abstineant. Si autem fieri potest, gestatione corpus agitandum, in frigidiore ædificio, ut summæ his partes q̃ maxime refrigescant. Qui porrò per elisum sudores fiunt, (hi aũt uel ob dolores excitantur, uel conuulsiones) & retentione, fotuq́; extremiorum, & refrigerio per panniculos laneos accersito, leuiter curantur.

DE TVSSI IN FEBRIBVS. Cap. XLVII.

TVssi in febribus, præsertim cum rigore obuenientibus occurrere conuenit. Nam tussis intentione, febris quæ inclinabat erigit recolligiturq́;. Aduersus hanc formulæ medicamenti ex melle cocto coactoq́;, hypoglottia uocant, offerruntur. Linguæ autẽ supposita, unde nomen habent, eliquescunt: & quod spirandi impedit facilitatem, discutiunt: tempus ipsarum est in accessionum statu, & spatio quod paulum accessionem præcedit. datur etiam hydromeli discoctum. Quibus autem de neruoso genere metus non est, temporis processu exhibebis cum fidutia & oxymeli. sin minus, hyssopi decoctum, quod etiam rigentibus auxiliatur. Item castoreum cum febris ardens non est, neruoso quoq; generi cõmiscetur. Adhæc eclegma ex piceæ fructu, nucleis pineis, iride, semine lini, amygdalis ama-

ris, & urticæ semine plurima uero ex parte cibis quoq; hæc simul adiungentur. Ac resina quoque & terebinthi na in ouo exhibetur. Extrinsecus autem thoraci, & lo- cis arteriæ uicinis, lana sulfure infecta imponatur, ac pin gue, oleumve rutaceum esto, uel irinum, uel anethinum. Præterea deligatura ualida in longum exacte porrecta, tussim cohibet: dico aūt per medias partes extremasq;. Non ratione caret, & apophlegmatismis tussis gratia uti, utroq; herbæ pituitariæ genere, & syluestri, & satiuo commanducato. uel cum mastiche summa debent in- fricari, contrectari, & ligaturis intercipi. deinde rursus sol uenda est retractio. At si propter febris acrimoniam tus sis concitatur, utendum est gargarizationibus ex aqua tepida, nec non frigida subinde profuit, & ex posca, & palmularum decocto, uel rosarum, uel dulcis radiculæ. Visceribus autem, uel etiam cordi ipsi iniiciuntur quæ modice refrigerant.

DE STERNVTAMENTO. Cap. XLVIII.

Sternutamenta dum febribus incidūt, subinde mo lestant. Etenim caput replent, & uirtutem arguunt. Nonnullis sanguinem quoque eliciunt, & alia hu- iusmodi inferunt incommoda. Quare aduersus ipsa remediis pugnandum est. Cohibet itaq; sternutamentū inuadens, nasi perfricatio, frontis & oculorum apertio, studiosa palati frictio, ructus, illum intentio, capitis in al- tum eleuatio, inclinatioq; ad latus, summorum muscu- lorum contrectatio, maxillæ musculorum perunctio, calentis olei in aures infusio, ligamentum calidum men to impositum. Caueri debet repentina ex somno exci- tatio, fumus, puluis, acrior odoratus piperis, castorei, si- napis, mente, suauitas malorum, & farinæ odor. obtun- dunt enim sternutamenti elisum, & spongiæ ex ma- ri inanes. Vbi uero cupiditas sternutandi oborta fue- rit: non autem sternutamentum erumpat, labii quies

idonea est. tum acriorum odorum experientia, & animi remissio.

DE CIBI FASTIDIO.
Cap. XLIX.

5 QVibus uitiosi humores fastidium procrearint, ii cibis & poculentis solicitandi sunt, qui huiusmodi succos uel per uomitiones, uel per aluũ excernere soleant, uel contemperati, meliores reddant, quorum materiam libro superiore, qui totius operis pri
10 mus est, comprehendimus. At si ob uirtutis imbecillitatem, cibum respuant, quoniam omnis facultas ex particularum intemperie infirmatur: conuenit intemperamẽti speciem, contrariis medicari. Plura de fastidio, in stomachi uitiis, libro tertio pertractabimus. In febricitanti
15 bus autem, statim per initia cibi cupiditas, iis quæ odorem mouent, recuperanda est. Potissimum uero polenta in aquam mersa, uel poscam, uel dilutam uini potionem, uel cuiusdam odorati, & fructuum fugacium qui astringant decoctum, item perunctione blanda, & mo
20 derata totius corporis frictione, eliditur cibi fastidium, ac contrectatione tum frontis collutione, aquæ sorbitione modicæ. Cæterum stomachus digito immisso turbatus, ad cibum assumendum quodammodo solicitatur, idq; potissimum birioso quodam humore, aut aci
25 do sursum educto. Secundum primos dies, cataplasmatis quoq; à foris stomachus ad cibum conuertitur, ex palmulis, malis, œnanthe, absinthio & aloe confectis. Cibi autem præparentur plures simplicesq; & frumentacei. Insuper alterius generis uarietatem quandã
30 sortiti, qui tamen non ab iis abhorrent, qui in febribus dantur, in quibus & fructus fugaces conueniunt, qui non ex facili acescunt, neque nimium dulces sunt, sed maturi, neque ad satietatem exhibendi, uerum quantum ad aliorum ciborum cupiditatem
35 excitandam sufficit. Præsto autem sint reficiendis familiarissimi, qui tum corripere ægros, tum adhor

tari queant. Porrò febribus solutis, si in uirium recreatione perduret fastidium, etiam sisarum cum oxymelite coctum, lactuca, oliuæ halmades, capparis, salsamentũ, bulbi & qcquid ad bonitatem stomachi facit, accommodetur. Nec non & illud ipsum in memoriam reducatur, quibus cibis per sanitatem maxime usi sint. item ambulationes, gestationes, clamores, dropacismi, frictiones & exercitia adhibeantur. Præterea absinthii succi potio, uel aloes, acetiq; scillitis instar mistri absorptum, in id uehementer efficax est.

DE GRANDI FAME, QVÆ græcis bulimos dicitur. Cap. L.

SI uero in grandem famem, quam bulimon appellant Græci (dico autem cum minus q̃ par est, cibos corpora sentiunt) fastidium inclinauerit, hisce reficiemus, tum aliis, quæ naribus admouentur, suillisq; carnibus assis, & hœdinis. In summa omnibus, quæ nidorosum odorem repræsentant. Acrimonia sanè febriũ lenita, & extremæ partes deligari ipsiq; excitari debent, maxillas pungendo & crines, uel auriculas uellicando. refectis, panis ex diluta uini potione, uel aliud quippiã distribui facile exhibetur.

DE CANINO APPETITV. Cap. LI.

ETsi hoc symptoma febribus non adeo superueniat, sed nonnunq̃ secundum ipsas, præsertim gratia cognationis, quam cum fastidio contraxit, nil tamen fuerit mali, etiam de immodico appetitu, quum ambo naturæ modum excedant, sermonem instituere. Quoniam igitur à pituita potissimum acida constituitur affectus, iis utendum est, quæ hanc incidant repurgentq;. Talia autem sunt maxime, dulcia, salsa, & alioquin abstergentia calida. Vinum igitur ipsis recte datur copiosum, ex eorum numero quæ impense calefaciũt, cuiusmodi habentur colore uermicula, aut rubra, astrictionis expertia. Verum dulciora potius propinantur,

uel non sitientibus. At cum optime habuerint, primum ipsis pinguia, mox alia omnia ex oleo largiore præparata, quibus nihil austerum, aut astringens sit adiectum, offerentur. Hæc etenim, licet aduersus ipsam causam

5 manifeste non pugnent, attamen impotentem ad cibos animi impetum dissoluunt. Horum autem penuria consistentiã pituitæ stomacho inhærentis absumit, minuitq́;. Iam salsamenta ipsis commode exhibentur, ab his uina commemorata liberaliter assumpta prosunt, quod

10 ubi longiori tempore fecerint, caninus appetitus finitur.

DE SITI. Cap. LII.

Sitim admodum longam fieri existimabis ex siccitate, aut caliditate, particularum per quas humor ex ore in uentriculum defertur. & siccitatis quidem

15 remedium est somnus, caliditatis autem uigiliæ. Nonnulli uero sitibũdi ex uino ciborumq́; caliditate fiunt, q bus medetur frigida potio. Prauas autem qualitates desiderant, quemadmodum & cibos, præpollenti humorum uitio respondentes. Cæterum siti pressos inextin-

20 guibili, unde etiam mortem oppetierunt, noui qui uiperas dipsadas aliquando uorassent, item qui uino ueteri sese inebriassent, item nauigantes, qui ob aquæ potabilis defectum, marinam bibere ausi, interierunt. Verum sitim in febribus placare solet, fotus capitis ex oleo frigi-

25 dissimo, uel rosaceo, uniuersim superaccommodatus. Optime facit ad sitim nigræ lactucę semen commanducatum. itẽ glycyriza appellata, adhæc cucumeris semen in ore retentum. Datur etiam ad sitim hoc catapotium. cucumeris domestici drachmæ octo, tragacanthi dra-

30 chmæ quatuor: tragacanthũ soluitur ouorũ crudorũ recentium albumine. & cũ fuerit dissolutũ cõtritumq́;, cucumeris semini prius leuigato adiungitur. Postq̃ emollieris, pilulæ formantur, in umbraq́; siccantur, ex his una sub lingua tenenda exhibetur?: humor paulatim saliua

35 solutus deglutitur. Iam dilutum malorum cydoniorum, uel pirorum, uel mespilorum, uel pampinorum

uitis, uel mali granati succus sorbitioni datur.

DE LINGVÆ SCABRITIE. Cap. LIII.

HVmectanda est linguæ scabrities, lini seminis decocto ægris in os dato: melius autem facit myxa cum lini semine incocta, ac digito in hūc succum demerso lingua infricata, aqua puriore abluitur. uel spōgia abstergitur, deinde rosaceo illinitur, iā ipsum rosaceum melle cōtemperatum, in id ualde efficax est. 10 & portulacæ succus in ore retentus. item rhu obsonio rum mulsæ admistum bene facit. insuper Damascena, & myxa (hoc autem est myxa) ore retenta & linguę circundata. His adde etiam lactucæ cauliculum. Archigenes autem tradit etiam salem indicum, colore quidē & substantia communi similem, gustu autem mellitum, 15 lenticulæ instar, uel plurimum ad fabæ magnitudinem deuoratum, uehementer posse humectare. Cæterum in latus decumbere prodest, nam supinus cubitus exiccat. item os conniuere, hiatus enim madorem absumit. Sternutamenta porrò accersita, linguas quouis alio plenius 20 humectant.

DE NAVSEA. Cap. LIIII.

CVm sine cibo assumpto nauseabundus æger efficitur, cuiuis licet, arbitror ratiocinari prauos humores uentriculum obsidere. Nonnulli uero 25 turbantur, sed nihil euomunt humore ipsis tunicis imbutis. Pituitosos itaque succos concoquere oportet, seruando ægrum in quiete, inedia, & somno. tenuiores uomitus eiicit, qui nonnunquam ex ptisanæ cremore, uel mulsa excitatur. glutinosi humores & crassi, atte- 30 nuantia desiderant. quod genus est oxymel, & similia. Humiditate aūt praua tunicis impacta, picra ex aloe utilis est. uerum quæ astringunt, haud mediocrem noxam conciliant, quemadmodū rursus, cum humiditas multa citra malitiam inest, astringentia quidē q̄ utilissima sunt: 35 medicamentum uero ex aloe in marcorem perducit.

Cum uero frigiditas humori adest, astringentibus misceri etiam debent calefacientia. Nota est frigidi affectus, quòd neque sitim, neque ardorem eo detenti experiantur.

5

DE BILIS VOMITIONE. Cap. LV.

Bilem uomentibus cataplasma applicandum est ex palmulis, malicorio, galla uino incoctis, uel posca, pane simul contrito. Item acacia, hypocy 10 stis, balaustium, & rhu cataplasmati adiungantur. Praeter hæc cucurbitula admota magnifice auxiliatur, cum largiore flamma. Cibum uero frequenter paulatim dabimus. In his autem qui atram bilem uomunt, & inflationes stomachi experiuntur, spongias aceto q̃ acer 15 rimo calente madidas imponito, uel hederæ folia uino incocta illinito.

DE SINGVLTIBVS. Cap. LVI.

Singultus oritur uel ex repletione, uel inanitione, uel succis acrioribus stomachũ erodẽtibus, qbus 20 ꝑ uomitionẽ redditis, cessat. Pleriq; uero medicamentum dia trion pepereon assumentes, si statim uinũ supbiberint, singultiunt. ꝙ aũt nõnulli ẽt cibo intus corrupto singultu infestentur, cuilibet notum est, iã nõ pauci rigore correpti singultiunt. Vomitum itaq; iis qui ex 25 repletione, aut rosione stomachi singultu cruciantur, mederi abunde comperimus. calida uero, iis qui ob perfrictionem. At quũ ab humorũ repletione, singultus originẽ habuerit, uiolenta indiget euacuatione, quã sternutamentũ præstat, ob inanitionẽ creati singultus, sternuta 30 mento nõ finiuntur, datur aũt singultientibus ruta cũ uino, uel nitrũ in mulsa, uel seseli, uel daucũ, uel cyminũ, uel gingiber, uel calamintha, uel nardus gallica. Hæc sanè singultus ex ciborum corruptione, aut frigore, aut repletione contracti, auxilia sunt. qui autem ex frigido 35 rum uiscosorumq; humorum copia singultũ experiuntur, castoreum tribus obolis potui sument ex posca, idẽ

cuti impositum unà cum oleo ueteri sicyonio adiuuat. Insuper acetum scillites, uel oxymeli potum conuenit. denique spiritus retentio, præsens est remedium.

DE ALVO IN FEBRIBVS astricta, & cita. Cap. LVII.

QVæ arescentem aluum proritant, libro priore quantum res exegerit comprehendimus. quoniam uero eadem quoque liquida febribus incidit, in præsentiarum mētionem ipsius facere oportet. Multi enim non febris ratione, sed ob hoc solum accidens in perniciem præcipitati sunt. Principio igitur excipiemus quæ egeruntur, nullo remedio occurrentes à corruptione & cruditate emanantibus. Sin autem uacuatio modum excedat, cohibenda aluus est, & si quidem acriora efferuntur boni succi esse, & alioquin crassioris conuenit, quæ assumuntur. huiusmodi existunt ex chōdro, & ptisana sorbitiones. balnea his postquā morbus ematuruerit sunt idonea. Cum uero pituitosiora & fluida erumpunt, contra ssicciores calidioresq; cibi erunt, quatenus febres permittant. Huius generis habentur, q̄ ex panificiis calefacientibus confiunt. Balneis hi prohibendi si nihil aliud compulerit. Porrò ubi concoctrix facultas infirmatur, astringentibus tum cibis, tum remediis utendum est. cibis sanè, in q̄bus maxime malū granatum, aut poma, aut pira, aut mespila sint iniecta. uel ēt his ipsis, & uino tenui odorato astringēte: remediis aūt, cataplasmatis, nimirū ex polenta, palmulis, absinthio, rosis, myrtis, & cōsimili materia. Cæterū cōsiderandum uenit, quibus potissimum particulis cataplasmata debeant imponi. dico aūt stomacho, aut imo uentri: nonnunq̄ & circa lūbos applicamus. Cruentas aūt excretiones reprimūt ex thure cōfecta, desiccātq;, uel pollē polentæ, uel farinæ, uel thus, uel māna uino macerata, uel posca. Porrò acriorē humiditatē ēt iniectione p aluum, edulcare cōpetit, nunc ipsa aqua, nunc ptisanæ cremore, uel chondri, uel oryzæ, uel tragi, idq; non semel uerum sæpius.

Postea uero adiungentur etiam rosæ siccę, uel myrti, nonnunquam & gallę, & ouum simul cum rosaceo uino q; tenui astringẽti, uel rosarum decocto inditum: uel sedi quoq; appositum excernendi cupiditates retundit.
5 Cum frequens desidendi est appetitus, agatium sedi ac commodatum ex calidis spissamentis immittatur.

DE SANGVINIS DISTILlatione, & eiusdem ex naribus profluuio. Cap. LVIII.

10 QVoniam distillatio totius corporis, aut capitis redundantiam innuit, per extusionem, uel densitatem eueniens: largior autem excretio habilis est laxare & minuere copiam, ratioq; est inde ipsam moliri, unde natura proclinauerit, his ego consideratis au-
15 sus sum in quartanarum distillatiõibus scalpello, ut mos est, narium uasa conuulnerare, oportet autem non exiguo fluore contentum esse, sed pro uiribus detrahere. Spontanea in febribus per nares sanguinis profluuia, si in crisi fiant, excipere conuenit. sin autem sanguis immo-
20 dice erumpat, sistere conandum est. Primum itaq; extremæ partes ualide deligabuntur, æger sublimi capite figurabitur. Videtur etiam præputii deligatura sanguinis peculiariter ex naribus profluuia cohibere. æger non expurget narium foramina, neq; irritet, uerum sanguinem
25 concrescere sinat. nasus spongia, quæ in posca madueriť refrigescat, ac obturamen ex linimento naribus profluẽtibus demittatur, medicamẽto quodam ex eis quæ sanguinem comprimunt, inuncto: horum materiam, & reliquam locorum affectorũ curationem libro subsequenti uerbosius persequemur.
30

SI ANIMA DEFICIAT. Cap. LIX.

QVi ex cholera, alui profluuio, aliisq; multis, & uniuersim factis uacuationibus, resoluuntur, iis
35 aqua frigida aspergitur, & nares comprehendũtur, os uentriculi infricatur, uomitus pcipitur, stomachus

turbatur, uel digitis immissis, uel pinnis. præterea pluri-
bus uinculis ualide deligari debent. Cum per imas par
ticulas uacuatiões fiunt, manus: cum per superiores, cru
ra. Cæterum sanguinem fundentibus prospicienda est
figura sine dolore sublimis, & cucurbitula defigetur, 5
quæ particulas retrahat contrario uacuationem expe-
riuntibus modo. Curat etiam uinum aqua temperatũ
resolutiones ex subitis uacuationibus ortas, nisi uiscerũ
inflammatio, aut uehemens capitis dolor, aut attonitus
aliquis affectus, aut febris ardens, in crudo morbo pro- 10
hibeat: in his siquidem magna uinum adfert incommo
da. Et si æstas fuerit, calidiq; temperamenti æger, ac fri-
gidæ assueuerit, frigida exhibebitur. sin contraria euene
rint, calida. At si ex sudoris copia animæ deficiunt, cutis
densanda est, quemadmodum à nobis prius est dictum 15
Tum ut frigidus aliquis perflatus accedat, prospiciendũ
est. Porrò in uentriculum defluxionibus nihil horum
conuenit, præterquam ipsi uentriculo stomachoq; cor-
roborantia admouere, & affectos in balneum ducere.
Hoc siquidem illiusmodi fluoribus est accommodatis- 20
simum, uerum sanguinis profluuia, & sudores uehemẽ
ter proritat. Qui ob plenitudinem animo destituuntur,
uino ciboq; abstinebunt. item balneis, si febricitent. Po
tio autem mulsæ datur, in qua uel thymus, uel origanũ,
uel pulegium, uel hyssopum sit incoctum. Propitium 25
uero iis est & oxymeli. At si propter humores uitiosos
in stomacho contentos anima defecerit, iubendi sunt
uomere ab hydrelæo, digitis aut pinnis in os demissis.
Sin autem uomere nequeant, oleum q̃ laudatissimum
ipsis propinabitur. hoc enim & aluo ex inferioribus par 30
tibus infusum, subinde uacuat. Iam uero absinthium ip
sis auxiliatur. Porrò si propter stomachi imbecillitatem
dissoluantur, iis uti expedit quæ firmando ipsi sunt: uelu
ti antea in capite de eodẽ comprehensum est, summaq;
perfricare oportet. Exusti in sole ad balneum ducuntur. 35
q perfrixerunt, medicamen diatrion pipereon, ipsumq;

piper assumant. Qui uero ob caliditatem largiorem, ęstumue, aut lentam in balneo moram, animo deficiũt, curantur frigida aspersa, aeris perspiratu, stomachi frictione, uini cibiq; usu. Sin autem propter inflammationis magnitudinem, aut febris malignitatem in accessionibus animus deliquerit, perfrigescantq; artus, fricare ualenter iubeto, fouere & deligare. Ad hæc uigilias inediamq; præcipito. Ea uerò & ante accessionum faciunda sunt. Quibus ob siccitatem anima deficit, duabus tribusve horis ante accessionem, cibus offeretur, uel chondri cremor, uel panis ex aqua simul cum mali granati nucleis, aut pomis, aut piris. Si autẽ magni periculi metus sit, etiam uinum dabitur. item iis qui subito animam perdunt, his remediis succurrendum est. ac ubiq; causam considerare conuenit, propter quam animæ defectus accidat, atq; contra hanc pugnandum est. Nonnunquam uero & symptomatis maior habenda est solicitudo, nempe cum periculum, uel etiam mortẽ minatur.

QVOMODO VLCVS CIRCA OS sacrum proueniens curetur. Cap. LX.

ET hic affectus, febribus potissimum lentis, ex diuturno decubitu superuenit. Cum itaq; sacri ossis regio incipit rubescere, circulum ex lana iuste magnitudinis, parti subiicemus. postea rosaceum, uel myrteum ceratum, quod argenti spumam, aut cerusam habeat, superaccommodabimus. Inflammatione autem oborta, cataplasma ex pane cum solano, uel polygonio uel arnoglosso, uel tenera brassica applicatur. Si ulcus serpat, lenticula cum malicorio illinitur.

Finis libri secundi.

PAVLI ÆGINETÆ LIBER TERtius, Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete.

DE PILORVM AFFECTIBVS.

DE AREIS, ET CALVItio. Cap. I.

QVEMADMODVM STIRpium nonnullæ humoris defectu inarescentes contabescunt: aliquæ uero alienis contrariisq; humoribus infectæ emarcent, haud dissimili ratione idipsum quoque pilis usu uenit. Etenim Caluitium: humidi penuria fieri consueuit: prauitate autem uitioq; succi, Areæ, nempe Alopecia, & Ophiasis sola inter se figura differentes. Quoniam hæc, partem oblæsam, serpentis modo glabram, ostendit: illa, quòd uulpes continue infestet, sic appellata est. Itaq; coniecturam de humore, qui superat, ex cutis colore sumentes, uacuationem medicamento purgante prius moliemur deinde loco uitiato auxilia inducemus. Si igitur corporis color nigrior, albidiorve solito existat, antidoto hiera quod pituitæ educendæ, humoriq; melancholico est utemur. Sin pallidior, catapotia ex aloe exhibebimus: quorum descriptionem in libro de medicamentis compositis inuenies. Vbi corpus iam totum inanieris, medicamenti quod pituitam per eos extrahit, apophlegmatismon Græci uocant, usus erit, ex aceto, sinapi, & melle: isq; non semel, uerum crebrior. Satius autem fuerit, si etiam in aceto origanum, uel pulegium, uel thymus, uel hyssopum commaduerit. Cæterum in aliis quoque capitis affectibus eadem utemur curandi ratione: primum humorem, qui præpollet euacuantes, uel alui deiectio-

ne,uel etiam sanguinis emissione,si eius subest copia,de in ad presidia quę parti extrinsecus iniiciuntur,transgre di conuenit.

DE ALOPECIA.

5 Cutis nitro infricata,linteoq; aspero, lanave potius de tersa,adeo ut ruborem contraxerit, uerbenaca ex aceto detrita,in sole illinitur. Aut alcyonio primæ asperitatis combusto, reductoq; in puluerem cum oleo ex lucerna inungitur. Aut calami radix, seu amygdalæ amaræ 10 cortex torridus,oleo,uel adipe ursina exceptus inducitur. Hæc itaq; sunt mitiora medicamina, uerum ex euphorbio, thapsia, & adarce,oleo soluta laurino,uel pice liquida,uehementiorē uim repræsentant. ALIVD. Erinaceorum marinorum testa ignem experta cum adi 15 pe ursino excepta,cuti prius nitro extersæ illinitur. ALIVD. Piperis,stercoris ouilli sicci,erysimi,ærucæ seminis,singulorum drachmæ quatuor,ueratri albi drachmæ treis,murium stercoris drachma. Excepta felle taurino,aut hircino,aut suillo delinuntur. ALIVD EX 20 PERTVM AD ALOPECIAM. Mandragoræ radicis,mali terræ,ari radices,ceræ, picis liquidæ,singulorum congii octo, axungiæ porcinæ insulsæ, nerii herbæ medullæ modicum. Axungia cum Nerio incoquitur,donec eliquescat:deinde exemptam herbā 25 proiicito: & reliqua axungiæ aduingito, incoquitoq;, mox ceram,&picem liquidam. Vtitor in sole audacius. Vbi iam ulcera ad cicatricem uenerint, caput uulpeculæ urito,& alcyonium,anchusæq; nigræ folia omnia cō trita super inunctioni inducito,ut caput pilis contegatur. 30 ALIVD. Canini capitis combusti pars una,testarum marinarum tantundem axungiæ porcinæ modicum, omnia in fictili coquuntur. Eisdem etiam siccis utitor.

ALIVD EX THAPSIA AD OMnes inueteratos affectus.

35 Euphorbii,thapsiæ,baccarum lauri,singulorum *uncia, sulfuris ignem non experti semuncia,ueratri tantundem

In manuscripto exemplari non habetur.

Galenus uncias duas.

ceræ unciæ sex laurini, uel recinini ueteris quod satis est. In ualidioribus etiam uti uincit *cardamomi uncia, alcyonii combusti uncia: iis q; non solum ad Alopecias, uerumetiam ad omnem diuturnam perfrictionem. Cæterum in Alopeciis primum omnino cutis nitro est abstergenda infricandaq;, & frequenter pili nouacula radendi. Si quidem plerosq; noui ex sola infricatione, frequentiq; rasura pilos recuperasse.

*Galenus cardami.

5

QVOMODO CALVITIVM abicatur & pili crescant, ex Critonis commentationibus.

10

Leporum uentriculi† quinq; arefacti diligenter olla fictili friguntur. His myrti comæ *tres unciæ adiiciuntur, acaciæ fructus, acaciæ succi, rubi canini, adianti singulorum tantundem. Hæc omnia accurate resiccata in pollinem coguntur, & subtili cribro incernuntur: deinde adipis ursini & phocę utriusq; †libris quatuor admistis denuo tunduntur. Excepta pyxide plumbea reseruantur. Cum usus postulat, cuiuslibet unguenti liquore diluuntur.

†Galenus sex.
*Galenus semuncia
†Galenus libra una

15

20

QVÆ PILOS CONSERVENT.

Polytrichi herbæ pars una, ladani partes duæ, uino myrteo q; oleo exceptæ in usum adhibentur. ALIVD. Anemonæ flos tritus cum oleo inungitur: idem uero & nigrefacit. ALIVD. Verbenacam rectam unà cum radicibus torrefactam, tusamq; tenui cribro incernito, oleum quoad sordium habeat spissitudinem admiscens. Confectum medicamen æreo uase reponito, ubi opus fuerit, cum oleo similiter utitor.

25

30

AQVA PILOS AVGENS, eosdemq; denigrans.

Aquæ pluuialis sextarii sex, rhus Alexãdrini sextarii tres polytrichi pondo tr.ens, brathios tantundem, ladani uncia, myrti uncia, cucurbitæ aridæ tantundem. Sinito ad dies uiginti uitreo uase commadescere, bis mouẽs quotidie rudicula tedacea. Inde in aquam pilos tingens, uti

35

ſor quotidie. Item ſemen altheæ in balneo illitum pilos conſeruat augetq́;. pari modo oleum inunctum in quo ſemen ipſum altheæ decoctum eſt, uel liquefactum.

QVÆ MEDICAMENTA pilos extenuent.

5 Ficus foliorum uitis agreſtis albæ corticis, pumicis, teſtarum, buccinorum, terræ cimoliæ ſingulorum minā. Omnibus in nouam crudamq́; ollam coniectis, lutoq́; oblitis, in fictili coquito, teritoq́;, adiiciens aphronitri mi-
10 næ ſemiſſem, gallas immaturas numero triginta. In puluerem redacta excipito, ac utitor. ALIVD. Aphronitri minæ ſeptem, pumicis toſti minæ quatuor, aluminis fiſſi, iridis, ſiccæ, myrti ſylueſtris nigræ, gummi, bryoniæ radicis ſingulorum drachmæ quatuor, lupinorum
15 crudorum in pollinem detritorum, congii pars quarta: Vtere abſq; pingui.

AD FLVENTES PILOS.

Aloe ex uino nigro auſtero illinitur, uel purpuræ tegmina ex oleo cocta, uel myrrha, & ladanū cum uino, myr-
20 teoq́;, uel caprillum ſtercus in teſta leui combuſtum ex oleo cuti prius raſæ inungitur.

QVOMODO PILI CRISPI fiant, & tincturis inficiantur, ex Cleopa-
25 træ libris, quos de capillis criſpis faciundis prodidit. Ca. II

CApite prius deterſo, ſpondylii radix cum mero pilis inungitur. ALIVD. Nucleus pineus recens ad pollinem uſq; comburitur, iniectusque
30 pilæ teritur, myrteum unguentum ſuperinfunditur, donec mellis fiat ſpiſſitudo. Atque ſic pili raſo capite purgatoque deliniuntur. ALIVD. Myrti & betæ pari menſura cū oleo pili abſtergūtur utiliter. ALIVD. Gallæ uiginti numero adianthi unciæ duæ, aqua marina
35 in mellis craſſitiem coactæ inducuntur, ſed pilo urina prias deterſo, uel lixiuio, & aqua calente abluto, caput

oblinitur medicamento ad biduum, tertio die ablui debet, piliq; resiccati myrteo iniungi. Id tenerum crispũq; nigrum efficit capillum. At si prius caput nouacula rase ris, crispior euadet. 5

QVÆ CANOS ARGENT, & eosdem denigrant.

Olei, quod immaturæ oliuæ fuderunt sextarii tres, spicæ nardi drachma, unguis odorati drachmæ quatuor, iunci floris tantundem: incoquuntur cum oleo. seorsim habebitur acaciæ succi uncia una, uino soluta leuigataq; 10 diligenter. Vbi uero tertia pars olei fuerit relicta, hanc percolato, & acaciæ mixtam in fidelia excipito, ac utitor quotidie pilos inungens. ALIVD. Nucum uiridium corticis uncias tres, ilicis radicis tantundem, uini nigri sextarios tres, ad tertias decoquito, expressoq; succo cum olei myrtei sextario contundes, usus eius est 15 quotidianus.

AQVA PILOS DENIGRANS.

Gallæ sextarius unus, rhus coriarii sextarii duo, myrti nigræ totidem, cyperi foliorum æqualis mensura, cinaræ 20 manipulus, papaueris nigri tantundem. aquæ lacustris sextarii duodecim. Omnia multis ante diebus macerata, ad tertias decoquuntur. Deinde illinuntur, abstersis, siccatisq; crinibus. At cimoliæ terræ acetabulum cum uiua calce pari mensura inungitur. Hæc autem succo betæ elixæ soluta illinuntur. Deinde betæ folia tegminis 25 gratia superaccommodantur, ac ubi satis adhæserint, in balneo abluuntur.

VT RVFI CAPILLI TINgantur & flauescant.

Myrrhæ pars una cum salis floris altera, accurate teritur. ubi sordium facta est crassities, caput prius detersum 30 medicamento inungitur. ac post noctem diemq; unum sic ablui præcipies. ALIVD. Lupinos crudos cum aqua illinito. ALIVD. Argenteæ spumæ drachmam terræ creticæ drachmas quatuor, calcis uiuæ drachma, 35

Aqua

Aqua mellis crassitiem faciens inungito, & betæ foliis adiectis ad duos tresve dies, ita adhærere sines, deinde ablues.

VT PILI NIGRI FLAVESCANT.

5 Floces uini in balnei sordes mittuntur, & spissitudine cerati facta sub somnum illinuntur. & mane pili flauescũt. ALIVD. Cyperi folia succo struthii fruticis madescunt, Et diluto uteris.

10 QVÆ CAPILLVM REDdunt colore aureum.

Aluminis, sandarachæ, singulorum drachmæ sex, croci drachmę duę, thapsi qua tinctores utuntur, Romani uocant herbam robiam, drachmæ octo, cineris lixiui drachmæ quatuor. Cinis cum thapso contusa incoquitur, 15 ubi dimidia portio relicta fuerit, humorem exprimito quo alumen, sandaracham & crocum dilues. Deinde. uase uitreo condes. Vbi usus uenerit, pilos prius abstersos illinito, postquam uero combiberint, ablues decocto fœnu græci, hordei & cumini, aquæ prius tepidæ 20 superfusæ, quod sufficit, ad hæc saponis quantum satis est adiicies. ALIVD. Floces uini ustæ unà cum oleo balanino, pilis oblinuntur. ALIVD. Sapone gallico cum aqua in singulis balneis pilis absterguntur.

25 ALIVD VALDE GENEROSVM.

Rhus rubri sextarius, gallarum libra una S, elydrii unciæ duæ, herbæ aurum colore imitantis (quam Romani robiam uocant) unciæ duæ, polytrichi fasciculi duo, absinthii unus, lupinorum quibus cortex sit detractus 30 cyathi duo, aquæ sextarii septem. Omnia in uitreum uas coniecta, dies nouem sinito commadescere: quotidie bis rudicula agitans. cum usus exigit, auferes quod satis est, & hoc spongiam madefaciens, pilos confricato, humectosq; combibere sinito. ubi siccati fuerint, sapo- 35 ne calida aqua soluto, abluuntur.

QVÆ PILOS ALBOS FACIVNT.

Verbasci candidus flos combustus aceto mergitur, & in saponem miscetur. ALIVD. Verbasci fructus, aluminis, radicularum corticis, singulorum drachma. Contusa, glutini quod ex tergoribus boum confit dramis quatuor temperantur.

DE CAPITIS AFFECTIBVS cutem infestantibus, fulfuribus, seu porrigine, quæ pityriasis dicitur. Cap. III.

FVrfures capitis, seu porrigo, quæ pityriasis græce dicitur, est cum tenues & furfuraceæ squamulæ ex capitis, uel etiam reliqui corporis superficie resoluuntur, nullo ulcere relicto. Id autem euenit uitioso corporis humore, salsave pituita, aut bilioso & melãcholico sanguine caput subeunte. Itaque corpore toto (ut dictum est) inanito, subscriptis facultatibus utemur. Cimoliam aqua prius maceratam betæ succo miscebis illines q́;, & tantisper ita permittes, donec inaruerit. Deinde postquam ablueris, thus ex uino oleo q́; detritum perunges: die insequenti staphida agriam, hoc est, herbã pedicularium, ex oleo inunges. ALIVD. Niti, fecis concrematæ, myrobalanorum, singulorum libra, herbæ pediculariæ libra una semis. uino dilutis caput abstergitur. sin autem reliquum corpus pruritu uexetur, siccis. Ad humidiorem uero pityriasim, muria, uel lupinorum decocto caput abluendum est. hoc enim subinde sum expertus.

AD PSYDRACIA ET EXANTHEMATA capitis.

Psydracia exigua capitis tubercula sunt, pustulis similia, quæ summam cutem excedunt. Exanthemata uero cutis sunt exulcerationes, subrubicundæ, & asperæ. Vtrunque uitium facultatibus infra positis exteritur. Argenteæ

ſpumæ,† ceruſæ ſingulorum drachmæ quatuor,alumi-
nis drachmæ duæ,rutæ foliorum uiridium totidem. ex
aceto myrteoq́; oleo leuigata cuti illinuntur. ALIVD.
Ruta & alumen cum melle trita, capiti prius raſo inun-
guntur.Sin autem cutis à capite abſcedit,oleæ folia eli-
xa cum melle inducuntur. A L I V D. Argẽti ſpumæ,
ceruſæ ſingulorũ.* unciæ duodecim,ſulfuris uiui dra-
chmæ octo.cerato myrteo excipiuntur.

† Alexander medicus. Argẽteæ ſpumæ drachmæ. 3. ceruſæ drachmæ 4.

* Melius eſt drachmæ. 12 Sic habet Alexãder medicus.

AD HVLCVSCVLA CAPITIS DENSA RVBBAQVE.

(Printed in the heading as: AD HVLCVSCVLA CA- / pitis denſa rubbaq́;.)

Hæc papillis ſunt ſimilia,ex quibus quædam ueluti ſa-
nies defluit.Caput prius nouacula raditur, & aqua fri-
gida nitroq́; abſtergitur.Deinde ſulfure uiuo ex homi-
nis urina contrito utitor. Vel cretam ſutoriam,μελαντη-
ρίαν uocant Græci,cum aceto inungito.

DE MANANTIBVS CAPITIS ulceribus quæ Achores Græce dicuntur, & Fauis.

Inter capitis uitia,quæ in cute oboriuntur,unũ eſt,quod
appellatur Græcis Achor,à noſtris manantia ulcera, te-
nuiſsimis cutem foraminibus perforans: per quæ gluti-
noſa fertur ſanies.Simile ipſi malum ſpecie eſt, quod à
faui ſimilitudine κήριον à Græcis nominatur. quod ma-
gis amplius foraminibus exaſperatum eſt, quibus hu-
mor craſſitudinem mellis referens ſicut in apium fauis,
continetur.Origo eſt ex nitroſa ſalſaq́; pituita.uictus igi
tur ratio ex cibis boni ſucci conſtare:omnia acria & ſal-
ſa uitari debent:præſertim ſi inflammationem affectus
reſipiat.poſtquam corpus ſuperfluo decenter erit leua-
tum,deraſis capillis caput fouendum bis terve die, aut
etiam ſæpius,aqua calida,in qua myrtus ſit decocta,uel
rubus,uel lenticula,uel amari lupini,uel aſparagi radix.
Quum uero plus ſaniei emanat, recte illinuntur ſa-
licis folia cum aqua, uel lenticula. Delinentur au-
tem terra cimolia, uel cretica, uel ſamia, uel pom-
pholix, uel ſpodium, uel argenti ſpuma, uel cadmia,

uel charta combusta, uel etiam medicamentum ex char ta siccum, omnia ex aceto inducuntur. Smegmate uero hoc utendum est, sulfure uiuo, & perdicii herbæ, sapo nisq; æquali pondere. Composita hæc sunt, argenti spu mæ drachmæ duodecim, rutæ foliorũ drachmæ octo, herbæ pediculariæ quam staphida agriam Græci uo cant, drachmæ quatuor, chalcanthii drachmæ duæ, Ace to myrteoq; in sordidum spissitudinem coacta illi nuntur. ALIVD. Sandicis, myrrhæ, mannæ, sin gulorum pondo drachmæ quatuor, sulfuris ignem non experti pondo drachmæ duæ, ex oleo ueteri inunguntur.

ALIVD AD ACHORAS.

Qui hoc uitio infestantur, stercore argenti, uel molib dena contrita oblinuntur. ALIVD. Humentes aufert achoras, rhododendri pondo triens, rosarum, sul furis uiui pondo triens, picis liquidæ, & picis ari dæ utriusq; pondo quadrans, ceræ selibra, olei myr tei quantum opus est. in pueris autem, lacte soluta illinuntur.

DE FICIS.

Ficus, nominant eruptiones ulcerum modo rotundas, cum duritie quadam rubentes, quas dolor etiam comi tatur. Fit uero hoc mali plurima ex parte in capite, na scitur tamen & in reliquo corpore. Probatur maxime contra hos alumen fissile, æris flos tostus, & glutinum pari mensura cum squamę æris duplo. Teruntur ex ace to illinunturq;. Præstans etiam remedium est menarũ capita combusta, elixiq; bulbi, & cinis ex aceto.

ADVERSVS CAPITIS ET MENTI ERUPTIONES, EXANTHEMATA UOCANT, FICUM REFERENTES, XERAPHIUM.

Misyos * drachma una semis, chalcitidis drachmæ duę semis, squamæ æris, aluminis fissi, singulorum drachma. Bene loto hoc aridum impositum dimittitur. Die in sequenti rursus pars lauatur, spongiaq; detersæ idem

* Aliæ drachmæ duæ, S

applicatur. Decidit enim ramentum crassissimum. Et si diebus subsecutis idem fiat, sine cicatrice breui consanescit. Cæterum medicamen hoc non mediocriter adhæret.

5 AD CAPITIS PEDICVLOS.

Lupinorum in aqua coctorum diluto caput utiliter detergetur, uel herba pedicularia, uel sandaracha, uel utraque contrita ex oleo ueteri, seu aceto illinitur, uel piperis momentum ne exulceret cum oleo, aut hæderæ suc-
10 cus cum melle, aut minium synopicum cum aceto, aut cedrinus liquor, aut pix liquida cum alumine, aut baccarum lauri expressum, aut oleum raphaninum. Ego pediculariam ex aceto oleoq; tritam inunxi, ac semper q̃d uolui, sum assecutus.

15 DE CAPITIS DOLORE, QVEM græci κεφαλαλγίαμ uocant. Cap. IIII.

CApitis dolor qui Grę̨cis dicitur κεφαλαλγία, malum est inter ea quæ corpori accidunt, grauissimum, nunc ex sola corporis intemperie oritur,
20 nunc ex nimia humorum copia. Interim ex utraq; causa: interim uero ex primitiua & foris accidente causa alia nempe, solis æstu, frigore, ebrietate, aut ictu. Vehementissimi igitur capitis dolores ex factiuis qualitatibus nascuntur, & potissimum caliditate. At siccitas non
25 æque uehementes inducit. Humida qualitas suiipsius respectu, nullum plane dolorem cõciliat nisi caliditati, aut frigori, aut humorum copiæ adiuncta. Itaque de eo capitis dolore qui cum febri est, eo loco explicitum est, quo febrium curatio exposita est, nunc de cæteris
30 dicendum est.

DE CAPITIS DOLORE EX solis æstu contracto.

Qui ex æstu capite dolent, eorum cutis tactu calida est, & primo statim manus iniecta aridior apparet: ocu-
35 li rubent, frigidi fotus, & inunctiones placent, ipsisq; iuuantur. Cæterum curatio his conueniet etiam ea, quam

dolori in febribus præscripsimus. Si dolor remanet, infrascriptis utendum est cataplasmatis. Prodest fronti & temporibus inductus panis ex posca, & rosaceo. Interdum cum amygdalis, uel rosis siccis, aut mollibus uel menta cui pulegium sit adiectum, uel panis cum persici foliis. facit etiam ocymum ex aceto & rosaceo tritum, uel hæderæ corymbi in aceto elixi, & rosaceo contriti. uel serpilli ex aqua decocto hordeaceam farinam miscere conuenit, uel cardamomum torridum leuigatúq; aceto & rosaceo: uel fermentum cum rosaceo, uel iridem aridam cum aceto. Sed mutentur continue singula: Nam uetustate fiunt inefficacia.

PASTILLI AD CAPITIS DOlorem ex intemperie calida.

Croci drachmæ † quinq;, chalcanthi drachmæ decem, aluminis * drachmæ sedecim, myrrhæ drachmæ septem, omphacii, chalcitidis, gummi singulorum drachmæ tres. Vini austeri quod sufficit. Ex posca sumuntur. Sin etiam uigiliæ infestent, aliquid ex somniferis applicatur utiliter.

† Alexander Croci, chalcanthi drachma decem.
* Alexander Aluminis scissi.

DE IIS QVIBVS CAPVT EX frigida intemperie indolescit.

At si frigus nocuit, contraria, iis qui ex solis æstu dolent, affectos signa testantur. Etenim facies ipsorum non concidit, sed colorem decoremq; amisit. Item frigidis nec gaudent, nec iuuantur. Verum horum agnitionem tum uictus ratio, tum reliqua concurrentia firmabunt. Inunctiones igitur adhibendæ ex oleo rutaceo, laurino, uel irino, uel nardino, uel etiam opobalsamo, præsertim si excrementitii humores fuerint crassiores uiscosiq;. Frõs autem tum hoc liquore, tum iis medicamentis debet illini, quæ ex pipere, & euphorbio præparantur. Vinum subtilius propinandum: corporis motio adhibenda est. Item balneum calidum prodest: interim à radicula uomitus. In quibus autem qualitas citra humorum copiam, persistat, hoc utendum est medicamine. Pipe

ris albi, crocomagmatis singulorum drachmæ duæ, euphorbii recentis drachmæ octo S, stercoris columbini drachma una S, aceti acerrimi quantum satis est. Illinitur pars laborans, sed prius infricata ut cōcalescat.

5 SI BILIOSVS HVMOR DOlorem inuexerit.

Notæ horum persimiles iis, quos ob solis æstum dolor affligit. Sed maior ipsis rosio accedit, & faciei pallor. interim etiam os inamarescit. Porro affectus hic 10 ætatibus uigentibus & temperaturis calidioribus, uitæ solicitæ & bilem flauam coaceruantibus solet accidere. Quamobrem balneum temperatum his, in unctiones, aquæ potus, & uniuersa uictus ratio humidior, boniq; succi utilis est. Biliosus humor absynthii diluto, ua15 cuabitur. Vel aloe aut ipsa picra.i. amaro antidoto per se, aut cum modica scāmonia, aut catapotiis quæ aloe constant. Inungenda frons, aut croceo pastillo, aut trigono, aut quodam simili.

SI CAPVT CONSORTII 20 lege indolescat.

Si caput consortii lege afficiatur quod ei cum toto est corpore, cura adhibenda, quomodo contra intemperiem, superantemq; materiam pugnemus. Si copia quidem premit & maxime in uenis, sanguis mittendus 25 est: Sin autem magis qualitas urgeat, purganti utendum medicamine. Quòd si particula laborante aliqua simul condolescat, ueluti iecinore, aut uentriculo, aut stomacho, his succurrendum est. Vbi calida afficit intemperies, panis ex aquoso uino exhibe30 tur, uel etiam ex chondro sorbitiunculæ. Extrinsecus uincit superfundere, quæ modice refrigerent, uiresq; cōfirment, sicut à me prius cōprehēsum est. At si glutinosi crassiq; humores in stomacho infarcti, capitis dolorē concitent, hos quoque amoliemur potu oxymelitis, 35 tum simplicis, tum Iuliani. Insuper medicamentis ex hyssopo & origano, & his adhuc calidioribus magisq;

incidentibus. Iam uomitus à radicula utilis, fomentaq́ calidiora, & cataplaſmata recte admouentur.

DE CAPITIS DOLORE EX VINO.

Si uinum adhuc incoctum in ſtomacho fluctuet, tepentis aquæ potu uomere dolentem iubebis. Quòd ſi ēt poſt concoctionem caput indoleat, refrigerantibus repellentibusq́; utemur, quale eſt roſaceum priuatim ſumptum, & cum aceto, uel hederæ ſucco, uel braſſicæ. Quin & ipſa braſſicæ folia in aquam calidam demerſa, & capiti circundata ligataq́;, naturaliter ebrietatem arcent. eiuſdem decoctæ eſus in id efficax eſt. Item lenticula hos adiuuat, potiſſimumq́; uentriculo humidiore præditos. Adhæc alica, malicorium, & mala ipſa, piraq́;, tum aquæ potio, utiliter aſſumuntur.

DE CAPITIS DOLORE EX ICTV.

Qui ex ictu capitis dolorem conceperunt, iis, niſi ſumma cute percuſſi ſint, ſanguis ſtatim emittendus eſt, & fotus alii atque alii capiti ſunt applicandi, lanis oleo dulci imbutis ipſum operietur. Vino ciboq́; pleniori, præſertim ſi febris adeſt, ægros coercere expedit. Et tota curatio ceu ad neruoſarum partium inflammationē & præcipue membranarum cerebri quas meningas appellant, adaptabitur. Si uero & uulnus factū fuerit, huic quoque decenter medebimur.

MALAGMA AD CEPHALALGIAM.

Ceræ drachmæ ſeptem, amygdalini olei unciæ tres, terebinthinæ drachmæ octo, æruginis raſæ, cimoliæ, chalcitidis ſingulorum drachmæ quatuor, pumicis drachmæ tres, æris uſti, ſquamæ ſtomomatis ſingulorum drachmæ duæ. Si uidetur paulo eſſe durius, amygdalino emolliendum.

DE CEPHALAEA, ET HEMICRANIA. Cap. V.

VTerque hic affectus, stabilis ac permanens capitis dolor est, qui strepitu, clamoribus, claritate lucis, uini potu, & implentibus caput odoribus excandescit exacuiturq́;. Ac aliis totã feriri caput ĩ hoc dolore, aliis alterã ipsius partẽ duntaxat excruciari uidetur, quos etiam hemicranicos nominant. Quibus sanè intra caluariam malum consistit, iis dolor ad oculorum radices porrigitur: quibus extra est, circa ipsam caluariam indolescunt. Quapropter dolores cum grauitate molesti, plenitudinem testantur. cum erosione infestantes, uel humorum, uel uaporum acrimoniã: qui cum pulsibus obueniunt, inflammationem: qui cum tentione, si quidẽ grauitas & pulsus non adsit, spiritus tenuis, & flatulenti redundantiam innuunt. si cum pulsu, membranosæ patris inflammationem: cum grauitate, humorum qui intra membranas se receperint, copiam. At si putridus etiã humor, calidior euaserit, iam cum febri simul caput dolitat. febriunt autem omnino, & quibus inflammatio dolorem parit. Quum igitur corpus totum succis æquabiliter omnibus redundat, quod plethoricum dicitur, uenam secare si uires patiantur, & acrioribus uti clysteriis cõuenit. Inde si adhuc sanguis uidetur exuberare, etiam uase narium adaperto quantum satis esse uidetur, detrahes. Mox hiera acris exhibenda, deinde pituitæ eductionibus, apophlegmatismos uocant, utendum est, tum iis qui per nares uacuant, ἔρρινα Græcis dicuntur. Eiusmodi est elaterii succus, cum lacte infusus, uel etiam aridũ elaterium inspiratum. succusq́; cyclamini & porri. Hæc quæ sequuntur, sunt composita. Medicamentum quod naribus inditur ad ueteres cephalæas, lippitudines & morbos comitiales. Nigellæ pondo drachmæ octo, salis ammoniaci, elaterii, singulorum pondo drachmæ quatuor. Tunsa, oleo sicyonio, uel irino, uel cyprino excepta, ut cerati fiat spisfitudo naribus demittuntur.

MEDICAMENTVM QVOD pituitam extrahit, naribus inſpiratum.

†Galenus adiicit iri dis dena- rios duos

Cyclamini ſicci denarii octo, †nitri rubri denarii quatu- or. Sin autem in uicem nitri elaterium indideris, magis proficiet. Tritum accurate calamo ſcriptorio naribus in- 5 ſpirabitur. Porrò epithemata quoque capiti utiliter ap- plicantur. Item inunctiones, ubi morbus in uetuſtatem inciderit.

EPITHEMA AD CEPHALÆAM.

†Galeno agniſemi nis, roſarum ſiccarum ſin gulorum drachmæ duæ, rutæ

Vnguenti irini, peucedani, caſtorei ſingulorũ drachma, 10 baccarum lauri drachmæ duæ, †rutæ ſummitatũ drach mæ quatuor. Excipitur cerato roſaceo, raſoq́; capiti, to ti ipſi imponitur. Mulier quædam in hemicranicis hoc etiam quod ſequitur epithemate uſa, mirandum in mo- dum inclaruit. Radicem cucumis ſylueſtris uiridem mi- 15 nutim conciſam, abſinthiumq́; cum hydrelæo incoque bat: dum intabeſcerent. Ac hydrelæo calente mediocri ter partem affectam irrorabat, radicem uero, & abſin- thium in puluerem contrita oblinebat. Atq; hoc ſolo medicamine, hemicranicos, id eſt altera capitis parte do 20 lentes & cum febre, & ſine ipſa, curauit. At ſi malum ma xime increuerit, ut dolorem ferre nequeant, utitor me- dicamentis etiam quæ lenire poſſunt, & noxia euocare, quale eſt quod ſequitur.

VNGVENTVM AD CEPHALÆAM. 25

Liquoris peucedani drachmæ ſedecim, lachrymæ pa- pauceris, aniſi, alterci quod hyoſcyamum Græci uocant, croci, myrrhæ, ſcammoniæ, ſingulorum drachmæ due. Aceto excepta in paſtillos coguntur. Cum uſus poſtu- lat, ex aceto uel poſca illinũtur iis, quibus humores craſ 30 ſi, uel ſpiritus flatulentus dolorem fecit. Iam dropax & ſinapiſmus iiſdem benefacit. Item paſtillus ex thapſia, præterea medicamen ex atramento ſcriptorio mirifice eidem cauſæ medetur, quo in his eo modo utendum eſt, ſicut in opere de compoſitis docebitur. Quin & 35 iſtud mirabilem in modum ad hemicranicos ex craſſo

glutinosoq́; humore dolescentes efficax est. Euphorbii portio una cum pari castorei modo aqua excepta auriculæ demittitur qua parte indolescit, inde balneum adeundum, ubi paululum immorati ipsum assument, & cõ
5 sueto more lauabunt. Sic quidem expertum est, uerũ non alienum absurdumq́; fuerit, & oleo ipsa excepta in aurem instillare. Quod medicamẽ ad coxendices inscribitur, etiam longo capitis affectu laborantes, & hemicranicos ex toto persanat.

10 AD HEMICRANIAM VETEREM.

Scordii drachmæ quatuor, ceræ drachmæ duæ, axungiæ ueteris drachmæ duæ, cantharidum drachmæ duæ. Vesperi illitum sinito per noctem adhærere. Mane rupta papula perliquido medicamine, πα'νυγρον appellant, ei medeberis. ALIVD. Baccarum lauri quibus cortex sit ablatus, ruræ foliorum, singulorum denarii duo, sinapios denarius. Aqua dilutum oblinito. At iis qui frigori patuerunt, utilissimum est infra scriptum medicamentum ut plerosq; semel ante balineas illitum
20 confestim affectu liberaret & à lauacro (qui antea laborabant) in totum sanitati pristinæ restituerentur. Olei sabini pondo, ceræ quadrans, euphorbii uncia. Hoc dimidiæ frontis parti, nempe qua temporum musculus habetur, delini debet. Qui uero frigoris iniuriam
25 non senserunt, iis gallæ, & crocomagmatis parem portionem cum uino detritam inungito. Sed qui ex calidis uaporibus, uel succis capite dolitant, iis medicamenta quæ euphorbio constant, non applicabis.

30 APOPHLEGMATISMVS, id est medicamentum pituitam per os purgans contra Cephalæam.

Sinapeos contriti & expressi, aceti, mellis, singulorum* unciæ quatuordecim herbæ pediculariæ drachmæ quatuor, pyrethri tantundem. Tunsa cribrataq́; miscentur,

*Forte drachmæ quatuordecim.

& in sole gargarizanda dantur. Porrò si ob biliosum humorem, aut quandam intemperiem orta Cephalæa diutius prorogetur, eorum usus ueniet quæ in capite de cephalalgia comprehensa sunt. Si ne sic quidem dolor finitur, neq; cucurbitulis, neq; hirundinibus adhibitis, sed humores per arterias distributi subsistant morenturq; inibidem, non absurdum fuerit & arteriam post aures incidere. Porrò humidioribus, etiam balineæ naturales recte adhibentur.

DE PHRENITIDE. Cap. VI.

Phrenitis membranarum cerebri, quas meningas appellant, inflammatio est, sicut ipsum quoque cerebrum eadem modo conflictetur, modo calore à natura remoto æstuet. Causa morbi est, uel sanguis superans uel biliosus humor: nonnunquam & flaua bilis perusta, adeo ut in nigram degenerauerit, quæ etiam grauissimam phrænitidem contrahit. Aliquando cerebrum sincipitis consortio dolens, ex neruis qui in ipsum sparguntur uitium concipit, idq; in ardentissimarũ febrium uigore. Porrò quæ stomachi consensu gignitur mentis perturbatio, phrenitis non est, sed hoc solum puta delirium. Propria phrenitidis comes est plurima parte somnus difficilis: interdum quoque somnus turbulentus accedit, ut consurgant ægri, exiliant, & furibunde uociferent. Quibus sanguineus humor morbum fecit, cum risu ii insaniũt. Quibus flaua bilis, ferociter, quemadmodum quibus atra uitium contraxit, tam immaniter sæuiunt ut coerceri nequeant, omnium quæ dicunt faciuntve, obliuiscuntur. Oculos habent cruentos ac sæpe perfricant: interim aridos, interim lachrymantes, uel ut crassior pituita innatet. Lingua est aspera, sanguis è naribus destillat: floccos festucasq; colligunt, febri per totum morbi decursum acuta conficiuntur: ut quæ in alto malignius delitescat. Pulsus edunt exiguos, languidos, & quadantenus duros. Respirant magnum, & raro, cum cerebri affectus per se excrutiat. At si phrenitis

septi transuersi, quod Græci phrenas uocant, consortio concitetur, & respiratio inæqualis est, & præcordia sursum conuelluntur, & multo calore ardent: sicut iis qui ex cerebri uitio insaniunt, frons incalescit & subcruenta est, uenarum puluini turgescunt. Quòd si humor pituitosus sit temperatus bilioso, ut mixtam habet originem ita nomine composito uigilans coma uocatur. In uniuersum enim succo superãte bilioso, uigil efficitur phrenitis. Contra pituitoso præstantiore, grauioris modo somni, quem κῶμα Græci dicunt, sopiuntur. Atque hoc malum antiquiores Galeno medici, Catochon uocauerunt.

CVRATIO PHRENITIDIS.

Quod si uires ęgri patiantur sanguis protinus è cubito mitti debet, & copiosior. At si desipiens manum nõ porrigat, aut si porrigat, metus sit secundum uacuatiònem, sanguinis profluuii, dum manum æger subinde ob mẽtis turbationem iactitet, recta in fronte uena diuisa, una uice quod satis est auferemus. item clysteriis utemur, & enematis ex hydrelæo uel rosaceo cum ptisanæ cremore. Si uigiliæ urgent, rosaceum, uel oxyrhodinum in caput dandum est. Aliquando calida ipsum aqua fouendum, & medicamentum ex papauere exhibebitur, nisi uirtus imbecilla prohibeat. Et alia quæ ad somnum cõciliandum superius scripta sunt huc transferemus. Decumbat æger in loco, tum lumine, tum temperie moderato: & uariis quibusdam picturis libero, nam hæc deterrent. Quo amici quidem gratissimi ingredientur, & commodum incident, qui nunc blande ægrotum alloquantur, nunc acerbius corripiant. Cibus primum esto aqua mulsa, deinde ptisanæ cremor, & sorbitiones ex chondro cum quadam dulci potione, uerbi causa, apomelite, uel hydrorosato, uel rhodomelite, uel diluto hydromelite. Nam uinosum hydromel, quod in paruis uasculis ex Cibyra apportatur, repudiandum, ut quod grauiores uino noxas in talibus excitet, & maxime in

capitis affectibus,idq́; ante concoctionem. Panis quo-
que aqua lotus recte exhibetur,intubi,lactucæ elixæ. Si
multus feruor conficiat,ēt cruda hæc dantur. Item cucu
meris medulla,peponis,dorycnii,& similium. A quæ fri
gidæ potu coercendi sunt,potissimum si septum trans- 5
uersum,consortii lege malo dedisse originem depreh-
derimus. Quòd si urina ipsis,ut consentaneum est, deli
rii uitio cohibeatur, calentis hydrelęi imbre & pubem
& uesicam fouebimus.deinde digitis manus,loco inni-
xis ad reddendum urinam incitabimus. Reliquum cor- 10
pus ipsis decumbentibus calido oleo perungi debet.
Etenim in quiete,quoad eius fieri licet contineri,si diui-
tes fuerint,à famulis,sin pauperes,uinculis conuenit. Nā
inordinata motio uires conuellit. Iam uero alia etiam
de causa pedes,prius foti,deligaturis constringi,manu- 15
q́; contrectari debent, nempe quo humores deorsum
reuellantur. Porrò si longior affectus, & contumax fue
rit ab iis quæ stuporem membris accersunt,abstinendū:
ea uero quæ digerendi facultatem obtinent, capitis p-
fusionibus miscenda scilicet mentæ succus, uel serpilli, 20
uel calaminthæ,uel rutæ. Tum iis quoq; utendum quæ
naribus inseruntur. A septimo die si uiscera sentiant in-
flammationem,cataplasmatis ex lini semine,& hordea-
cea farina cum hydrelæo leniemus. Deinde cucurbitu-
las leues aut cum scarificatione,tum his ipsis,tum occi- 25
pitio,& spinæ accommodabimus. Si corpus squalidū
perustum q́; esse coniectaueris,febrisq́; adsit,etiam bal-
neis utendum aquæ potabilis, & unctione liberaliore.
Vinum tenue & dilutum quod ὀλιγοφόρον apellant uiri
bus recolligendis propinabimus, nullam inde mentis 30
alienationem,ut est uerisimile,futura suspicantes. Aut e-
nim nulla fit,cum status morbi est:aut certe si fit,ex faci-
li subsidet. Cæterum ubi morbus se remiserit,gestatio-
ne corporis uti expedit, & congrua uirium recreatio-
ne. Sed ita phrenitici sese recolligent, ut ebrieta- 35
tem, otium, ciborum corruptiones, & in primis solis

æstum caueant.

DE INFLAMMATIONE cerebri. Cap. VII.

Cerebrum inflammatione laborans, sæpe ita intumescit, ut capitis suturæ distendantur. Dolor comitatur maximus, & diuturnus, uehemens ex repletione cibi fastidium, rubor in facie multus cum tumore molli: oculi fiunt proterui, caput inturgescit. Qui hoc malo impliciti sunt, sanguinem ex cubito mittere, item ex naribus, & uasis linguæ subditis debent. Porrò ad inflammationes tum resperſiones, tum cataplasmata, quæ humectare & mollire sunt idonea, capiti recte inducuntur.

DE ERYSIPELATE CEREbri. Cap. VIII.

Accidit quoque erysipelas cerebro, quo laborans hæc patitur capite dolet uniuerso, adeo ut flammis id uri putet, facies frigida est, & subpallida, os aridum. Quare qui in tanto affectu sanguis detrahendus est, & potissimum ex uenis sub lingua sitis. Refrigerantia conueniunt: quibus in aliis quoque erysipelatis utimur.

DE LETHARGO. Cap. IX.

Lethargus itidem, cum ratiocinatricis animæ noxa sit aliqua, locum eundem quem phrenitis, nempe cerebrum, occupat: origo uero mali, contraria est. Nam ex pituita, quæ frigore nimio & humiditate cerebrum imbuerit, contrahitur. Lethargicos comitatur febris lenta, non impense acris commouensq́; , cum profunda animi in somnum delatione. Pulsus his magni, rarique sunt, & turbulenti. Respiratio nimis rara & imbecillis. Marcorque & prode inexpugnabilis dormiendi necessitas. Vix, quocunque modo interpellentur, respondent. Omnium ueluti amentes obliuiscuntur. Oscitant crebro, & hiante ore aliquandiu persistunt, tanquam claudere

id obliti. Deiiciunt per aluum magna ex parte, liquido-ra. Nonnullis contra uenter inarescit. Vrinam reddunt iumentis similem. Quidam ex eis tremiscunt, & sudoribus undiquaque madent. Huic affectui respondet Caros ex eadem materie proficiscens: sed hoc discrimine uariat. febris Carum præcedit, eaq; uehementior. Lethargum subsequitur ignauior. Item Carus aliquot aliis affectibus superuenit, febrium, exempli gratia, accessionibus, comitalibus: cerebri compressionibus, modo caluaria confracta, modo oblæsa membrana, quæ priorem cerebri uentriculum contegit, μηνιγγοφύλακα Græci nominant. Lethargus autem peculiarem causam obtinet.

CVRATIO LETHARGI.

Vires si permittunt, etiam hic uena secari debet. Sin minus, clysteriis acribus aluum ducemus. Aeger decumbet in domo spatiosa, mediocriter lucida. Caput eius oleo perfundi oportet, cui etiam castoreum sit adiectũ. Nonnulli inuicem olei oxyrhodino cum castoreo utũtur. Robur hinc capiti caloremq; simul accersentes. Reliquum uero corpus, & præcipue extrema, oleo impleta ueteri cum nitro tosto uel pyrethro, uel pipere, uel cocco gnidio extergunt. Licet & cerato quod his, & castoreo simul constet, uti. Porrò naribus admouẽtur thymum ex aceto contritum, aut origanum, aut pulegium. Os ungitur, & palati cœlum detrito sinapi, cum mellis momento. Conariq; oportet pituitam indidem affixã digitis eiicere. Si admittantur, etiam apophlegmatismi usus erit ex oxymelite cum hyssopo, aut pulegio, aut origano, aut ipso quoque sinapi. Potui exhibebitur aliquid ex iis, quæ cito transeunt, præsertim diospolites cochleari mensura cum posca. In iis qui tremore concutiuntur diuturno, castorei quoq; scrupulos duos tresue dabimus. Si humoris inest copia, nihilq; aliud prohibeat, scammoniæ scrupulum, castoreo temperatum. At si his affectus non discutitur, caput radendum, deinde

fouendum

fouendum est sale, milio, & similibus per sacculos adhibitis. Ad hæc sinapismis uti in capite prodest, tum iis quæ per sternutamenta euocantur. Postea cucurbitulas occipitio agglutinare: partim leues cum multa flamma, partim cum scarificatione. Præterea ad natura excretiones frequenter solicitare oportebit, tum iniectionibus, tũ iis quæ urinam mouent. Pubem oleo rutaceo, aut sycionio, cui sit adiectum castorei paululum, aspergere. Iam uero ut deglutiant crebrius admonebimus ex calida aqua dulcem quandam potionem, præsertim ex apomelite confectam, bombylio ori instillantes. Quòd si mediam infestet regionem cerebri inflammatio, huic itidem medebimur superfusionibus & cataplasmatis. Naribus sinapi aceto tritum, uel castoreum ustum admouere profuerit. Alimentum esto cremor ptisanæ, uel auenæ, uel alicæ cum oxymelite, uel salibus, uel pulegio: nunc quotidie, nũc uno die interposito. A cibo, uinciri debent: summa diu cedere oportet, cruraq; pungere: nonnunquam pilos etiam in ipsis uehementius euellere conniti quo excitentur. Iam femora & crura exulcerata subinde prosunt. Cæterum ubi morbus inclinare inceperit, gestatio statim continua utilis est, & balneum. Victus q uires recolligat, recreetq;, decẽter adhibẽdus.

DE CATOCHO, AVT VIGILI COMATE. Cap. X.

HVius morbi causam, ubi de phrenitide sermo est habitus, sumus cõplexi. notæ, ut summatim dicam, communes quodammodo sunt phrenitidis & lethargi. Sed pro materia abundante uariant, peculiares autem hæ. Inuadit hoc mali hominem supinũ, exporrectumq;, cuius alias facies subtumescit, & modice lethargicorum modo liuet: alias rubescit, & superior gena sursum conuelli uidetur, ac excedere ut ne conniuere qdẽ æger queat: respiratio nulla apparet, sed quasi emortuus decũbit. pulsus est exiguus, languidus, & creberrimus. Vrina & aluus nihil, aut certe parum reddũt.

Qui meliuſcule habent, nec tam grauiſ premuntur affe ctu, liquorem aliquem infuſum deglutiunt: qui uero ma lo uicti ſunt, ad nares regurgitant. Itaque pituita bilem ſuperante affectos à lethargicis diſcernimus, eo quòd neq; facies tumeſcit, neq; liuida eſt, ſicut lethargicis. præ terea quòd paulatim etiam leuiter deſudant. In iis pe riculum maius eſt, quibus peruigilium adeſt continens, urinæ non reſpondent, difficilis inſpiratio intenditur, ſu dores erumpunt, & ad nares potus reſorbetur. At ſi mu lier hoc laborare uitio cœperit, ab ea quæ uuluæ ſtran gulatu corripitur, hac nota diſcernes, quòd naturaliter iacere uideatur, & inclamantes percipiat, excitetur, rur ſusq; ſomno graui ſopiatur. Interim dicunt etiam pri uatim diuerſumq; à uigili comate catochon fieri, cum ſimplicem non mixtam habebit cauſam, nimirum fri gidiorem ſicciorem q; materiam, quæ poſteriore cere bri uentriculo repleto malum hoc excitarit. Quo qui corripitur repente, in illo permanet habitu, quo corre ptus eſt, ſtans ſcilicet, uel ſedens, clauſis oculis, aut reſpi ciens. Quam ob cauſam antiquiores Græci hoc deten tos morbo, catochos uel catochomenos, quaſi dicas occupatos deprehenſosq; nominauerunt: recentiores affectum fœminino genere catochen & catalepſin uelu ti detentionem & deprehenſionem. Curatio prædictis eſt ſimilis, ſed ea quæ ſuperueniunt diuerſam poſtulant animaduerſionem.

5 10 15 20 25

CVRATIO CATOCHI.

Huic quoq; malo ſanguinis miſſione ſuccurritur, præ ſertim in quibus facies rubeſcit, modo uires ſuadeant: aut clyſteres iniiciendi, partim q pituitam pollentem eli ciant, partim qui bilem abundantem leniant. pari modo aliorũ quoq; præſidiorũ ratio utilis eſt. Similiter ægros nutrire confert, interim diebus ſingulis, interim uno in terpoſito. Porrò affectus admodum periculoſus eſt, ſi aut uictu aut potu erretur. Quibus uomere ex uſu eſt, ii ſtatim ad id cogendi ſunt, ac ore uentriculi ſubmiſſo

30 35

cura adhibenda ne aluus irritetur, ac uiscera respersioni-bus ex cumino aut ruta foueantur. Qui ex ebrietate uitium conceperunt, crapula dissoluta, humidiore cibo tractandi sunt, qualis est ptisanæ cremor. Præterea ca-put inunctionibus congruis perfundetur, per æstatem frigidis, per hyemen egelidis. Si nequaquam crapula sol-uitur, neque ad sobrietatem reditus est, tanquam deplo-ratæ ualetudinis hominem uitare oportet.

DE MEMORIÆ IACTVRA, & ratiocinationis, item de sopore, & fatuitate. Cap. XI.

MEmoriæ iactura partim per se, partim etiam cũ quadam ratiocinationis labe accidit: quemad-modum & mentis seu ratiocinandi facultatis noxa priuatim prius incipit, deinde memoriæ iactura insequitur. Verum cum utraq; pars, mens inquam & memoria male fuerit affecta, tunc fatuitas seu stultitia, quæ Græcis morosis appellatur, oboritur. causa malo-rum est, noua intemperies, quæ partes illas pertinaciter obsidet. Quòd si humida solum fuerit, memoriæ & ra-tiocinationis uitium creabit, torporesq; quos Græci νωθρώτητας uocant, & in somnum longas profundasq; delationes. Si uero humori frigiditas etiam accesserit, sopores & lethargos. Eodemq; modo si sola fuerit sic-citas, uigilias tantum inducit. At si calor accesserit sicci-tati, deliria, & phrenitidas mouebit. Porro intemperies hæ nonnunquam obueniunt humoribus: nonnunquã cerebri uentriculis, uel ipsius uasis: uel utiq; humiditati inspersæ, uel ipsimet cerebri corpori, uel etiam tempo-rum musculis tali modo uitiatis. At si humores cum ipsis sint mixti, similem quoq; morbum experientur: ue-rum simplex, an composita sit intemperies efficiens, ex specie excrementorum condisces. Quod enim me-moriæ & ratiocinationis iactura, frigiditatis soboles exi-stat, compertum habemus. Humiditati uero, an siccitati iuncta sit, ex recrementis, ægri habitu, temperatura,

uictus ratione, anni tempore & loco deprehendemus.

CVRATIO.

Si frigida male habuerit intemperies, calefacere, si humiditati iuncta sit, etiam exiccare oportet: rursus si mixta cum siccitate, humectare simul & calefacere. Pari modo etiam in calida intemperie refrigerare conuenit. si siccitas accesserit, pariter humectare: si humiditas, refrigerare simul & siccare. In quibus sanguinem deprehendis abundantem, uenam aperire, uel clysteriis acribus uti consilium est. Deinde etiam hiera amara, & apophlegmatismis. Item inunctiones capiti sunt inducendæ ex oleo cui adiecta sint quæ refrigerant exiccantq́; , rosæ dico, myrti, iuncus, aliaq́; similia. Ad hæc totius corporis solicitudo habenda est. Quòd si æstu & lassitudine orta fuerit intemperies, caput oxyrrhodino perfundendum, tum reliqua curandi ratione frigida humectaq́; uti conuenit. Inter cætera & cibo & potu simili. Quòd si caros fatuitati, uel obliuioni accedat, huic etiam succurrendum est, ut in lethargicis prius comprehendimus, ubi & ipsorum discrimen explicitum est.

DE VERTIGINIBVS. Cap. XII.

Vertiginum affectus nascitur cum frigidus, glutinosusq́; humor cerebrum occupat. Vnde leui occasione protinus etiã concidunt, ueluti quando aliqua circũagi extrinsecus aspexerint, ut rotas, turbinesve, aut quando etiam ipsi circũaguntur. Interim ubi capite incalescunt humoribus in eo commotis, uel ẽt spiritu: interim prioribus cerebri uentriculis, caluariæ cõfractæ perforatu pressis, in quibus etiam uehementes oboriuntur cruciatus. præcedit autem primarium capitis affectum uehemens dolor, torpor, & aurium sonitus. quidam olfactu læduntur, nonnulli gustu. Quibus autẽ uentriculi oris consortium rosionem stomachi, quam cardiogmon Græci appellant, accersit, etiam nausea superuenit.

CVRATIO.

Vertiginosos in accesſione quidem medicamẽtis quæ odore mouent, excitare conuenit, item frictionibus, & id genus aliis. Vbi morbus conquierit, eius diſcutiendi gratia ſanguis primum mittendus eſt, deinde purgatio ex hiera præſtanda. Interpoſitis diebus acri clyſtere ex centaurei, uel cucurbitę ſylueſtris decocto utendum eſt. Secundum huiuſmodi uacuationes caput ipſum cucurbitulis ad occipitium cũ ſcarificatione lancinari debet, mox apophlegmatiſmi, id eſt medicamenta quę pituitã per os eliciant aſſumi, & ſternutamẽta moueri. At quos capitis calor, auriumq́; ſonitus male habet, ceu uaporibus calidioribus per arterias ſurſum elatis, etiam arterię ſectio retro aures iis adhibenda eſt: ut in parte chirurgica ſumus dicturi.

DE MORBO COMITIALI. Cap. XIII.

Morbus comitialis, cum totius corporis ſit conuulſio, ſed ita ut principis animæ functionũ noxa comitetur, partim in ipſo cerebro, partim in uniuerſis huius uentriculis cauſam habet ſubſiſtentem: modo humorem pituitoſum, modo melancholicũ. Itẽ ore uentriculi affecto conſortii quadam lege oboritur, quẽadmodũ in colicis quoq;, ſicut in illorum capite exequemur. Iam uero aliis quoq; partibus contagionem impartiẽtibus naſcitur, cum ueluti aura quædã frigidior ad cerebrum aſcendit, alias à crure, alias à manus digitis. Inſuper uiſus eſt quandoq; prouenire ẽt in quadam muliere ab utero quo tpe eſſet grauida. A partu edito ceſſauit. Occupat hoc morbi genus maxime pueros eosq́; adhuc paruulos, deinde adoleſcẽtes & iuuenes, minime ſenes & decrepitos. Præcedit igitur comitiales corporis animiq́; ſtatus minime arbitrarius, triſtitia, eorũ q̃ iuxta ſunt obliuio, turbulentæ inſomniorũ imagines, capitis dolor, eiusq́; repletio cõtinua, ob iracundiã maxime pallor faciei, & inordinatus linguę motus: nõnulli

ipſam quoq; commordent. Quibus à ſtomacho uitiũ oritur, palpitatio ipſius præcedit tumultus & eroſio. Iã ex inedia ſeu cibo tardius aſſumpto, excandeſcunt. In hoc caſu, quamprimum inuaſerit, ægri concidunt, conuelluntur'q;, tum impotens quædam uox interdum ſub oritur. Sed peculiaris admodum mali nota eſt oris ſpuma. Quippe alia communiter aliis quoq; morbis eueniunt. Non deſunt etiam quibus urina & ſtercus præter uoluntatẽ excernitur. nõnullis & genitura. In quibus igitur acutisſimus eſt effectus, ſtatim iugulat, & tam crebris accesſionibus, & eorum quæ accidunt, uehementia. Ac pleriſq; longus eſſe ſolet. Nã ſi non pubertate uel menſtruorum initio, uel puerperio ſolutus fuerit, uel ſi poſt hoc tempus remanſerit, ſæpe uſq; ad mortis diem prorogatur, niſi congruam medici curationem fuerit aſſecutus. Coarguunt comitiales ſuffimenta, bitumen, uel lapis gagates, uel cornu caprillum, iecur hircinum comeſtũ, & iecoris toſti odor.

CVRATIO.

Si infans ægrotus fuerit, nihil moliendum eſt. nam ætate ad bilioſiorem, ſicciorem'q; ſtatum uergente, & uictu moderatiore, ſua ſponte plærunq; morbus finitur. adeo ut ſolius uictus infantium, & eorum qui lacte nutriuntur ratio ſit habẽda. q poſt annos pueriles in morbũ hunc ꝓlabuntur, eorũ partes cõuulſæ ac diſtractæ pingui aſꝑgine adiuuari, cõtineri & in rectũ dirigi debent. Deinde ore diſtento digitus demitti, aut pinna oleo irino uncta, pituitæ auferendæ gratia. Quin & medicamentis quæ naribus adhibẽtur ſenſum mouere cõuenit, exẽpli gratia, peucedano, cyrenaico liquore, bitumine, pice cedrina. Poſt accesſiones ſi nihil prohibet, ſanguis utiq; à cubito mittendus eſt. At ſi nihil remittat accesſio, ſummæ partes ſinapi implendæ ſunt. cucurbitula præcordiis defigetur. Quòd ſi nec his morbus cõprimitur, minimũ in medicina ſpei ſupereſt. nihilo ſecius tamen medicus animo confidente caſtoreum neceſſitate adactus & li

quorem cyrenaicum cũ melle & aceto ori infundet. in anum centaurei decoctũ, uel cucurbitæ ſylueſtris dabit. Qui conualeſcunt uiribus ante recreatis purgatione ex hiera ſolicitandi ſunt. Hæc ſanè eſt recẽtis & acuti morbi comitialis curatio. deiceps quomodo inueterato ſuccurratur trademus. Itaq; ægrotos aquam diu bibere expedit. ac ſi nihil obeſt, ſanguinem dimittere. Interpoſitis quatuor aut quinq; diebus corpuſculum reficere, & ſic purgante medicamento ſolicitare, præſertim ueratro nigro, uel cucurbita ſylueſtri, uel certe ſcammonia. Porrò ueratrum ſine medulla tunſum cribratumq́; aquæ mulſæ cyathis quinq; uel ſex inſpergere oportet, aut melle crudo cum piperis momento excipere. Cucurbitæ uero, ſemine eiecto medullaq́;, implebis ipſam paſſo, ſinesq́; totã noctẽ cõmãdeſcere. Mane paſſum tẽperatũ potui dabitur. Vel ẽt medicamẽto ex ueratro albo purgationẽ molieris: qđ hæc recipit: baccarũ lauri purgatarũ, piperis albi, alypiados, euphorbii, ueratri albi, ſingulorũ drachmas octo. Hoc totũ datur cũ paſſo qđ in cucurbita ſylueſtri pnoctarit, probe uacuat per uomitũ. Vbi uero ſat purgati ſunt, ægri balneo credẽtur. Tertio die in præcordiis & dorſo cute ſcapello inciſa cucurbitulæ affigendæ ſunt. Deinde cõpluſculis diebus interpoſitis corpus nutriendũ eſt, & hiera diacolocynthidos aſſumi debet, poſtea capiti & occipitio cucurbitula agglutinari: Sequenti die panis coctus in mulſa, tritus autẽ cum amaris amygdalis, uel ſerpillo, uel menta, uel calamintha, uel ruta ſuperdandus. Atque id per triduũ continuabitur. Ab hoc, caput tondendum eſt, & peucedani liquore cui ſpondylium incoctum ſit, ex aceto diluto perungendum. Rurſus corpore interea recreato antidoti diacolocynthidos, oboli nouem ex aqua mulſa exhibentur. Interpoſito tempore, interpoſitis rurſus diebus clyſter ex centaurio & colocynthide, deinde hiera rurſus dabitur, iterum tres ex antidoto offerre conuenit. Inde medicamentis uti quæ ſternutamenta citant.

Post quinq; decemve dies, castoreum ex mulsa præbetur, mox quæ pituitam per os & nares educant, deinde sinapismus capiti inducitur. Item uomitiones ciborum acrementa cum opportunitas est, ciere expedit. Auxiliatur his etiam oxymel scilliticum quotidie potum, & mel, in quo scilla intabuerit, instar cochlearii assumptũ. Victus ratio utilis est quæ incidat extenuetq;. Capparis igitur frequenter esus & salsamentum prodest. Fugere oportet carnes, legumina, uinum copiosius, uenerem liberaliorem, balnea, sinapi, & potũ statim à balneo, præsertim uini meraci. Exercitia prosunt & frictiones, sed capiti post reliquas omnes corporis partes adhibitæ.

DE IIS QVI STOMACHI VItio comitiali morbo corripiuntur.

Si stomachus primario affectus, morbum inuexerit, solicitudo habenda est, ut ex facili æger concoquat. Panis igitur acurate elaboratus ex uino temperato quod leuiter astringat, albumq; colore sit, ad horam tertiam recte assumitur. Item medicamentum ex aloe, bis terve singulis annis dare his expedit. Noui autem quãdoq; puellum (inquit Galenus) neutiquam hoc tentatum postea morbo, quàm radicem glycysidis (dicit autẽ pæoniam magnam recentemq;) ex collo suspensam gesserat. Insuper agaricum opitulatur comitialibus. idẽ præstat seseli, spondylii fructus, radixq;, aristolochia rotunda ex aqua pota. Non parum huc facit & continua crurum scarificatio.

DE IIS QVI A PARTICVla quadam morbum concipiunt.

Vbi casus hic inuadere hominem ex particula percipitur, siue ea fuerit manus, siue pes, fune excipi ualenter debet quæ superposita est. Cum remittit, adurens quoddam medicamentum particulæ inducetur, cuiusmodi est lepidium, & diacantharidos similiaq;. Ad hæc oxymel Iulianum comitiales uehementer adiuuat, particulatim materiã cõmouens. Post omnia cõmemorata &

Theriace,& naturales balineæ locum obtinent. per totum autem uitæ curriculum cauenda maxime cruditas cibus ante concoctionem obitam,isq; crassi succi,tarda nutritio,commotio, uinum largius & potus à balneo,
5 sicut comprehensum est,maxime meracus,præterea ualde uetusta,crassaq; uina, tũ acria ex his quæ odore mouent,& caput replent,loci præcipitis inconniuens conspectus,in balneo mora.Postremo curandum ne caput insolatu uratur.

10 DE MELANCHOLIA. Cap. XIIII.

Melancholia mentis quædam alienatio est sine febri,ex melancholico maxime humore nascẽs qui mentis sedem occupauerit:aliàs cerebro ipso per se ægrotante, aliàs cum toto corpore immutato.
15 to.Tertia uero melancholiæ species est,quam flatulentam & à præcordiis hypochondriacam appellant, ob inflammata circa stomachum præcordia proueniens. quæ modo auram quandam maligniorem,modo substantiæ humoris partem ad cerebrum sursum transmittant.
20 tant.Communia omnium signa sunt, metus, tristitia,odium hominum.Item alii se credunt animalia quædam bruta esse,& uoces ipsorum imitantur. Alii uasa fictilia, metuuntq; ne rumpantur.Hi mortem expetunt,illi eandem expauescunt,nonnulli semper rident,nonnulli plo-
25 rant.Alii uero putãt à maiore quadam ui se defendi ornariq; & uaticinantur futura,non aliter quàm uates & diuinaculi quos Græci ενθεαστικούς proprie nominant.Peculiares notæ eorum sunt,qui ex totius corporis consensu melancholiia laborant,gracilis corporis habitus, ni-
30 ger,hirsutus & ex toto melancholicus,uel natura,uel etiam ex acquisito ꝑ solicitudines quasdã,aut uigilias aut prauorum ciborum esus,aut emorrhoidum, aut menstruorum suppressionem. At qui ex præcordiis hoc uitii conceperunt,eos testantur cruditates acidi ructus, ar-
35 dor,& ipsorum grauitas, tum quod præcordia sursum conuellantur,interim inflammatione conflictentur. Ad

hæc quod tam incipientem morbum q̃ maiorem iam effectum melancholica comitentur symptomata, quodq; hac leuentur, concoctione, uel excretiõe, uel multis flatibus, uel uomitu, uel ructu. Cum autem nullum ex his, aut certe pauca eueniunt, melancholica quæ apparent 5 signa cerebrum primario affici in totum succi contagione melancholici fatentur. Porrò si quando flauæ bilis supra modum exustæ in nigram fiat mutatio, insaniam dictam græce manian inferet, cuius impetu ferarũ modo redduntur effrenes, ut etiam eos qui imprudentius 10 ipsis occurrunt, manu uiolenter tractent.

CVRATIO MELANCHOLIÆ.

Qui igit ex primario cerebri affectu melancholici sunt crebris balneis, uictu boni succi & humido curãtur, unà cum decenti animi delectatione, sine alio præsidio, cum 15 humor qui molestat nondum ob temporis longitudinem excerni contumax est, quando ualentiora magisq; uaria tentare oportet remedia. Itaque purgentur per initia epithymo, aut aloe. Nã uel pauxillũ ex his sumptũ quotidie maxime iuuat, & leuiter aluum subducit. ubi 20 purgati fuerint, uti dictum est, absinthium propinabitur: nunc herba ipsa duobus aq̃ cyathis perfusa incoctaq;, nũc eius succi drachma semissis, aqua continue liquefacta. Aceti q̃ acerrimi modicũ sorbitioni datur somnum ituro. Iam multa obsonia in id intincta esse conuenit. 25 præstantius autem erit acetum, in quo scilla, polium, & tenuis aristolochia commaduerit. Cum igitur morbũ forte curandum susceperis, qui quidem ex totius corporis affectus consortio, ut supra dictum est, trahit originẽ uires aũt sint ualentes: a sanguinis missiõe incipiendum 30 est. Interposito deinde tẽpe, uiribus recollectis, inferius purgare conuenit medicamento ex cucumere, tum eo quod constat nigro ueratro. Porrò si hæmorrhoidibus aut mensibus suppressis malum fuerit concitatum, horum quoq; purgationem moliemur. Laudantur etiam 35 facultates, tum quæ urinæ ciendæ sunt, tum quæ per

sudores purgant. Si præcordiorum offensioni morbus debetur, & horum habenda erit solicitudo. fouebuntur ipsa rutæ decocto perfusa: item anethi absinthii, pulegii agni seminis, & fructus lauri. Hæc etenim dolores quoque leniunt, & flatus discutiunt, oleo incocta, & sic affectæ parti applicata. Cæterum præter hæc insint cataplasmatis etiã ea quæ flatibus discutiendis faciunt. nempe apium, uel anisum, uel cuminum. Nil mali fuerit, si indatur cataplasmati & cyperus, & iris, & libanotis quam rosmarinum uocant Cum hæc admoues, longo tempore per diem & pasto & ieiuno adhærere fines. Vbi ademeris, aliud quoddam operimentum superaccommodato, lanam scilicet latiorem. Cucurbitulis ad flatus digerendos leuibus utitor ad dolores inflammationesque cum scarificatione. Porrò adhibita curationi diligentia, nec sinapis obliuiscere, sed acribus incidendi uirtute prçditis, & dropacibus super dorsum, uentremq; uti conuenit. Quibus uitium inueterauerit, præsentissimũ est remedium perueratrum album uomitumq; purgatio. Victus omnibus melancholicis conferet probi succi, & mediocriter humidus. Vitanda sunt, caro bubula, ceruina, lenticula, brassicæ, cochleæ, uina, crassa & nigra: breuiter, quæ atram bilem generant.

CVRATIO INSANIÆ.

Insanientes consimilem melancholicis curationem recipiunt. Propriam uero habent, ut caput ipsorum rosaceo tum unguine, tum aceto perfundatur. Item per antidotum picram, id est amaram, utilis est post sanguinis dimissionem purgatio, necnon hirudines capiti admotæ. Vnice ipsos iuuat hippomarathri radix, semẽq; eius ex aqua potum. Insuper bryoniæ radicis denarius ex aqua quotidie assumptus. Sin aũt delirãtes purgãtium medicamentorum potionem renuãt, interim ut facilius fallat ipsos, cibis nẽpe buccellis, uel ficub⁹ pinguibus, uel palmulis, interdũ potionibus adiiciẽda sunt. Ante oĩa uero in lecto uinciẽdi, ne uel sibi, uel alteri noceãt.

Aut gestandi lectulo, intra cubile quoddam insanientibus dicatum, pensili.

DE INCVBONE, QVI ephialtes Græce dicitur. Cap. XV.

Ephialten, qui latinis incubo est, aliqui ab eius nominis homine dictum asserũt, uel inde quod hoc malo correpti ab aliquo se inuadi imaginentur. Themison tamen decimo epistolarum uolumine à suffocando pnigalionem appellauit. Constituitur id uitii ex crapula, & continua stomachi cruditate. Comitatur eo detentos difficilis motus, torpidus in somno sensus, suffocationis imaginatio, & ueluti ingruentis cuiusdam mali occupatio. Ad hæc uox supprimitur aut incerta indiscretaq; editur. Nonnulli in se grassatos etiam audire & ab eis uenerem exigere putant. sed compressis eos digitis fugere. Cui malo succurrendum est per initia. Nam si diutius se prorogauerit crebroq; eos per noctẽ opprimat, grauius aliquod nuntiatur malum, ut apoplexia, insania, & morbus comitialis, cum primum in caput huius uitii causa ferri cœperit. Quæ enim comitiales interdiu, eadem ephialtici dormientes noctu patiuntur. Itaque commodum est sanguinis detractione & purgationibus uniuersum ægri corpus uacuare. Maxime his opitulatur, nigri ueratri denarius, cui scammoniæ oboli tres sint adiecti. Item nonnulla ex odoratis, anisum, daucum, petroselinum. Iam hiera diacolocynthidos, id est ex cucurbita syluestri strenue auxiliatur: est autẽ ea quæ ad Rufum authorem refertur. Victus sit tenuis, non qui inflationes pariat. Succurrit ipsis & pęoniæ semen. Dandaq; sunt potui continue grana eius quindecim nigra in aqua contrita.

DE LYCAONE, VEL LYcanthropia, id est hominum in lupos conuersione. Cap. XVI.

QVi lycanthropia detinentur, noctu domo egressi, lupos in cunctis imitantur, & donec dies illucescat, circa defunctorum monumenta plerunque uagantur. Hæ comites ipsorum notæ sunt. facies pallida, oculi sicci, & ad uidendum imbecilli, lingua aridissima, nulla in ore saliua, sitis immodica, tibiæ sine remedio exulceratæ, quod frequenti per noctem eius partis offensione accidit. Tales quidem sunt notæ. Species autem melancholiæ hoc malum est, curandumq; in accessionis tempore: sanguis ex uena ad animi usque defectum detrahitur, cibis probi succi æger, & balneis dulcis aquæ sustinendus est, deinde lactis sero per triduum usus, etiam hiera diacolocynthidos, bis terve purgabitur. Ab his purgationibus, theriacen quoque ex uiperis assumet. ac alia reliqua in melancholico affectu commemorata. Inuadenti iam morbo, aspergiinibus somnum accersere conuenit, in id efficacibus. ubi somnus accesserit, nares opio illinuntur.

DE AMANTIBVS. Cap. XVII.

AMores cerebri affectibus annumerare cum sint quædam curę, haud fuerit absurdum. Cura uero affectus est animi, ratiocinatione in motu laborioso occupata. Hæ sequaces amantium sunt notæ. Oculi concaui non illachrymant, sed tanquam uoluptate pleni apparent, continens palpebrarum motus. & cũ reliquæ corporis partes non collabuntur solæ hæ amãtibus concidunt. Pulsus ipsorum proprius nullus est, ut quidam opinati sunt, uerum qualis eorum deprehenditur, qui cura conficiuntur. Cum uero res amata in mentem ipsis uel auditu, uel uisu, & præsertim repente uenerit, tunc pulsum animo turbato contingit immutari, neque naturalem æqualitatem, neque ordinem retinere. Hos igitur & tristes, & uigiliis torsos nonnulli qui dispositionem ignorarent, nullo balnei usu, solitudine & tenui uictu consumpserunt, in quibus sapientiores cum amantem deprehendunt, ad balnea, compotationem,

gestationem, ludos fabulasq́; animum abducunt. non-nullis metum incutere conuenit. Nam qui amori semper indulgent, iis difficulter abigi potest affectio. Quidã igitur obiurgandi sunt, ex ratione uitæ quam singuli delegerint, In uniuersum mẽs ad alias curas abducẽda est. 5

DE APOPLEXIA ET HEMIplexia, uel paralysi. Cap. XVIII.

QVando commune neruorum principium affectum est, eoq́; omnes corporis particulæ motum simul & sensum amiserunt, apoplexia motbus appellatur, acciditq́; principalibus animi functionibus oblæsis. Sin autem in altera corporis parte obstructio fuerit oborta, hemiplexia & paralysis nominatur. Si unam quandam particulam talis noxs occupauerit, illius affectio particulæ dicetur: quippe Hippocrates memoriæ prodit, Attonitum ipsi crus euaserat. Seruatur itaque in attonitis modica quædam respiratio: quæ si per multum à naturali functione recesserit, maximum inferet malum: si paululum, exiguum. Deterrima uero est, cum intermittitur, uel etiam ubi magna cum uiolentia ingruit. Origo uitii est ex frigidiore pituita, quæ principalissimos cerebri uentriculos una uice & cumulatim repleat. Cum spinalis medullæ principium quandoque totum huic conflictatur malo, omnes faciei subiectæ partes resoluuntur, ipsa manente incolumi, eo quòd sensum motumq́; partes quæ ibidem habentur, à cerebro excipiant. Cum dimidia ipsius regio infestatur, eius paraplexia constituitur. Si odoratus uitiatus fuerit, uel ad priores cerebri uentriculos intemperiem expertos, uel ad meatus qui à percolando ethmoides dicuntur obstructos, talis referetur affectio. Itaque procumbunt attoniti, intermoritur uox, sensus motusq́; citra febrẽ. Præcedit hoc mali, capitis turbatio, acutus dolor, & uenarũ circa guttur extantium, sphagitidas Græci uocant, thoruli prominentes, tenebræ oculis offusæ: itemq́; splendores eisdem oborti, extremarum partium sine ratione

algores, totius corporis palpitatio, difficilis motus, & dentium inter dormiendum stridores, urina, ueluti æru ginosa, atra, modica, & quod in ea subsidet, farinæ spe ciem refert. Id genus occupat senes potius, & tempera
5 tura pituitosiores, uictuq; usos consimili. At si iuuenes, & per æstatem infestet, magnam necessitatem fatetur.

CVRATIO.

Apoplexiæ morbus, nequaquam, aut raro curatur, ut ꝙ mortem in propinquo minetur. Si uero etiam reme
10 dia ipsum sustulerunt, plurimum cum partis cuiusdam corporis resolutione discedit. Qui igitur quoquo mo do curationem recipiunt, iis statim sanguis ex uena de trahendus est, & si remissionem quandam habuerit, de trahere conuenit eadem die, aut sequenti, aluum acri cly
15 stere ex muria & melle contemperatis ducere. Dein oleo copiosiore sulfurato totum corpus perungere caputque chamemælino, uel anethino, oleo quo spondylium decoctum sit calamintha, mulsaque in stillatur, ea quæ odore mouent. naribus admouentur,
20 uti opopanax, uel sagapenum, & galbanum, uel casto reum. Oportet autem & ori per uim aperto digitum, uel pinnam oleo madefactam inserere, ut ea quæ insunt eiiciantur. Cæterum sedes etiam iis que flatus educunt, perungenda est: mulsa uel oxymel potioni dabitur.
25 Quinetiam apophlegmatismis ex thymo, uel origano cum aceto decoctis utemur. Vbi morbus se remiserit, cibus mollis, distribui facilis & succulentus assumetur. Si uox nondum redit, & uires permittunt, cucurbitulæ occipitio cum scarificatione defigentur. si fieri possit e
30 tiam præcordiis. deinde gestabuntur ægri curru, aut lec tica, aut lecto pensili. Valetudini faciunt & quæ sternuta menta excitant crebrius adhibita. Item quæ pituitæ per os educendæ sunt, apòphlegmatismos nominant. Vbi quatuordecim dies morbus excessit, ad reliquas gesta
35 tiones ducẽtur. Cæterꝫ sermonis solicitudo habẽda est. uetus apomeli cũ micis panis, uel alica dabit: mox pau xillũ ex hiera. Post XXI diẽ balneo ægroti credentur,

Vinum tenerum calente aqua temperatum potui exhi-
bebitur. uires autem balneis & unctionibus reficiendæ
sunt. Loca uero mari uicina, si fieri potest, huic morbo
deligentur. 5

CVRATIO RESOLVTIO-
nis, quæ paresis dicitur.

At si principis animæ functionibus liberis, omnium par
ticularum resolutio acciderit, etiam qui has molestat hu
mor, qualiscunque ille fuerit, euacuari debet. Mox hie-
ra, cui castorei quoque pars sit adiecta, dabitur per initia 10
drachma semissis, cum tantillo mellis, & aqua calente
diluta, uel per se, piperis dimio scrupuli addito. Qua-
tuor deinde diebus interpositis integra drachma assu-
metur, dehinc una & semis, postea duę, atque tres. Rur
sus totidem diebus interpositis quatuor drachmæ, si æ- 15
gri uires sustinent, offerẽtur mellis adiecto cochleario.
Membris autem quæ deficiunt, medicamẽta quædam
digerentia, & ea quæ cutem possunt cruentare, imponũ
tur: quibus castoreum quoque, aut piper, aut pyrethrũ,
aut cachry, aut euphorbium accommodatur. Prodest 20
etiam super ea oleum rutaceum, uel sicyonium, uel ue-
tus infundere. Cibi conueniunt frumentacei, sorbiles,
uel alioqui ad concoctionem expediti: nec recrementi-
cei. Cucurbitulæ resolutis partibus agglutinantur, si
multæ fuerint, distinctim: si paucæ, uni: post cucurbitulas 25
delinuntur medicamenta ex pice, uel resina, uel manna.
optime autem faciunt simul incoctæ artemisia, & cala-
mintha, cunila, & nitrum ex aqua modica, quæ inter co
quendum absumatur. Aluus iterum subducatur ex aloe
uel polypodio, uel scammonia, uel ex pulte diacolocyn 30
thidos. unctioni uero aptissimum est, uetus oleum in
quo scilla quadraginta diebus sub sole incubuerit. Si hu
ius copia non est, duas scillas uncias coquito, illinitoq;,
uel cachry similiter præparatum, miscenda uero & ce-
ræ uncia, ne illita diffluãt. At si galbani, castorei euphor 35
bii, adarcæ & nitri, singulorum unciam semissem acce-
perit,

perit,multo erit medicacius.fouet exacte etiam ranunculus herba incocta oleo,in quo per insolatũ concaluerit.Potiones erunt castorei circiter drachma , opopanacis succus fabæ instar deglutitus.Mirifice facit etiam
5 sagapenon ad erui magnitudinem,ex mulsa,& castoreũ cum opopanace.Item liquoris cyrenaici quantum milium pendet.Auxiliatur & antidotum ex triplici pipere. Vtemur etiam acopis calefacientibus,& iis quæ pituitæ per os educendæ sunt.Post diem quartumdecimũ ple-
10 nioribus uti cibis expedit, & auxilio multum proficiente,in balneum deducere.A trigesimo dropacem adferre conuenit,& lauacro committere , insequentibus diebus sinapi illinere,in quibus & motus & sensus periit. Id hinc debet intelligi,quòd uehementem ustioné non
15 percipiunt.In iis autem qui sensus compotes sunt,cutis ruborem duntaxat oportet excitare , post tumorem factum ad lauacrum mittere,& mollibus ceratis medicari.Vomitus à cœna conueniet,& is qui radiculis assumptis cietur:item gestationes curru,aut lectica,aut uehicu-
20 lo:postea ducentur ad balnea naturalia. Victus siccior utilis est,potio modica & frictio,cibos igitur siccos esse debent,sitim q̃ possunt maximam sustinentes.

DE IIS QVI LAXATIONE, aut distentione resoluti sunt.

25 Quoniã resolutæ partes uel conuelluntur,uel laxantur: idq; uel à repletione uel inanitione , attendendum rursus quoque est,partim sanguinem detrahi debere,partim non.Deinde in relaxatis quidem membris astringentia,iis quæ laxant miscere,& frictioné intensam mo-
30 liri conuenit.In contrarii s,laxantibus duntaxat utendũ, frictione simul molli adhibita:oleo in relaxatis nitri paulum & fœculæ contritũ adiiciatur.fotus erunt ex aqua uehementer calida,& potissimum marina, in qua decoctæ sint lauri,uel agni germina,uel sampsucus,uel aliqd
35 huiusmodi.Si aũt æstas fuerit, natationes in mari:rubores in cute concitati his maxime conferunt. Itaq; cedã-

tur etiam particulæ ferulis,uel urticæ ramis. Quòd si p-
seueret resolutio,carnem, quæ intra articulos resoluta
est,attractam ferris oportet candentibus,exiguis, tenui-
busq; transmissis adurere. Commissis autem membris
dropacem continue superiniicere commodum est. 5

DE RESOLVTIONE QVÆ unamquanq; particulam obsedit.

Quæ à nerui diuisione oritur particularum resolutio,
insanabilis est: quæ uero ab intẽperie, uel humore quo-
dam contrahitur, commune quidem ex facultatibus cõ- 10
memoratis præsidium recipit. sunt autẽ peculiaria quæ-
dam singulis ipsorum dicata, quæ subiungemus. In iis
igitur quibus in utrãlibet partem deprauata est facies, af-
fectum Græci κυνικὸν σπασμὸν dicunt, æqualiter in op- 15
positum capistro appellato deduces. Profuerit etiam
sanguinis detractio, ex uasis linguæ subiectis. Item cu-
curbitulæ priori uertebræ defixæ, tum pituitæ per os,
naresq; purgatio. Sciendum itaq; est non eam maxillã
quæ peruersa esse apparet, sed oppositam resolutione 2
infestari. Gutture resoluto, cucurbitulas mento aggluti-
nabis, perungesq; medicamentis ex castoreo, sagape-
no, & liquore parthico. auxiliatur etiam gargarizatio
ex acribus. Vbi lingua resoluta fuerit, uenæ ipsius inci-
dendæ sunt, cucurbitulæ mento admouendæ, medica- 2
mentis ex sinapi pituitæ per os eliciendæ gratia utendũ
est, & linguæ exercitiis. Si uocis instrumenta soluta sint,
thoraci præsidia adhibenda sunt, spiritus retentione, &
clamore utendum. In superciliis palpebrarum inunctio-
nes similiter prosunt. Item proficit sutura. Vesica uero 3
resoluta, siue urina impediatur, siue ultro excernatur, pu-
bi & abdomini medicamenta applicanda sunt: sed im-
mittendum est oleum rutaceum, uel sycionium cũ buty-
ro, castoreo galbano, uel opopanace, uel liquore sil-
phii: uesicæ hæc per colem transmissa ualde profece-
runt. uel sola etiam suffecerant. Iam clysteres ex centau-
reo, & colocynthide cum sycionio utiles sunt. Benefa-

ciunt etiam medicamina urinam cientia, potui data, & castoreum cõsimiliter. In primis iis, qui nihil urinæ reddunt, per rectos siphones, quos catheteras dicunt, in uesicam medicamina infundentur. Præterea laxantibus insidebunt, & cataplasmata inde conficient. Qui præter uoluntatem urinam excernunt, corroborantibus auxiliis astringendi sunt, cibis siccis, potione frigida utẽtur: ubi se recolligunt, cutis exulceratione, & lauacris sponte prouenientibus frigidis utentur. Eos qui urinam sine uoluntate mittunt ob ceruicis uulnus, aut casum, aut uertebræ luxationem, superuenientibus, quæ mortem fatẽtur, notis, nulla medicina periculo subtrahit. Quòd si coles resolutus fuerit, iis q̃ in uesica dixi, utẽdum. In eisdem partibus & lũbis ea quæ intendendi uim habent, usurpabimus. Commendatur autem lac, caseus, & reliqua bellaria, lactucæ, aliaq; olera. Longanone soluto, in quo nunq̃ citra uoluntatẽ stercus erũpit, nonnunq̃ cohibetur, iisdem uti par est: interim hæc ab inferioribus partibus clystere demitti: alias astringentia, ut cupressi decoctum, iunci, rubi: aliàs laxantia, ut adipem suillum, & anserinum uitulinumq;, & oleũ. Est cum rodentia, qualis est muria, uel cucurbitę syluestris, uel similium decoctũ. Neq; enim sic motionem promouent, ueluti uaria agitatio. At si frigus prehenderit, etiam ex euphorbio acopon oleo dilutum inditur. Crura & brachia resolutionẽ experta, communi curatione flectantur, perfricentur, extendanturq; in modum prædictum. Nam in frictione spei plurimum consistit.

DE RESOLVTIONE OB COlicum dolorem contracta.

Nostra ætate colicus qdã dolor incruduit: ex quo præsertim superstites futuros cõsummata artuũ motus priuatio comitabatur: tactus sensu, ut uidetur, incolumi, ceu Critica quadã ex alto oborta transmutatione, unde motus plerisq; spatio tpis sponte rediit. Qui uero imbecilliores extitere, ẽt simplicioribus ex p̃dictis inũctionibus

leuati sunt. præcipue efficacia sunt experti, acopon ex populo nigra confectum. Item quod abiete constat. Sed quæ roborandi uim obtinent, ac modice refrigerant, multis præclare opitulata sunt. 5

DE CONVVLSIONIBVS. Cap. XIX.

POstquam de resolutione tractatum est, deinceps conuulsiones exequemur: quoniam utraque neruorum affectus est: quare etiam de tremoribus dehinc dicetur. Cum igitur statim ab initio, uel nõ multo post morbi principia exorientes conuulsiones longius prorogantur, ex repletione ducunt originem. Vbi uero sudores largos, aut uomitum, aut deiectiones, aut sanguinis profluuia, aut uigilias, aut famen, aut motus, tum multos, tum uehementes subsequuntur, inanitioni feruntur acceptæ. Et cum ex sanis alicui repentina superuenit conuulsio, ob repletionem eam fieri necesse est. At si uniuersum corpus, neruiq; ex febribus perardentibus inaruerint, ac deinde ob siccitatem cõuellantur, maximum sane hoc malum est, & propemodum insanabile. Primum itaque partes quæ contrahuntur, ualenter cõtinendæ sunt, & inordinatis resistendum motibus, oleo perfricare oportet rutaceo, aut sycionio, aut ueteri, aut quodam ex hoc genere: tum aquam mulsam assumere. Eos qui ex inanitione conuelluntur, oleo, uel hydrelæo calido fouere competit, si nihil prohibet etiam ad lauacrum deducere, temperatoq; solio uti, cum oleo et frictione lenissima. Nutriendi sunt sorbitionibus ex chõdro & alica, uinoq; tenui & aquoso, quod facile per omnia corporis membra distribuitur, nisi febris adfuerit: tunc enim ptisanæ cremor utilis erit, somnumq; accersenus. Iam uero ex plenitudine, aut inflãmatione, cõtractas cõuulsiones curabis, si humores elicias, & inflãmationis materiẽ propriis ipsi præsidiis discutias. fit et conuulsio, cũ uomentes grauius turbantur. Succurrit ipsis acanthii radix, spinæ albæ & Aegyptiæ semẽ epo-

tum, nonnulli centaurei tenuis succum potui exhibent, cum repletio conuulsionem parit. Atqui non modo bibitur castoreum, sed etiam à foris cuti una cum sycionio illinitur. Si uero malum hoc modo non finiatur, cucurbitulas cum scarificatione admouere prodest: si crura contrahantur, coxis & postremæ uertebræ: si manus conuellantur, etiam dorso, et primæ ipsius uertebræ, tū ei quæ humeros superiacet. At toto uniuersim corpore ab affectu immuni, si labrum, aut palpebra, aut lingua contrahatur, graue symptoma existimandum est, quòd maxima inuehat pericula, licet exiguæ partes affectæ uideantur. In his itaque sanguinis ex occipitio & primis uertebris detractio recte adhibetur.

DE CERVICIS MORBIS, NEMPE TETANO EIUSQ; DIFFERENTIIS. Cap. XX.

TEtanus, cum & ipse conuulsionem quandá præ se ferat, procreatur musculis corporis, & præsertim spinæ, gelu modo concretis, frigido nimirū humore à foris et intus partes eas astringente: ideoq; hoc malo occupati, flectere sese nequeunt. Verum cū particulæ corporis in anteriora tenduntur, affectus nominatur emprosthotonos: cum in posteriora, opisthotonos: cum in alterutram partem æquali robore intenduntur, tetanus appellatur. Pelops hæc uitia tensionem uocat, et cōtensionem musculorum ceruicis, neruorūq; per quos caput inclinat, renuit, et circumuoluitur. At si circa posteriores ceruicis musculos malum consistat, opisthotonos ex accidente: si circa priores, emprosthotonos: si utrinq;, tetanus nuncupatur. Originem tribuit musculis repletis spiritu, et aere crasso nebulosoq;: quē impense frigidum et concretū, eoq; ad motum contumacē asserit, unde ēt non sicca potius sed humida fomēta malo prehensis conuenire. Hæ qdē tetani differētiæ sunt. Oēs eadē ratione curantur. Optimū itaq; præsidiū est febris, q̄ p̄ initia nō fuerit, superueniens. Notæ horū sunt, angusta respiratio, pulsus rarus et exiguus, nōnunq̄

& risus ipsis sardonius oboritur, rubet facies, oculi magis intumescunt, ad hæc aut non urinam reddunt, aut aquæ similem, aut cruentam, bullis quibusdã turgescentem: aluus siccescit, uigiliæ magis urgent, crebroq́; à cõuulsionibus periculum est, ne lecto ægri excidant, quin etiam singultire incipiunt: indolentq́;, alii capite, alii clauiculis & lumbis, quidam ipsorum subtremuli quoq; euadunt. Porrò facit affectum (quanuis raro) lassitudo, humi dormitio, põderis eleuatio, casus, uulnus, ardor, ictus & alia quæ eandem neruis offensam inferre possunt. Curatur, quomodo conuulsiones ob inanitionem generatæ, solent.

CVRATIO TETANORVM.

Quibus ceruix recta intenditur, initio sanguis detrahendus est, partes lanis oleo imbutis sicyonio, castoreoq́;, cũ ueteri cõtegendæ, aut uesicã quoq; latã calido oleo repletam, tendinibus sup imponere oportet, & cucurbitulas admouere, sic ut cutis exasperetur. leues enĩ noxã quoq; inferunt, itẽ ceruicibus nonnunq̃ cucurbitulæ defigentur, & utriq; spinæ parti, adhæc pectori, qua est musculosius, & præcordiis: interim uesicæ loco, & renum. Porro liberaliter sanguinem auferre cõuenit, modo nõ uniuersim id fiat sed plurib' uicibus. Sudores lanis oleo madentibus abstergere, ubi refrixerint, in memoria habeatur. Quòd si tetanus in uetustatem inciderit, in oleũ bis quotidie descendere confert, non tamen diutius immorari: quippe in oleum descensus, maxime uires conuellit. Potus erit hydromeli pingue ad dimidias decoctum. Qui robusti sunt, panacis liquoris drachmam bibent. Sinminus, tres obolos, uel minimum, obolum. At si quis ipsum ceu stomacho inimicũ habeat suspectum, ammoniacũ quoq; exhibebit, uel liquoris cyrenaici in star erui incocto meli circumlitum deuoratur, & silphii radicis duo cochlearia, tribus mulsæ cyathis inspersa, uel ipsius decocto exhibẽtur, uel myrrhæ drachma ex mulsa, hyssopique decocto: sed ominum securissimũ

expeditisſimumq; eſt duo, tria ue caſtorei cochlearia, particulatim præbere. Non enim obeſt ad ualetudinem uel ſecundum cibum ex eo dari. Potus uero ipſe præter alia tum paulatim tum modice aſſumetur. Nam dū 5 ægre potionem tranſmittunt, in nares ipſam propellunt unde uehementer turbati, ad conuulſionem prouocantur. Sedes oleo rutaceo cum opopanace perungi debet, quod ab inferioribus quoque partibus inferetur. frigidæ ſuperfuſionem, cum ſit (quemadmodum ait 10 Hippocrates) periculoſisſima, eoq; poſteris, credo, uitu perata, & nos damnamus deuitamusq;. Vnguentum hoc conuenit, nardi ſextarius, ceræ unciæ duæ, foliorū amomi, ſtyracis, maſtiches, ſingulorum uncia: caſtorei, adarcæ, euphorbii, piperis *ſingulorum uncia: ſpicæ nar 15 di, opobalſami, ſingulorum tantundem.

*Manuſcriptum drachmā exēplar hēt ubiq;.

POTIO OPISTHOTONICIS ACCOMMODA.

Panacis radicis, piperis albi, coſti, myrrhæ, papaueris lachrymæ, ſingulorum pares portiones, exhibentur ci 20 cerculæ modo ſomnum capturis: benefacit etiam orthopnœicis, id eſt, qui recta ceruice ſpirant. Porro uictus erit tenuis, qui expedite diſtribuatur, & recrementis omnino uacet.

DE TREMORIBVS. Cap. XXI.

25 TRemoris origo communiter ex neruorū imbecillitate eſt, qđ ætas ſenilis palā teſtatur: priuatim uero plures & diuerſæ aliæ: nēpe frigidius naturæ tēperamentū, frigidæ potio, & præſertim in febribus intēpeſtiue aſſumpta: frigidi glutinoſiq; humoris redun 30 dātia, & uini uſus liberalior. Qui igitur ex erroribus cōmiſſis manifeſto tremunt, à noxiis abſtineant. At ſi remanet diu in febribus tremor, primū corpus totū oleo ſabino pfundatur: ubi aūt acceſſiones remittūt, ueteri, aut ſicyonio. Sūma corporis mēbra lanis mollibus pūcta 35 cōtegantur. Deinde cucurbitulæ à priori uertebra uſq; ad ſpinā lumboſq; agglutinentur, ſic particulæ prius cū

præcordiis hordei farina delinantur. Iam hæ quoq; partes lanis ex ueteri aut sicyonio oleo respersis operiantur. Quòd si febres inueterauerint, die uno interposito, in oleum aut hydrelæum tremuli descendant, utenturq; frictionibus teneris. Si longius prorogatur dispositio frigoris suspicione, mulsa castoreumq; potui dabitur, et calidis locis gestatio proderit. Cibus diductu facilis offeretur, primum sorbilis, mox uolatilium et piscium q molli carne sunt præditi: febribus solutis in balneas eundum est, sed uitari debet frigidum solium, uiniq; potio. Porrò si crassiorum uiscosorumq; succorum copia fuerit, uti conuenit iis quæ incidunt extenuantq; uerbi gratia, rutæ ramusculo, spondylii quantum tribus digitis cõprehendi possit, castorei et nitri, singulorũ obolis duobus. Quotidie cochleare unum cum oxymelite ad tres usq; dies ieiuno porrigitur, uel panacis et piperis grana quinq; ex mulsæ cyatho. Simplicia præsumpta tremen tes adiuuant castoreum, leporis cerebrum comestum, altheæ radicis decoctũ, damassonii foliorum drachmæ quatuor in mulsa, eupatorium ex aqua. Superante autẽ frigore etiam zodymi unguine, non modo acopis ad resolutionem conscriptis, unctionibusq; et cutis rubrificatione, phænigmon Græci uocant, utemur: præterea exercitiis perfricationibusq; . iis uero qui ex uini potu tremunt, uinum circuncidendum est, quo ad in totum morbo fuerint liberati.

OSCVLARIA, ET PRIMVM de dolore ex galeni commentariis. Cap. XXII.

CVm oculi grauissimos sentiunt dolores, considerato, quonã ex statu corporis hi ipsis in inflãmationibus accidant. Vel enim, dum ab influentium acrimonia uehementius eroduntur, uel quia tunicæ succis repletę tendũtur, uel pp aliquã crassorũ succorum, aut spirituũ flatulentorũ, intẽsionẽ dolores in ipsis graues excitãtur. Rosiones igić purgantibus tolluntur

præsidiis, q̃ noxiũ humorẽ uacuent, itẽ cãdido oui liquore in oculos infuso. Vbi uero concocta iam fuerit inflãmatio, corpusq; superfluis uacuum, balneis uti commodissimum est. Ex repletione contractas inflammationes
5 sanguinis dettractio, aluus subducta, & partium inferiorum frictio commode persanat. Tunicarum intensiões soluuntur, toto prius corpore uacuato: item humorib⁹ qui sursum tendunt, ad inferiora reuulsis, deinde loco iniectis remediis, quæ digerendi facultatem habeant. fo-
10 menta itaque adhibenda ipsis sunt, & fœnugræci decoctum infundẽdum. In quibus autem sanguis crassus oculorum uenulas intendit, uerum ut corpus non ex æquo succis abundet, uini usus est, quod possit excalfacere, uacuare, & meatus aperire,

15 DE PERTVRBATIONE, & lippitudine quam proprie ophthalmiam Græci uocant.

Perturbatio humiditas oculi est, & calor cum rubore naturæ alieno, nõ ex corpore, sed à foris aduenĩete cau-
20 sa aliqua, (uerbi gratia) sole, fumo, puluere, aut oleo: quare etiam occasiõe ipsius cognita, promptissime soluitur. In genere huius perturbationis, lippitudo est: uerũ non extrinsecus tantum, sed ex interiore etiam causa cæca ingruit, perq; tres quatuorve, aut quinq; dies plerun-
25 que durat. facilime discutitur, si obseruentur omnia quæ foris accedentia turbare lumen possint, item parciore cibo, aquæ potu, aut in ambulatione, & aluo ex facili respondente.

DE INFLAMMATIONE.

30 Cum inflammatio ipsos oculos occupauerit, post totius corporis uacuationem, perungendi sunt iis quæ impetus humorum possunt repellere & uehementiam lenire, quale est, quod ad Neilum authorem refertur, itẽ diarrhodum, uel etiam mediacum, nardinumq;. Vbi
35 membrana adhærescens inflammatione tentatur, medicamentis utemur, quæ Græci ab uno die monemera

uocant, cum oui candido infusis. Die insecuto nisi inflã-
matio crescat, nardino delinentur, fotus ex meliloti de
cocto utiles sunt. ubi crassus humor est, qui lippitudinẽ
facit, medicamenta accommodantur, quæ neq; obstru-
ant, neq; humores incrassent, sed quæ diffundere, hume 5
ctare, & excernere idonea sint. quale est, chiacum. At si
humores in capite fuerint obstructi, cucurbitulam occi-
piti admouere oportet, uel scarificare, uel hyrundines
fronti quà oculus dolet, adhibere: tum panem purum
aqua madentem cum modico rosaceo, aut polentis ca 10
pitum papaueris decocto, superdare. Similiter etiam ef
ficaciore utendum est cataplasmate, ex croco, melilotis
palmularum carnibus, teneris coriani foliis, ouis, tritico
tosto, micis panis in decoctum intinctis, rosacei momen
to, & papaueris contriti diluto. Interdum semen quo- 15
que ipsius ad leniendum dolorem miscetur. Si magna
doloris necessitas est, etiam opii pauxillum adiicitur.
V bi dolor abest, stupefacientia uitari debent. Q uod si
mediocris inflammatio infestet, aloen per se, uel aqua,
uel oui albo dilutam illinito. ut autem expeditius sit au 20
xilium, croci pondo libram semissem, aloes pondo dra
chmas sedecim, gummi pondo dodrantem, simul con
iecta aqua pluuiali excipito, fingitoq; collyria. Iam quæ
uocantur diacrocu lippitudinum initiis sunt idonea, in
quibus tumor mollis cedensq; & subexalbidus habetur. 25
In palpebris autem earumq; commercio sine tunicarũ
offensa benefaciunt itidem liquida collyria (Græci hy-
grocolluria uocãt) ex croco, atramẽto sutorio & melle
præparata. Inter quæ hoc est laudatissimum.

HYGROCOLVRIVM 30
quod dolorem leuet, anody-
non appellatum.

Cretæ sutoriæ, mellis attici, succi fœnugræci, singu-
lorum pares potiones incoquito, donec mellis spis
situdinem habeant. deinde specillo duos angulos 35
attingito.

AD DEFLVXIONIS IMPETVM, qui epiphora Græcis dicitur.

Si pituitæ cursus in oculis sentiatur, per initia quidem conuenit nihil assumere, aquam bibere, & multo magis
5 uenere abstinere. Aluus subduci, facies posca diluta colluí debet, præsertim si feruens fuerit pituitæ cursus. sin minus, atramento sutorio cum melle frons & palpebræ delinentur. Nonnulli atramentum sutorium aqua dilutum ad ablutionem exhibent. Porrò in iis qui defluxu
10 citra inflammationem uexantur, uel etiam cum inflammatione quidem, sed ita ut supra os caluariæ emanet, agglutinamentis utendum est in fronte. Ex simplicibus sanè, uiridia uitis folia efficaciter prosunt, uel rubi succus uel portulacæ, uel cydoniorum cum polenta tenui, uel
15 galla cum uino & pollentæ polline contrito, uel cicutæ succus, uel psyllii cum aqua, uel solano, uel cochleis cũ testis suis in puluerem redactis, à tempore ad alterum tempus illita. In uniuersum q̃ adstringunt refrigerãtq;. Inter composita hæc, pollen frumentaceus, & myrrha,
20 uel thus cum oui aquato illitum, uel samia terra cum myrrha, & manna similiter oui albore inuncta. In frigidiore autem humorum cursu sulfuris uiui, bituminis, picis, colophoniæ, singulorum drachmæ duæ: item Musę pastillus, et aster, similiaque probe repellunt.
25 Iam uero theriace uino astringente diluta, frontiq; illita frigidos humorum influxus sistit. Quinetiam eadem pota uehementer his succurrit. Ipsi uero oculo, lana aut panniculis tenuis, oui albo madens imponitur, item caseus recens similiter oculo applicatus,
30 acres maxime influxus cohibet, tum collyria à repriimendo dicta staltica, si illinantur, instillenturque diluta idem efficiunt. At si in imo, & sub osse hærescens humor longiore spatio emanet, post generales corporis uacuationes, medicamentorũ usus est q̃ p nares atq; os
35 pituitã eliciũt, errhina & apophlegmatismos appellant: caput attõdetur, & incisa cuta exasperabit. Porrò in his

etiam curandi rationes conueniunt, quas in capite, ma-
nu administramus, nempe angiologia, arreriotomia, hy-
pospatismos, & periscyphismus, uti Græci appellant.
Item capitis uertex usque ad os aduritur. Et cucurbitu-
læ occipitio incisa cute admotæ, impetum fluoris pos- 5
sunt reuellere. Fluxiones extra caluariam notant, uasa in
fronte & temporibus distenta, & caput ueluti reuinctũ,
tum quòd exagglutinamẽtis sicca præsidio sunt. Si hæc
desint, & fluoris impetus prorogetur, & sternutamenta
nonnunquam moleste elidantur, humorem sub calua 10
teneri censendum est.

DE CHEMOSI.

Chemosin appellant, cum utræq; palpebræ ex uehemẽ-
ti inflammatione inuersæ fuerint, ut uix oculi ab ipsis cõ-
tegantur, & album oculi nigro sublimius euaserit, rubrũ- 15
q; etiam magna ex parte nigrum occupet. Curatur ue-
næ sectione, medicamine purgante, collyrio diarodon
albo, & quod à cinereo colore uocatur σποδιακὸν, cum
lacte, uel oui aquato. Eodem uero palpebras tempora
& frontem illinere oportet, tum fomentis & cataplas- 20
matis lenibus uti. Cum remittit inflammatio, acrioribus
quale est etiam uiride diarodon.

DE HYPOSPHAGMATIS, & emphisematis.

Hyposphagma uenarum commercii diuortium dicitur 25
ex ictu potissimum factum. Instillatur itaque ipsis san-
guis palumbi, uel columbæ, uel calidum lac muliebre,
cui thuris paululum sit adiectum, uel muria, & præser-
tim ex sale cappadocico: fotus recte adhibetur ex hysso-
pi decocto. Porrò tumor mollis, œdema uocant, ocu- 30
lis ex ictu obortus, fomentis ex posca continuis, & spon-
gia ex eadem superdata discutitur. Recte huic specula-
rium combustum, & stercus columbæ æquis portioni-
bus, uino aut aceto contrita illinunt. Iam caseus recens,
uel radiculæ cortex, uel uua passa sine acinis, singulatim 35
ex posca, uel mulsa applicantur. Eadem faciunt ad

emphysemata.

AD EMPHYSEMATA, ET psorophthalmias.

Emphysema palpebræ tumor est, œdemati similis: pso
5 rophthalmia autem pruriginosa eiusdem scabies, ex sal
so & nitroso humore cõtracta. Cõuenit ipsis posca, lēti-
culæ decoctum, ex rosaq; fomentum. Hygrocollyrium
autem hoc, æris drachmæ sex, misyos tosti, myrrhæ, sin
gulorum drachmæ tres, croci drachma una semis, pi-
10 peris drachma, uini Chii & passi cretici singulorum cya
thus unus, semissis: incoquuntur quoad mellis spissitu-
dinem habuerint. Hæc est Erasistrati compositio, quam
à multiplici usu panchreston appellat: facit etiam ad an
ginam, ulcera oris, pudendorumq;, & aurium dolores.
15 Inungant & oleo palpebras, somnum inituri. Ab acidis
salsis, & acribus abstineant.

DE SCLEROPHTHALMIA, & xerophthalmia.

Sclerophthalmia, durities oculi, & difficilis motus est
20 cum labore ruboreq; citra humiditatem. fouere ipsos
crebro, spongiis aqua calida imbutis ex usu est. Item o-
uum palpebris in lecto imponitur, cum rosaceo, uel a-
deps anserinus. Frigida, & quæ indurãt, uitanda: caput
uelandum ungendumq;: aluus ducenda. Xerophthal-
25 mia, quasi dicas arida lippitudo, pruriginosa oculorum
est sine fluore dispositio. Curatur balneis, inunctionibus
& uictu probi succi: utrisq; uero communiter conueni-
unt medicamenta acria, ut uel lachrymas prouocent, p
quæ & durities emollietur, & siccitas humectabitur. Ta
30 lis est Erasistrati quoq; panchrestus, & quod dicitur dicē
teron, item cui nomen est stratiotico.

DE ECTROPIIS.

Hic affectus palpebræ inuersio est, aut propter cicatricē
aut excrescentiam carnis nascens. In quibus igitur excre
35 scentia inueterauerit, æruginem rasam torrefactam con
terito & admoueto, uel plumbo usto cum sulfure uiuo

& loro utitor, uel utrisque paribus & ærugine & plumbo. Nam ex cicatrice proficiscens ectropion, si in totũ curare studeris, id manu faciendum est.

DE ÆGILOPE ET anchilope.

Ægilops abscessus est, qui inter maiorem oculi angulũ & nares fit: qui ruptus, si negligatur, usque ad os fistulam aperit. Idem, priusquàm disruptus exulceretur, anchilops uocatur. Probe igitur faciunt glaucium & crocus una cum perdicii herbæ succo imposita. crebro autem uariare oportet, etenim statim immutata uim suam perdunt. ALIVD. Alica cocta in aceto & probe trita, nõ solum incipientes, sed etiam in uomicam mutatos persanat, rumpitq;, & usque ad os penetrat. Hoc usus non solum ægilopas, sed etiá anchilopas curabit. ALIVD. Ruta satiua unà cum cinere lixiuio, qui primus distillauerit, contrita coctaq; & imposita, pulchre admodum ægilopas emendat, & adusque os permeat initio erodẽs postea non ita: ac mirum est, quod ne cicatricem quidẽ inde coram hoc præsidium relinquat. ALIVD. Cochleas cum testis suis tritas imponito. interdum aloe, uel myrrha admista præsidium hoc antequam ægilops in pus uertatur, & postquam ruptus fuerit abscessus, cũ desiccat. ALIVD. Cum manus opera ægilopa & anchilopa aduris, hoc utere cataplasmate: Lenticulas decoquito, & cum melle utitor: ubi crusta exciderit, uuam excipiens, liquida terebinthina utitor in modum emplastri. Hoc enim & purgat, & carne replet, & cicatricem inducit.

DE TRACOMATE.

Trachoma asperitudo palpebrarum interiorum est: harum intensio, ut ueluti incisuras habeat, sycosis à fici similitudine appellatur. Cum inueterauerit uitium callosq; contraxerit, tylosis uocatur. Collyriis igitur utendum est, tum eo quod ex uino, tum quod ex duobus constat lapidibus, ipsoque hematite lapide, ex aqua lo-

to uehementer palpebræ abstergentur: harmatioq́; cũ cygnarii modico. Ad hæc diacrocu collyrium pariter psorophthalmiis efficax est, palpebræ citra exulceratione inuersę illitum. At si durior callus his non cesserit
5 remediis, palpebra inuersa pumice raditur, aut sepiæ testa, aut foliis fici, aut etiam instrumento, quod à palpebrarum rasura blepharoxiston Græci appellant.

DE CHALAZIIS.

Chalezion, otiosi humoris in palpebra colluuies est. in
10 qua ammoniacum aceto detritum simul cum galbano inungitur. facit etiam terebinthina pariter cum cerato excepta.

DE CRITHE TVBERCVLO.

Crithe, paruulum abscessus tuberculum, oblongum,
15 palpebræ cilio obueniens. Id cera alba foueri oportet: reliquum corpus, uel muscæ capite amputato infricari, uel hordei diluto perfundi.

AD PALPEBRARVM PEDICVLOS.

Expurgatis prius pediculis, marina egelida palpebras
20 colluere oportet. Deinde medicamento subscripto cilium attingere: aluminis scissi partibus duabus, herbæ pediculariæ parte una, tritis utitor.

DE MADAROSI, VEL MILPHOSI.

Hic affectus palpebræ pilorũ defluuium est. Ad quod
25 cura prius uniuersi corpis habita, smegmatis utere, quibus ab honestandis palpebris nomẽ est calliblephara. Terræ ampelitidis, croci gallicæ, ladani, singulorũ pari portiõe cõtrita utitor. ALIVD, Stymmeos tosti lotiq́; drachma, plũbi cõbusti & eloti drachmis quatuor, cro
30 ci totidem, nardi indicæ drachmis tribus, in puluerem redactis utitor. ALIVD. Palmarum, ossium combustorum singulis tribus drachmis, nardi gallicæ drachmis duabus: leuigatis utere hoc etiam scabiosis oculis medetur. ALIVD. Neapolitæ ad palpebrarũ defluuia,
35 μιλφώσεις appellãt, lógosq́; palpebrarũ affectus. Stymmeos, cadmiæ, chalcitidis, misyos, xenici, singulorum

pares portiones, minutim cõtundentur,& melle respersa torrefiunt: leuigata usui sunt.

DE PTILLOSI.

Ptillosis palpebrarum crassities est, callosa, rubicunda, quibus accidit sæpe pilorum defluuium. Præter prædicta igitur etiam hoc summe facit, Muscerdæ combustæ & melle contritæ, inunguntur.

AD SVPERCILIORVM defluuia seu madarosim.

Plumbum digitis oleo uel adipe anserino unctis detritum, illinitur. ALIVD. Hoc etiam subnigros reddit: nuces auellanæ exustæ simul cum adipe caprillo, uel ursino infricantur. ALIVD. Hoc efficax est etiam barbę alopeciis: Alterci drachmæ duæ, muscerdæ drachma, polytrichi drachma, irini unguenti cochlearia quatuor. Tritis perbelle unguentum admiscetur, fotuq; prius adhibito illinitur, quod si attonsa pars ante fuerit, magis proficit.

DE PALPEBRARVM PIlis oculum irritantibus τριχίασιν appellant.

Pilis qui oculum pungũt prius euulsis, locus statim sanguine ranæ per se inungitur, uel cum cinere chamæleontis albi, uel sanguis cimicũ, uel fumariæ quæ in hordeo nascitur succus, cum gummi, uel tellinarum salsarum cinis cum cedria, uel loti cinis, uel alumen liquidũ quod phorimon appellant, uel muscæ caninæ sanguis admodum in id efficax est.

PILORVM GLVTINANS medicamentum.

Conglutinant pilos infractos bitumen, mastiche, colophonia, gummi cochleæ pars glutinosa.

DE ENCANTHIDE & rhyade.

Enchanthis naturalis in maiore angulo carunculæ excrescentia est. Rhyas autem huius imminutio. Encanthi

das

das igitur iis quæ aduersus ectropion dicta sunt, similibusq; causticis uel septicis absumes. sed non totas, ne eius loco rhyas subnascatur, uerum ad naturalem usq; magnitudinem. Rhyadas, carnosa parte in totum, uel
5 rudi manus opera, uel medicamentis absumpta, insanabiles existimato. Quòd si pars ipsarum imminuta fuerit, iis quæ mediocriter astringunt, carnemq; creantibus reficitur: qualia sunt medicamenta ex croco, glaucio & aloe confecta, item collyria diacrocu inscripta, nec non
10 alter cum prodest in uino coctum impositumq;, & aluminis ex uino pauxillum.

DE VLCERIBVS.

Vlcerum in oculis genus quidem unum est, differentiæ uero speciales diuersæ. Etenim in cornea membrana q
15 Græcis ceratoides appellatur, ulcus cauum, angustum & purum, ob uuæ similitudinem botryon dicitur. quod autem latius botryo est, sed minus altum, cœloma nuncupatur. Argemon in pupillæ circulo nascens, ambientia comprehendit, ut etiam in exteriore pupillæ parte
20 rubicundum, in interiore cādidum appareat. Epicauma ulcus est sordidum, & crusta obductum, quo repurgato humores oculi sæpe effluunt. Iam uero aliæ plures ulcerum sunt differētiæ, de quibus dicemus communius. Si igitur ulcus simul cum inflammatione obortum fue-
25 rit, curationem ex iis quæ inflammationem lenire possunt & concoquere, moliemur, non neglectis iis quæ ad ulcus proprie pertinent. Talia uero sunt collyria, libaniū, cygnus & pelaria uocata, item aster & similia: insuper q ex malo, terra samia & cerusa constant: omnibus autem
30 magis leniendo dolori esse ilamonem nouimus, uerum diu ei insistendum non est, eo quòd admodum stupefaciat. Laudatissimum uero & quod diazematon dicitur, quod ne sensum quidem stuporis habet. At si cum fluxione ulcus infestarit, collyrium aliquod illi admisce-
35 bimus, quale est diahydras, & chiacum, præterea cygnus fuluus, & quæ repellendi sine rosione facultatem

obtinent. Sin autem ulcera sordida fuerint, mulsa medio-
criter aquata, & fœnu græci decocto utemur per se, &
cum aliis ad id dicatis collyriis. Si acriora sint, seberiano
& fœnu græci diluto. Si non acria, diasmyrnes, & nar-
dino unguento medebimur. Purgata uero ulcera pro-
be potest medicamentū cleo cicatricę obducere, eamq;
præterea concolorem reddere.

DE OCVLI PROCIDENTIA quæ πρόπτωσις dicitur.

Proptosis tuniculæ quæ græcis ab uuæ acino ῥαγοειδὴς
dicitur, procidentia est: quæ erosa ruptave cornea tuni-
cula accidit. Ea cum nondum creuit quòd muscæ ca-
piti similis sit, myocephalon nominatur. Cum uero am-
plius & eo usque succreuerit, ut acinum uuæ repræ-
sentet, staphiloma, quasi uuatio dicitur: ubi plurima
facta est accessio, ut palpebras malæ transiliant, obcal-
lueritq;, clauus tunc dicitur. Si igitur ad myocephalon
fere oculi procidentia degenerauerit, repellentibus den-
santibusq; ipsum medicinis utendum est: Chio nimi-
rum Phæo, Nardino, & Theodocio, item eo quod
oliuæ surculis, & quod cornu præparatur. iam uero
spongiam leniter ipsis posca, aut uino astringente, aut
rosarum decocto imbutam superdare commodum
est aut splenium. Principatum uero obtinet ad proci-
dentias omniaq; ulcera, medicamentum cui nomen
est Olympiacum, uel Olympus, cum succo oliuæ,
uel polygoni, uel polii. Eadem hæc etiam clauis con-
ueniunt & staphilomatis, priusquam inalbescant.
Vbi uero alborem, aut callum contraxerint, nullus
remediis locus est.

DE OCVLIS PVRVLENTIS.

Aliquando pus sub oculi tunicula, cui nomen est cera-
toides, nunc altius, nunc in summa superficie colligi-
tur, humani unguis specie: quæ causa est ut hoc etiam
malum unguis oculi nominetur. Huc ergo spectat cu-
rationis ratio ut uel pus digeratur, medicamentis me-

diocriter in id efficacibus, quale est aqua mulsa, & foenugræci succus, ex eoq; collyria, similiter libanium, & quæ ex thure confiunt: uel rumpatur uomica, & uehementioribus repurgetur, quod genus sunt diasmirnes, 5 & hygidion. At si pus in oculis citra exulcerationem coierit, etiam hoc liquido collyrio utendum est. Atramenti sutorii, croci, singulorum drachmis octo, myrrhæ drachmis quatuor, mellis pondo libra Cæterum phlyctena cum sit ceratoidis mebranæ excrescentia, ex hu- 10 more quodam commercium compagemq; ipsius excoriante, purulentorum curationi subiicitur Hygra, hoc est, liquidum medicamentum ad suppurantes oculos quos hypopios uocant, Bassi: croci, aloes, myrrhæ, singulæ unciæ, uini quadrans, mellis optimi selibra. Cro- 15 cus ex uino modico teritur, deinde aloe & myrrha. Vbi crassitudinem acceperint, mel additur. Vnita in uitreo uase reponuntur: uti licet bis quotidie, aut si necessitas urgeat, ter. Deligatum oculo carnem tollit, & cicatricem inducit.

20

DE CICATRICIBVS ET ALBVGINIBVS.

Quæ per summa oculorum cicatrices fiunt, aliqui hoc nomine cicatrices dicunt, alii uero nubeculas. Altiores autem albugines, medicamentis quæ astringunt, pur- 25 gantq; discutiuntur. Nebulas igitur anemonæ succus abstergit, & minoris centaurii succus cum melle. Vetustiores cedria extenuat, item æs solum aqua tritum modo collyrii, ad hæc quæ detergent collyria: quale est quod cornu ceruino constat, dia ceratos elaphiu dictū. 30 adde Rhinarium, Hecatomben, similiaq;. Albugines uero nitrum cum oleo ueteri detritum diligenter, & inunctum probe, abstergit. Item sepiæ testa combusta, & cum melle in pollinem redacta. Inter collyria hoc bene & leniter abstergit. Collyrium diamamira. Mamirę, gut- 35 tæ ammoniaci, myrrhæ troglodytidis, crocodilorum fimi, singulorum æqualia pondera, in collyrium co-

actis utere : uel crocodili terrestris fimo collyri modo ex aqua utitor. Recte autem sal cappadocum aqua soluitur, quo collyria albuginibus exterendis dicata instillantur.

QVOMODO CICATRICES TINGANTVR.

Gallæ, acaciæ, singulorum drachmæ quatuor, atramenti sutorii drachmæ duæ illinentur. Collyrium autē hoc proficit, floris mali Punici, cytinorum, attramenti sutorii, acaciæ, gummi, singulorum drachmæ quatuor, stymmios, gallæ, singulorum drachmæ duæ. A qua teruntur si flos mali Granati desideretur, interior ipsorum in granis membrana miscenda.

DE VNGVI OCVLORVM, quod pterygion Græcis uocatur.

Vnguis quod pterygion Græci uocant, membranula est quædam neruosa, oculis sese obtendens, quæ ab angulo quidem oritur, sed adusq; pupillam peruenit: eáq; ubi fuerit adaucta, obtegit. Magni igitur & inueterati ungues solam manum expostulant. Recentiores uero & magnitudine mediocres, præsidiis eliduntur abstergentibus, qualia aspretudini idonea sunt, & albuginibus. Inter simplicia igitur æs combustum, uel atramentum sutorium simul cum porcino felle pulchre faciunt. Efficacius autē hoc est quod sequitur: atramenti sutorii pars una, gummi pars semissis: uino leuigata illinuntur. uel etiam collyria formantur, nonnulli uero caprinum fel melle mistum inungunt.

AD VNGVES OCVLORVM, suppurationem, & hebetudinem.

Lapidis magnetis, æruginis rasæ, minii sinopici, suffiminis ammoniaci, singulorum drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, mellis Attici cochlearium. Idem ualet aduersus albugines.

DE CARBVNCVLO ET CARCINOMATE,

Carcinoma affectus est tunicæ quæ cornus imaginem repræsentat, ob id ceratoides dicta: dolor huic superuenit, rubor tunicarum, cruciatus pulsatilis ad usque tempora si moueantur, cibi torquet fastidium, acria irritant, offenduntque. Hoc malo nulla medicina subtrahit. Nihilominus dolor leniri lactis potione debet, item cibis frumentariis & alioquin probi succi, omni acrimonia uacuis. Collyria lenia infundantur, ut spodiacum sebernanum & consimilia. Cæterum bonæ totius corporis temperaturæ prospiciendum est. Carbūculus autem & ipse malignum ac contumax ulcus est, crustatium, aliàs bulbo, aliàs palpebræ, quemadmodū reliquis pariter corporis particulis accidit. Itaque in bulbi carbunculis per initia quidem clystere primum, mox lacte coctionem non experto, mediocriter purgare conuenit. deinde spōgia fotum erui farina, uel triticea ex aquæ mulsæ decocto delinere, nonnunquam & pupillæ pollinem eius accommodare, & lacte oculum eluere. Si ulcera serpēdo depascant lenticula cum melle, uel malis cydoniis incoctis superapplicatur. Si latius depascendo penetrent, foliis oleæ decoctis, uel malicorio in uino cocto leuigatoque ex melle oblinitur oculus. At si cessent proserpere, crustaque medicamento quod subiungetur imposito, exciderit, & ulcera sint pura, lutea ouorum tosta leuigataque cum croco & melle illinentur, quousque ad cicatricē perueniant. Medicamentum autem recipit spodii drachmas quatuor, myrrhæ non nimis torrefactæ drachmas treis, totidemque obolos. Detritis in uino amineo quousque inaruerint, passum creticum uetus miscetur. Vbi unitas facta fuerit, liquida pyxide fictili excipiuntur, oblinunturque. Ad palpebrarum uero carbunculos malum Granatum acidum, ὄξιαν Græci dicunt, totum, frustratim concisum aceto incoquito. Vbi tabuerit probe, leuigatumque fuerit ad illitionem utitor, bis terve quotidie immutans, noctu semel.

DE MIDRYASI.

Cum pupilla colore quidem nihil euariat, sed multo q̃ consueuit est latior, & interim ex toto orbat lumine, interim permultum cernendi potentiam impedit, aciesq; hebescit, ut omnia minora q̃ sint uideantur esse, Mydriasis quidem affectus est, causa autem ipsius humor quidam excrementitius. Itaque curationem ipsius sanguinis emissione à cubito, uel purgatione tentabimus: sin minus, uenas in angulis oculorum diuidere oportet, deinde cucurbitulam occipitio admouere, & marina frontem, & oculos perfundere. Si marina desideretur, muria, uel posca. Medicamentis autem iis utẽdum est, quæ ad postulas simul conducunt.

DE PHTHISI ET ATROPHIA.

Phthisis affectus oculi est, quo pupilla fit angustior, obscurior, rugosiorq;. Res lumini obiectæ, in his maiores apparent. causa uero est densatio, quę siccitati potius fertur accepta. Sed phthisis ab atrophia hoc dignoscitur discrimine, quod illa angustiorem pupillam, hæc totum oculi bulbum minorem, humilioremq; reddat. Mederi his cõuenit exercitio, & studiosa capitis, faciei & oculorum fricatione. Ad hæc frons aqua perfunditur, caput unguine quodam calfaciente, oculus medicamẽto, quod rarefaciat acriore oblinitur, quale est infra scriptũ. Ammoniaci drachma, crocomagmatis drachmæ quatuor, croci drachmæ duæ, æruginis drachma. Tritis in aqua, subactisq; utitor.

DE NOCTVRNA CÆCITVDINE QVÆ NYCTALOPS DICITVR.

Nocturna cæcitudo, qui Græcis Nyctalops dicitur, uitium est quo per diem homo cernit, sole dein occiduo obscurius, noctu omnino nihil. Curati debet sanguine ex cubito, & oculorum angulis uacuato, mox purgatione, uel per clysterem inanitione adhibitia. Deinde apophlegmatismi indicentur, & quæ sternutamentis ciendis sunt medicamina. Ante cibum hyssopus po

tui,uel ruta dabitur. Si his remediis morbus non abo-
letur,iterum purgationem moliemur ex scammonia,&
castoreo:oculi melle despumato illinentur,claudēturq́;
premendo humores,continendoq́;. Aluminis scissilis
5 partes duæ,salis fossitii pars una. Trita cum melle su-
blinuntur. ALIVD. Iecur hircinum assatur, aquo-
sus inde humor collectus inungitur. Quin & ipsum
iecur comedendum exhibetur,coctiq́; uapor oculis ex
cipi apertis præcipitur.

10 DE GLAVCOMATE ET SVF-
fusione quod hypochyma dicitur,ex Rufo.

Glaucoma,& hypochyma ueteres unum idemq́; ma-
li genus esse existimarunt. Posteriores autem glauco-
mata humoris,qui ob similitudinem crystalli κρυσταλ-
15 λοειδὴς appellatur,uitia,ex humiditate in glaucum co-
lorem transeuntis iudicarunt. Hypochymata humorū
effusionem,qui inter tunicam ceratoidem, et crystalloi-
dem concrescentes,uisum impediunt. Verum omnia
glaucomata curationem non recipiunt: hypochymata
20 autem curantur, sed non omnia. proinde suffusione
tentatis succurremus,antequam malum radices egerit,
consistatq́; sanguinis ex cubito detractione, & purga-
tione.item uacuationibus acrioribus, ueluti excentau-
rii,aut cucumeris amaræ decocto petitis,alui solutione
25 continenti,cucurbitulis occipitio cute incisa admotis.
Aquæ potus toto uictus curriculo competit,cibi qui
extenuant assumpti. Proderit autem temporis spatio,
et pituitam per os diebus aliquot educere. Quibus
uero ceu culices,oculis obuersari perperam uidentur,
30 ex quadam humorum prauitate,uel biliosioribus ua-
poribus sursum distributis, medicamentum dialoes
amarum exhibetur subinde, uel etiam inde sume-
tur purgatio. In oculis autem medicaminibus uten-
dum est,primum simplicibus,puta melle, cum oleo &
35 marathri succo.postea compositis, quale est hoc. Sa-
gapeni drachmæ duæ, liquoris cyrenaici, ueratri albi,

ſingulorum drachmæ ſex. Alii in mellis heminis octo aſſumunt. Nos autem, tradit Oribaſius, ſubſcripto utemur, caucalidis ſucci, chamedryos, ſanguinariæ, ſingulorum æquis portionibus contritis. Benefaciunt item collyria, & quod ſucco marathri conſtat, & Protheus & Thalaſſerus, et diaopobalſamũ, & quæ ex his præparantur, præſidio eſſe ſolent. Inſuper marathri decoctum ꝑ initia ſuperfuſum adiuuat. itẽ ex liquoribus confectum, opobalſamo, melle, oleo ueteri & ſimilibus.

DE GLAVCOMATE ET SVFfuſione ex commentariis Demoſthenis.

Floris æris oboli quinq;, myrrhæ drachmæ tres, nardi indicæ drachma, lapidis hæmatitidis drachma: aphronitri drachma, ſalis floris drachmæ duæ opopalſami drachmæ nouem. melle Attico excepta offeruntur.

DE OBSCVRITATE ET HEBETVDINE.

Obſcuritas, quam amauroſim Græci uocant, eſt totius cernendi uiſus plerunque abſq; manifeſto oculi affectu impedimentum. Hebetudo (quæ amblyopia Græcorũ lingua uocatur) obſcuritas uiſus eſt, ab occulta quadam cauſa proueniens. Curatio cõmunis eſt ei quam in ſuffuſis diximus. Priuatim uero ab angulis ſanguinem mittere prodeſt. hirudines admouere temporibus, inferiores partes perfricare. Procedente tempore etiam iis, q̃ ſternutamenta prouocant, utendũ eſt, tũ uomitu ante cibum, & inunctionibus, primum ex mellis & olei æqua portione, deinde cõpoſito qđ ſubiũgitur. Croci obolis duobus, fellis hyenæ drachma, piperis cõmunis granis octogintaquinq;, marathri ſucci drachmis ſedecim, guttæ ammoniaci drachma. Contritis aridis cum ſucco, mellis cochlearia quatuor adiiciuntur. Præparata, exceptaq; ęrea pyxide in uſum conduntur. priusq̃ uero illinantur oculi in marinam calidam demerſi fouentur.

DE STRABISMO.

Oculi infantiũ ab origine diſtorti ſaneſcunt rebus faciei

circumpositis,ut in rectum uideant. Nam strabismus conuulsoria musculorum qui bulbum mouent,dispositio est.ergo lucerna in conspectu ponitur, quæ non ex obliquo appareat.Præterea cum ad nares conniuent o-
5 culis,stipulas palmeas agglutinare uincit & angulis qui tempora respiciunt:ut uisu ad has inconniuenter directo oculos emendent.

DE OCVLORVM EXPRESsione qui ἐκπιεσμὸς appellatur.

10 Exprimuntur oculi nonnunquam, ut exerti perseuerẽt. quibus strangulatus,mali causa est,ex cubito uenam incidere oportet:sin alio modo id acciderit,medicamento purgare ueratro nigro,uel scammonia. Si à doloribus origo est,frequenter sanè in puerperio superuenien-
15 tes uteri purgationes soluunt:unde his opitulari conuenit.in uiris autem post sanguinis detractiouem,si non remiserit uitium, cucurbitulam occipitio defigere commodum est.Lanam melle imbutam imponere,aut panni floccos cum aqua superq; duplicatum linteum illi-
20 gare leniter. His prodest & marina frigida fronti superfusa, item sereos & polygoni succus cum meconio illitus, tum alia quæ reprimere possunt, & contrahere.

DE CONFVSIONE.

25 Confusiones ex ictu, curamus sanguinis detractione à cubito:totum oculum sanguine, potissimum quidem palumbi recens occisi,sin minus, etiam columbæ replemus: deinde lanam mollem in ouum cum uino rosaceoq; contusum demersam imponimus illigamusq;:se-
30 quenti die idem facimus,& tertio fomenta exhibemus lac instillamus,applicamusq; idonea, deinde sublinim' medicamentis quæ ad ueteres affectus inscribũtur:quale est Chiacum.

DE MYOPIASI.

35 Myopiæ dicuntur Græce, lusciosi nostris, qui à prima natali die propinqua sanè uident,remota uero nõ item.

insanabilis est huiusmodi dispositio, ut quæ ab imbecillitate spiritus uisorii proueniat. Cōtrario his modo senes afficiuntur. Cum enim propinqua non uideant, procul dissita assequuntur.

AVRICVLARIA. ET PRIMUM de aurium dolore. Cap. XXIII.

Aurium dolor qui frigiditati fertur acceptus, ex anni tempore, præcedente uictu uel ægrotantis quoq; temperatura, ubi ob exteriorem ne causam acciderit didicerimus, inde q dolor alte citra grauitatem, uel distentionem, uel ardorem fixus sit, calfaciētibus curabitur præsidiis, nempe oleo rutaceo, uel laurino calido, uel amaracino, uel phuliato, uel spicato, uel communi cum euphorbio, uel piperi, uel castoreo, uel commageno dicto unguine, uel liquore balsami. Iam uero oleum in quo allium decoctum sit, uel cepa, instillarum auxiliatur. At ex calida conceptum intemperie, dolorem in quo feruoris cuiusdam sine grauitate seu tēsione sensus est, contraria discutiunt: oui aquatum in aurem demissum, quemadmodum oculis adhibemus, lac muliebre cūquodā collyrio, qd dolorē lenit, uel succus pdicii herbæ cū modico rosaceo: ipsumq; rosaceum, oleum uel acetum, uel succus solani, uel coriani, uel hastulæ regiæ, uel oleum in quo lumbrici, uel aselli qui in aquosis & humidis agunt, Græci ὄνους καὶ πολυπόδια appellant, incocti, uel oleum amygdalinum per se, uel buccina uiua numero tria, in eo decocta mirifice proficiunt. Quòd si glutinosi crassiq; succi dolores fecerint, capitis, ipsiusq; auditus grauitas & præcedentis uictus ratio testatur. sola uero citra grauitatem distensio, spiritum aurium flatulentum, cui exitus non patescit, indicat. Itaque in ambobus uitiis utere medicamentis, quæ aperiunt inciduntq;, cuiusmodi est aphronitrū cum aceto & melle. Item fel ouillum cum oleo communi, uel amygdalino: præterea porri & cepæ succus tepidus cum melle,

aut origanum cum melle & lacte muliebri instillatur.
Ad uehementiores aurium obstructiones, fel caprillum
cum succo porri inditur. Verum quos amplius labor
longusq; urget, & grauis simul auditus existit, hæc quo
que commode usurpantur, cuiusmodi dracunculi suc-
cus est, ari, bryoniæ, & similia. priuatim uero q ob flatuo
sum indolescunt spiritum, cucumis ex aqua calida fota,
auriq; demissa strenue auxiliatur. Si grauitas, distensio, si
mulq; calor & dolor pulsatilis, aut etiam febricula obo
ritur, inflammatione aurem laborare censeto. Atq; sta-
tim hic sanguis emittẽdus est, deinde fotus ex oleo dul
ci & calente per specillum lana inuolutũ continuo adhi
bend', meatui uero adeps anserinus uulpinusve, aut me
dicamen basilicum cum rosaceo, uel cyprino, uel irino
debet instillari: extrinsecus ea quæ dolorem leniunt, ma
teriamq; impactam concoquunt, superaccommodare.
Si dolor uiolentus est, iis utere, quæ leuiter sensum stu-
pefaciunt: non enim mediocre periculum est, ne cere-
brum neruo per quem facultas audiendi erogatur, uici
num, consortii lege efficiatur. Probe igitur doloremle-
uit, opii pars una, castorei partes duæ, cum lacte mulie-
bri, uel oui albumine, aut uino dulci tepido instillantur.
Iam pastillus crocodes, aster, Philonis antidotum fre-
quenter his profuerunt. Cæterum ex communi cere-
bro fouere, siue ex oleo, siue ex quodam calido fomen
to oportet, lanãq; hoc ipso imbutã in aurẽ cõiicere, sed
ita, ut partes inflãmatione tentatæ, q̃ fieri põt, minime at
tingantur. Verũ si dolor in uetustatẽ incidit, ac in pus de
generaturus est, medicamento utitor, qđ ex lini seminis
succo conficitur, quod unà cum rosaceo, aut chamæme
lino solutum instillabis. Cum autem aqua medicata ex
balnei usu meatu recepta, auditorio dolorem parit, si
quidem copiosa fuerit, ore, uel ẽt calamo ipsam euoca
re ratio est, ubi paulatim specillo lana inuoluto fuerit ꝑ
tracta, oleũ quoddã instillatur quod sit partium tenuiũ,
aut rosaceum, aut oui album, aut lac muliebre. Calida

uerò omnia mediocriter esse conuenit, quæ auribus adhibentur.

AD VLCERA QVÆ SIMVL cum inflammatione affligunt.

Lycium & meconium æquali portione trita cum melle iniiciuntur. 5

AD DOLORES MAXIMOS, pus & grauem auditum.

Amygdalarum quibus corticem detraxeris & aphronitri singulorum drachmæ tres, opii drachmæ tres, thuris drachmæ tres, croci drachmæ quatuor, galbani drachmæ duæ, myrrhæ drachma: aceto leuigata instillantur. Si dolor exercet, rosaceo diluta: si pus obsedit, mulso, uel oxymelite: si grauiter audiunt, aceto. recentia ulcera glaucium solum persanat, aceto subactum: item ex eo collyria, tum quæ appellantur diarodon, diacrocu, & diasmyrnes: quemadmodum rursus suppurantes citra dolorem ferri stercus cum aceto diutius contritum. 10 15

AD SORDIVM DVRITIEM. 20

Nitro aceto diluto cum aqua auris illuitur, cumque sordes detersæ sunt, nitrum aceto solutum cum rosaceo instillatur.

ALIVD AD SORDES.

Cardamomi & nitri exiguum, cum ficis pinguibus exceptum sine seminibus, & in collyrii formam redactum auriculæ committitur. Tertio quoque die educitur. Copiosas enim sordes extrahit, & abunde leuat. Proficit hoc etiam aduersus carnis excrescentias, dolores, exulcerationes. recipit aloes, thuris, myrrhæ, singulorum drachmam, myseos drachmas quatuor. Ex aceto in pastillos digeruntur, cum usus requirit, aceto & rosaceo soluta instillantur. Idem Andronis pastillus & Heræ & Musæ faciunt. 25 30 35

AD DIVTVRNA VLCERA.

Cedria melli admista illinitur. ALIVD. Ad eos quibus

pus profluit, Mysi ustum & in puluerem redactum inspiratur. Per clysterem uero oricularium eluuntur aures posca, uel oxymelite, uel mulso, uel decocto quorunda repellentiũ (uerbi causa) lenticulæ uel rosarũ.

5

SI CRVOR EX VLceribus apparuit.

Iunci rotundi decocto auris illuitur, polygoni uero succus cum paucissimo aceto instillatur, uel lycium, uel amurca, uel acacia, uel porri succus.

10

SI SVPER VLCERA CAro excreuerit.

Nitro ex aqua tepida, squama quoq; æris cum sandaracha pari modo auriculam illinito. Vbi crustam acceperint, melle repurgato.

15

ADVERSVS AVRIVM VERMES.

Absinthii decocto, uel centaurii, uel marr ubi eluuntur capparis foliorum uiridium aut fructus eiusdem instillatur, uel cedrinus liquor, uel urina humana, uetus uel al-

20

bum ueratrum cum melle, uel calaminthæ succus, uel scammonia cum aceto, uel succus absinthii, oleũ uero, meatui inditum sursum uersus remeare ipsos compellit potus autem est oxelæum. Eodem ad ea quæ auribus incidunt animalcula utitor.

25

AD CALCVLOS ET SImilia quæ in aurem inciderunt, extrahenda.

Specillum lana inuolutum in resinam, aut gummi, aut aliud quoddam glutinans medicamentum demitten-

30

dum, idq; in aurem iniiciendum, ibiq; uertendum est: utique enim sic protrahes. Si hoc modo nihil efficitur, oleum feruens meatui continue instillato. At si ne sic quidem exciderit, aut comprehensum fuerit, aliis quoque utitor modis, ut in parte chirurgica do-

35

cebimus.

AD SONITVM AVRIum intra seipsas.

Si in febribus aut harum crisibus sonitus aurium euenerit, nullum ei negocium facessere oportet, quippe statim magna ex parte finiuntur. Sin autem post morbum perseuerauerit, absinthii decocto foueri aures debent, acetum rosaceumq; infundi, uel radiculæ succus cum rosaceo, aut ueratri nigri cum aceto. Ad ueteres autem sonitus, qui ex crassis glutinosisq; humoribus creantur: inde uero illos cognosces quod non uniuersim, sed paulatim increscunt nascunturq;, aceto, nitro, & melle aurem illinito. ALIVD. Veratri albi drachmæ duæ, castorei totidem, croci drachmæ tres, nitri drachmæ sedecim. In aceto contrita, ut in pastillos coalescant, in usum conduntur.

AD VETERES SONITVS & tinnitus.

Euphorbium cum cyprino oleo leuigatum calefactumq; in usum capitur. in quibus autem ex amplo consensu uaporum spirituumque summa petentium excitantur, castoreum & cicuræ semen tritum cum aceto instillatur.

AD GRAVEM AVDITVM, & surditatem.

Quæ ab origine quidem, uel etiam prima natali die sed longissimæ & absolutæ surditates constituuntur nullo remedio eliduntur. Quæ uero non absolutæ quidem, sed diuturnæ tamen, & ipsæ curationem non recipiunt, aut certe difficilimam. Quę ob biliosum humorem sursum uergentem nascuntur, uacuationibus per medicamenta bilem ducentia ex facili abolentur. quidã etiam sua sponte affectu liberantur, bile inferius descendente. At ex crudis crassisq; humoribus prognatas surditates, uel grauem auditum uenæ incisione curato, aut omnino purgatione ex hiera, tum medicamentis quæ per os & nares pituitam eliciunt, Græci apophlegma-

tismos & errhina dicunt, item balneis sua sponte scatu-rientibus, uel ex aqua marina. Porrò in meatum ubi facultas audiendi est, conuenit instillare, quæ ad sonitus trapita sunt. Priuatim uero hæc: Vrina & fel caprillum, aut
5 seorsim fel, aut rutę succus cum melle, aut castoreum cũ oleo anethino, & ex hyssopo medicamentum cum nardino unguine, uel caprillum fel cum galbano: uel quod recipit castorei drachmas duas, nitri ueratri albi, singulorum drachmam.

10 AD COMPRESSA AVRIVM foramina, quæ θλάσις dicitur.

Hippocrates quidem nihil ipsis adhibendum præcipit. Cum uero sæpe ab ægrotis cogamur, utendum est his: Myrrhæ, aloes, thuris, acaciæ, pari singulorum modo, a-
15 ceto uel oui candido illinuntur: uel panis calidi mica cũ melle in pila tusa admouetur: uel bituminis thuris, aloes, cochlearum carnis, bulborum spumæ, paria pondera aceto contrita imponito. Si inflammatio oborta est, sesamo leuigata applicantur, uel chondro, cum aceto
20 cocto. laxiora autem sunto cataplasmata, & lana oleo imbuta auris anfractui demittatur.

DE PAROTIDIBVS.

Parotis glandularũ sub ipsis auribus affectus est, materia morbi illic emanante modo à capite humoribus ui-
25 delicet in eo obstructis, modo à reliquo corpe in febribꝰ crisim expertis orit. Si igit alte adhuc delitescẽs parotis in tumorẽ nõ attollit, natura debet adiutari psidiis, q̃ coactas sordes extrahãt, uel ẽt cucurbitula agglutinata, uel crebro fotuũ usu. Nã si in altũ recurrat colluuies, pi-
30 culũ haud mediocre subsecuturũ est. Sin aũt inflãmatione tẽtata in tumorẽ erũpat, ecõtrario iis q̃ leniunt, & cõcoquũt utemur cataplasmatis, quale est ex farina hordeacea. aut triticea, aut semine lini cũ mulsa, aut fœnugræci, aut altheæ aut chamæmelorũ diluto incoctũ. itẽ
35 qđ ex lapatho & axungia insulsa cõstat. at si exuperare sanguis tibi uideat, prius ipsum uenæ sectiõe uacuabis:

modo uires permittant. Tumore autem non discusso, medicamentis utere quæ puri mouendo sunt, nempe farina triticea cum pinguium ficorum decocto, uel oleo, tum medicamento quod ex polline, & quod fermento confectum est. Vbi iam abscessus ad suppurationem spectarit, uel cute ferro discissa pus excernetur, uel acri medicamento rumpetur, cuiusmodi existit similion appellatum, & diascordon. Cæterum mitiores parotidas etiam fotus ex muria discutit, item medicamentum diaperanu. Hoc sanè etiam pus iam maturatũ digerit, præter quod dolori leniendo sit efficacissimum. Ad inueteratas parotidas buccinorum, aut purpurarum combustarum cinerem cum melle, uel axungia imponemus, aut ficus marina incoctas, uel marrubium cum sale. Induratas autem iam emollit & medicamen Mnasei, & Ariobarsanios, optimum etiam quod ex succo lini seminis præparatur, ante hæc autem illinere ammoniacum conuenit, mista cum cataplasmatis pice liquida, uel seuo taurino, uel bdellio, uel styrace, uel medulla ceruina.

DE NARIVM ET OLFActus uitiis. Cap. XXXIIII.

OLfaciendi facultate oblæsa, si uox seruetur incolumis, ad priores cerebri uentriculos morbus referetur, qui aut ex intemperie sola noxam conceperunt, aut etiam ex humorum copia. sin autem uox quoque mali contagium senserit, laboriosior quodammodo reddita propter meatus (qui à colando ethmoides græce uocantur) obstructos, affectum rursus malis quibusdam succis contrahi censeto. Itaque cerebri intemperies, ubi ex notis sæpius à me dictis deprehensa fuerit, contrariis curatur remediis: caput marina calida superfunditur: humores apophlegmatis eliciendi. Maxime uero utitor medicamentis quæ per nares ualide educunt, & quæ odore mouent ex tenuibus facta particulis, quemadmodum in defluxionibus, adhibeto. Cũ

totius corporis humorum copiæ suspicio subest, hæc prius, aut sanguinis dimissione, aut purgatione ex hiera uacuatur. Ita quoque in polypode & ozæna faciundũ est deinde loco inducuntur remedia. qn & theriace po-
5 ta sæpe magno fuit præsidio. Cęterum polypus, tumor præter naturam in naribus oritur, substantia respondens polypodis carunculæ: eiusdem uero naturæ est, & sarcoma. Ozęna ulcus est, putridum ex humorum acrium illuuie creatum.

10 AD POLYPODAS ET SARCOMATA.

Squamæ æris drachmæ octo, atraméti sutorii drachmæ sex, sandarachæ drachmæ quatuor, ueratri nigri drachmæ duæ: naribus inspirantur. In usu hoc est laudatis-
15 simum, nam tredecim diebus insigne affert præsidium. benefacit & attramentum sutorium cũ aceto. ALIVD. Malicorii drachmæ duodecim, atramenti sutorii drachmæ decem, chalcitidis drachmæ octo, fellis taurini, amomi, myrrhæ, calaminthæ, marrubii, singulorum dra-
20 chmæ quatuor, croci drachmæ duæ, ueratri albi drachmæ quatuor. sicco utitor. ALIVD. Diphygi trito nares, linaméto q; funiculari atringũtur dilatãturq;.

AD OZÆNAS.

Misyos, chalcitidis, myrrhæ, singulorum drachmæ se-
25 ptem, atramenti sutorii drachmæ sex, aluminis scissilis, gallæ, squamæ æris, singulorum drachmæ quatuor, aluminis rotundi drachmæ duæ, thuris drachma una, aceti sextarius. Vbi ad mellis spissitudinem uenerit, totum in uase æreo coqtur, ex carptis linamétis utitor. ALIVD.
30 Aeruginem & æris squamam pari portione aridum medicamntum facito.

AD FOEDVM NARIVM ODOREM.

Myrrhæ, acaciæ, amomi, singulorum pondo drachma
35 melle cocto excepta summo narium intersepto iubeto agglutinari. ALIVD. Amomi, myrrhæ, rosarum

ficcarum partes æquales, nardino unguento exceptas il linito. Item bene facit aduersus fœditatem odoris, & malagma ex menta cum uino admotum.

AD NARIVM VLCERA.

Cerusæ libra, argenri spumæ quadrans, recrementi plū bi tantundem, uel plumbi combusti omnia uero lota sunto, excipianturq; uino myrteoq; oleo.

AD VLCERA QVAE VOcantur glycea.

Argenti spumæ drachmæ quatuor, rutæ nouellæ toti dem, aluminis scissilis drachmæ duæ. Myrteo oleo ace toq; excipiuntur.

QVAE STERNVTAMENTA CITENT.

Veratrum album, uel castoreum, uel piper, uel struthiū uel simul omnia: non autem oportet inspirare, sed pin na uel digito penitissime in nasum demittere. ubi sternu tamentum frequentius est, medicamento sedari debet. Infunditur nardinum, uel rosaceum, uel glycelæum. Iā quæ odorem mouent, sternutaméta sedant, anisum, oci mum, stipulæ contusæ: sed ante hæc omnia caput desic candum est, smegmatis ex nitro & pumice factis, uel ēt asclepio uocato utendum, & Constantini sapone, & sa le cappadocico, similibusq;.

AD SANGVINIS ERVPTIOnem, è naribus.

Sanguinis è naribus pfluuiū, quod febribus supuenit, se cundo uolumine inter illas sum executus. De eo autem qd alia quacūq; de causa accidit, nulloq; sisti potest re medio, in præsentia tractabimus. Chalcitidem contritā linamento funiculari, aqua imbuto, uel eo quod à geni talis humani forma priapiscon appellant exceptam, na rium foraminibus demittes. Vel testā oui exustam ad miscebis, & dimidiatam gallæ partem, uel lycio indico attinges. Vel aselli domestici combusti cinerem inspira bis. Vel aselli expressi succum instillato, uel molaris la

pidis aceto extincti, uaporē naribus obiicito. Vel hoc quoq; medicamēto obstruenti utitor, Mānę, thuris, partem unam, aloes partē dimidiam. Candido oui liquore excipito: ac utitor, per linamentum funiculare, extrinsecus
5 leporis pilis unctioni adactis. Vel linteū intortum in nares cōiicito. Vel cucurbitulā leuem directe, qua sanguis profluit, affigito: præcordiis autē magnā, & constanter admoueto. Vel aures ualide obstruantur, frons spōgiis ex aqua frigida foueatur. Vel cucurbitula occipitio agglu
10 tinetur, cum sanguinis detractione: interim ēt sanguinē emittere cōuenit, si nihil prohibet, & summas partes uinculis excipere, præsertim brachia & femora, sicut in uenæ sectione fieri solet. Eadē motu cōcuti iubeto, manus uero fricatione, pedes autem obambulatione. Nam ue
15 nis indidem sanguine repletis narium uasa depleuntur. Item spongia in poscam frigidam demersa: naribusq; profluentibus à foris strictim admota: id quod requiritur, subinde perfecit: melius autem proficit longo penicillo naribus prius subiecto.

20 AD FACIEI VITIA.

QVOMODO FACIES A RVgis asseratur. Cap. XXV.

THuris denarii quatuor fuci drachmæ tres, argēti spumæ, piperis, singulorū drachmæ octo, oīa
25 ex ichthyocollæ tunsæ diluto soluuntur, in pastillos redacta usui sunt. ALIVD. Eburnei scobis drachmæ octo, thuris masculi, ichthyocollæ pares portiones. Vtitor, quemadmodum est prædictum.

AD FACIEI NIGRITIAS.

30 Iridis, uel ptisanæ, lomenti singulorum sextarius unus semis, salis ammoniaci, cornu ceruini cōbusti, thymiamatis, ammoniaci, singulorum unciæ duæ. Aqua dissoluta in pastillos coguntur, ac iterū aqua trita ante balneū illinuntur. ALIVD. Ptisanæ, erui, thuris, illyricæ, aphroni
35 tri, singulorum chœnices quatuor, costi, amygdalorum amarorum singulorum drachmæ uiginti. Ouorum albumine, lacteq; asinino subigito, ac utitor ueluti

prædiximus. Benefacit etiam pastillus Peponatos.

AD EPHELIDEM ET LENTICVLAS.

Terræ cimoliæ torrefactæ, congius semius, aphronitri tosti drachmæ octo, erui siliquæ drachmæ quatuor, fellis taurini, eburnei scobis singulorum drachmæ octo. Leuigatis facies defricatur. ALIVD. Fæcis combustæ denarii decem, *erui farinæ denarii quindecim, ueatri albi denarii quinque, aphronitri denarii decem, alcyonii denarii decem, trita infricantur.

*Editus exemplar græcum erui, sed ὀρόβιε pro ὀρόβε distinctim habet denarios decem, lomenti totidem sed uetus sequor

AD SVGGILLATA.

Per initia decocto fœnugræci, postea & meliloti oculi fouentur. Nilei collyrium diarodon aqua solutum illinitur: deinde diasmyrnu. Et si nihil profecerit, id quod diasandicos inscribitur, combustum perungitur, uel hyssopum aqua maceratum applicatur. Vel hyssopo in pāniculum illigato, & calida aqua respersa foueri debent, uel acri muria, item radiculæ corticem cum melle detritum impones, hoc etiam ueteribus efficax est. Porrò ad uetusta faciei sugillata & liuores, tordili partes duas, terræ samiæ partem unam cū melle admoueto, cura adhibita ne exulceretur.

ALIVD DETERSORIVM.

Hyssopi, thapsiæ, casiæ, singulorum drachmas duas, ceræ tantundem, terebinthinę drachmā iniicito, cauens ne exulcerationem excites, eoq; frequenter tolles.

DE VARIS.

Exigui sunt & duri in facie tumores. Oxymelite illito, uel argenti spuma cum terebinthina, aut olei candidi momento trita infricando perunguntur: uel alumen fissile cum terebinthina, uel amygdala amara aceto macerata infricantur. In callum uero cōcretos uaros, saponis gallici drachmis quatuor, thuris, ammoniaci, singulis drachmis aqua dissolutis perungito, & post horam eluito.

AD VAROS, PILOS, ET asprēdinem faciei.

Ceræ denarii decem, terebinthinæ denarius, uiſci denarii duo. Liquantur, ſuperq́; oleum infunditur, facies hoc medicamento eluitur, tollit enim radicitus. ALIVD. Papauer detritum, uel pulegiũ cum ſale acetoq́; illinito.

5 CERATVM THAIDIS QVO facies rubeſcat.

Croci erythrodani radicis, fuci, thuris, myrrhæ, ſingulorum drachmæ duæ. Adipe uitulino oleoq́; maſtichino excipiuntur: deinde illinuntur. Interpoſito tempore, ſpõ 10 gia ex calente aqua facies abſtergitur. Cæterum faciei remedia, etiam reliquo corpori conuenient.

DE ORIS AFFECTIBVS: ET primum de dentiũ dolore. Cap. XXVI.

15 DEntium dolorem ſine gingiuarũ inflammatione interim in proprio ipſorũ corpore, interim in neruo, qui ad ipſos pertinet, oriri contingit. quapropter ualentisſimorum in hoc medicaminũ uſus eſt. Atq; inde plurima ipſorum q̃ acerrimo aceto præ 20 parantur. At gingiuis propter inflammationem dolentibus, præſentisſimum eſt remedium, oleum lentiſcinũ, calore temperatum, ſi in ore retineatur, eſto autem id recens: nã uetus tanto recenti deterius, quanto calidius. Huc autẽ omnia dirigi debent, ut humor qui toto cor 25 pore ſuperat, prius euacuetur.

AD DENTIVM INFLAMMATIONEM.

Os colluitur aceto, in quo decocta ſit galla, uel halicacabi radix, alterci ſemen foliave, uel pulegium, uel ſolani 30 ſuccus, uel capparis radix, uel myrti folia, uel polium, uel cucumis ſylueſtris radix, uel rutæ folia, cum oxymelite uel cornu ceruinum, uel acetum ſcillites, uel pyrethrum, cum hyſſopo. At eroſionem experto denti, ſtyracem cum opio imponito: uel ſulfur uiuum cum lycio: 35 uel alterci ſeminis uaporem excipiat per infundibulũ. Item Philonis antidotũ denti circũlitum, dolorẽ ſedat.

Quòd si defluxione laborent dentes, myrti, lentisci, & gallæ diluto colluentur. Vel rhus syriaci, balaustii, uel mali corii. salis autem partes duæ adiguntur: aluminis usti, & aceto extincti tritiq; pars una: deinde uino perlu- untur. porrò gingiuis cruentis alumen tenue inspergitur 5 uel aloe cum uino eluuntur. uel rubi radice uino made facta. uel rhu syriaco. cruentis autem & defluxione tenta tis gingiuis crudum salsamentum in olla combustum, quoad cinere in carbones redigatur, attingito. At mo- biles stabilit aloe inspersa, uel rhus syriacus, uel alumen 10 scissile, uel galla, uel rubi radix per se, aut cum uino in- cocta.

ALIVD AD DENTES.

Ficus pinguis uiridis corticem terito, eiusq; ius, cũ ha- bes, in dentem coniicito. Myrrham ueram, & alumen 15 scissile, ubi omnia in unitatem coegeris, ad usum recõ- dito. Ac in aurem qua dens indolet, demittito & p̄sana bis. ALIVD. Ad dentes mobiles, & gingiuas fluxione pressas: omniaq; oris ulcera depascentia, chalcitidis to- stæ drachmæ duodecim, cadmiæ drachmæ octo. In 20 usu siccum, cum aceto sine dolore dentes tollit. farina cũ liquore tithymalli imponitur, & super hederæ foliũ accommodatur, ac per horam finitur, sua enim sponte dens contereretur. Dentifricium, quod & parulidibus be ne facit. Aluminis latercularii, salis ammoniaci, myrrhę, 25 costi, pyrethri, singulorum pondo triens, piperis grana octoginta.

AD PARVLIDAS.

Sulfuris uiui, piperis, aluminis scissi, æquales portiones. Ac parulis inflãmatio quædã est in aliqua gingiuarũ 30 parte suscitata, q̃ nisi discussa fuerit, in suppurationẽ rum uertitur. & cũ suppurauerit, scalpello inciditur, luna men tisq; insertis aperitur. Epulis autẽ carnis excrescẽtia est, quæ ab inflãmatione contracta ad intimos molares dẽ tes pertinet: nonnunq̃ cum febri & dolore. Quoniam 35 igitur reprimi debet, utendũ est ærugine rasa priuatim:

uel cum pari galla, uel sori combusto, uel alumine quolibet cremato, uel galla per se, uel squama æris cũ aceto diebus sat multis leuigata desiccataq́;.

DENTIFRICIVM.

5 Aristolochiæ radix combusta, cerui cornu combustum cum masticħes momento, salis candidi melle respersi & fici foliis inuoluti exustiq́; donec in carbones mutentur. ALIVD. Buccina sale respersa, ustaq́;, cochleæ terrestres cum melle combustæ, lanæ succidæ cum paululo sale ustæ. Singulis ipsorum grati odoris gratia misceatur iunci rotundi flos, uel nardi spicæ, uel folium malabathri, uel iuncus odoratus angulosus, uel iris.

DENTIVM CANDOR QVOmodo fiat, & oris suauitas, gingiuæq́; reprimantur.

15 Pumicis, salis tosti, iridis, singulorum drachmæ quatuor iunci odorati angulosi drachmæ quinq́;, spicę nardi drachma, piperis drachmæ sex. Tritis utitor.

AD STVPOREM DENTIVM.

20 Stupori benefacit portulaca cõmanducata, uel oleũ q̃d immaturæ oliuæ fuderũt infricatũ, uel amurca in æreo uase cocta, donec mellis spissitudinem habeat. *atq; uetusta si perungatur, magnum affert momentum.

AD DENTES ATTRITOS.

25 Dentibus attritis, baccarum lauri, aluminis scissi, aristolochiæ sarmentaciæ, singulorum pares portiones iniiciuntur.

AD GINGIVAS EXESAS.

Rosarum floris drachmis octo, gallarũ drachmis qua-30 tuor, myrrhæ drachmis duabus, si gingiuæ exesæ & flaccidæ, cumq́; infirmitate humentes colluantur, consanescunt. Idem præstat lac asininum, oliuæ foliorum decoctũ, acetũ scillites. Arida uero admota, ærugo ferri, cytini. Tumidas excrescentesq́; gingiuas portulacæ succus 35 in ore retentus, muria, oleum ex colymbadibus oliuis, uel immaturis expressum, uel lentiscinum, uel melinum

* Vtrũq; exẽplar habet, Et uetusta illita. sed Galenus in libro περὶ εὐπορίστων, p̃ter superiora remedia, ẽt hanc sententiam quo posui modo legit.

amurcaq́; discutit, sicca autem ærugo ferri, uel æris, aristolochiæ radix, arnoglossi semen, dyphryges, atramentum sutorium tostum, cytini.

AD DISRVPTA LABRA.

Amurca cocta illinatur: uel adeps anserinus cum melle, 5 terebinthina æquali portione, rosarum floris, hyssopi, rosacei, singulorum momentum.

ADVERSVS LINGVÆ MORbum qui batrachus appellatur.

Batrachus tumor est, ad inflammationis simllitudinem, 10 sub lingua erumpens, maxime in pueris: itaq; locus misyos, æruginis rasæ, pari pondere sicco perfricatur. Mento autem adhiberi debet medicamentum Anthera, uel sphęrion, uel ex ouis parygrum. postremum remediū 15 est uenas sub lingua diuidere. ALIVD. Valet etiam ad oris ulcera, quas Gręci aphthas uocant, æruginis rasæ, gallę, chalcitidis, singulorum ęquale pondus cū passo, os etiam his colluitur. ALIVD. Erui farina cum melle prius abstersis, delinitur. Galla leuis cum melle, 20 uel rosarum flores similiter. Vel oliuę foliorum decocto pars affecta eluitur.

AD TONSILLARVM INFLAMMATIONEM.

Si in febri tōsillæ, & columella inflammationem senserint, gargarizare conuenit decocto furfurū, aut rosarū, 25 aut palmarum, aut myxæ, aut lenticulæ. Cū uero inflammatio remittit, consistitve, mel ipsis adiiciendum est, qđ per initia facere nō oportet, nec in augmento, ne acrimonia fluxionē quādam concitet. Vbi in suppurationē conuersa fuerit, gargarizandum est ex mulsa uel lenticu 30 læ decocto, uel rosarum: idq́; faciundum est, donec in totum soluatur. Aut stomatica compositio ad gargarizandum etiam exhibebitur. At si serpentia tonsillis ulcera oboriantur, utendum qdē & præscriptis, sed priuatim 35 exhiberi debet medicamē diamoron, ex aqua calida, uel aqua mulsa, quæ rosarū inspersarum florē obtineat,

uel costum,uel rhus siccum,uel decoctum, uel glauci foliorum aridorum decoctum,quod amarum est,optime autf. cit si succus,ut ad collyria utimur, leuigatis in mulsa additur.ipsius auté fruticis sicci,si inspiretur, usus
5 est laudatissimus,aut si digito admoueatur, cura uero habenda est ne prorsus attingatur, aut certe leniter ad-admodum. Profuit & pastillus Andronius. Post hæc acria irritantiaue gargarizatur ex medicamento, quod radice quam dulcem appellant:constat, aut eo quod
10 croco,uino scybelite,terra chia,& myrrha componitur, deinde amylo,& tragachanto. Vbi iam constiterit ulcerum depastio,gargarizandum medicamento ex lacte, & samia terra confecto. ALIVD. Ex malo punico dulci cum cortice tuso succus exprimitur, & eius par-
15 tes sex,mellis uni mistæ coquuntur,donec eis mellis spissitudo sit & perunguntur. ALIVD. Gallæ imaturæ unciæ duæ,aluminis scissilis uncia,salis ammoniaci tosti,tantundem. Aridum apprimitur. ALIVD. Gallæ drachmæ octo,misyos drachmæ duæ, salis tosti dra-
20 chmæ quinq; sicce in usum adhibentur. est autem Anthias tonsillarum tumor duritiem præferens,

DE VVA

Vua si inflammationem experitur,gargarizandum ex iisdem,quæ tonsillę inflammante postulant, & medio-
25 criter astringentibus, qualis est mali Punici succus per cochlear,uel instrumentum,quod ab una attollenda staphileparton appellant,subiectus, tum per se, tum cum melle affatim cocto:uel dulcis radix,mali Punici succo mista.proficit etiam succus dulcis radicis cum melle il-
30 litus.iam hæmatites lapis uuam reprimit, & phrygius combustus,& ageratus,item ex lapide phrygio medicamen ad pudenda inscriptum.His adduntur terra samia, erethrias,sinopis,lemnia,omphacium, per se & cũ horum aliquo.Item spinæ Ægyptiæ fructus:alumen scissi-
35 le.rosæ uero,& semen,& folia leniorem effectum præstant,præterea gummi, tragacantha, sarcocolla, amy-

lum: quibus utendum dum magis una prematur ab astringentibus constricta ubi crassior in rotunditatem creuerit, qnod uitium iam uuam proprie dicunt, gargarizationibus eluenda, & ex myrrha, & croco, & iunco odorato anguloso. Contusiones autem cauendæ sunt. ob quod pinna potius perungere conuenit. compositum uero hoc utile est, rhus syriaci drachmæ octo, croci drachmæ quatuor, costi drachmæ octo, rosarum seminis drachmę quatuor. Præterea gingiuis benefacit, linum ex purpura murina, quod uiperæ collo circundatum ipsam strangulauerit, deinde circumadigatur tonsillis, & colli uitiis mirabili quodam modo opitulatur, ut Galenus author est.

AD SANGVINIS EX ORE PROFLVVIVM.

Marrubii folia tunsa imponuntur, uel spongia recens in picem crudam mersa comburitur, in puluerem coacta admodum utile est remedium. Item os, perluere rosis siccis, aut uiridibus. Ad hæc decocto frigido, uel pampinorum uitis, uel lentisci foliorum, uel rutæ, uel malorũ cydoniorum, uel rosarum, uel uuæ acinorum, uel lenticularum.

DE ANGINA EIVSQVE speciebus, ubi etiam de strangulatis, uel alio modo suffocatis agitur. Cap. XXVII.

Angina, quæ musculis faucium interioribus inflammatis accidit, synanche Græcis appellatur: quæ exteriotibus, parasynanche. Eodem modo modo & in gutture habet: cuius si interiores musculi in flammatione conflictentur, cynanche: si exteriores, para cynanche. Hæ enim comites notæ sunt, spiritus recta ceruice uix trahitur, nonnullis febricula oritur, faciei rubor, ceruicisq;. Ad hæc tumor etiam in quibusdam superuenit. Aeger ore conniuet, cibum non deuorare, nõ potionem potest. Cynanchicos uero strangulatus quo-

que interdum secutus est. Pueris raro talis affectus oboritur, nisi cum ceruicis uertebræ affectæ loco excidunt. Verum illis ceu curationem nō recipientibus, ac deploratis, manum admoliri non oportet. Reliquis autem sanguis protinus è cubito mittendus est, sed non uniuersim, uerum pluribus interpositis uicibus euacuabitur. qp pe cumulata, uniuersimq; facta uacuatione, anima ipsis deficiente, suffocationis periculum superuenit, dum materia in affectam partem collectim prorumpit. Si p hæc parum proficitur, eas quoq; uenas incidere conuenit, q̄ sub lingua sunt, uel ipsa quoq; lingua scarificanda, si turgens magis exeritur. Aluus acriore clystere subduci debet, pedes, aqua calida foueri, extremæ partes ualide deligari, collum lanis succidis, uel etiam oleo imbutis contegi, crudaq; polenta, quæ Græcis ὠμήλυσις dicitur. gargarizandum per initia ex iis, quæ in tonsillarum inflammatione dicta sunt, uel eo medicamento simplici quod ex moris est, cum rhus decocto. Potius autem est quod syluestribus moris conficitur. Deinde & composito, quod mora recipit, uel eo quod ex nucibus pinguibus perungitur. Cum morbus uiget, consistitq;, & nitri momentum admiscendum est aut sulfuris uiui, nisi acrimonia quædam prohibeat. item stercus caninum aridum contusum, & cum melle peruuctum, præstantissimum est remedium. Atq; huius generis album maxime, tum syluestrium hirundinum similiter cinis efficax est. Si malum longius prorogatur, etiam perunctione diabesasa, utemur, nunc uires ipsius remittentes, aliorum mistura. nunc iterum intendentes. Cucurbitula quoque, uel hirudo sub mento, & circa ceruicem admouetur. tum commodum gargarizare, ex ualentioribus, iride, hyssopo, melanthio. abrotano, dulci radice, ficis pinguibus in mulsa decoctis, uel rutæ succo cum lacte, uel sinapi cum oxymelite. Sin autem hæc quodammodo acria percipiantur, oleum ipsis quàm optimum calens exhibetur, aut rosaceū per se, aut cū cremore ptisanæ, aut

fœnugræci gargarizandũ. Cibus sit triduo aqua mulsa, inde ptisanæ cremor cum dulci quadam potione, deinde & ouorum lutea perliquida, ac sorbitiones ex chondro, ubi deuorare melius cœperint. In summa, cibi ęgri uiribus respondebunt. Cum morbus cœperit inclinare, ægri deambulationibus & balneo credentur: pars affecta cerato ex oleo rutaceo operietur, reliquaq; uirium recolligendarum ratio, ut par est, adhibebitur. Porrò ex strangulatis, quibus spuma iam circa os emanat, manus admoueri non debet: si Hippocratis consilio acquiescimus. Alii uero uitæ restituuntur, aceti infusione & piperis, uel urticæ fructus in aceto triti acerrimo. Verum qa ægre magnoq; negotio assumunt, compellere eos ratio est. Simulatq; uero colli impedimenta dissoluuatur, statim sursum respiciunt & anguntur. simili modo in his qui naufragium passi sunt. Summatim in omnibus qui suffocantur. Nam ita horum calor recreatur refocillaturq;.

DE GRAVEDINE, DEstillatione, raucitate, & tussi. Cap. XXVIII.

COmmunis est omnibus uitiis, excrementitii humoris ex capite in subiectas partes descensus: si in nares decumbit, & per eas defluit, κόρυζα Græcis, grauedo Latinis malum appellatur: si per palatum in fauces, simplici uocabulo κατάρρος, nobis destillatio: si in guttur & asperam arteriam destillet, ut mẽbranam interiorem quæ hanc integit, exasperauerit, raucitas tunc sequitur, uocaturq; malum græce βράγχος & ἀρτηριακόν. In quibus non solum ex capite, sed etiam uehementi clamoris conatu, & spiritus inspiratu frigidi, asperitas contrahitur, inflammationem repræsentans. Si morbus non finitur, fluxioq; in pectus pulmonesq; ingruit, tussis oboritur ipsis maligna ac contumax. Quæ & propter intemperiem subinde accidit, interim calidã ut in febribus: interim frigidã, ut aquiloniis diebus, eaq;

magis ſicca eſt. Iam uero aliis quoque morbis tusſis nõ nunquam ſuperuenit: uerbi gratia, pleuriticis, iecorariis, phthiſicis, pulmonariis quare Galenus in diuturna tusſi grandines quaſdam ex pectore educi memoriæ manda-
5 uit. Alexander autem calculum quendam grauem, qualis in meatibus urinariis naſcitur, poſt longam tusſim expulſum, ac inde illam quoque ceſſaſſe prodidit. Porrò nos in ſanguinis eruptione calculos excerni uidimus, quemadmodum cum illuc peruentum erit, exactius cõ-
10 memorabimus. Qui igitur ex æſtu grauedinem, uel deſtillationem concipiunt, his particulæ incaleſcunt, acris, tenuisq́; humor deſtillat, tum per nares, tum per os, tum facies rubeſcit, & naſus. Qui ex frigore, iis caput undiq; & frons diſtenditur: meatusq́; quos à colo ethmoides
15 uocant, clauduntur, ne uox deorſum per nares tranſmeet: ſi longius malum trahatur, tusſicula quoq; affligit, pituita educitur, nunc cruda & liquida, nunc uiridis. Quibuſdam & febris ſuperuenit, quæ ob æſtum laborantes nihil iuuat: frigore presſis, etiam concoctio-
20 nem efficit.

CVRATIO DESTILLAtionis & grauedinis.

Vbi calida præpollet intemperies, iis pugnandum eſt præſidiis, quæ dolori capitis ex tali cauſa contracto con-
25 ueniunt: balneo utendum eſt, caput aqua copioſiore calida perfundendum. Cibi uero his proderunt ad ſorbitionem aptati, oua ſorbilia, amylũ, ſumenalia, quæ itria dicuntur, ſeſama necnon amygdala. item fructus coni: & quæ ex lacte fiunt bellaria: uina dulcia, non uetera: me-
30 dicamentum diacodion linctu asſumptum, & quæ his congruunt compoſita auxilia. Quòd ſi frigida intemperies afficiat, & morbus contumax ſit, modico utendum cibo eſt, caput calefacientibus ſubtilibusq́; nardino, rutaceoq́; debet perungi. Irinum uero non ſolum
35 illinitur, ſed etiam naribus inſtillatur: quæ intus thure, & myrrha cum oleo perunguntur, præſertim ſi perfrictio

grauedinem erearit. Alios lacineæ panniculorum combustæ, uel melanthium, uel cuminum ustum demissum q; panniculo reficit. Iam cyphi selenaicum, id est lunare, olfactum prodest, frōtiq; illitum, cui simul unum ex em plastris, quæ inflammationem arcent agglutinabitur. Ex empli gratia, Icesium, uel Oxera, uel Barbarus, uel Athena ad destillationem ex frigore ortam & cyphi potus utilis est. Thorax autem balsami liquore per lanas succidas superillinitur, idem styrace & irino, uel anethino circunfouetur. Cibis calidioribus & ad concoctionem promptis uti commodum est, ubi iam materia concoquitur, medicamen quod pituitam per os educat, idoneum erit, tum capitis smegmata, nempe Constautini sapo, atque eius generis consimilia.

RAVCITATIS CVRATIO.

Raucitati, quam arteriacum & branchū appellauimus, competent quidem superius comprehensa, uerum priuatim ubi arteria & guttur inflammationem experitur, emplasticis, id est, obstruendi meatus facultate præditis per initia utemur, donec inflammatio remissior euaserit: illiusmodi uero sunt quæ ex passo cretensi, tragacantha, gummi & amylo constant. Item pinguium palmularum decoctum, & dulcis radicis cum sapa, donec mellis spissitudinem conquirat. Item compositionū, quas, quòd sub lingua teneantur, ὑπογλωττίδας appellant, usus est. Ante omnia uinum hoc tempore circuncidendū postquam inflammatio moderatior fuerit reddita, uinū dulce assumetur, tum confecta ex melle, lacte cum amylo, uel pane siligineo. Ad hæc sorbitiones ex amygdalis, butyrumq; utile. At si humor in particulas se receperit, transeundum est ad ea quæ ualentius abstergunt, cuiusmodi est faba cum corticibus suis elixa, & quæ ex melle præparantur. His adde brassicam & porra probe cocta: medicamenta uero calidiora & ad tussim accōmodata prosunt, quæ constant sapa ficis pingnibus, thure, iride, terebinthina, styrace. galbano, pipere, cinamo-

mo, casſia & his ſimilibus.

DE TVSSI.

Tuſſis quoque eadem ratione curanda: hoc ſolum inſpicitur, num & aliæ particulæ condoleſcant: uerbi gratia, an gurgulio deſtillet, uel caput, aliis ne morbis conflictetur. His ubi quam fieri poteſt optime erit proſpectum, curationem moliere, quemadmodum à me comprehenſum eſt, diceturque in poſterum. Compoſitorũ uero remediorum ſcriptura, deinceps ſubiecta eſt.

CATAPOTIA AD DEſtillationem in fauces & tuſſim.

Styracis, myrrhæ, opii, galbani ſingulorum pares portiones paſſo excipiuntur, uel priuatim in pila contundũtur, & ad magnitudinem erui terna, quaternave aut quina, noctu dormituro dantur: paſſumq; ſupbibitur. Hæc ad acrem tenuemq; fluxloſtem ualent.

ALIVD. Alterci ſeminis drachmæ duodecim, nucleorum pineorum drachmæ ſex, croci drachmæ duæ. ſapa, uel paſſo in uſu excipiuntur.

ECLEGMA.

Mellis pondo uncia, butyri pondo ſemuncia, ſimul incocta exhibentur: item ex hyſſopo, ficubus, nucleis pineis, & iride decoctum ſorbetur.

CATAPOTIA AD VETErem tuſſim accommodata.

Styracis drachmæ ſex, myrrhæ drachmæ duæ ſemis, terebinthinæ, galbani, opopanacis, iridis, ſingulorum drachmæ duæ piperis albi, nitri, ſeminis alterci, lachrymæ papaueris, ſingulorum pondo drachma. ſine ullo liquore in pila tunduntur, & catapotia formantur: utitor ut prædictum eſt.

AD ASPREDINEM GVTTVRIS, tuſſim & ſputum cruentum.

Amygdala amara, quibus cortex ſit detractus uigintiq; q;, ſeminis lini torrefacti drachmæ quatuor, tragacãthæ

drachmæ duæ, pini nuclei triginta, oui in adipe cocti lu teum. Tragacanthum, aqua maceratur. Totum uero pas so excipitur: si uero & sonus uocis fuerit oblæsus, mel miscetur in passi uicem, & præsertim in quibus educi ex gutture aliquid oportet. 5

ARTERIACE QVÆ QVOD sub lingua teneatur hypoglossis appel lata, facit ad abscisionem uocis, raucitatem. item ad eos qui ægre reiiciunt, anapho ricos Græci noiant. 10

Tragacanthæ drachmæ sex, gummi tantundem, myr rhę drachma, thuris drachma una semis, piperis alba grana uiginti, croci drachma una, dulcis radicis succi drachmę sex, phœnicobalanorum trium caro, passi cre tici, quantum sufficit. Atque succus tragacanthæ solus ip se sub lingua loco dulcis radicis succi retentus. Eiusdē decoctum dum spissitudinem habeat quadruplum inditur. 15

ARTERIACE AD ABSCIS sum uocis sonum conuenit, & eius claritatem. 20

Porra sex coquito, dum tabuerint, atque ipsa proiicito, iu ri ipsorum succum alicæ admisceto, mel & ouorum pri us decoctorum lutea tria simul incoquito, circumagi tans anethi rudicula. 25

COMPOSITIO AD TVSSIM, Græce bechicon appellatur.

Pulegii pondo sextans, nucleorum pineorum, cnici se minis, lini seminis, singulorum pondo uncia, piperis co cti pondo triens, melle cocto excipiuntur. ALIVD. Hyssopi, pulegii, piperis cocti singulorum uncia, petro selini semuncia, mellis hemina. 30

vide an sescuncia legendū sit.

MEDICAMENTVM TVSSIM ueterem concoquens. 35

Mellis denarii sedecim, terebinthinæ denarii duo, gal bani

bani denarii quatuordecim. Vbi simul fuerint incocta, orbiculi finguntur, circa fabę magnitudinis, nucisve auel lanæ atque ex his delingitur. ALIVD. Aridam tussim curant tum arteriaca medicamenta, tum aquæ nonnunquam 5 feruentis sorbitio. nam dum propter pituitæ crassitiem non excreant reiiciuntque, humectantibus aliquantulum iuuantur. Cæterum conuenit ipsis etiam hyssopi, iridis & pinei nuclei decoctum.

PASTILLVS A FVMO DIC-10 tus capnistos, ad tussim continuam.

Styracis, piperis, mastiches, petroselini, singulorum unciam, sandarachæ scrupulos sex, baccas lauri duas. Melle excepta in carbones proiicito fumumque excitato, ut tussiens hunc per infundibulum aspiret. conuenit & qua 15 lemcunque perfrictionem expertis.

DE ORTHOPNOEA, SVSPIrio, & spirandi difficultate. Cap. XXIX.

QVi febris expertes, crebro ueluti à citatione cursu respirant, ab accidenti quod superuenit, no-20 stris suspiriosi, Græcis ἀσθματικοί appellantur, iidemque quòd strangulari metuentes, sub recto pectore toto respirationi incũbant, orthopnœici dicuntur. Creatur hoc mali dum fistulosæ pulmonum cauernæ crassis glutinosisque humoribus fuerint infarctæ: spirandi autē 25 difficultas communiter & his & aliis compluribus affectibus superuenit. In curandis suspiriosis huc omnis cura dirigenda est, ut per extenuantia abstergentiaque medicamina, glutinosus humor & crassus absumatur. Acetũ igitur ipsis conueniet scillites, & oxymelitis ex ipso præ-30 parati potio, ipsaque scilla tosta tritaque cum melle. Ex antidotis hiera, & purgatio continens ex ualidissimis medicamentis petita, à radicula uomitus, aristolochia rotũda pota, centaurii magni radix, spõdylii fructus radixque calaminthæ fructus, hyssopus, iris, melanthium: asellorũ 35 q in aquosis & humidis agunt, sextarius in uas fictile cõiectus, carbonibus subditis frigitur: ubi candorē acquisi-

erint,teruntur,& melle excepta mystri mensura ante ci bum secundumq; ipsum dantur. Quòd si necessitas urgeat,etiam uena ante hæc omnia inciditur, & quantum uires patiuntur,sanguis detrahitur, aluus clysteriis irritatur. Thorax à foris ficubus & lolii farina adiuuãdus est, cui adiecta sit resina,cera & mel. Iam iris & manna inspguntur. Non inutilis est & polenta cruda,cum resina,cera,iride & manna. Postea super imponuntur unguenta, quæ magis excalfaciunt,irinum,anethinum,rutaceum. Sed quod subscribitur medicamentum,huic uitio proprie dicatum est: Pumicis pars una,fæculæ quæ est uini fæx combusta,partes quatuor,auripigmenti pars una, iunci rotundi floris partes duę,alcyonii pars una,aphronitri partes duæ. Contusa percolantur:unguentisq; excepta,thoraci infricantur. Malagmatis utendum est quę saniem possunt extrahere.

POTIO SVSPIRIOSIS APTA.

Polii,abrotani,castorei,chamæpyteos,guttæ ammoniaci,singulorum par modus. Melle conspersa exhibẽtur. ALITER. Nonnull l dederunt,aphronitri cochleanum cum tribus mulsæ cyathis. ALIVD. Aphronitri dodrans,piperis drachma,silphii drachma semis. Cochlearium ex aqua datur. ALIVD. Castorei, suffiminis ammoniaci singulorum drachmæ sex,piperis grana uiginti passo excipiuntur. Instar fabæ cum mulsa exhibetur. ALIVD. Sinapi drachma,nitri spumæ tres oboli, elaterii semiobolus. Totum in pastillos octo digeritur: bini duobus diebus offeruntur,nam sine molestia supra purgant. His qui præfocantur,aphronitri dracmæ tres, cum tribus hydromelitis cyathis assumẽtur, ac cum cardamomo nonnunquam subito auxiliantur. benefacit etiam coxendicibus.

DE PERIPNEVMONIA. Ca. XXX.

Peripneumonia pulmonis est inflammatio, quæ plurimum ex ualentibus in eam partem distilla-

ctionibus, aut angina, aut suspirio, aut pleuritide aliisve morbis contrahitur. Aliquãdo etiam ipsa inflammatio affe[illegible]us origo est. Hunc casum subsequitur spiritus difficultas, febris acuta & ardens, grauitas distensioq; pe-
5 ctoris, uultus turgidus magnam repletionem materiæ sursum ignis instar impetu uergentis, fatetur. Malæ in his rubent, oculi intumescunt, supercilia deorsum feruntur, tunica oculi ceratoides ob cornus imaginem dicta in pinguedinem languescit. Cum hæc signa æstum fla-
10 grantiorem referre uidentur, inflammatio erysipelatis naturam resipiens, subesse existimabitur. In iis igitur qui ex aliis morbis in hunc decidunt, sanguinis detractio uitanda est, maxime si diu hoc in statu fuerint, uel si per initia sanguinem dimiserint. Verum aluus in morbi re-
15 missione clystere ducenda est, si ægre respondet: aut cucurbitulæ, ubi nihil obstat, pectori, & lateribus admouẽdæ sunt eæq; per grandes, & multæ, cute incisa. Sin autẽ peripneumoniæ affectus statim ab initio inuaserit, sanguinem mittere, si uires id permittant, ex usu est: sin mi-
20 nus, cucurbitulas certe defigere: quibus tantum elicietur sanguinis, quantum uirtus patitur. Quod ad cibum uero attinet, danda est sorbitio ex ptisanę cremore & chõdri cum melle, uel ex amaris amygdalis cum similagine, aut chondro dulci quadam potione admista, hydro
25 melite, uel apomelite, uel hydrorosato. Recte sumitur & recens butyrum, cochlearibus circa tribus. Propinatur autem ipsis ficuum cum hyssopo decoctum, uel iridis in mulsa coctæ, uel leuigatæ instar duum cochleariũ mulsæ inspersorum. Hoc itidem, ab inferioribus parti-
30 bus expurgat. At uirtutis tuendæ gratia crebrius potui assumetur mulsa per se & cum nucleis pineis, ac cucurbitulæ uniuerso thoraci lateribusq; agglutinabuntur. Ceratum uero cyprinum quod contineat iridem adactam, imponetur, uel ceratum ex rutaceo oleo, & iride
35 sicca, uel medicamentum ex cera, resina, medulla, butyro, hyssopo, iride sicca, & nardino unguento.

DE CRVENTIS SPVTIS. Cap. XXXI.

CRuentum ſputum ſi uiolenter diſrupta u[illegible]rũ
commercia excitarint, magna ſanguinis profu-
ſio comitatur. Et quidem rumpuntur illa mo-
do manifeſtiore ex cauſa, ut alto delapſu, clamore &
conſimilibus, modo ex occulta, ueluti plenitudine, aut
frigore immodico, nam id uenis rumpendis eſſe habi-
le ſcribit Hippocrates. Si uero exeſa parte, aliqua ſputũ
cruentum editur, non confertim ſed paulatim ſanguis
reiicitur, ſic ut acres quidam prauiq́; cibi, uel inedia, uel
acris ex capite in pulmonem deſtillatio præceſſerit. At
ſi os alicuius uenæ adapertum ſanguinem emittat, nul-
lum quidem ex prædictis, præterq̃ plenitudo interdum
præcedit, ſed uictus humidior calidiorq́;, balnei immo
derati uſus, calidi nimis loci inhabitatio morbum face-
re uidebitur, ut neq; inflammationes, neq; febres labo-
resve torſerint: ſicut in iis euenit qui exeſo uenarũ cor-
pore διάβρωσιν appellant, ſanguinem expuunt. Imo cõ
tra leuius faciliusq́; agent (ut ueriſimile eſt) euacuati. At
ſi hæmorrhoides, aut mulierum menſtrua, non reſpon-
derint: etiam periculis erumpens ſanguis ſubtrahet. Idẽ
uero hic pariter iis qui plenitudinis cauſa per rupturam
uacuantur, ſatis ad ualetudinem proderit, niſi ex ulcere,
aut immodica uacuatione noxam ſenſerint. Quæ ue-
ro exeſis uaſorum tunicis ſanguinis fit euacuatio, nunq̃
commode cadit, facitq́; ualetudini. Quòd ſi per uomi
tum excreetur, clarum eſt eum ex ſtomachi aut uentri-
culi regionibus procedere. In quibus & per anum pro
ritatus nonnunquam uacuatur. Tuſſis ſanguinem extun
dit ab inſtrumentis reſpirationi dicatis. Iam uero ſi ſpu-
mans & ſubalbidus ex interualloq́; reiicitur, ut dolor
abſit & preſſio, ex pulmone ferri notum eſt. In quibus
temporis ſpatio, febris ſequetur continens, partibusq́;
quibuſdam potiſſimum corroſis, nõnihil etiam pulmo
nis ſubſtantiæ, aut guttur, aut uena egeretur. Notus cer-

te quidam mihi est ex iis qui sanguinem è pulmone reiiciunt, temporis processu maxima cum tussi & sanguinis copia, calculos quatuor aut quinque expuisse aspe ros tribulorum modo, ad magnitudinem * cicerum trium aut quatuor, ac deinde dolore leuatus est: paulo post tabe consumptus interiit. Porrò si pituitosa cũ tussi leuiore, uel sputo quoque edantur, eaq; spumosa leuiaq;, ex aspera arteria prodire scito: si ater sanguis & in grumum concretus fuerit, doloremq; in loco intendat, ex thorace educi significatur, per pulmonem arteriamve translatus: qui uero cum sputo, ex faucibus per palatum educitur. Cæterum si quando à capite destillet, cum irritatione quadam & tussi editur, ut qui ad guttur defluat, iterumq; sursum feratur. horum causa primaria est, acris plurima ex parte destillatio, uel capitis dolor, uel grauitas. Accidit autem nonnunquam per palatum sanguinem uacuari, & propter hirudinem deuoratam, & alicui indidem particulæ adhærescentem. Verum de hac in libro de uenenis pertractabitur.

*Hoc uerbi græce nõ est sed coniicio tale quid deesse

CVRATIO.

Quibus destillatio cruentum sputum concitat, uena protinus debet incidi, nisi uehementer acris humor destillauerit, ac pro uirium modo sanguis detrahi. Extrema deligari, oleoq; ueteri calido, uel sicyonio præter caput perfricari. cibus adhiberi frumentaceus, cui succus alicuius austeri adiectus sit, Verbi gratia, Mali granati, pirorum, pomorum, uel illa eadem simul incoquãtur. Dormituro ex pastillo dia electru datur, tertio die mellis cocti momentum delingitur. Quòd si morbus longior hoc uicerit, capiti detonso medicamentum, quod ex fimo syluestrium columbarum constat, imponis, & tribus horis interpositis, balneo ægrum committis, sic ut caput nequaquam inungatur. Deinde ubi sorbitionibus alueris, somnum capturo, theriace antidotum datur iterumq; die insequenti. Similiter totum corpus, præter caput perfricatur, huic autem ceratum

ex tapsia, aut aliud quoddam iniicitur. Et rursus utendũ sorbitionibus. Quòd si malum in uetustatem incidit, cucurbitula occipitio desigenda est. At si acris admodũ fuerit destillatio, sanguinis detractio caueri debet. alimẽtis autem & præsidiis iis tum quæ supra, ubi de destillatione egimus, comprehensa sunt, tum quæ mox dicentur, utendum. Qui ob frigoris iniurias sanguinem spuunt, thorax illis fouendus est remediis, quæ calfaciunt ipsum & desiccant: quod præstat medicamentum dia dyo pepereon, id est, quod duplici pipere constat, una cum pastillo diaelectru exhibitum. At qui diruptis spiritus officinis, aut oris uenarum patefactis, sanguinem reiiciunt, uenam iis secare conuenit, nisi sanguinis copia prorumpat. omnes autem quos hoc uitii premit, locis aeri expositis decumbent, lecto immobili figura sublimi, cauentes ne uehementer respirent sonumq; edant, imponendaq; extrinsecus supra id quod dolet, spõgia ex tepente posca. A septimo die lana succida cum rosaceo, uel myrteo, uel lentiscino, cui interim acetum, interim uinum austerum sit additum: si copiose effertur, farinæ pollinem, & mannam cum aceto super accomodamus, uel alumẽ, uel acaciam, uel malicorium, uel gallam cum aceto, uel palmulas cum polentis & malis cydoniis in uino austero decoctis. post hæc autem & emplastrum ex salicibus iniiciendum, præsertim ubi moderatior sanguis fertur. Per os autem hæc sumpta proficiunt: portulaca commanducata, benefacit. efficacior autem, succus ipsius epotus balaustium, rubi fructus & flos, roboris fibrosum, & quod sub glandis cortice est. maxime uero cocto ipso utuntur, fagi & ilicis. præstantiora sunt, rheum, samia terra ad omnem sanguinis reiectionem. Item lemnia sphragis, lapis hæmatites in tenuissimum pollinem detritus cum succo mali punici, uel polygonii. pondus autem lapidis erit scrupulus unus. Composita medicamenta hæc prosunt: pastilli dia electru, dia coralliu, & qui ex spina ægyptia conficitur.

Item aridum compositum ex terra samia, lenia sphragide, corallio, symphyto, amylo omnibus pari modo. In his autem qui corrosis partibus expuunt sanguinem idq; potissimum, ut destillatio præcesserit, & opii partē semissem adiscimus. Insuper medicamentum his facit, quod samiæ terræ, agerati lapidis, lemniæ sphragidis, æquas portiones capit: duobus cochleariis potum ex duobus arnoglossæ succi cyathis. ALIVD. Lemniæ sphragidis drachmas sedecim, samiæ terræ drachmas octodecim, amyli drachmas octo, sarcocollæ drachmas quatuor, gummi drachmas duas, aridi, quod xerion medicamentum dicitur, cochlearia * undecim, cum decocti palmularum cyathis duobus. Sorbeant autem poscam frigidam, uel palmularum, uel pomorum, uel pirorum, uel pampinorum uitis, uel eiusmodi cuiusdam decoctum. Cibum sument, si uires requirant, ad secundam tertiamve horam: sin minus, circiter quartam. Panis sit lotus ex aqua frigida, uel alica, uel chondrus cum quodam succo refrigerante, puta mali granati, uel myrti uel omphacomelitis, uel oua sorbilia, uel aliquod ex lacte bellarium, cum quodam astringente. Inter olera seris, cichorion, arnoglossa cum oleo immaturo acetoq; incocta. Ex fructibus fugacibus poma, pira, mespila, malum granatum, corni fructus: potus erit, si febri careant, uinum aquosum, modicum: si febris adest, ex prædictis quædam potio, uel hydromelum cibariticum. Porrò qui uomunt sanguinem, iisdem sustētandi sunt, sola hac cura adhibita, ne crebro cibum sumant: quippe ex facili curantur, quatenus auxilia etiam quæ bibuntur particulis ipsis sanguinem fundētibus ex aduerso applicentur. At sanguine in uentriculo grumi instar concreto, coagulum potādum est, maxime leporinum, aut l xiuium ex ficu cū aqua, uel thymū, uel thymbra cū aceto, uel etiā ex lacte scissili uacuari debent, aut ex aloe. Rursus qui per palatū sanguinē excreant, gargarizabūt ex astringētibus, frontiq; & capiti admouenda

* Vulgatū exēplar habet, cochleare unum.

ſunt quæ ex naribus ſanguinem fundentibus accommodatur. Hæc eorum qui ſanguinem expuunt curatio eſt, quam ſumma obire cura conuenit propter imminens ex immodica uacuatione periculum: ſiquidem copioſe uacuatus ſanguis, quemadmodum in his qui iugulantur, mortem infert præſentaneam: ſi affectus remanet, in tabem tranſire minatur. Poſtquam igitur omnia, ut poſtulat ratio, peracta fuerint, & ſanguinis fluor ſubſtiterit, uires ipſis nutriendæ ſunt roburq́; adhibendum, ac piſces & recentium porculorum petunculi ac cerebella huc faciunt: corpus perfrificari debet. inimica ſunt balnei frequens uſus, & uini potio, ira & uenus.

DE PVRVLENTIS ET TABE quæ phthiſis dicitur. Cap. XXXII.

PVrulenta excreatio quam Græci empyema nominant, in uacuis thoracis regionibus, uel membrana quæ coſtas ſuccingit, colligitur: interim propter ſanguinis eruptionem, ulcere ad cicatricem nõ perducto, quod etiam tabes ſtatim comitatur, ſi ex pulmone fiat reiectio: interim ex inflammatione, ubi abſceſſerit, ruptaq́; fuerit: quemadmodum & in laterum doloribus, quam pleuritidem uocant: uel propter confluxum & capite manantem. Hæ notæ pus collectum teſtantur. grauitas pectoris, tuſſis ualida, ſiccaq́; cum dolore, aliquando etiam cum humiditate ob quam releuari quoque uidentur, febriculæ per initia affligunt, languidæ, inordinatæ, & ad iudicandum difficiles. poſtquã uero abſceſſus ad uomicam inclinauerit, uehementius cum quodam horrore febricitant, ac in ſermonis proprietate conturbantur, offenduntur q́; ſpiritu. Rupto abſceſſu, pus educitur, nunc purum, nunc fœculentum, nõ nunq̃ ſurſum abſceſſus erumpit: quãdo ẽt periculoſior eſt: nonnunquã infra. Atq; ea quæ inferius tendunt, partim in uentrem & inteſtinum tranſſumuntur, partim in ueſicam traductione per uaſa quædam adminiſtrata,

semper autem febri hectica laborant, quoad sursum omnia fuerint educta. In quibus nisi summa adhibeatur diligentia, protinus saniosa illa collectio, tabem accersit, cum pulmo exulcerationem sustinet. Simulatque uero phthisis confirmata fuerit, genæ liuescunt, sudores in frõte, ac ceruice defluunt, carnes consumuntur, ungues curuantur, pinguesq; exalbidi, uel pallidi apparent. Malo iam uincente, uenter turbatur, præcordia sursum conuelluntur, sitis ipsos magis conficit, cibiq; fastidium urget, & id quod sursum uergit uehementer, fœdi odoris est.

CVRATIO.

Primum igitur puris concoctio adiuuanda est, fomentis, per spongias, & cataplasmatis, ex hordei farinis cum ficis pinguibus incoctis, resina modica, columbarum fimo, nitro, & hebisco. Rupturam uomicæ promouet etiam sani lateris incubitus. mulsæ autem sorbitio interposito tempore, & ptisanæ cremoris cum melle. Valentiores, bibant decoctum quoque hyssopi, & thymi cum melle. opitulatur rupturę, & salsorum esus, & catapotia hieræ diacolocynthidos dormituro data. At ubi pus excerni cœperit, iterũ dabitur hyssopi, iridis, & dulcis radicis, decoctorum in mulsa dilutum, uel dulcis radicula cum sisamo detrita. Item pollen, mulsa & oleo incoctus superaccommodatur. Quòd si ulcus curationi sit rebelle, composito utendum est, puta medicamento ex marrubio, simplici & composito. item eo quod eruis constat, necnon dodecatheo & phyloxeno appellatis. Verum in tabem quæ phthisis dicitur decidentibus, porra capitata, quæ chondri & ptisanę iure contabuerint, exhibentur: quæ simul per se bis cocta offeruntur. Potus, aqua cœlestis erit, atque mulsa inde confecta. Extrinsecus applicantur per initia, ubi conquierit malum, cataplasma ex semine lini: & pollinis decocto, fœnugræci, uel maluæ, olei, mellis & foliorum altheæ. Inde tempore quodam intermisso, ad cerata ex butyro, cyprino, laurino, & iride transitus est. quin & emplastri

Mnasei usus conducit. Verum si thorax fluxione infe-
stetur, medicamentum ex salicibus confectum recte im-
ponitur, atque superius in purulentis simplicia dicta, non-
nullaq; composita ipsis propinantur. Tussi uero grauit-
ter affligente, thymum, hyssopum cum succo radiculæ
dulcis melle discocto excepta, formataq;, sub lingua
tenenda dantur. Cæterum conueniet ipsis & antidotum
Mythridatis, diebus intercedentibus: sic quod uiperis
constat. Optimum uero auxilium est, & boli armeni po-
tio. Item Esdræ antidotum, nihilo prædictis minus
proficit.

DE LATERALI DOLORE, qui pleuritis dicitur. Cap. XXXIII.

Pleuritis qui nobis lateralis dolor appellatur, pro-
prie inflammatio est membranæ, quæ costas suc-
cingit. Huic accedit spirandi difficultas, tussis, fe-
bris continua, dolor à summa humerorum compage,
ad extremas costarum cartilagines pertinens. Sed pleu-
riticus morbus à iocinoris inflammatione, in qua etiã
omnia modo comprehensa apparent, his notis discer-
netur. Illi nanque dolor punctilis adest, tussis aliàs sicca,
cum & crudus morbus significatur, aliàs cum sputo, qđ
humoris qui morbum facit, index est. Rubrum siquidẽ
& cruentum editur, cum sanguis superat. Flauum uero
& suppallidum, cum flaua bilis: quemadmodum rur-
sus album, & leuiter spumosum, cum pituita, ob melan
cholicum succum nigrius: pulsumq; durum & serræ
modo asperum obtinent. Iocinoris autem inflamma-
tioni, neque punctilis dolor, neque pulsus adeo durus
superuenit, uerum tussis perpetuo sicca & quæ nihil e-
molitur, male habet: facies colorem, decoremq; amit-
tit. At quibus laterum morbi ex musculorum exterio-
rum inflammatione creantur qui proprie pleuritici non
sunt, iis sine tussi, sine sputo, ac pulsus duritie, tactu leni-
ter locus affectus indolescit: atque si tumor purulentus
non fuerit discussus, ad exteriora post sectionem pro-

rumpit, cum pleuritis quæ inflammationi membranæ costas integentis, fertur accepta, eo non euadat. Illa nanque, nisi uel extra, uel intus, purulenta colluuies, empyema dicunt expurgetur, multo citius in peripneumoniam degenerat.

CVRATIO.

Itaque si dolor ad iugulum usque peruenit, remedium est sanguis dimissus. sin autem ad præcordia descendat purgatio. Recentiores autem omnibus uenam incidũt, ueriti, ut opinor, turbationem, quam purgatio solet accersire. Quod si uires non patiantur, neutrum facere oportet. Clysteribus acribus utendum: post illos, si dolor fuerit tolerabilis, aqua muisa, & ptisanæ, uel chondri cremor propinari debet. Vbi morbus inclinauerit, porrũ cremoribus recte iniicitur, uel calamynthæ, uel pulegii, uel cnidi semen, cum melle delingitur. Porrò uehementes dolores à corporis uacuatione leniendi sunt lana calente, aut sulphurata imposita, aut etiam fomentis ex milio, aut furfure per sacculos adhibitis aut ex aqua calida aut oleo in uesicula. Lanasq; succidas imponere utile est cum oleo & uino ex marina pręparato. Vel sal iniicere, uel cataplasma quod seminibus constat ex discocto chamæmeli, altheæ, uel ficorum pinguium, iridis, absinthii, mellis modico cum oleo nardino. Quarto die cibi erunt sorbitiones cum mellis momento. à septimo autem linctus ex amygdalis, & cnidi semine, melle contritis dabitur, uel eclegma quod ex butyro & melle coctum est, utendumq; medicamento ex melle cocto, quod quia sub lingua tenetur, Græci uocant hypoglottida. Epithemata conuenient tum quod à graui odore dysodes nuncupant, tum quod constat sampsucho. Item emplastrum pereganera dictum, locis dolentibus utiliter accommodatur. Præterea ad curationem bulbi cum axungia cocti frequenter fuerunt abunde. Aluo iniici debet ab inferioribus partibus medicamen, ex butyro & terebinthina. At

efficacius eclegma est ex fructu piceæ, amygdalis amaris, lini semine, nucleo pineo, & amylo æquali portione cum melle. Quos torquent uigiliæ, medicamen ex papauere salubriter delingunt. Ex antidotis & Athanasia, & aliis ad hoc compositis utemur. Post quartumdecimum diem, si malum remanet, cucurbitulæ ipsis admoueri, tenuiorq; seruari uictus debet. Deinde morbo inclinante galneo æger credetur, frigus uitabit, firmiore recreabitur cibo. At si inflammatio membranæ costas integentis non discussa, in pus transire uideatur, supra cõmemoratis utendum.

AD LATERVM DOLORES SINE FEBRI.

Laterum doloribus sine febri, bdellium medetur, & costus, & brassicæ caulium combustarũ cineri adipiq; mixta. Nam id medicamenti affatim digerit.

DE CORDIS AFFECTIbus. Cap. XXXIIII.

Cordis affectus si quidem primario accidit, omni destitutus medicorum auxilio, in maturam mortem præcipitat. nempe cum inflammationem, erysipelata, & intemperies calidas ih acutissimis febribus ipsum experitur, item sauguinis profluuium ex sinistri uentriculi uulnere. At si consortii lege afficiatur, cerebro iocinore, ore uentriculi laborante, tum si ob tristitiam, metumq;, & alias plerasque cau as, syncopen appellatam sustinebit in qua subito uires uniuersæ collabũtur. Notæ ipsius sunt, resolutio, animæ defectus, pulsuum paruitas, extrema frigida, & in sudorem prorumpentia. Quæ inquam, syncope, si ualida est, medicinæ locus nõ est. Si uires adhuc tantillum constant, aliquando ad sanitatem recursus est. Itidem ualentes cordis palpitationes sæpe ex sanguinis in eo concepti copia, aut feruore cõtrahuntur. Idem uero cor si incaluerit, magnam crebrãq; edit respirationem: sit refrixerit, exiguam & raram. Sed quomodo cordis syncope possit emendari, secun-

do uolumine, inter ea quæ febribus superueniũt, sumus executi. Tantum uero hic adiiciendum est, si casus euincit ubi extrema perfricata fuerint, inunctaq́;, puluerem est uiæ pauimento aliave refrigeria particulis sudore diflatis iniicere prodest. tũ myrtus detrita, uel cimolia creta, uel electrum, uel malicorium cum manna, uel terra samia cum gummi recte inducetur. Extremis autem frigentibus adusq; inguina & alas sinapi, uel pyrethrũ, uel adarce imponitur. Cibus erit panis ex aqua, aut uino frigido temperato, suum ungulæ, articuli, rostra, alæ, omniaq́; frigida. Capiti frontiq́; omphacinũ, aut astringens aliquod cum gummi imponitur, uel rosarum decocto. Præcordiis & stomacho cataplasma admouebitur ex palmulis, rosis, œnanthe, acacia, hypocystide & alumine.

DE PALPITATIONE CORDIS.

Noui, Galenus inquit, qui annis singulis uerno tempore, cordis palpitatione affligeretur. Aduersus quam uenæ sectionem triennium expertus commodam quarto anno sanguinem prius misit quàm morbo corriperetur, atque ita securus fuit: eoq́; modo multis subsequentibus annis factitauit, & conuenienti uictus ratione usus est. attamen & hic ante senectutem fato functus est, quẽ admostum alii quoque omnes, nonnulli in febribus acutis subita syncope oppressi similiter interierunt. alii ipsorum etiam citra syncopen, ueluti apoplexia tentati. Complures repente diem obierunt, annos nati minus L. magis uero XL.

DE MAMILLARVM AFFECtibus. Cap. XXXV.

LAc à partu sæpe casei modo coactum mamillis inflammationes parit. Vtendum igitur per initia est hisce rebus spongia mollis posca egelida imbuta, expressaq́; loco fasciis superaccommodatur: uel palmulæ cum pane ex posca contritæ uel ouo toto utendũ est cum rosaceo, & cerati momento, uel alumine

psyllioq; cum coriano, uel portulaca delinitur. Vel lapis pyrites tritus cnm cerato impositus illigatur. At distentione oborta, uel lacte in grumos concreto, panis ex hydrelæo, aut mulso iniicitur. Aut panis cum perdicii herba uiridi simul & cerato bis quotidie, aut lomentum cum hydromelite, uel sapa applicatur. Quòd si uero grauitatem non tolerauerint, superfusione utendum est ex dulci oleo calente, per lanas delicatiores. Fotus autem adhibendi ex fauore calidæ aquæ, uel decocto fœnugræci, uel altheæ, uel apii seminis. Delinere uero mamillas conuenit polline farinaceo cum semine lini, aut fœnugræco cum hydromelite, aut sesamo quod cum melle aut butyro sit leuigatum. Cæterum lactare cautio est. nam maior per exuctionem materies illuc citabitur. Inclinante autem inflammatione, cerata hæc recte inducuntur, beta oleo incocta quoad intabuerit, ipsa quidem proiicitur, oleo autem ceræ modicum iungitur, usuiq; est. ALIVD. Ouorum crudorum lutea decem, cerato miscentur, cui unciæ duæ & semis ceræ, rosacei unciæ quatuor sint adiectę. Postquam rudicula agitaueris, muriæ quantum recipere potest inditur, & rursus ubi permoueris, utitor. Porrò ad mamillarum duritias, facit & medicamentum ex melle: tum omnia molliendi facultate donata. Cum tumor in abscessum uertitur, iis utendum est, quæ in parotidibus comprehensa sunt, item illis, quæ, ubi de abscessibus tractandum erit enumerabimus.

ARCHIGENIS DE EROSIONE mamillarum cum malignitate.

Vini Adriani boni sextarii uiginti, rhus, quo coriarii utũtur pondo libra, cupressi pilularum tantundum, gallæ immaturæ nigræ pondo selibra, casiæ tantundem. Contusa uino diebus decem commadescant, deinde mota cupressi rudicula, ad dimidias fere coquuntur. atque tum herbæ proiiciuntur, succus coquitur dum mellis spissitudo fiat, deinde uitreo uase reconditur. In ulce-

tibus depascentibus mero utitor. Si autem crassius fuerit medicamen, uino liquandum est: ut applicetur mamillis depastis, auribus suppuratis, gingiuis cum infirmitate humentibus, intestinorum torminibus. Idem uero
5 dolores etiam lenit, lacte dilutum. Aliæ mammarum exulcerationes communem reliquis ulceribus, curationem recipient.

QVOMODO MAMILlæ conseruentur.

Cuminum cum aqua tritum mamillis illinitur, deinde spongia extrinsecus imposita, ex posca pectus cinctura stringito, à tribus diebus cumino deposito, mamillis florem bulborum cum melle superaccommodato. Et deligatum rursus triduum finito, idq; ter mense facito.
25 ALIVD. Cicuta in pollinem detrita ad nouem dies imponitur: spungiaq; extrinsecus, sicut comprehensum est pauculis diebus interpositis idē facito. Quin & Naxiæ cotis detrimentū uirginū mamillas conseruat, tueturq;.

AD FOEDVM AXILLARVM odorem, sudationesq;. Cap. XXXVI.

Aluminis liquidi partes duæ myrrhę pars una. Vino dissolutis utitor. ALIVD. Molybdenam combustam, uinoq; odorato extinctam, ex uino terito, myrrhæ momentum iniiciens quo ad sordium
25 fiat spissitudo, ac utitor. ALIVD. Argenti spumæ pondo denariorū sedecim, myrrhæ pōdo denariorū duū, amomi pōdo denarii unius, uino excipiātur. ALIVD. Aluminis liquidi drachme octo. amomi, myrrhæ, spice nardi, singulorū drachmæ quatuor uino leuigatis utitor

30 DE STOMACHI, PRÆCORDIORVM & uentriculi affectibus. Cap. XXXVII.

De cibi fastidio q̄ febrib' supuenit, grādi fame, q̄ græci bulimō uocāt, canino appetitu, stomachi ibecillitate, aī defectu, insup siti, singultu, nausea,
35 et syncope, libro supiore ubi de febrib' tractatū ē, abūde disseruim', q̄re de eisdē rursū dicere oportunū nō ē. At

inflammationes oris uentriculi, & iecinoris, astringen-
tia misceri desiderant. Nam si solo relaxante præsidio
curationem tentes, uitæ periculum intuleris. Ob quam
causam, siue oleum fuerit quod superfunditur, siue cata-
plasma, recte adiicitur astringens aliquod, uerbi causa, 5
absinthium, uel nardinum unguẽtum, uel melinum, uel
cydonium incoctum. Ceratum uero eius notæ est quo
subinde utimur ceræ candidæ uncia, per æstatem drach
mis septem, aloes, mastichæ, singulis denariis, olei om-
phacini uel melini, & nardini in usu quantum ad spissitu 10
dinem satis est. Sin maiorem requirat astrictionem tan-
ta stomachi imbecillitas, ut ne cibis quidem sit retinen-
dis, recte miscetur et omphacini drachma, aut absinthii
succi æqualis mensura, & tertio ad hæc hypocistidis, œ
nanthæ, & rhus succi. Deinde ceratæ modus adiungen- 15
dus est, qui aliorum medicaminum numero proportio
ne respondeat. Quòd si inueterascit inflammatio, indu
rescitq;, tunc uaria magis applicare oportet. tum ea q̃
ex aromatis nõnihil, & emolliẽtibus digerẽtibusq; cõti
nent, cuiusmodi est qđ philagrianũ, & qđ ab odore gra 20
to εὐώδης dicitur. Item quod ex meliloto præparatur,
& uiridis iaspidis torques à collo suspensus, ut stoma-
chum contingat magno est præsidio. In calida autem
stomachi ac ardente intemperie sic ut eius resolutio si-
mul inuaserit, uel anima deficiat, uel quoddam cibi fa- 25
stidium urgeat ex quacunque tandem occasione præ-
terquam febri, aqua frigida cum acoris succo propina-
tur, uel malorum cydoniorum decoctum, uel pampini
uitis, uel seminis cucumis: uel puluis cum frigida. Verũ
stomacho uesicam aqua frigida repletam, uel cucurbi 30
tæ semina imponito. Catapotia quæ siti restinguendæ
sunt, danda, ur supra desiti à nobis dictum est. Porrò me
dicamen quod stomachum cum infirmitate humentẽ
refrigeret confirmetq;, istud est: Rosarum uiridium fo-
liorum drachmæ sex, dulcis radiculæ succi drachmæ 35
quinque: uino dulci excipiuntur, & ut sub lingua teneri
possint,

possint, formantur. Cæterum in quibus crassior pituita calefieri incidiq; desiderat, hoc medicamentum proficit: Marathri radicis corticis unciæ duæ, aceti sextarius unus & dimidius, aloes quadrans, mellis pondo quatuor. Radices cum aceto coctæ exprimuntur abiiciunturq;. Mel autem inditum ad spissitudinem usq; coquitur, & tunc aloe trita inspergitur. Tria huius cochlearia cum aqua sumuntur: quidam uero sine aloe ipsum præparant. iam uero medicamentum dia calaminthes his idoneum est. Quibus autem cibus acessit, coriani seminis, drachma polentæ modo formata commode bibitur, uel mastichæ cochlear, uel lactucæ albæ seminis cochlearia duo. Compositū autem hoc est. Piperis pōdo drachma, anethi seminis pondo drachmæ tres, cumini pōdo drachmæ quatuor: trita cochleari uno noctu sub somnum uino temperato præbentur. Porrò in quibus atra bile uitiosus est stomachus & inflatione laborat, spongiæ in accessionibus aceto acerrimo imbutæ applicentur. Deinde si dolor remanserit, alumen cum ære trito, melle exceptum admouetur, sereos succus bibitur uel menta potui inspgitur. Si flatibus turget stomachus, & distenditur, calaminthes decocto, mediocris mellis piperisq; mensura mixta exhibetur. Ad stomachi peruersiones conueniunt mali granati acidi nucleorum succi partes tres, mentæ succi pars una. Vbi coxeris quoad in unitatem coierint, ante cibum mystrum unum dato.

AD STOMACHI SALIVAM.

Acetum scillites, aut halmadarum oliuarum cremor, aut summiratis oleæ decoctum per clysterem ab inferioribus immittitur, aut etiam minimum ex ipso deuoratur. Inter omnia præsentissimum est, aloe aqua diluta. Ad eos autem qui cibum non continent, quos ueteres proprie stomachicos nominant, fœnugræci farina melli mixta, & malue semen tritum aridum illinitur: ceratū uero ex cera, irini olei fece & castoreo.

DE CIBI FASTIDIO QVOD graeci ἀνοπεξίαν uocant.

Fastidium, quod anorexia dicitur, est, cum stomachus intemperie uitiosus, aut humorum redundantia cibos auersatur. Calidam intemperiem testantur, sitis, nidorosi oletosiq́; ructus, si cibus præter uoluntatem sit assumptus. item si frigidiora potius & elaboratu peruicacia, hac detenti queant concoquere. Frigidam contraria indicant: neq; enim in hac ægri sitiunt: neq; frigida sustinent, & acida nonnunquam eructant. Qui humorum uitio cibum respuunt, partim ob tenuitatem ac rosionē illorum ita laborantes, uentriculi demorsu torquentur, nauseaq́; magis & siti conficiuntur. Quibus autem humores computruerint, interdum ii etiam febricitant. At quos crassi uiscosiq́; succi male habent, ii nec rosionem uentriculi, nec sitim experiuntur omnino communiter autem omnibus superuenit nausea. Porrò si in uentriculi sinus humores se receperint, etiam ex hisipsis uomitus erumpit. si infarcti tunicis adhærescunt, etiam eo quod ingesserant, sursum educto, nausea solum, non uomitu premuntur, præterquam cum cibos assumpserint. Calida intemperie adfecti, refrigerante uictu curantur, præcipue qui ex aceto assumitur. Panis igitur posca imbutus esui ipsaq; posca potui datur. Item oxygala & quam Romani melcam appellant, obsonium ex lacte intybi & lactuca, interim etiam aqua frigida, omniaq́; mediocriter iuxta præsentis intemperiei contrarietatem. Nam immoderatus horum usus, non modo nō iuuat, sed etiam sæpe insanabilem morbum efficit. Frigida intemperie laborantes, contrariis medicari oportet, uino ueteri & condito, hydrogaro cum anisi, rutæ & petroselini decocto, iam pipere ex aqua calida communi, uel etiam ipso medicamine, quod inscribitur diatrion pepereon, uel cui nomen est dia calaminthes. Dabis etiam nonnihil theriacæ ex uiperis confectæ, quæ nec ipsa, fastidio ob humorum copiam

laborantibus inidonea est. insuper allia his & alimenti & medicaminis nomine conueniunt. Sin autem humorum abundantia fastidium excitarit, tenues, mordacesq́;, aut uomitu, aut per aluum euacuabis. facilem itaque uomitum reddit aqua temperata, uel mulsa dilutissima præhibita. Satius fuerit, si ante hæc, humectantia exhibeas alimenta, ueluti ptisanæ cremorem, uel ouorum lutea. Cæterum quomodo ex facili uomas, priori libro est expositum. At si difficilius æger uomat, præstat materiam ad aluum elicere copiosiore temperatoq́; alimento prius humectatam. Purgans uero medicamentum esto, uel ex aloe amarum, uel ex malis cydoniis præparatum, cui adiectum sit aliquid scammoniæ, uel quod constat rhodomelite. Si uero citra scammoniam fieri possit, melius feceris, eo quòd illa stomachum offendat, aloe potius copiosiore ipsos euacuans. Quibus crassi humores uiscosiq́; fastidii authores sũt, medeberis extenuando ipsos incidendoq́;, tum oxymelite, tum iis quæ ex hoc & ex muria componuntur, ut cappari, oliuis, sinapi & similibus. Non inepta sunt his, & quæ ex frigida intemperie laborantibus cõsulimus, maxime post uacuationem, quæ nimirum fiet oxymelite Iuliano. Extrinsecus utendum quæ fouere stomachum & corroborare queant, itẽ unguentis & malagmatis, qualia sunt potissimum quod dicitur dia omphacus, & Marciatum aliaq́; consueta unguina: insuper epithemata, Baium & euodes huiusq́; notæ reliqua. His addentur exercitia & frictiones ualẽtissimæ. Ad eos q frigidi humidiq́; humoris, uel talis intemperiei uitio difficulter cõcoquunt, cibũq́; respuunt, ea q̃ ex malis cydoniis confiunt, ptinent. Dico aũt quod uocant meloplacuntium, item qđ ex malorũ succo præparatur, tum qđ ex carne eorũ cõstat. præterea ex citrio confectum. Malagmata uero Marciatum ex immaturæ uuæ succo. itẽ Baion, Polyarchion atq; his finitima. Sin ulcus fuerit in stomacho, aut uentriculo, omnibus acribus & cibis

& potionibus abstinere oportet, uti uero medicamētis quæ leniunt, puta sorbitionibus absq; oleo, tum iis quæ ex amylo, terra samia, lemnia sphragide & lacte, uel quę melle paucissimo conficiuntur, ut quæ purgent citra ro sionem Epithema facies ex palmulis & cydoniorum carne & polenla. Ceratum ex melino, uel rosaceo cum ammoniaco & thuræ. Ad hæc Nelei epithema con- ducit, & emplastra ex salicibus, & icesion. Notæ ul- ceris sunt, uomitus sanguinis, uel puris, uel etiam ramentorum.

AD SOLVTVM IMBECILLEM que stomachū, ut cibum non modo non concoquat, sed etiam euomat, ualet hoc: Aloes, masuchæ, masti- ches, styracis singuli sextantes, absinthii triēs œnanthæ quadrans, gleucini selibra, melini quadrans, uini quod satis est. Nonnulli etiam cypheos & rosarum singu- los sextantes miscent. Hæc in leuorem redacta, purpu- ra uel lana excipiuntur, ac stomacho imponuntur. Quidam ceræ se libram adiungentes, epithema ip- sum faciunt.

AD STOMACHI AFFECTVS, qui ileon repræsentant, hoc est, uehementes & conuulsorios dolores.

Optime facit pastillus Amazonum: inuenies autem hu- ius scripturam, tum aliorum ad stomachum composi- torum materiam ad calcem libri de medicamentis cō- positis explicatam.

DE FLATV VENTRICVLI. Cap. XXXVIII.

FLatus in uentriculo generantur, humoribus uel cibis languida caliditate in uapores dissolutis: nam refrigeratio hoc nomine quòd extenuare ac dissoluere non sit idonea, nullos flatus procreat. Ve- hemens caliditas cum non tantum extenuet, sed etiam discutiat, flatus generationem impedit: minor uero cali- ditas diffundit quidem & transmutat alimētum, uerum

minus quàm opus sit, unde flatus excitantur: quare calidis eos medicamentis extenuare conuenit, cumini semine, & apii, & spõdylii, & dauci, in oleo decocto. Vbi uero adfectui adest frigiditas, ruta, bacca lauri, nigella &
5 marathrum oleo incoquuntur, misceturq; bitumen & oleum laurinum. At si inflammatio dolores comitetur, in uicem calefacientium laxantibus uteris, anethum decoquens, cui gallinæ anserisq; adipem adiicias. iam uero polii fasciculus, uel calamithæ decoctum cui mellis
10 pauxillum cum piperis drachma sit iunctum, flatibus infestatis auxiliatur. Hæc itaq;, dum uehemens dolor inciderit, adhibenda consulo: dum mediocris, etiam fomenta ex milio sufficiunt. Cæterum cucurbita bonæ magnitudinis umbilicum undiq; comprehendens toto sym-
15 ptomate frequẽter uniuersim liberat, castoreumq; ipsis prodest, tum ex posca potum, tum extrinsecus cũ oleo sicyonio appositum, uel si cum tormine flatus incidant, medetur. Item talus suis combustus potusq; tormina & flatus tollit. Idem facit aristolochia rotunda. Iam ue-
20 ro aduersus dolores flatuosos ex uentris obstructione, uel crassitie, uel perfrictione obortos, uinum meracius à cibo sumptum proficit. Vbi somnus accesserit, etiam ex toto leuat affectos.

DE CHOLERA. Cap. XXXIX.

25 CHolera est immodica uentriculi perturbatio supra infraq; erumpens. Ciborum cruditas apparet, quæ nonnunq̃ ex magna alimentorum prauitate, interim ex uitiosorum humorum superfluo trahit originem. Si igitur nauseabundus æger est, & turba-
30 tur, cibis etiãnum crudis in uentriculo manentibus aqua egelida propinari debet, deinde uomere oportet, digito, uel pinna ori indita: item alui ductione adiuuandus est stomachus. Vbi uero hæc exinanita est, conquiescere, & præcordia oleo dulci cum uini modico, uel masti-
35 chino uel ẽt nardino si hyems fuerit, fouere conueniet, somnumq; accersire. Vbi iam exacta apparuerit conco

ctio, balineis & probi ſucci cibo utendum eſt. At ſi ina-
nitio fiat immodica, ſufficient quidem initio uel ea quæ
ſecundo libro de uentris perturbatione comprehenſa
ſunt. Sin autem perſeueret corruptio, uenter concidat,
pulſus minor denſuſq; euadat, cataplaſma adhibendũ
ex palmulis cum œnanthe & acacia, item hypociſtidis
& malicorii ſucco. Adhæc offerendus eſt potui aquæ
mediocriter frigidæ cyathus. Præſtiterit roſarum, uel
œnanthę, uel rhus, uel ex uite capreolorum decoctum,
uel mali granati acido dulcis ſuccus, cui mentæ pauxil-
lum ſit adiectum. Porrò ſi excrementa fuerint acriora,
uexetq; ardor & ſitis, cucumeris ſemen cum aquæ cya
this tribus, tum intybi, & lactucæ in poſca coctæ exhi-
beantur. Verũ ſi fluxio ſiſti neqat, uinũ quoddã auſterũ,
potui dandũ eſt: ſi febris abſit, palmatianũ, uel aminæũ,
uel ſpathites, uel omphacomelites: ſin adſit, rethinũ, uel
myrtinũ, uel cibyratici hydromeli potus cũ mica panis,
uel chondro, uel alica. At ſi reſpuant cibũ frumentaciũ,
fugaces fructus mandent, meſpila ſcilicet, uel pira, uel
mala cydonia, uel punica: qđ carnoſum eſt & durũ ex-
puant. Si ne his qdẽ auxiliis cibũ retinẽt, extrinſecus cõ
tra uẽtriculũ ipſum, cucurbita leuis quã maxima admo-
uenda eſt, mox cibo aliquo ex prædictis recreatio uiriũ
tentanda. Ad conuulſorias contractiones calida linimẽ-
ta, oleo modico imbuta muſculis circumponere opor
tet, tum cerata liquida, qbus adiectũ ſit aliquid caſtorei
& ſicyonii. Ante hæc extremæ partes aquæ calidæ fo-
mẽris nutriendæ. At ſi uigiliæ torquent, ſomnus iis quæ
aduerſus illas prodidimus conciliabitur. Si uires autem
non prohibent, etiam medicamentum dia codion ipſis
propinabitur: ubi morbus inclinauerit, ad balneum de-
ducũtur, cibus ad refectionem, pulli gallinacei erunt, co
lumbæ, uel ſuum petunculi, ſimiliave. Alui profluuium,
quod ciborum corruptela eſt, plerunq; ſua ſponte ceſ-
ſat. Non autem citius alimentum ægri ſentiunt q̃ abſo-
luta fiat concoctio, & corrupta euacuentur: ſin autem re

manent, iis quæ in cholera dicta sunt, utendum.

DE LEVITATE INTESTINORUM quæ lienteria dicitur, & cœliaco affectu. Cap. XL.

Leuitas intestinorum quæ Græcis λειεντερία dicitur, duplici continetur discrimine: hæc ex summa intestinorum exulceratione contrahitur: quorundam uero lienteria ex cicatricibus quas excitauit dysenteria parte plurima, uel aliis oboritur fluxionibus. Altera uero ex infirmitate & languore uirium, alimenta in uentriculo continentium creatur: eademq; cum cœliaca dispositione confunditur, miscetur q;. Etenim in hac languente & imbecilla uentriculi facultate, nec coquuntur, nec digeruntur alimenta, sed cruda, humentia imperfectaq; redduntur, aluo continenter fluida. Verum in utroq; leuitatis genere celerius q̃ in cœliacis, quę assumpta sunt, egeruntur, tamq; intensa est cruditas, ut alimẽti assumpti genus aperte cognoscatur: atque hac nota potissimum à cœliacis discernuntur. Itaque semen lini cum palmulis ipsis illinetur. Summe aũt facit lentiscus, rubus oxymelite incoctus, cum adest inflatio cuminum miscebitur, anethumq; & ruta: augescente uero ꝓfluuio adiungemus mala cydonia, alumen liquidum, acaciam, hypocistidem, gallã, uel quædã, uel oĩa. Cerata ex myrto cum uino quodã astringente. Epithemata calidiora quidem ex baccis lauri, & quod ex seminibus constat. Astringunt autẽ magis dia œnanthes & dia gigarton, id est ex acinis malorum punicorum. Itẽ quod ad Antyllum authorem refertur, et erethrii mirificum: si morbus in uetustatem incidat, etiam uentri recte applicatur dropax et ceratũ ex sinapi, ipsumq; sinapi. Potiones cõueniũt, simplices q̃dẽ, arnoglossæ semẽ, uel lapathi, uel mali granati cortices, uel sorba arida, uel immatura, uel acor siccus ex uua aminæa, tribus obolis potus. Qui febri carent cũ uini austeri cyathis sex: febricitãtes aũt cũ aqua pluuiali sumũt. Porrò aluus arida gallinarũ potui ĩ

ſperſa,ſtomachũ minus accendit, tũ ea q̃ urinam citant: exẽpli gratia,apiũ,adiantũ,ſimiliaq; epota deriuationẽ moliuntur. Cõpoſita uero ſunt polyidæ ſphragis,paſtillus ex electro,itẽ ex ſpina ægyptia confectus,inſup clidiũ appellatus,& dia ſpermaton. Itẽ hoc eſt præſtantiſſimũ qđ ſeqtur: lapathi ſylueſtris ſeminis ſeſcuncia,arnoglosſæ ſeminis uncia,hypociſtidis ſucci drachmæ ſex, gũmi uel acaciæ drachmæ tres: excipiuntur cydoneorũ ad tertias decoctorũ liquore. ALIVD. Cumini,piperis, rhus ſyriaci balauſtii ſingulorum ſeſcuncia,malicorii uncia,ſilphii ſeſcuntia,aut xeris drachma potui inſpgitur, uel oxymelite macerata dãtur mane & ueſpi. ALIVD. Myrti nigræ cochleare,eiusq; dimidiũ,aniſi,roſarũ ſiccarũ,œnanthes,ſingulorũ cochlearis dimidiũ, phœnicobalanos uiginti,in paſtillos cogito, & drachmã unam cũ aqua aut diluta uini potione porrigito. iã theriace ex uiperis optimũ his eſt præſidiũ. Cibus aũt,ſi acris & bilioſa ſit deiectio,ex chõdro,oryza,alica & ſimilibus erit qbus cũ aſtringens aliquod decoquetur,pirum,malum cydoniũ,meſpilũ & id genus alia,itẽ lac diſcoctũ his ꝓderit. Potus erit,aut uinũ aquoſum,tenue, aut quoddã dulciariũ. Sin aũt pituitoſiora excernunt,contrarius ipſis cibus adhibetur,nõnulla ſtomacho gratia admiſcẽtur, aniſum,cuminũ,uel apii ſemẽ. Ad hæc lenticula bis cocta plerũq; ipſis profuit,cũ aceto modico uel oxymelite cõmanducata. Præterea braſſicæ & ipſæ bis coctionẽ expertæ. Præſtat autẽ ſecundam ipſorum coctionẽ in poſca fieri. Vinum aſſumetur uetuſtius calidiusq;.

DE TENESMO. Cap. XLI.

TEneſmus interdum dyſenteriam præcedit: ſæpe uero & ipſe ſolus paulatim generatus,deſinit. Eſt autem affectus hic,continua & implacabilis deſidendi cupiditas, qua nihil præter modica cruenta, uel muccoſa egeritur,quæ totius prope mali cauſa eſt: factaq; in longanone inflammatio,mollem cedẽtemq; tumorem,quod œdema uocant, referens, hærentium

illic excrementorum opinionem,& deiiciendi ea deside rium, mouet. Galenus memoriæ prodit etiam calculũ quendam in tenesmi constitutione per anum fuisse ex cretum. Subinde uero obstructionem stercoris in tenui
5 intestino coacti, tenesmus secutus est, qui astringentibus quidem obturantibusq; remediis magis increuerit. Cly steribus autem acribus, nempe mulsa cum sale, uel stercore excreto medicamine quod emolliat, per os assum pto, ut damasceno, uel pinguibus ficis, mercuriali, sero
10 lactis, confestim finitus est. Quòd si igitur citra talem causam, tenesmus obortus sit, conuenit inflammationẽ, calida ordei polenta & fotu ex uino, oleo myrteo, uel rosaceo, uel omphacino lumbis & pubi adhibito lenire ad ea quæ longanoni muscosa inhærescunt, mulsa indi
15 ta aluo, muriaq;, sæpe demissa auxilii fuit abunde. Suffi ciunt autem salis drachmæ sex in aquæ calentis hemi na. Porrò dolores intentionesq; leniuntur insessu fœnu græci, uel maluæ, uel seminis lini. Alii autem & horum insessu frequenter usi sunt, rubi, myrti, cytini, lauri, cupres
20 si. æqua singulorum uiridium portio in aqua coquitur: est autem Marcellium. Vbi alte affligit inflammatio ir ritationesq;, iniici debent ab inferioribus partibus cre mores frumentacei cum quodam astringente decocto: oleum uero dulce inditum retentumq; pluribus horis,
25 dolorem soluit. Cum autem crebra desidendi est cupi ditas, etiam agathidem spissamentis calidis sedi appo nunt, aut furfures calidas in fascia, aut spongiam, aut aliquid huiusmodi.

DE TORMINIBVS QVÆ
30 dicitur dysenteria. Cap. XLII.

CVm intestina intus exulcerantur, latini tormina, Græci dysenteriã appellant, q̃ nunc ex tenesmo, uel quadã ex prædictis alui turbatione ꝓuenit, nunc ꝑ se incipit. Excernuntur primũ biliosa, uaria: dein
35 de subcruẽta, postremo saniei similia, cuiusmodi à mor tuorũ cadaueribus solẽt ꝓfluere. At q̃ à bile nigra orit,

exitialis est: ut quæ cancrū cum exulceratione testetur. Si igitur ab exulceratione, cruenta stercori cōmista deiici cum labore & torminibus cernantur, ulcus tenuia intestina obsidere nota est, quod per os potissimum remedia desideret. Sin autem syncerum stercus descendat, crassa: quod enæmatibus magis cedit. Porrò cum multum sanguinis priuatim excernitur, affectum, cruentam dysenteriam appellant: quanquam interim sanguis etiā nigrior, q̄ naturaliter esse debet & splendescens deiiciatur. Cum uero iecur alimentum distributum non probe conficit, & retentrix ipsius facultas, uel alteratrix imbecillis est, sæpe eiusmodi descendunt ut recens in eis caro lota esse uideatur: atque hanc iecorariam uocant dysenteriam, de qua in iocinoris affectu agemus. Itaq; utendum est communiter iis quæ in cœliacis & aliis p̄ter naturam excretionibus comprehensa sunt. Priuatim conueniunt lemnia sphragis, quæ etiam depascentem modo dysenteriam persanat, & pota & in aluum data, si intestinum mulsa prius fuerit abstersum. Deinde muria & portulacæ succus potus conuenit dysentericis: ipsaque portulaca in posca cocta esui idonea est, item arnoglossum, rubi tum fructus, tum folia, & altheæ radicis decoctum, hippuris ex aqua, uel uino bibita, eiusq; succus prodest. Mori succus immaturus exiccatus, atq; hoc magis batina mora similiter resiccata. Siccant etiam uentris fluorem oua ex aceto cocta comestaq;. Satius fuerit, si commista quibusdam ex iis quæ ad dysenteriā faciunt, frixaq; esui exhibeas. Vtilissimum his est omphacium, rhus rubens, eiusq; succus, malicorium, galla, acini uuæ, mespila, myrta, corni, cochlearum integro coctarum cinis. Compositum hoc bene facit: Cochlearū cinis partes quatuor, gallæ partes duas, piperis partem unam, in puluerem redacta obsoniis inspergito, uel ex aqua, uel ex uino albo diluto potui dato. Generose iuuat dysentericos quos nondum ulcus putre occupauerit, & canum ossa uorantium stercus aridum, cum lacte caseato, harundine demissa assumptum. Mirifice pro-

ſunt compoſita: nonnunquam ex ægyptia ſpina paſtil-
lus, interim Philippi, tum ex cornu ceruino, necnon ex
ſeminibus paſtilli: ad hæc qui ad Trigonem refertur.
Iam catapotia ex macere admiranda. maxime autem
5 commendatur & hoc: Opii, croci, lycii indici, acaciæ,
rhus, thuris, gallæ, hypociſtidis, malicorii, myrti, aloes,
æquales ſingulorum portiones, nempe ſeſquiſcrupulus
ex aqua propinatur. ALIVD. Rhus drachmæ octo,
gallæ, malicorii, ſingulorum drachmæ quatuor: cochle
10 are unum ex uino datur. ALIVD. Rhus denarii octo,
gallæ, acaciæ, gummi, ſingulorum denarii duo, opii de
narius. Exhibetur pondo denarii ex uino tẽperato. Hoc
autem eclegma ipſis conueniet: Myrti nigræ, rhus ſyria-
ci ſinguli ſextarii, palmæ thebaicæ duo pondo, malorũ
15 cyddniorum carnium pondo unum, mala granata acer
ba cum ipſis corticibus decem, uini aſtringentis ſextarii
duodecim, ad tertias decoquuntur. Percolatis libræ ſex
mellis iniiciuntur: ad ſpiſſitudinem incocta delingũtur.
Notum uero eſt cataplaſmata quoq; ex aſtringentibus
20 componenda, quorum materiam explicitã habes. Por-
rò enæmata propter teneſmos infeſtãtes, dyſenteriis ex
uſu fuerint. Cremor oryzæ, uel chondri, uel huiuſmodi
alterius adipe caprillo uel hircino, tum ea quæ capite de
teneſmo diximus. Si autem pus uel ſanguis profluit, ex
25 inferioribus partibus infundere oportet ſuccum poly-
goni, uel arnogloſſæ cum acacia, uel hypociſtide, uel id
genus aliquo. Sin urgeat fluxus, etiam impedimentum
quoddam iniiciendũ eſt: cinis lanæ ſuccidæ, uel ſpõgiæ
recentis, pice liquida, uel ſanguine bgbulo imbutæ, uel
30 cum alumine liquido cõbuſte, uel onidis ſucco. Huic et
Andronis paſtillus præſtans eſt remedium, tum q̃ Mu-
ſæ aſcribitur, ac perſimiles. Inſup ſubiecta collyria multo
ſunt in id efficaciſſima, in q̃bus dolor deiectionem co-
mitatur: ubi uero ulcera inteſtina depaſcantur, q̃ fœdo
35 excrementorum odore, tum putredine, tum quòd non
ſtatim p̃ initia fiat, ſed temporis interuallo agnoſcimus,

enæmatibus, quæ crustam inducunt utemur, cuiusmodi sunt pastilli nomine Faustiani, item ex charta inscriptus, ac Bithynius, Throniusq́;. Præterea qui ex suberibus cõstat, ex lenticulæ decocto, uel cuiusdam astringentis, iniectus. Atq; enæma est ex iis quæ admodum expertus sum, acerba uua combusta. Est autem hoc concauum, unde querna glans prodiit, qua coriarii utuntur. Auripigmenti, consolidæ, rhus syriaci, æquales partes. his contusis, duo cochlearia excipito cremore oryzæ & succo anchusæ, quæ folium habet spinale, amplum nigrumq́;, quod chœrospileton appellant. Item ouorum candidi liquoris similiter ad uncias duas ternasve immittito. Epithemata uero in cœliacis enumerata sunt. Item uentris inunctiones, quæ astrictiori ac siccante constant materia cum glutinatorio quodam adhibito, gummi, thure, taurocolla, polline, in similibus cataplasmatis locum habeant. Alimentum his erit per initia, oua ex lacte. deinde sorbitiones frumentaceæ per se, & cum lacte, item lac mediocriter coctum maxime commendatur. holerum usus non est necessarius, attamen gustandas exhibebis endiuiam coctam, intybum, arnoglossam, brassicam bis coctam, poma astringentia, carnibus ipsorum reiectis, uel aliis quæ aspirare intestina possunt. Verum si multa sit caloris intemperies, etiam intybus cruda esui danda est, & aqua potioni frigida. Alia uero potabilis aqua cœlestis esto: si laborauerit stomachns, uinum quoque propinandum est. Postea ex aucupio licciora & concoctioni morigera sumuntur, balineis dulcibus utentur, à quibus si fluxionem experiantur, spongiam magnam, uel panis siliginei micas uino ascalonitæ, uel quodam astringente calido imbutas, toti uentri imponere oportet contra quem cum deligaueris, sic lauare iubeto.

DE MORBO INTESTINI plenioris, quem Græci colicon appellant. Cap. XLIII.

Colon, cum pars sit intestini laxioris, à dextra iliũ regione procedens, ad sinisteriorẽ cincturæ modo pertinet. Huic dolores grauissimi plures ob causas oboriuntur, uel enim cum intra eius membranu- 5 las crassus pituitosusq; humor subsidet, uel etiam cum spiritus crassior, flatulentusq; cessat, nec illinc transmittitur, uel cum inflammatio male habet intestinum, uel acres mordacesq; succi infestãt. Qui ergo humore crasso, ac pituitoso dolorem concipiunt, hi per totum ab- 10 domen in alto excruciantur, præsertim autem cum pertundi colon putant. Tormina quoque affligunt, ructus, nausea, uomitio cuiuslibet humoris, potissimum pituitæ. Aluus grauiter impedita nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit. Stercus autem quandoque excretũ, 15 bouino simile uidetur, leue & flatus plenum. Præcedẽs horum causa est, continuus ciborum quàmmaxime frigidorum, crassiq; succi usus, satietas, cruditas, otium & his finitima. Qui autem ex spiritu flatulento indolescũt tentionem magis experiuntur, & internum inflammatio- 20 nis feruorem: febris non ignaua urget, urinæ retentio simul & stercoris: pulsus in uentriculo exercet, sitis, ardor, nausea, bilis potius uomitiones, quæ nihil leuant malũ, summatim inter colicas affectiones, hæc est grauissima, quæ in ileum transitionem minatur. Quibus acres ro- 25 dentesq; succi dolorem mouent, sicut etiam qui inflammationem experiũtur, hos ardor, sitis & uigilia torquet, imo & febriculæ, sed minus ac illos, urina redditur acris & biliosa descendunt. Sæpe alui deiectio maiorem excitat cruciatũ, grauiusq; irritant calidiores cibi potusq; 30 assumpti. Itaque doloribus quos frigidi & glutinosi ac crassi humores contraxerunt, medebimur sic ut non uehementer calfaciamus, quippe huiusmodi humores iis quæ nimis excalfaciunt, præsidiis funduntur, ac in spiritalem potius substantiam rediguntur. Quapropter in- 35 cidi, aut concoqui medicamentis debent, quæ non inflent, sed extenuent desiccentq;, modice per morbi initia

calefaciant. Prius itaque aluo stercore leuata, congrui clysteres ex oleo iniiciuntur, in quo decoctum sit cuminum, uel ruta cum adipe anserino, uel gallinæ, aut cucumis syluestris radicum decocto, aut myrrhæ drachma, melle & oleo sicyonio. Iam uero commune oleum iniectum, sæpe uitream simul pituitam expulit, ac dolorẽ subito finiuit. At si ob doloris uehementiam etiam enæma non retinuerint, glans aluo demittenda est, ex melle cumino, nitro, ruta, semine sicco brassicæ, caule probe deraso & muria madefacto, uel cinere brassicæ melle consperso, cucurbita trita cum melle nitro & cumino. Glandes autem digitorum sex erunt, ut fibulam ani exuperent, sedemq; ungere oportet, ciclamini succo cum melle & nitro. uel centaureo cum melle & nitro. Si dolor non remittitur, enæma quoddam superioribus additur: Resinæ terebinthinæ uncia, uel opopanacis drachma, uel galbani drachmę quatuor, bituminis tantundẽ, cum nitri drachma & aquæ uncia, olei rutacii unciæ quinque, aut amplius: fotus autem partibus indolentibus superaccommodandi sunt ex cumino uel anethino, uel sicyonio oleo. Cataplasma admouendum, trispermum appellatum, cum cumino, baccis lauri, apii semine. Epithemata uero conuenient, primum diaspermaton, id est quod seminibus constat. Deinde diadaphnidon, quod est ex baccis lauri, adde diameliloton, quod melilotis constat, & Polyarchion. Insessus autem utilis ex decocto fœnugræci, altheæ, chamæmeli, arthemisiæ, anethi, lauri, & similium. Item in oleum calidum, aut hydrelæum descendere alienum non est. potui offertur absinthium, & cuminum æqua portione, uel panax cum aqua, uel castorei, anisi, piperis, singuli denarii cum oxymelite. Quod si dolor non conquierit, propinatur ipsis medicamentum diatrion pipereon, uel theriaca. Iam sinapismo & dropace in remissione doloris utendum est, ac balneis naturalibus. Cæterum à balneis aquæ potabilis abstineant, nisi doloris circunstantia compellat. ubi iam

prædictorum aliquo medicamento facta prius fuerit e-
uacuatio, ut lauent, iubebis, foueanturq; ignitis marmo
ribus, quibus adiicientur nitrosa quædam smegmata.
Cum dolor est uehemens, mediocriter lenientibus uti
5 conuenit, qualis est pastillus ex castoreo, tum aluo ab
inferioribus partibus inditus, tum potus, finitimaq; his
medicamina. Nam quæ ualenter stuporem inducunt,
uitare oportet. quippe paulisper quidē leniunt, sed lon-
giorem affectum reddunt, dū materiam incrassant, mea
10 tusq; intestini condensant. Porrò ubi pituita fuerit exte-
nuata, purgabitur hiera amarescente, uel his catapotiis.
Aloes, euphorbii, cocci gnidii puri, scammoniæ æquali
singulorum modo. dantur duobus scrupulis. Victus uti
lis erit calidior sicciorq; per initia morbi à cibo abstine-
15 bitur. deinde acria assumentur. Porra igitur ipsi exhibe
ri cocta cum cōdito debent, apium, asparagus syluestris
cruda allia, & maxime iis qui talibus non offenduntur,
ipsumq; uero conditum potione panisq; cum ipso as-
sumetur. Insecutis diebus ēt reliqua boni succi alimēta
20 concoctuq; facilia dantur, ut satietas cruditasq; uitetur.
At si flatulentus spiritus doloris author fuerit, secundū
clysteres q flatus discutiant, potionesq;, etiam cucurbitę
q̄ maximæ cum flamma ac leues toti abdomini defixe
frequenter abunde auxilii præstiterunt. Porrò cum in-
25 flammatio intestinum exercet, uena in cubito aperienda
est. Sin urinæ difficultas distorqueat, etiam ex malleolo
sanguis detrahi debet, & prædicta admoueri præsidia,
præterquam quæ acria sunt & ualenter purgant. enæma
ta uero quæ magis leniunt, item cataplasmata & super
30 fusiones. Ad hæc in oleum descendere conuenit, cucur-
bitulasq; ipsis defigere, & ceratum abdomini applicare
quod habeat ceræ quincuncē, chamæmeli sextantē, ro-
sacei tantundem, lomenti semunciam, uitella ouorū qn
que. Hæc succo lini seminis soluuntur. Victus tenuis ac
35 febricitantium proprius ipsis cōuenit, quousque inflam-
matio discutiatur. Atqui si propter acreis rodentesque

ſuccos dolitant,oleum ipſis ab inferioribus partibus in-
iicietur, in quo fœnugræcum decoctum ſit, uel althea
cum molli adipe recenti anſeris,uel gallinæ, uel etiam
cremore ptiſanæ cum roſaceo,uel ſucco quoque lini ſe
minis propinatur. Antidotum ex aloe amarum, & bal-
neis utendum ex dulci aqua, cibo ſorbili ex chondro,
uel ptiſana,piſcibus ſaxatilibus. In ſumma uniuerſus ui-
ctus humidior erit & frigidior. Abſtinendum acribus
omnibus,cum cibis,tum medicamentis,fotuq́; ex aſpe
ginibus,item cataplaſmatis, uini potione & potisſimũ
ueteris. Cum autem dolor excruciat,etiam iis utendum
eſt quæ ſenſum obſtupefaciunt, nam offendunt minus
aliis huiuſmodi diſpoſitiones medicamẽta quæ tenues
mordacesq́; humores incraſſant, & mediocriter refri-
gerant. Puto autem colicum affectum, qui etiamnum
incrudeſcit ex huiuſmodi contrahi humoribus, ut qui
ab Italiæ regionibus inceperit,in aliis autem multis Ro
manorum reipublicæ locis peſtiferæ cuiuſdam luis cõ
tagio ſimul graſſetur. Quamobrem pleriſque in mor-
bum comitialem,aliis in artuum reſolutionem ſenſu in
columi,nonnullis in utraque tranſiit,ac eorum qui in co
mitialem morbum inciderunt,plures interiere. Ex illis
uero qui in paralyſim, non pauci euaſerunt, tanquam
cauſa,quæ ipſum tentauerit,per criſim finita. Sic igitur
laborantes,medicus quidam in Italia curauit uictus qua
dam ratione parum fida,ſed multum audaci,nempe q̃
refrigeraret. lactucas enim non coctas refrigeratasq́;
ipſis porrigebat,intybumq́; ſimiliter ſupra ſatietatem co
medendum. Item uuas,poma,piſces dura carne prædi
tos,omniaq́; cruſtacea quæ uocãt Græce ὀστρακόδερμα
pedes bubulos, bulbos & ſimilia, non ſolum uirtute,
ſed & tactu frigida,uinum raro præbebat, idq́; frigida
temperatum,ipſamq́ frigidam uel etiam poſcam frigi-
dam exhibebat,ab omni alio calido & mediocri cibo
abſtinens. Atque plurimos ſic præter omnium opinio-
nem perſanauit, imò nonnullos qui iam in morbum

comitialem

comitialem uel resolutionem prolapsi erant, propemodum sanitati restituit.

DE TENVIORIS INTESTINI morbo, qui ileos dicitur. Cap. XLIIII.

5 ILeos morbus est peracutus, q grauissimos moueat dolores. At quæ ei superueniũt, etiam periculo sunt grauiora. Qui enim hoc malo sunt oppressi, miserabili tandem morte pereunt, stercus per os reddentes. Contrahitur id uitii cruditatibus & obstructo recremen
10 torum itinere, iis nimirum retentis, quæ iam corruptionem experta sunt. Item lethalium medicamentorũ potu, cumq; in scrotum descendunt intestina ac inflammationem sentiunt, coli dolore plerunq; præcedente, causamq; adferente. Pueros itaq; superfusionibus, cataplas
15 matis, clysteriis, glandibus & fomentis, sicut in capite de colicis comprehensum est, curare oportet. Adolescentes autem & ætate floridos modica sanguinis detractione: sin minus, uincit multas ac leues cucurbitulas toti abdomini admouere. qua autem dolent, ẽt cute incisa:
20 item perfricare & deligare, tum efficacioribus clysteriis & iniectionibus uti. Ad hæc in oleum calidum descendere, antidota purgationesq; assumere, breuiter oĩa quę ad colicos scripta sunt, præter eos qui ex acribus rodentibusq; succis indolescunt. Mirifice ipsis facit, uel si uo
25 muerint, anethum coctum potumq;, mox panem in calidam demersum statim esse, dũ incalescit. Ad eos autẽ qui cibos non retinent, rhus & cuminum in eadem tritum potui datur in senis oxymelitis cyathis. Qui ex medicamento in ileon inciderunt, ut uomant compellendi
30 aquæ calidæ potu. Noxiorum aũt medicamentorũ notas, quinto libro habes expressas. Deinde oleum calens propinari debet, aut iura pinguia ut denuo uomant. Diebus aliquot interpositis, theriace datur. At si obstructio nõ discutitur, lacte scisso cũ scammoniæ, uel aloes,
35 uel cuiusdam purgantis momento, aluum inanire confert. Si ex intestini prolapsu in scrotum affectus proces-

ſerit, figuratis ſtatim ipſis ſublimibus in inguina compel letur delapſum inteſtinum, faſciaq; deligabitur.

DE RENVM ET VESICÆ affectibus, & primum de calculo. Cap. XLV.

Morborum uicinitas cognatioq;, ordinem diſciplinæ tranſgredi nos compellit. nam communis eſt Colicis, & lapidem in rene habentibus aluus initio aſtricta, uehemens dolor, faſtidium, cruditas & tormina. Propria uero colici habent omnia hæc magis intenſa, nephritici minus. At colicis quidem in dexteriore ileum parte dolor excrucians uſq; ad ſtomachũ, iecur, & lienem peruenit, nec aluus, imo nec ſpiritus infra tranſmittitur. Cum uero neceſſitas ſtercus expellit, flatulentum bouilli modo eſt. Interim etiam uitrea pituita excernitur, urina copioſior pituitoſaq; redditur. uerum nephritici grauem in ipſis renibus dolorem, aculei infixi inſtar ſentiunt, rectusq; teſticulus indolet, femur obſtupeſcit, directe excernunt, & ſponte quidem raro, uerum clyſteriis aluo citata, flatus, ſtercusq; bilioſius egerit. urinæ autem paucæ & arenoſæ magis prodeunt: meatus, per quos urina ex renibus in ueſicam diſtillat, οὐρητῆρας Græci uocant, aſtringuntur. hæc indicia calculos in renibus eſſe fatentur, quæ adultis potius oboriuntur. in ueſica autem pueris magis calculus ſolet concreſcere, quod teſtatur cruda & ſubalbida urina cui ſubſideat arenoſum. Pruriunt laborantes crebro, & contrectant pudenda, intenduntq;, & continue in urinam propellunt, ac ſtillicidio uexantur. Materiam calculis creandis ſuppeditat craſſus terreusq; humor. Effectrix ipſorum cauſa eſt ignea renum, aut ueſicæ caliditas. At in renibus quidem medicamentis uti conuenit, quæ calculos confringunt diſſecantq;, non autem manifeſto calefaciunt. Talia habentur baſilicorum aſparagorum radix, rubiq;, uitrum combuſtum graminis radix, adiantum, bdellium, lauri radicis

cortex, altheæ semen, cicer nigrum, arietinum, spon-
giarum calculi, acetum scillites, phu, meon, asaron, car-
pesion, saxifraga. Sion uero, & esu, & potu prodest, sco-
limi radix, erysimon, & prionitris. balneis autem uti cre-
5 bro licebit, & postea statim quædam ex prædictis bibe
re. Cæterum respersiones, cataplasmata, fotus, insessus,
relaxantia & quæ leniunt, ex colicis huc transferre con-
uenit. Compositæ potiones sunt, rutæ syluestris, maluæ
syluestris, apii radices. incoquuntur uino, & liquor inde
10 expressus temperatusq; aqua, duobus cochleariis por-
rigitur. ALIA POTIO. Balsami fructus, lapidis
spongiarum, pulegii sicci, maluæ syluestris singulorum
pares portiones. ubi tonsa fuerint, cochlear inde cum
uini temperati cochleariis duobus exhibetur. Item san
15 guis hircinus inarefactus, cicadæ siccæ sine pennis pedi
busq;, lapis Iudaicus, qui tecolithos dicitur, ex mulso
in calido balnei solio offertur. tum medicamenta com-
posita, quæ ex ipsis præparantur. Insuper, Fusca nephri
tice, & ad hoc composita, condita. His accedit laudatis-
20 simum remedium, passer, qui omnium auium mini-
mus, solo basilisco appellato maior existit, eiq; similis
colore inter cinerium & uiride, tenui rostro in parieti-
bus maxime & sepibus degens. Hic, inquam, totus sale
conditus crudusq; frequenter commanducatus, calcu-
25 los iam creatos per urinam expellit, in posterumq;
generari prohibet. Combusti integro cum pennis
uniuersus per se & cum pipere, phylliq; momen-
to ex aqua mulsa potus, idem potest efficere. At
dolorum uero acrimoniam & uigilias bona sunt re-
30 media Sotira, & Philonis medicamen. iam sanguinis
missio adhibita dolorem sæpe leuauit, celeriter calcu-
lum emolita. Tuetur à calculis, ne fiant, cibus boni suc-
ci, & moderatus, dein exercitia, rarusq; leguminum
omnis generis, frumentaceorumq; usus, item ca-
35 sei, lactis & quæ ex ipsa præparantur, obsoniorum,
uini nigri, carnium copiæ, & omnium summatim

crassi succi, ac nimis calidorum acriumq́; hydrogarorũ dico, & conditorum similium. Hæc enim si obseruentur, non solum lapides nondum creatos prohibent concrescere, sed etiam iam factos, confringere, uel excernere idonea sunt. bibetur autem oxymel cum quodã simpliciore urinam citante, ueluti adianto, apio, graminis decocto. A balneo ieiunus ante uinum aquam temperatam potet, ac inter prandendum frigidam superbibat, si nihil prohibet, ubi praui humoris copiam persentiscunt, sanguine detracto, aut purgatione uacuentur. Omnium uero præsentissimum est ad calculos arcendos secundum balneum, aquam temperatam prius bibere, quàm uinum, aut aliud alimentum assumas: ac uesicæ calculos in pueris, ualentioribus emoliere præsidiis, delectu, ex supra comprehensis habito. Quod si impendio excreuerint, aut ceruici uesicæ impegerint, recti syphonis, cathetera uocant, quassatu usus erit, aut etiam calculi incisio adhibenda, ut in parte chirurgica dicetur.

DE INFLAMMATIONE.

At si inflammatio renes, aut uesicam exerceat, quam hæ notæ testantur, loci affecti ardor, dolorq́; cum grauitate, febricula, mentis alienatio, uomitio bilis synceræ, urinæ reddendæ impotentia, & præsertim ubi uesica inflammationem experitur: sanguis statim detrahendus est, utendumq́; superfusionibus, quibus leniendi potestas est, & cataplasmatis ex ruta, anetho, fœnugræco, altheæ radice, clysteriisq́; mollibus, & iniectionibus ex oleo, papauere, adipe anserino. In uesicæ affectu etiam, opii semiobulum cum myrrha, croco, & oleo, in aluum demitti, mulsaq́; potui sumi debet, ab iis abstineri quæ ualde urinam citant, ac multa potio uitãda, nisi acris biliosusq́; humor superet, tunc enim potui quoq; liberaliori indulgendum est ac cumulato, qui ex aliquo citra rosionem, urinam mouente, sumetur. Seminis lini partes duæ amyli pars una, cochleare ex aqua datur, item cucumeris & peponis semen. Cum ardorem igneum re-

nes ſentiunt, linimenta ex uino roſaceo, uel aqua ro-
ſacea, uel melino ſuperaccommodantur, aut cera-
tum ex cera & roſaceo, chamæmelinoq́; uel melino
& luteis ouorum confectum cum aceti paululo, uel po-
5 lygoni ſucco imponitur. Poſtea etiam medicamentum
quod à ſuccis diachylon dicitur, cum chamæmelino
adhibetur. calida nimium uitanda, quod uomicam ſu-
ſcitent, item quæ impendio refrigerant, quippe ab his
renes facile in duriciem occalleſcunt. Ad hæc balneis,
10 cum inflammatio inſtat, abſtinendum: uictus qui in fe-
bribus dari ſolet, & ab inflammatione arcenda nomen
ſortitur, utilis eſt.

DE ABSCESSV ET EXVLCE-ratione partium per quas urina deſcendit, οὐρήτηκας Græci uocant.

15

Dolores circa ilia oborti, horror inæqualis, & febris
inordinata, abſceſſum in renibus fatentur. In ueſica aũt
præter commemorata, loci cruciatus teſtatur. Cæterum
affectus renum, hac nota deprehenditur. ſi homo in ſa-
20 num recumbens latus, in oppoſito percipiat dolorem
ceu quodam ex rene ſuſpenſo in quibus utendum eſt
inſeſſu ex hydrelæo, item cataplaſmatis ex polline, oleo
& reſina uel erui farina, cum melle, uel cardamomo uel
columbæ ſtercore, cum ficis pinguibus. Pus autem per
25 urinas confarctim excretum, abſceſſum eſſe ruptum, &
ulcus in particula oſtendit. Quoniam uero etiam ſine
abſceſſu, inſtrumenta per quæ urina fertur exulcerationi
patent, uaſe, aut rupto, aut exeſo, materia acri uel lapide
perrodente, diſtinguenda eſt renum exulceratio, ab ea
30 quæ ueſicam exercet, uel meatus quos οὐρητῆρας uocãt
hoc pacto. Renibus quidem exulceratis in lumbis do-
lorem cum grauitate & ſine impedimento urina reddi-
tur, cui pus mixtum reperitur, carnoſis particulis innatã-
tibus, ueſica autem exulcerationem experta, tormẽtum
35 uehemens in pube imoq́; uentre mouet, urinæ difficul-
tas urget, pus ubi redditũ eſt, ſubſidet, ſquamulæ fœdi

odoris, uel laminis similes insunt. Porrò surfuracea subsidentia uesicam scabie laborare notant, si meatus urinarii sint exulcerati, etiam puris mixtura medio quodammodo habet, & pilis similia potius in lotio feruntur, laborq; mediam inter renem & uesicam, regionem occupat. Si autem pus aut sanguis excernatur, idq; citra urinam, nullius particulæ ex prædictis, sed pudẽdorum exulceratio significatur. Itaque cum uasa urinæ dicata exulcerationem sentiunt, aqua mulsa bibitur, aut fœnu græci decoctum cum melle, aut cucumeris semen cum passo. Pus reddentibus per urinam, bolus armenus datur, aut ferularum combustarum cinis, quantum tribus digitis comprehendi potest, ex passo, item lactis potio uehementer his auxiliatur. Composita autem hæc, seminis lini, seminis cucumeris, tragacanthæ, singulorum drachmæ duæ: pastilli finguntur. ALIVD Nuclei pinei numero uiginti, cucumeris domestici seminis † grana quadraginta, amyli, thuris, nardi, singulorum drachma, seminis apii drachmæ quinq;. Nardus, apium, in aquæ sextario coquuntur, mox horum iuri reliqua miscentur, postea cyathi duo potui dantur. Archigenes in epistola ad Atticum iubet, cum urinæ difficultas urget, papaueris albi torridi seminis detriti drachmam unam capi, quæ decocto iunci rotundi, aut calami, aut dulcis radicis inspergatur. Dolores autem ex ulceribus contractos hoc lenit: cucumeris domestici purgati seminis grana numero triginta, nuclei pinei duodecim, amygdala amara corticibus exuta triginta quinq; * lapathi seminis, apii, alterci seminis, singulorum drachmæ tres, cicutæ seminis, drachmæ quatuor croci quantum ad colorem satis est. Ieiunus quotidie assumet cũ lacte, aut passo. Mitius erit si pro nucleis pineis maluę seminis æqualem modum iniicias. Elidere autem potest, inquit, uesicæ exulcerationes etiam cyphi & antidota inde confecta. Ego uero in uetustioribus hoc usus, nunquam aliud desideraui: chamædryos, chamæpyteos singulorum

† Græcũ exẽplar uidetur deprauatũ. Galenus unde hic aduerbum sumpsit, hẽt ut hic scriptum est. Item Alexãder

* Hæc in exẽplari utroq; desiderabantur ex Galeno & Alexãdro instaurata.

drachmæ uigintiquatuor,asari,piperis albi singulorum drachmæ septem,cinnamomi drachma,optime detriti cochlearia duo ex passo cretico,porrigo,si febris adsit, ex aquæ cyathis tribus,ubi uero mordax est exulcera-
5 tio,etiam amyli duabus heminis & cucumeris semini-bus quindecim adiectis,uoti compos euasi. Hæc qui-dem ex Archigenis scriptis sunt. Item medicamenta diaphysalidon,id est,ex uesicariis,& antidotum ex sylue stris maluæ semine,nec non ex tragematis confectum
10 benefacit.Pubi pectiniq; cerata imponuntur ex hysso-po lota,butyro,adipe anserino,styrace.In uesicam au-tem infunditur clysterio mulsa dilutissima, uel lac cum paululo mellis,uel cum cucumeris semine,uel candido oui liquore cum pompholige uel dictorum medica-
15 minum aliquo.Si ulcus pascendo serpit,pastillus ex car ta immittendus est,aut Bithynius:cataplasma ex palmu lis & uuis passis cum galla,acacia,hypocistide,& alumi ne debet imponi.

20 ## DE SANGVINIS RENVM PROFLVVIO.

Renes infirmi lotium subinde retinere nequeunt , sed patentiores redditi sanguinis nonnihil ex uenæ ore la-xant,aliasq; crassicies remittunt. Sæpe renes etiam iu-
25 xta circuitum quemadmodum ora uenarum in ano ex tantium αἱμορροΐδας dicunt,sanguinis profluuio labo-rant.Inaniti subleuantur,in quibus nihil subito tentandū est,si sanguinis cursus sistatur.At si fluxus eius perseue-ret,uena in cubito aperitur, ac medicamentis quæ ad
30 sanguinis sputum,aliaq; ipsius profluuia inscribuntur, in renibus ac uesica sanguinem fundentibus , utendum est. Præclare facit symphyti radix,& tragacanthum ui-no maceratum.Ad hæc polygoni & plãtaginis succus, cū posca,aut amygdalana amara cū passo.Vel hoc alu
35 minis scissi drachma,tragacãthi drachmæ duæ,gūmi oboli quinque ex passo:crudaq; polenta illinitur ex posca,

& rosaceo, aut cataplasma ex palmulis & pane siligi-
neo cum acacia, uel hypocistide, in uino astringenti, uel
posca decoctis. Cum uesica cruorem edit, etiam cucur-
bitulas in iliis & coxẽdicibus defigemus. Cæterum par
ticula quæ sanguinem fundit, hisce notis agnoscitur, lo- 5
ci dolore, & quòd sanguis urinæ miscetur, aut econtra
rio, ueluti in pure comprehensum est. Concretus in uesi
ca sanguis inde adeo deprehenditur, quòd post illum
urina subito cohibeatur, & fibræ quædam (ut uerisimi-
le est) aut humiditates cruentæ emanent. Datur autem 10
potui artemisiæ dilutum, heliochrysiq́; , uel cunilæ, uel
radiculæ semẽ. uel liquor silphii, uel cyrenaicus, uel apii
succus, singula in aceto temperata: aut leporis coagulũ,
aut hinnuli aut hœdi in oxymelite, aut myrrha stillati-
cia cum oleo, spõgiaq́; à foris ex muria, uel myrrha stil 15
laticia calida accommodatur. Quod si uitium his non
abigitur, secatur pubes, quemadmodum in calculosis,
ablatisq́; grummis commode curantur.

DE RENVM DVRITIA.

Quæ durities in renibus contrahuntur, nullum sane do 20
lorem mouent, sed uidentur renes ipsi tanquam ab
iliis suspendi, coxæ stupent, crura uacillant, urina
modica egeritur. Totus deniq; habitus iis potissimũ q
aqua subter cutẽ laborant, similis est. hi emolliuntur ce-
ratis, malagmatis frictionibus et fomentis. Ad hæc quę 25
urinam cient, assumuntur, aluusq́; subduci debet.

DE DIABETE.

Cum potio, protinus qualis assumpta est transmittitur,
diabetes uitium appellatur. Qui igitur eo sunt occupa
ti, immodica siti conficiuntur, unde quoque dipsacon, 30
Græci idẽ mali nominant. Origo ipsius ex retẽtricis re-
nũ facultatis impotentia contrahitur, attractricis autem
tanto robore, ut totum corpus ob immodicum calo-
rem exhauriat. Itaque aduersus hunc pugnantes, ci-
bum pleniorem, quiq́; difficulter confici queat, nec 35
liquidus sit, offeremus, ueluti alicam cum rosato,

uel rhodomelo,uel aqua mulsa uel uino non uetusto,
uel alioqui calido. Ex oleribus autem intybum,serim,la
ctucas. inter pisces erunt saxatiles: suum petunculi,uulue
pira,poma mala punica,& frigida potio. Item polygo-
5 ni succus,heleniumq; recte ipsis propinatur ex uino ni-
gro,palmularumq; & myrti dilutum,præcordiis & reni
bus illinitur polenta ex aceto rosaceo,folia uitis, cotyle
donis,parietariæ,portulacæ. sudores excitandi, uomi-
tusq; à potu frigido,omnibus quæ urinam mouent,ab
10 stinendum. At sanguinem per initia mittere non fuerit
alienum.

DE STILLICIDIO VRINÆ & eius difficultate.

Cum neq; inflammatio,neq; calculus,neq; aliud quip-
15 piam ex prædictis infestat,urina autem acris,totusq; ha
bitus apparet, uel etiam reliqua signa bilem testantur,
ex hac uel urinæ difficultas,uel stillicidium contrahitur.
Quare ex usu sunt quæ hanc inalterant contēperantq;,
ptisanæ cremor,pisces balnea uictusq; idoneus: acria ui-
20 tāda sunt,uinum,exercitia,ira & tarda comestio. Quod
si urinæ tenuitas,alborq; & reliqua signa frigidam fate-
antur intemperiem,conueniet uinum calidum,condita,
tum quæ urinam cient & medicamina & cibi. ad hæc in
sessus calidiores. At si pręter alborem, etiam crassicies
25 in urina appareat,pituitosus humor censendus est, qui
ceruicem uesicæ obstruxerit,ubi utendum est oxymeli-
te,tum decoctis hyssopi,pulegii, uel origani, uel thymi
uel silphii cum aqua mulsa,item superfusionibus calidio
ribus. siue autem humor crassus,siue calculus, siue gru-
30 mus,uel eius generis aliquid obstruens,urinæ transitum
impediat,siphonem rectum indere ex usu est, nisi parti-
culæ inflammatio prohibeat. Porrò in febribus urinæ
difficultati medemur,superfuso rutaceo, uel anethino,
uel ueteri oleo. Si aluus astricta est, iniicietur ab inferio-
35 ri parte decoctum fœnugræci,uel maluæ, uincitq; insi-
dere ægrotantes in hydreleum, uel aliquod dictarum

ſpecierum decoctum cum oleo. Ceratum hoc magnifi ce proficit, ſylueſtris maluæ radices in ſicyonio cũ aqua modica decoctæ donec frigant, ipſæ quidem proiiciun tur, ſuccus autem oleo miſcetur, rutæ quarta pars, ceræ & caſtorii quantum ſufficit. 5

DE VESICA RESOLVTA.

Veſicæ reſolutionem nunc urinæ difficultas, nunc ſpon tanea ipſius remiſſio comitatur, ut in ipſo capite de reſo lutione ſupra expoſitum eſt.

DE VRINÆ INCONTINENTIA. 10

Muſculus, qui ceruicem ueſicæ mouet, relaxatus, hoc mali generat. Quare pueris etiam maxima ex parte ſo let accidere. Itaque roborantibus potiſſimum uti con uenit. exempli gratia, œnelæo calido & ſimilibus, ob ſunt etiam quæ ualide refrigerant: calidis fouendi potius 15 ægri, quatenus fieri poteſt. Etenim refrigeratio ueluti re ſolutionis uim molitur. naturaliter autem hæc uitio huic opitulantur. Gallinæ guttur combuſtum ieiuno biben dum in aqua tepida præbetur, uel leucanthemi flores ſi militer, uel leporis teſticulus toſtus ex uino odorato cõ 20 tra hæc uitia bibitur. Et calaminthæ myrrhæq; ante cœ nam potio ſalutaris eſt, uel rutæ ſylueſtris ſemen torrefa ctum per triduum exhibetur. Cæterum pudenda eius q hoc detinetur uitio, cimolia cum ſucco herbæ perdicii perunguntur. 25

DE IOCINORIS AFFE- bus: Cap. XLVI.

IEcur pluribus uitiis opportunum eſt. nã modo im becillitas, modo inflammatio, modo eryſipelas, mo do ſcirrus, modo abſceſſus afficit. Interdum exulce 30 ratio, interdum obſtructio exercet. Primum de infirmi tate ipſius dicendum eſt, à qua proprie iocinoroſos no minare ægrotantes conſueuerunt. Si ergo aluus in cre morem conuerſa uerum liquidiora deiiciat alimento minus probe, aut neutiquam in iecur digeſto, ſic tamen 35 ut uentriculus à noxa ſit immunis, attractricem uiſceris

facultatem infirmari suspicio est. Si uero in eis recens ca ro lota esse uideatur, alteratricem, tum eam quæ sangui ni creando est dicata. At si calida male habet intempe ries, recrementum alui temporis spatio fœculentius ap
5 paret, adeoq; fœtidũ, bilis colore suo insignis, crassaq; descendit. quando etiam iocinoris substantia, totumq; ipsius corpus absumitur, urget febris, cibi fastidium, & biliosus uomitus. Cum autem frigida affligit intempe ries, neque frequens, neque copiosa aluus est: quippe af
10 fectus longius prorogatur, & certis diebus uēter cumu latus deiiciet, sed minus fœtida ceu sanguinis crassi fœ cem, ut prope atra bilis uideatur. Item uaria deiectio ac figuratior, frigidam notat intemperiem, in qua febris lan guida apparet, facies non collabitur, maior ciborum ap
15 petentia inest. Horum uitiorum alterutri si accedat sicci tas, recrementa erunt sicciora, magisq; ægri sitient. si hu miditas liquidiora & copiosiora, tum sitis minus excru ciat. At si inflammatio iecur infestat, omnibus quidem ex æquo dextra parte sub præcordiis dolor est: idemq;
20 ad iugulum supra, ad costas spurias infra peruenit. Huic dolori accedit febris acuta, tussis sicca, sitis, cibi fastidiũ, spiritus difficultas, lingua primo rubra apparet, mox ni gra. interdum bilis euomitur, & aluus non respondet. Quoniam autem similia pleuriticis signa existunt, quo
25 modo hos ab illis discernas, capite de pleuritide com prehensum est. Si uero Erysipelate iecur conflictetur, in flammatio ardorq; gliscit, tabes comitatur. Quando caua iecoris pars priuatam sentit inflammationem, nausea adest, uomitus, cibi fastidium, & ardor in
30 tenditur, anima deficit, & sæpe eadem uisceris re gio refrigescit, ut aqua subter cutem transfundi inde incipiat. Rursus si gibbam ipsius regionem inflam matio exerceat, præter alia superius commemorata, tumor quoque manifestus in superficie oculis & tactui
35 conspicuus est. hæc quidem ualidam grandemque in flammationem testantur. sin obscura quædam fuerit,

iubebimus ægro, magnam edat respirationem. Et si de xtra parte præcordia dolere asserat, moderata iecoris inflammatio censebitur. Quod si oblongus inflamma- tionis tumor, qua musculi abdominis recti porriguntur appareat, sed ita ut nullum ex prædictis adsit, illos ipsos eadem occupari agnoscemus. Verum si grauitas, disten tio, dolorq;, dextra parte sub præcordiis sentiatur, nullo substante tumore, nulla febri urgente, uenarum signatur obstructio, quà uenæ portas & concaua iocinoris perre ptantes iis quæ per gybba ipsius excurrunt, committun tur. Itaque si in abscessum erumpit inflammatio, dolor & distentio ipsis increscit, rigores sine ratione accedũt, dolentesq; iocinore, in sinistrum magis latus decumbe re nequeunt, rupto autem abscessu, uel per urinas, uel per aluum cumulata puris subluuies prorumpit. At si tumor in duritiem quam σκιρρὸν dicunt Græci, deciderit, dolo- res quidem remittunt. sed tumor cum duritie est conspi cuus, quæ ambiunt partes extenuantur. & tempore pro cedente difficulter poterunt discerni. Quippe aqua in- ter cutem protinus comitatur, & tota præcordia humi- ditate conteguntur. Itaque aduersus calidam iecoris in- temperiem, refrigerantibus, tum iis quę uiscus medio- criter confirment. uti consilium est. id autem præstat se- ris & cichorium, interim crudum, interim coctum, cum coriano assumptum. item decoctum ipsius. succusq; e- potus, denique mulsæ iniectus & calidis, & frigidis ioci noris uitiis opitulatur. Eiusdem generis sunt, intybus e- sculenta, & cicerbita quæ sonchos Græce dicitur. Bene- facit etiam mali medici cyathus in aquam mulsam de- missus, similiterq; filicis succus. At si cum obstructione mediocris affligat intemperies, ea ex uino quodam te- nui, & quod urinæ mouende est, porriguntur. Catapo- tium uero quod recipiet cichorii drachmas quatuor, chamepyteos radicis drachmas * quatuor trita cũ melle cocto dantur ad nucis auellanæ magnitudinem, quibus aquæ calide cyathos tres superbibere conuenit, iam ex

* Galenus habet octo. Alexãder addit intybi drachmas tres.

opio & semine alterci confecta propinantur, ipsumque Philonis antidotum. In quibus calor intenditur, etiam rosaceum primi meriti ipsis, uel melinum potui datur. Esui, ptisanæ cremor, uel chondrum cum hydrorosato, similiter panis ex aqua, cum quadam id genus dulci potione. Et summatim cibi erunt, qui mediocriter refrigerant, non obstruunt: uinum omnino circunciditur, nisi alteram ob causam, nempe stomachi imbecillitatem, hoc requirant: tum enim tenue & qđ Græci ὀλιγοφόρον uocant, & dilutum aliquod exhibetur. Ac Erysipelas quoque in eum modum curabitur. At ubi iecur perfrixerit, contrariis pugnandum est. panis igitur recte cum uino assumitur, item brassica bis terve incocta, castaneasq; esse confert & uuas passas, tum ex gallinis quod satis est. Vinum ab eupatorio, uel asaro, uel medicamẽto diapepereon assumpto bibitur. Iam ex iis quæ prius ad cœliacos & dysentericos inscripta sunt, idonea deligi debent: cyphoides autem appellate compositiones, ad calidas intemperies neutiquam conueniunt, nisi modica quædam caliditas cum humiditate copiosiore oborta fuerit. Cæterum ad frigidas optima sunt remedia, magisq; si cum humiditate, aut iecoris obstructione euenerint. Si uero obstructio ex crassis glutinosisq; contracta humoribus fuerit, myocantha & præsertim huius fructus datur, item lauri radicis cortex. eupatoriumq; ex oxymelite, uel lupinorum amarorum decocto cum ruta & pipere. Ad hęc farina lupinorum pota, & capparis radicis partes duæ, costi pars una cum uino, & medicamentum diabacanu ad obstructiones quas crassi uiscosiq; humores excitarunt salutariter sumitur: præterea iris & pistaciorum fructus corexq;, marrubium insuper amygdale amare, & ex ipsis pastilli, dracunculi, ariq; radix, agaricum, acetum scillites, oxymel, iecur lupi, aridũ tritum & cochleario datum, omnibus iecoris affectibus ex uino dulci succurrit, item antidotum Theodoretum efficacissimum est iecori obstructo, indurato, inflamma-

toq; diu. Idem colicis & ictericis auxiliatur. Similiter e-
tiam picra ex oxymelite. Cibi his dandi sunt calidiores
& qui aperiundi facultatem habent: nempe porra ex o-
xymelite, plaustris asparagus, & capparis, reliquaq; ob-
sonia ex condimento aliquo calefaciente, quodq; mea- 5
tus distendat, incocta. Vinum tenue ac uetus utile est. ui
tanda sunt alimenta crassi succi, balnea crebra, eaq; po-
tissimum à cibo. Si morbus in uetustatem incidit, etiam
uenæ sectio purgatioq; adhibenda, si nihil prohibet.
Cum autem iecur inflammationem experitur, sanguis 10
ex cubito dextro intrepide mittendus est, & copiosus si
uires sufficient. Extrinsecus farina hordeacea, & foenu
græci, & semine lini cum palmulis uiscus illinetur, uel
malis cotoniis, meliloti flore, absiuthio, chamæmelino.
Illud autem in summa præcipiendum est, ut astringen- 15
tia emollientibus semper admisceantur. Epithemata ue
ro iniici debent, tum quod ad Nileum authorem refer
tur, tum quòd à grato odore euodes dicitur: item Phi-
lagrianum & Apollophanis, necnon ex melilotis con-
fectum, denique quod coptum appellatur. Porrò ad 20
maximas inflammationes hoc ualde experientia com-
probatum est: absynthii comæ, nardi gallicæ, asari, cro-
ci, singulorum uncia, iridis, myrrhæ, styracis bdellii, am-
moniaci suffiminis quod thymiama appellant, singulo-
rum unciæ duæ, medullæ uitulinæ unciæ quatuor, cera- 25
ti, lentiscini libræ quatuor. Ad hæc oxymel ipsis dandũ
est, simpliciaq; auxilia, nempe, asarum, nardus gallica,
uel indica, iuncusq; odoratus, rotundus, petroselinum.
Aluus irritanda est, urticæ, uel mercurialis, coctorum e-
su. In declinatione morbi, epithymum & polypodium 30
ex mulsa porriguntur, aluusq; inaniri postulat per clyste
rem, initio quidem ex aqua mulsa cum sale, uel nitro,
facta autem inclinatione, miscetur hyssopum, uel origa-
num, uel cnicum, uel centaureum & cucurbita sylue-
stris. Caua iecoris pars per aluum: gibba per urinas ex- 35
purgatur. Alimentum his dabitur, cremor ptisanæ, in

quo apium decoctum sit. At inflammationis quæ Erysi pelatis naturam referat, curationem superius sumus executi. Abscessu autem facto ruptura adiuuanda cataplasmate trispermo, cum resina, manna, pice, radicibus al-
5 thee, co umbe fimo, caprillo stercore: præbibitur autem ius polii & fumariæ, item ius thlapsis ad tertias decocti uel cichorii, & chamedryos radicis, uomicaq; facta, mulsa conuenit, & quæ in renibus exulceratis commemorata sunt. Extrinsecus imponitur medicamentum Mnasei,
10 reliquaq; emollientia. Item Icesion, uel quod salicibus constat. Si uero iecur induratum fuerit, parum in medicina spei est, affectu in aquam subter cutem decidente. Attamen emollientibus admiscenda sunt, ammoniacũ, bdellium, medullæ, adipes, & quæ his similem poten-
15 tiam obtinent. Potiones expediunt, quæ angustias uisceris recludunt, absterguntq;. Huiusmodi sunt q̃ urinã citant, & calculos confringunt. Ad hæc q̃ nuper ad iecoris obstructionem dicta nobis sunt, & cibus nimirum cõuenienter adoptatus.

20 DE MALO CORPORIS HABITV, qui cachexia dicitur. Cap. XLVII.

PRincipia aquarum cutem subeũtium, uocare nostri malũ corporis habitum, Græci καχεξίαμ consuerunt. Auxilium est, nisi aliquid impedit in san-
25 guinis detractione, quæ paulatim ad tertium quartũve diem producitur. Sed uacuandi sunt potissimũ, qui hæmorrhoidibus, aut menstruis non respondentibus in morbum inciderunt, quemadmodum iis qui copia uitiosorum humorum laborant, uacuatio sanguinis per
30 uenam noxia est: purgatio autem ex hiera, quæ syluestrẽ cucurbitã recipit, ꝑ multũ utilis, uictus erit tenuis, & siccus. Aquarũ naturaliũ usus adhibebitur, primũ aluminosarũ nitrosarũq;, mox sulfurosarũ: pluribus diebus interpositis aliud balneum accõmodatur, uarioq; exerci-
35 tationis generi creduntur ægrotantes, maxime aũt ei, q̃ per medicos aliptas, id est, reunctores administratur,

postea autem ueratrum assument: mirifice quoque iu-
uat ipsos & absinthii potio, & cottabismi, & dropaces.
Si affectus in hydropem deciderit, aquæ subter cutem
curationi subiicietur, quemadmodum exponemus.

DE AQVA INTER CV-tem. Cap. XLVIII.

CVm iecur interim primario, aut uehementer per
frixerit, aut inflammatiõe, aut duritia, aut alio im
plicitum affectu fuerit, interim lege consortii q̃d
cum aliis partibus habet, sanguinis elaboratio non suc-
cedit, ac uitium aquæ intercutis quod hydrops Græce
dicitur, inde contrahitur: à quo nonnunquam sanguinis
copia cum humidi momento intra membranam, quæ
peritonæos appellatur, & intestina colligitur, ut abdo-
men percussum tympani modo crepitum elidat: qua
ratione etiam tympanias nuncupatur, qui stomachi, alui,
& longanonis inflationi, febribusq; longis superuenit.
Est cum peritonæi, aut uuluæ in mulieribus duritie, aut
scirro confletur. Aliquando rursus humorum cum pau
cissimo spiritu abundantia, in eisdem regionibus tanq̃
in utre quodam conseruatur. unde malum, ascites no-
minatur hydrops, & ipse ex causis quas comprehendi-
mus, contractus. Plurima uero ex parte, tum liene, tum
iocinore indurato, occallescenteq;, item ex longis inte-
stinorum profluuiis oritur, in quibus uenter intumescit,
reliquum corpus quod alimentum non sentiat, consu-
mitur. Nonnunquam etiam in tota corporis mole fri-
gidior pituitosiorq; sanguis continetur, qualis partim à
iecore descendit, partim ex tota carne corporis ueluti in
aquam resoluta emanat, ut corpus albidum, & pituito-
sum emortui instar appareat, uocaturq; hydrops leuco
phlegmatias hyposarcidios, uel anasarca. Quem lentæ
febres, malus stomachi habitus, hæmorrhoides diu sup
pressæ, fluxus muliebris, spiritus difficultas, uigiliæ inso
litæ, & sine ratione oborientes, causæq; his consimiles
mouerunt. Curatio igitur communis ab euacuatione
incipit.

incipit. Verum ascites & tympanias appellatus medicamentum requirit, quod aquam educat. Cui autem anasarca nomen est, sanguinis detractione succurrimus, maxime si affectus origo ex hæmorrhoide est, aut mẽstruis
5 neutiquam respõdentibus, nisi malo habitu præditi sanguinem emiserint. Et hic igitur in iis qui malam corporis habitudinem sortiti sunt, per uices tentanda est uacuatio. Deinde stercus bouis gregarii aridum exacte tritum coctumq; in posca, uel oxymelite, sulfurisq; pars quar-
10 ta superinspersa, toti uentris capacitati iniiciatur, uel stercora caprilla in pueri urina, uel capræ luti crassitie applicata, per uentrem summe ipsos purgat. Item cataplasmatis utendum ex fermento, ficis pinguibus, calce, nitro, iride, cardamomo, sulfure uiuo, ammoniaco, baccis
15 lauri, agresti uua, columbarum ruralium fimo, uel omnibus, uel quibusdam ex his cum oxymelite. Post quæ epithema spongium appellatum ex caprillo stercore mirifice humiditatem uacuat, tum per latentes meatus, tum per aluum. Insequentibus diebus emplastra per-
20 siccantia imponuntur, tum quod ex salicibus est, tum quod icesium dicitur, uel quod Cureo ascribitur, uel q̃d ex baccis lauri factum est, uel polyarchium, uel epithema ex seminibus præparatum. Atque hoc indubie mirificos præstat effectus, quod sequitur, quippe humores
25 ex alto eripit: lapidis pyritis, sulfuris uiui, guttæ ammoniaci, singulorũ drachmæ duodecim, cumini drachmæ sedecim, nitri drachmæ duodecim. Excipiuntur cera modica, & terebinthina, pelliq; illita, toti uentri imponuntur. Ius radicis acteæ decoctæ in uino potui da-
30 tur, uel cucumer syluestris uino austero maceratus per triduum, cyatho uno propinatur. Accessio autem fit quotidie usque ad cyathos tres. Hoc quod subiungitur, uaria constat mistura: balsami, nardi, cassiæ, cumini, dulcis radiculæ, hyperici, iunci rotundi, asari, dauci, amo-
35 mi, myrrhæ, petroselini, calami aromatici, piperis, seselis, spondilii pares portiones, faciunt autem bene etiam

ſingula per ſe & omnia quæ urinæ ciendæ ſimilem fa-
cultatem obtinent. Cæterum ſcilla toſta, cum melle
trita & linctus modo exhibita, ſine grauitate urinã mo-
uet: coquetur autem ex aqua potabili. id quod ſubiun-
gam præcipue bonum eſt: interioris ſcillæ pondo duo 5
in uini auſteri ſextariis tribus aduſque tertias incocta:
porrigito ex uino quotidie, orſus à myſtro uſque ad un
ciam. Iſtud urinam optime prouocat, quod recipit alu-
minis liquidi circa fabæ magnitudinem: ubi aqua di-
lueris, linteoq; percolaueris, ad tres dies propinato, uel 10
ad unum. Conuenit etiam his picra ex oxymelite. Ad
hæc Theodoretus, & ex amaris amygdalis paſtillus.
Plura uero aquam educunt, ſed hæc uſus comproba-
uit, gnidia grana quadraginta, aut quinquaginta, uel la-
thyrides uiginti, aut triginta, uel euphorbii ſiliquæ quin- 15
que, aut ſeptem, uel ſquamæ æris drachmæ duæ, aut
tres cum micis panis exceptæ, ac in orbiculos digeſtæ,
uel ſambuci radicis corticis ſuccus epotus cum condi-
mento, uel chamelææ foliorum, æris combuſti, aniſi ſin
gulorum par modus datur in aqua, per initia quidem 20
drachma una, diebus aliquot interpoſitis etiam duę, aut
plures. Atque inſequentia, mirifica ſunt catapotia: aloes,
euphorbii, cocci gnidii, ſingulorum uncia, rhei ſemun-
cia, excipiuntur ſucco braſſicæ, finguntur q; catapotia,
dantur ſiliquæ ſeptem, aut nouem. Antidotum ex ga- 25
riophylo, aquam mirabiliter elicit, iam uinum quod
aquæ educendæ eſt, dare tentabimus. Eſt autem infra
ſcriptum medicamentum ad id efficaciſsimum, ſcillæ
unciæ tres, ſeminis apii, capparis radicis corticis, pipe-
ris, ſingulorum drachmæ quatuor, cocci gnidii decorti 30
cati drachma, phylli drachma, malabathri galbuli duo,
uini optimi heminæ duodecim, mellis crudi libræ ſex.
Contuſa colataq; uino perfunduntur, ſcilla ſimul leui-
gatur, dantur cyathi tres: poſt humoris euacuationem,
etiam theriaca utendum eſt, & ſtercoris buboli uſti co- 35
chlear ex uino potum quotidie ſtrenue auxiliatur.

item clysteres adhibendi acres, nisi uenter sua sponte humescat: tunc enim exiccare ipsum magis conuenit. Porrò in mulieribus quas aqua subter cutem male habet, etiam pessus hic utilis est. Anisi, cardamo-
5 mi, cumini, nitri, aristolochiæ, fœnugræci, pulegii, ficuum interioris pares portiones susino excepta imponantur. Secundum hæc aquis naturalibus, uti continenter expedit, ad hæc ut exerceantur, sabuloq; & arena saburrentur, reliquis balneis abstineant. Quod
10 si uero interim lauent etiam, utentur in lauacro nitro, sale, sinapi, calce & persimilibus inspersis. Hæc sane uel citra lauationem utilia sunt, aridaq; cum oleo uentri adfricata. At si id uitium est, cui anasarca nomen est, reliquas partes exerceri, quatenus licet, oportet, & sic
15 cas ad solem perfricari. Reliqua uictus ratio siccior assumetur. Cibus itaque erit salsamentum, sinapi, & allia: ex auibus syluestres, & siccæ magis. Inter olera asparagus, bis acutũ, porrum, sinapi, caucalis, reliquaq; syluestria. Obsoniis miscebitur sal theriacus, uel ammo-
20 niacus: uinum uetus, tenue, ad urinam mouendam efficax rectè bibitur. Sin autem facultas datur, ex marina aqua confectum. deinde potio liberalis uitanda est, aqua in totum. Quod si cum febri aqua subter cutem inuadat, calidioribus acrioribusq; cibis & auxiliis ab-
25 stinetur, ubi permixta sunt uitia, uehementiori succurrendum est, si uero id morbi genus est, quo uenter sonitum edit, Tympanias uocatur, purgantia, & quæ uniuersum corpus emaciant, eligenda sunt, item ad urinam efficacia. His autem quæ extenuare & digerere
30 spiritus possunt, tum intrinsecus, tum à foris utendum est. Cucurbitulæ leues crebro toti uentri suffigentur, sin id uitii male habet, in quo in uterum aqua cõtrahitur, nisi prædictis cesserit remediis, cute compuncta perniciosus humor elici debet, quod nulli alii aquæ
35 subter cutem generi conuenit.

DE LIENOSIS. Cap. XLIX.

Lien atræ bilis excrementum, ceu limum sanguinis ab iecinore elicit naturaliter: Eius facultas attractrix, si infirma fuerit meatusve obstructus per quem illud prius euadebat, sanguine impuro per totū se corpus spargente, atrum morbum regium constituit. At si lienem grauitas & distentio, uel etiam dolor exerceat, meatus obstrusio ostenditur: si nihil horum euenerit, attrahendi potentiæ imbecillitas. Quinetiam si atræ bilis uomitus sine febre aliave malignitate oboritur, retinendi potestatem laborare indicium est. Sin contra, nō attractrix naturæ uis, sed expultrix ægrotet, cibi fastidiū accidit. Haud enim amplius atræ bilis excrementum, quod appetentiæ excitandæ est, ab liene ad uentriculi ostium defertur, eoq́; in liene obstructo obseptoq́;, inflammatio primum, cuius notæ sunt, feruor, dolor & distentio, excitatur. quæ paulopost in duritiem tumidā, scirrus dicitur, occallescit, sic ut feruor quidem dolorq́; finierit, tumor autem cum duritia maneat. Hoc pressis uitio, os fœtet, gingiuæ exeduntur, ulcera in cruribus cicatricem non recipiunt, ob quæ simul affecto iecinore, cutem subeuntes aquæ colliguntur, sicut comprehensum est. Itaq; intemperies ipsius eandem cum iecinore curationem postulat. si adest inflammatio, sanguis à cubito sinisteriore, uel ab extrema manu dimittendus est, eo quòd reuulsio longioribus interuallis fieri debeat, uel etiam propter naturæ quandam confinitatem: deinde quæ citra euidentem calorem extenuant, illinentur, admixtis quibusdam etiam nunc astringentibus: uidetur autem hanc facultatem habere suapte natura, qui uocatur flos salis. Porrò est & hoc cataplasma mirificum, fœnugræci triens, farinæ hordeaceæ, cardami, singulorum uncia, ficuum pinguium libra, uerbenacæ herbæ aridæ uncia. ficus, aceto quàm acerrimo macerantur. Deinde cum aliis iam prius tunsis incoquuntur, postea iterum coquuntur. Vel stercus caprillum

cum cruda polenta coctum ex posca illinitur. Adhibeto autem, si placet, salis florem: ad fouendum cyprino cum aceti momento, & malagmatis utitor, primum simplicioribus, quale est hoc: Ceræ sesquilibra, centau-
5 rii libra, nitri triquadrans, terebinthinæ, seminis agni, capparis radicis, singulorum quincunx. Quæ liquari possunt, cocta aridis superfunduntur. iam quod ad Nileū autorem refertur præstantissimum est. Verum ubi inflammatio in scirrum degenerat, ualentioribus uti con-
10 uenit, ut etiam cutis summa exulceretur, quale est quod ex fimo caprillo constat, & citrinum. huc accedunt Macherionis, Curei, item ex baccis lauri confectum, & ex salicibus. Quod subsequetur, etiam ipse expertus sum, auripigmenti unciæ duæ, sandarachæ unciæ duæ, fauo-
15 rum terebinthinæ libra, picis aridæ tantundem, galbani uncia, opopanacis uncia, capparis radicis corticis, glandis unguentariæ, singulorum unciæ quatuor, lachrymæ ammoniaci scrupula sex, nardini, uel cyprini scrupula quatuor. Ammoniacum etiam cum aceto applicatū,
20 lieni sæpe profuit, item potum scrupulis tribus quaternisve cum uno castorei, si priusquam in lauacrū descendant, ficum pinguem comederint, sputoq; eam reddiderint, uel ammoniaci pars una, castorei tantundem: datur drachma. hæc etiam ad induratos cum tumore, pro-
25 ficiunt, quemadmodum capparis quoque cortex ex aceto contritus illitusq;. Idem bibitus aceto, uel oxymelite, crassos glutinososq; humores uacuat, interim sanguinem. Iam salicis cortex, consimiliter inungitur, & cinis fabrorum cum cruda polenta ex oxymelite illi-
30 tus. item centaurei succus à foris impositus, epotusq;, & lupinorum amarorum decoctum cum ruta & pipere assumptum, nec non farina ipsorum illita, & aqua in qua candens ferrum subinde extinctum est, febricitantibus per se data cyathis tribus, febri caren-
35 tibus autem cum uini & aceti cyatho uno, uel lapathi syluestris radicis cum scilla tres oboli, uel chamædryos,

uel serpilli acetabulum totum. Vel oxymelitis, anagal-lidis, quæ cœruleum florem obtinet, duo oboli, cum posca bibuntur, uel acetum scillites, uel oxymel. Composita autem hæc, panacis radicis, guttæ ammoniaci, capparis radicis corticis, struthei, scillæ tostæ interioris æquales portiones exhibentur denari unius pondere: benefacit etiam suspiriosis, & hydropicis. 5

ALIVD. Myricæ fructus drachmæ quatuor, piperis tãtundem, spicæ nardi drachmæ, duæ suffiminis ammoniaci totidem. Teruntur aceto scillino, instar denarii 10 unius dantur ex oxymelite.

AD LIENEM INDVRATVM.

Cyclamini drachmæ uiginti, brioniæ drachmæ tres, dictamni drachmæ duæ, scillæ tostæ drachmæ octo, struthei drachmæ sex, capparis radicis drachmæ sex. pastillus triobolaris ex oxymelite porrigitur: & qui ex erica 15 præparatur, non inidoneus est: cibus competit tenuis, acris, siccus: potio paucissima: adhibendæ exercitationes frictiones q;, & sinapismi, interim etiam cucurbitulæ cum scarificatu defigendæ. 20

DE MORBO REGIO, QVI icteros Græce dicitur. :Cap. L.

Regius morbus, quem Græci icteron appellant, bilis est per totum corpus suffusio, modo atræ, 25 de qua in lienosis à me dictum est, modo flauæ. Differentiis constat numerosis: quarum causę & notæ hæ sunt. Siquidem hoc uitii febricitante ægro repente ac cumulatim superueniens febrim finierit, crisim testatur, materia ex alto foras prorumpente, con- 30 tractum. Medicina non indiget, ut quod balneis & moderata frictione subito discutiatur. Si autem cum febri & biliosis deiectionibus inuadat, & præcordiorum dextra parte dolor adsit, feruens iecinoris inflammatio significatur, cuius ui sanguis in bilem mutatus, per uni- 35 uersum corpus defertur. Sin autem feruor citra gra-

uitatem in ipso subftet, ex sola iecoris calida intemperie, uitium gignitur. Si absque febri alba deiiciantur, uesicæ fellis malum ostenditur, uel ipsius meatuum, si ggrauitate præcordiorum dextram partem
5 premente, obstrusi conseptiq; sint, aut citra illam uires ipsorum infirmentur, uel huius attractrix, quæ humorem atrum ex iecinore eliciat, uel illius expultrix, quæ ad intestina eundem protrudat. Quippe sanguis biliosus non expurgatus, in totum corpus dif
10 funditur, quemadmodum in nigro arquato fieri dicebamus, statim uero his etiam urinæ biliosissimæ affatim excernuntur. Cæterum fit etiam arquarus cum solidæ partes calore nimis intemperato, in bilem degenerant, ratione alimenti, quod ipsis offertur,
15 quemadmodum in aquæ subter cutem genere, cui nomen anasarca in pituitosam humiditatem est mutatio, uerum hæc talis arquati discriminis nota est, nimirum quod non uniuersus, sed paulatim procreatur, sic ut nullum ex commemoratis adsit. Iam ue
20 ro noxii medicamenti potus, tum uirus extrinsecus à uenenato animali illatum, regium morbum parit.
Cum itaque calida iecoris intemperie, & inflammatione uirlumq; robore destituitur, curationem supra comprehensam, ubi de ipso agebatur admouebimus,
25 eamq; integram in hoc transferre caput oportet, ne eadem mihi sint repetenda. At si meatus conceptaculi fellis utrique sint obstipati, uel alter duntaxat, uenam in cubito dextro ipsis diuidi consilium est.
Nonnulli uero, tum his, tum illis qui ex iecore in
30 flammato, arquatum contraxerunt, uenam propter minimum dextræ manus digitum, soluunt. Cataplasmata quæ inflammationem arcent, hic utilia sunt, & purgatio ex hiera, nec non clysteres, potui recte datur arquaticis, apii, uel adianthi, uel lapathi, uel serpilli deco
35 ctorum ad tertias succus, uel absynthium pottoni in

ſpergitur. Præclare faciunt radiculæ ſucci cyathi duo, cum uini cyatho uno. Et cichorei ſucci cyathi bini, uel terni per ſe, aut cum uino poti. Sed qui iecoris inflammationi arquatum ferunt acceptum, mulſum bibent, uel decoctum tenuis ariſtolochiæ, uel hyperici, uel adiāthi, uel ſtruthii, uel erythrodani ſimiliter, uel cornus ceruini ſcobis drachma, cum uino, uel paſtinaci ſylueſtris decoctum in uino, ut tertia pars ſuperſit, uel ſulfuris uiui drachma in ouis ſorbetur. Hæc etiam propter obſtructionem arquato laborantibus ualde auxiliantur, ſeminis autem atriplicis ſcrupuli octo, cum chryſanthemo, uel alio dulci à balnei ingreſſu poti, uacuationem magnam præſtant. Recte etiam picra datur, & ſicca, & ex oxymelite, & Theodoretus. Iam ex amaris amygdalis paſtillus commode porrigitur, & cinamomi quātum tribus digitis comprehendi poteſt, in mulſi cyatho uno, uel aqua temperata, uel myrrhæ ad fabæ magnitudinem cum piperis granis quinque, tantundemq; cinamomi. Qui uero ex calore ſolidarum partium intēperato in arquatum inciderunt, ſimplici frictione, exercitiis moderatis, unctione & balneis ad ſanitatem reducentur, cibo humido & mediocriter refrigerante cum ptiſana, intybo, ſeri, cichoreo, piſcibusq;, uino tenui aquoſo. Qui ex lethali potione, aut ex uirulentorum animalium morſibus affectu ſunt impliciti, de iis quinto uolumine tractabitur. Porrò ſi bilis oculos faciemq; dehoneſtet, elaterii inſtar erui cum lacte muliebri naribus in balneo inſtillatur, et ſtatim in ſolium deſcenditur, ſed ita ne caput immergatur. Poſt balneum uictu recreatis, rurſus unguentum in ſole, naribus infundito. Benefacit etiā cyclamini ſuccus, porri, et nigellæ. Acetum uero acerrimum naribus attrahat in ſolio deſidens, contineatq; ēt preſſis naribus pauliſper, & mirifice uacuabitur.

DE VMBILICO PROCIDENTE. Cap. LI.

CAusam umbilici prominentis, & quomodo id uitii manu curetur, in parte chirurgica docebimus. Quoniam uero nonnulli etiam medicamẽtis in naturalem statum redierunt, ipsa hos loco dicemus. Aluminis scissilis drachmæ quinque, flocium uini drachmæ octo, rosacei decem, gallæ immaturæ drachmæ due. Vino diluta, & in mellis spissitudinem redacta loco affecto resperguntur. Extrinsecus spongia posca madens superiniicitur, & fasciola deligatur. ALIVD. Lomenti, gallæ, balaustii pares portiones, coquuntur in aqua: ubi dissoluta fuerint, tritaq; diligenter, spongia, ut prædictum est imponuntur. ALIVD. Plūbi scobis drachmæ sedecim, cicutæ, manne, cerussæ, hypocistidis succi, singulorum drachma, uino dissolutis in modum prædictum utitor.

QVOMODO IMPVBERES IMberbesq; diu maneant, & particulæ naturales testesq; ita conseruentur, piliq; aboleantur. Cap. LII.

CImoliæ cretæ, & cerussæ æquales partes, alterci succo excipiuntur ut sordium spissitudo fiat, deinde oleo lentiscino quantum sufficit adiecto cõtundito, ac utitor. ALIVD. Cicutæ succum, solani, alterci, lupini foliorum tenerrimorum, psillii æqualem modum. ubi contriueris, utitor, sed locum prius abstergito abluitoq;. Oportet autem pridie quàm usurpare uelis, aquam bibere. Medicamentum pilis abolendis dicatũ psilotrum appellatum. Asellorum domesticorum, qui tacti conduplicant sese in orbem, pilulæ rotundissime similem, Græci κατηκιδ'ίων ὀνίσκων uocant, pondo denarii duo, sandarachæ pondo denarii quatuor, calcis pondo denarii octo, aceti ueteris cyathus. Lixiuia è ficu tantundem: coquito in fictili, ac in balneo utitor. AILVD. Calcis, ceneris lixiuię partibus duabus, auripigmenti totidem, terræ cimoliæ parte una. in aqua coctis quemadmodum explicitum est, utitor. ALIVD. Simplex

odorisq; expers: cineris lixiui, calcis, utriusque sextariũ, sandarachæ unciam. Coquito, ut dictum est, & utitor. Porrò quæ pilos adimant, in ocularijs exposita sunt.

DE RAMICVM GENERIbus. Cap. LIII.

CVm intestina peritonæo rupto diuoluuntur, operosa est curatio. cum raritatis texturæ uitio descendunt, facilior sanandi ratio est. Ac huic malo pueri potius, utpote humidioris naturæ, sunt opportuni. multiq; adeo citra manus operam medicaminibus impositis, & cõuenienti deligatura persanati sunt. Vtendum uero est facultatibus infra comprehensis, ubi hoc solum addiderimus, affectus solo loci situ uariare. Quando intestinum etiam tantum supra in inguinibus iacet, nostri inguinis ramicem, Græci βουβονοκήλην uocant. Cum in scrotum infra delapsum est, intestinorum ramex, Græce ἐντεροκήλη dicitur. Malicorii igitur drachmæ decem, gallæ immaturæ drachmæ quinque in uini austeri cyathis tribus incoctæ, & in pollinem coactæ, intestino prius perfricato imponuntur: quæ aqua frigida superfusa decimo die soluuntur, sed ita, ut æger in lecto maneat diebus triginta bibatq; cupressi decoctum cũ uino, uel eius globulorum tres obolos, ex diluta uini potione. hoc medicamentum auxiliatur pueris.

ALIVD GLVTINATORIVM.

Symphyti radicis, marrubii succi, amygdalarum amararum, gummi pares portiones. ALIVD. Terebinthini pondo sescuncia, ceræ. thuris, myrrhæ, ichthyocollæ, cochlearum cum suis testis, singulorum pondo uncia, ichthyocolla in aceto diebus tribus maceratur. ALIVD. Cupressi, galbulorum uncia, gallæ tantundem, malicorii semuncia, taurocollæ unciæ tres, mannæ, thuris semuncia, symphyti tantundem, cochlearum cum testis uncia. Galbuli & malicorium uino astringenti diu incoquun-

tur. Et cum reliquis probe in puluerem detritis excepta in usum accommodantur. ALIVD. Aloes, mali corii, thuris, hypocistidis succi, glutini fabrilis, picis, bitu minis, singulorum sescuncia, uini dulcis quod sufficit.
5 ALIVD. Magis uarium, facit etiam adultis, cum mor bus uetustatem nondum senserit: chrysocollæ, taurocol læ, sarcocollæ, ichthyocollæ, lapidis iagatis, lapidis hæ matitis, rhus syriaci, & coriarii, acacię, singulorum sescū cia, lapidis pyritis ignem non experti, magnetis cœrulei
10 coloris, aluminis scisi, mannæ, thuris, singulorum uncia picis brusiæ unciæ quinque, cochlearum cum testis un cia plumbi retosti quod helcisma dicitur, uncie quatuor gallæ, squamæ stomomatis, æris singulorum uncia, bitu minis unciæ sex, myrsinati quod satis est. Vino astringē
15 te arida excipiuntur. Medicamento tam spisso ut di gitos non coinquinet, utitor. Quod si iacere non susti neant, triangula ipsos fascia crasiore, quæq; intestina posit constringere, tuto deligabis. A cibis inflanti bus abstinendum, uino copiosiore, crebris balneis,
20 uehementi motu, nempe cursu, saltu, clamore, & id genus aliis.

AD AQVOSVM RAMICEM qui hydrocele dicitur, ut humor col
25 lectus discutiatur.

Piperis grana centum, lauri baccæ octoginta, nitri dra chmæ uiginti, ceræ drachmæ quadraginta, olei hemi næ dimidio exceptis utitor.

ALIVD. Præstantissimum. Lapidis asii flo
30 ris drachmæ sex, uuę passæ acinis uacuæ drachmæ duæ, cumini æthiopici drachmæ octo, nitri rubri tantun dem. Trita imponito, fouens uesperi & mane: quidam uero adiiciunt etiam sulfuris drachmas octo.

ALIVD. Calcem balnei sordibus exceptam
35 cum cerato impones, & paululum nitri calci misce bis. ALIVD. Radicis brasicæ crematæ cinis

adipe suillo ueteri liquefacto exceptus inducitur: per triduum soluitur. Ne autem humoris magna fiat colluuies, hoc utere malagmate. Ceræ libris duabus & semisse, picis triente, guttæ ammoniaci triente, aluminis liquidi sescuncia. Proficit etiam medicamentum ex populo & reliqua extrahentia.

DE INFLAMMATIONE TEsticuli scrotique & aliis ipsorum affectibus. Cap. LIIII.

SCroti inflammatio hisce agnoscetur notis, is locus leui contactu quamprimum indolescit, feruor, duritiesq; intensa apparent. Testiculo autem inflammationem sentiente non ex leui tactu dolent affecti, sed impactis ualidius digitis rubor & durities ipsius per sũma minor extare uidetur, altius autem impressis illis, durities occurrit, & febris nonnunquam oritur. Itaque testiculorum inflammationibus proprie eõuenit sanguis ex talo dimissus: communiter autem omnibus cataplasmata & cerata. Imponi igitur debent ex lomento diluta uini mixtione cocto cum uuis pinguibus acinorum expertibus & cumino, uel hastulæ regie radix: incocta contritaq; miscetur polentæ æquali, illiniturq;, uel lini semẽ ex diluto uino, uel fœnugræcum ex mulsa, uel lilii radix ex mulsa recentibusve uini floribus cum polentæ polline. Vel senecion, & corianum uiride cum uuis quibus acini sunt exempti. Sin multus infestat ardor, foliis alterci cum triticea farina, aut ciceris delinuntur: uel calami foliis, uel cucurbita syluestri cruda. Si uetustior est morbus cum duritie, cucumeris syluestris radix in mulsa cocta, leuigataq; cum lolii farina admouetur. Item hoc efficax est auxilium, uuarum quibus acini sint exempti, unciæ quinq;, cicerum subferuefactorum sescuncia, cumini uncia, sulfuris unciæ nouem, nitri uncia, resinæ unciæ tres & semissis. contrita omnia cum melle in cataplasmatis formam digerens, utitor. cerata hæc sunt, olei cyathus, colophoniæ selibra, molybdenæ, cumini, uua-

rum passarum, lomenti singulorum triens, ceræ sextās. Molybdena cum oleo adusq; spissitudinem incoquitur, deinde cera resinaq; inditur. Sublatum ab igne egelidū, uuis contritis, farinisq; superfunditur. ALIVD. Olei a
5 nethini & rosacei, ceræ, resinæ piceæ, singulorum quin cunx, cumini unciæ duæ & semissis, stercoris asinini ses cuncia, cuminum teritur cum stercore asinino, ceratūq; refrigeratum miscetur unaq; leuigatur, deinde in panni culum illitum admouetur, lana superaccommodata., o
10 lei omphacini uel butyri, uel resine æquali modo utitor. Quod si à sudoribus ulcera in scroto excitentur, gallā detritam, uel alumen inspargito, pingui & hircino felle perungito. Porrò ad testes incensos terram cimoliam cum aqua prius illitam, sinito siccescere, calidaq; aqua
15 abstergito, myrtum siccam, & smyrnii paulum in pulue rem redactum illinito, si caro in testiculis excreuerit, ci nis sarmentaceus nitro & aqua imbutus curat illitus. Pruritu scrotum irritante, nitrum, pedicularia, Græci sta phidagriam appellant, alumen liquidum, aceto contri
20 tum, rosaceoq;, illinitur in balneo. Vbi laueris, candidus oui liquor cum melle parti inungitur.

DE SEMINIS PROFLVVIO ET ueneris insomniis. Cap. LV.

SEminis profluuium quod Græce γονόρροια appella
25 tur, est inuita ac præter uoluntatem excretio, quæ continue naturalibus non intensis, ex retentricis natu ræ facultatis imbecillitate prouenit: in qua conuenit lū bos conquiescere, pubemque hapso ex uino & melino uel œnanthino adiuuare: mox cataplasmate ex palmu
30 lis, malis, œnanthe, acacia, hypocistide, rhu & similibus. Insidere oportet lentiscini, rubi, & id genus aliorum in uino decoctionibus, uel etiam aquis, cibisq; uti siccanti bus: post prima morbi tempora exercitiis ægros com mittere, quibus totum corpus, partesq; affecte confir
35 mentur. Cæterum quomodo seminis paretur fœcundi tas libro primo, ubi de sanitate tuenda agitur, abunde

tractauimus. Vbi etiam illorum qui uenerem exercere nequeũt, scripta est curatio, item quæ ad ueneris insomnia proficiant, porrò iuuabit genituræ profluuio laborantes, & cubile frigidum, & dextri lateris, uel sinistri incubitus, item medicaměta frigida lumbis substrata, qualia sunt corianum, cicuta, cerussa, portulaca, omnia uero ex aceto. 5

DE SATYRIASI. Cap. LVI.

Satyriasis est naturalium palpitatio quæ nonnulli seminis uasculorum inflammationi cum intensione superuenit: hæc nisi finiatur, eadem genituræ cõceptacula in languorem resolutionemq́; aut conuulsionem ex hoc uitio solet præcipitare. Moriunturq́; in cõuulsione ista celeriter homines, cum tumore alui & frigido sudore. at mulieribus raro hoc mali accidit. sanguinem igitur protinus demittere conuenit, uictu uti tenui, & abstemio, eumq́; assumere quotidie, ualenter nunquam, sed paulatim. Laudatissimum igitur est remediũ, beta, malua & mercurialis momentum, & ius esculentum cochlearum: nil mali fuerit etiam ex simplicibus clysterem ab inferiore parte iniicere. Quæ uero utinam mouent, potestates cauendæ sunt: lumbis refrigerantia quoque admouere oportet, ut solani succum, aut portulacæ, aut alterci, aut cicutæ. Necesse uero est colem pubemq́; frigidorum, quibus leniendi uis inest, aliquo delinere, nempe argenti spuma, cimolia, creta, cerussa, aceto dilutis, aut aqua, aut uino dulci, aut sapa. supino cubitu conquiescere nociuum est. Rursus confert bibere nympheæ radicem, iridem & adianthum. Rute uero succi potus profuerit, & seminis profluuio laboranti, & cui naturalia sunt arrecta. Cibus datur frumentaceus modicus, sitis indicitur. At si prorogatur uitium, cucurbitule cute ferro incisa defigende sunt. Si plenitudo adsit, etiam hirudinibus uacuare, & uentrem cruda polenta oblinere, alienum non est. 10 15 20 25 30 35

DE PRIAPISMO. Cap. LVII.

PRiapiſmus eſt firmum genitalis incrementum, quod in longum latumq́, intnmeſcit, citra ueneris appetentiam. flatulentus nimirum eſt ſpiritus qui particulam in tumorem attollit, humorum uiſcoſorum craſſorumq́; ſoboles, modici caloris beneficio. Notum uero eſt cuilibet, particulas non eſſe calefaciendas, ſed leniter refrigerandas, cerato roſaceo cum aqua contuſo item chamemelino in genitali & lumbis impoſito, uictus & medicamẽta exhibentur, quæ exteuuare citra manifeſtum calorem poſſunt. Applicabũtur etiam quę naturali modo operantur, experimentis ac uſu probata. Nymphæa his quoque potui dabitur, agni ſemen, rutæq́; uiridis obſoniis mixtum. Sed per initia id non aſſumi debet, ut quod uehementer calefaciat: uerum poſt aliorum extenuantium uſum. Id faciundum uenit, cum uacuationem per uomitum moliris. Nam uicinæ partes ſæpe per aluum inferiorem profluunt. Exercitium fricatioq́; ſpiritibus diſcutiendis recte adhibentur. Nulli prædictorum uenus prodeſt, niſi quibus ex huius abſtinentia ſemen abundare coniicimus.

DE PARTICVLIS INEFficacibus. Cap. LVIII.

QVi hoc uitio laborant, non ruunt in uenerem, eoq́; animum perdunt. Cauſa horum eſt, particularum reſolutio, uel ſeminis inopia. Cum igitur ea quæ ſemini generando ſunt, libro primo inter pͤcepta ſalubria expoſuerim, tum quæ ſimplici uirtute ad uenerem incitant, nunc ualentiora adiicere oportet. Communiter igitur medicamentis quæ à laſſitudinibus reficiendis, acopa dicuntur, ad reſolutionem inſcriptis, hic quoque utendum eſt. Priuatim ſtellio concrematus, in pollinemq́; redactus magno dextri pedis digito, oleo adiecto illinitur, & uenus exercetur: ubi ceſſare uoles, digitus abluitur. Iam medicamentum

ex stellionibus efficax est. Potui uero dantur quæ incitant, quale hoc primum est, piperis, baccarum pini, petroselini, ceruini genitalis ramenti, terebinthinę pares portiones. melle excipiuntur.

ALIVD. Cicerum crudorum, baccarum pini, singulorum unciæ due seminis erucæ, piperis, singulorum uncia, mellis datur quod drachmas duas impleat cum uino. Item satyriace dicta ex multis composita congruet, atque id genus alia. Inspicere præterea oportet reliquas morbi causas, & conuenientem ipsis curationem accommodare.

PVDENDORVM ET ANI remedia. Cap. LIX.

NAturalium aniq; ulcera citra inflammationem oborta, medicamentis indigent, quæ uehementer resiccant: cuiusmodi sunt ex charta combusta, anethum ustum aridum, cucurbita concremata. At siccis recentibusque ulceribus, etiam aloe præsens est remedium, si arida in puluerem redacta applicetur. Porrò omnium lenissimum est, & nihilominus efficax pompholyx. At si humidiora euenerint ulcera, piceæ cortex per se, & lapis hæmatites. sin alte descenderint, manna miscebitur. Si pascendo serpant, lenticula cum malicoriis illinetur, utendumque est Coraco ea oxymelite appellato, & bithyno, ad hæc eo quod ex charta componitur. Rimas autem naturalium sedisque, Græci uocant rhagadas, ieuat resina fricta cum rosaceo contrita, ut sordium fiat spissitudo, adiecto etiam luteo oui, opioq; uel hederæ foliorum combustorum cinis cum rosaceo in plembea pila tritus admouetur. Iam pastillus ex œneleo, & lithophrigium admodum probata sunt remedia ad rimas, tum sordida ani ulcera, præsertim quæ elidi nequeunt. ALIVD simplex, quod etiam acimoniam obtundit. Cadmiæ, piperis singulorum unciæ duæ, rosarum ungue ex foliis desecto, unciæ sex. Aridum inspergitur parti, apio quam nostri radicem syluestrem uocãt,

prius

prius absterfæ. Ad condylomata uero faciunt chalcitidis hyssopi, medullæ ceruinæ, rubi foliorum æquales portiones cum cerato, idem præstant pastilli ex œnæleo similiter. Quod si in cole intra genitalis foramen ulcus 5 delituerit, pus, uel sanguis citra urinam redditus fatebitur. Curatur primum dilutiore mulsa collutum, mox lacte, postea collyrio asteri lacti mixto, aut albo pastillo, aut is qui uocatur dialotarion in plumbea pila subactus demittitur, uel etiam penna tincta perlinitur, inde tenue 10 linamentum tortile unctum imponitur. Præstantissimū uero est etiam quod capit gallæ, pompholygis, amyli, & aloes pares modos, rosaceo & plantaginis succo maceratos.

AD NATVRALIVM DOLORES.

15 Butyri, resinæ, paribus portionibus pulchre liquatis perungito uel seminis lini succo, æquum myrrhæ & resinæ frictæ pondus leuigatum imponito.

AD INTVMESCENTIA PVDENDA.

20 Vitis foliorum tenerorum pondo denarii, cerussæ pondo denarium quinque, trita applicantur. Cæterum fotu ex aqua marina frigida coles recreatur, deligaturque. Carnosas naturalium excrescentias, quas Græci thymos uocant, compescit, nec sinit rursus augescere cinis palmitū 25 cum aceto illitus, item salicis corticis combusti cinis, In uniuersum & thymus, & myrmecia, & uerruca pensilis quæ dicitur acrochordon per medicamenta ualenter exulcerantia eliduntur: iis autem quæ exedunt, emoriūtur. Proprie contra hæc uitia proficit, elaterium cū sale 30 impositum, grossi cum aceto, nitro & farina. Liquor fici illitus, smaridis caput salsum crematum in cinerem, ærugo cum sulfure uiuo combusta, tithymalli liquor illitus, ocymi folia cum atramento sutorio, uel heliotropii maioris fructus cum uino iniectus.

35 AD ANI INFLAMMATIONEM.

PAV. ÆGIN.

Cerussæ pondo unciæ quatuor, pompholygis pondo uncia, uel cadmiæ teneræ, thuris pōdo uncia: sereos succi hemina diluuntur, succus autem paulatim affunditur, donec absumatur. Deinde ceratum ex unciis duabus ceræ, & rosacei libra confectum: ubi deraseris, miscetur: ualidæq; emollitur. Demittitur aūt instrumento quod πυῤῥλκον Græci nominant, & superdeligatur, facit autem ad ani fissa cum inflāmationē sentiunt. itē aduersus sedis exulcerationes, cū ardore, aut rosione infestantes. 5 10

AD SEDIS ERYSIPELATA.

Medicamenti, quod ab herbarum succis diachylon appellatur, pondo libra, rosacei quantum satis est, panis puri pondo libra, croci pondo uncia, opii pondo uncia. crocus & opium passo macerantur, panis aqua. Deinde leuigatis ipsis, medicamen diachylon, & rosaceum admiscetur, emolliturq;. Vtile est etiam ad podagras calidissimas. ALIVD. Arcet ani inflammationem cerussa cum uino, rosaceoq; in pila plumbea, & cochleari simili trita inunctaq; uel cerussam & oui candidum rosaceumq; in eadem pila leuigata, dum sordidum spissitudinem habeant, perungito. 15 20

HEDRICVM AD ANI DOLORES.

Alterci folia tenera, portulacæ folia tenera, micas panis in uino tinctas, ouorū tostorum lutea pari pondere, rosacei quod satis est. ubi locum rosarum & meliloti decocto foueris, cataplasma imponito. 25

HEDRICVM OPTIMVM AD ani inflammationes, eiusdemq; excrescētias.

Cerussæ, spumæ argenti, suffinrinis ammoniaci, bdellii, singulorum scrupula sex, terebinthinæ uncia, ceræ semūcia. Arida succo solani, alterci, uel portulacæ conteruntur. Quæ liquantur, ubi illis adiuncta fuerint, excipito. Et solutis rosaceo, utitor. Iam medicamen phicotyche, & ex plumbagine præparatū. Ad hæc quod Græce dialotariō dicit. Præterea pastillus ex halicacabo & ex ro- 30 35

fis ad ani inflămationes genitaliūq́, laudata sūt remedia

AD EXCRESCENTIAS ANI.

Excrefcentiis fi inflammatio adeft, opitulantur generatim iam commemorata, & proprie hic paftillus: Cerufsæ quadrans, pompholygis uncia, argenti fpumæ fextans, maftichæ fcrupula fex, alterci fucco excipiuntur. Si careant inflammatione, cupresfi galbulorum combuftorum cinis loco dolenti, uino prius abfterfo infpergitur, uel cucurbitæ aridæ corticis combufti, uel palmularum osfium cinis fimiliter, uel teftarum ouorum, & fœniculi cinis, uel fucci mali Punici foliorū, æq̃lis modus. Vino albo deterfa pars diebus feptem eluitur. callofa autem tubercula calce et auripigmento cum aceto acri trito recte etiam in fole perungis.

DE HÆMORRHOIDIBVS.

Venulis, quæ in ano extant, iufto largius inanitis, habitū in aquam fubter cutem refolui contingit, & affectos infeliciter cibum fentire, ac contabefcere: periculum uero eft, ne largum quoque fanguinis profluuium accidat, quemadmodum ne idem in totum fupprimatur: unde laboriofa eft curatio. Quare cum plura uenarum ora in ano patefcant, unū non fuppresfum purgationis gratia relinquere oportet. Quædam fuperius cæcæ delitefcunt, eoq́; uix curantur, quæ quidem nihil excernūt, fed dolorem mouent acriorem. hæ fucco cyclamini illito adaperiuntur. Contra eas uero quæ immodice fundunt fanguinem, fpinæ Aegyptiæ, foliorum fambuci, artemifiæ, fingulorum unciæ quinꝗ, fideritidis unciæ quatuor, coquuntur in aquæ heminis octo ad dimidias, inde herbæ proiiciuntur. Aquæ uero mifcetur aridum hoc, cretæ futoriæ, μελαντηρίαν Græci uocant, ariftolochiæ rotundæ fingulorum drachmæ octo, argenti fpumæ drachmæ quatuor, gallæ drachmæ tres, mifyos drachmæ duæ, fereos tantundem. ubi aridum decocto folueris, fepties quotidie irrorato. infecuto die pati modo aliam confectionem menfura æqualem indito: fic

tertio. Et si reliquiæ aliquæ remaneant, quarto die acicu la compunges: si sentiat æger, aut cruor emanet, deco ctum similiter facit. aridi uero partem dimidiam misce bis. Cum foueris, arido attingito, ut exacte adurantur. panis ob inflammationem illinitur. ALIVD. Panis purus in garum primæ notæ tinctus, ustusq; in nouo fi ctili, & pertritus illinitur, ano prius uino abluta. Facit et ad tubercula. ALIVD. Sereos denarii duo, chal citidis denarius, misyos tantundem, atramenti sutorii, qđ chalcanthum dicitur, denarii tres, aluminis scissili dena rii nouē, æris combusti denarius, cretæ sutoriæ denarius sicco utitor. Cibi erunt, iis qui supra modum inaniuntur pauci sanguinis, efficaces, & minime recrementitii, quiq; siccant, & astringunt, cuiusmodi est chondrus ex posca lotus: oryza & alica. Ex oleribus conueniunt intybus, ci choreum, portulaca: inter uina, quæ astringunt. In hæ morrhoidibus autem cæcis, his contrarius uictus pro derit: potissimum uero lolliginū, sepiarum, multipeda rum, torpedinis, selachiorūq; esus probe cōueniet. hæc enim sanguinem commouent, item quæ mensibus cien dis sunt, hisce congruunt.

AD PROCIDENTEM ANVM.

Ericæ fructus, gallarum, cerussæ, acaciæ, hypocistidis suc ci, piceæ corticis, thuris, myrrhæ minyæ, paria pondera. Sicca admoueto, ano uino prius austero detersa. ALIVD. Recrementi plumbi, rhus syriaci, singulo rum *unciæ octo, rosarum floris drachmæ quatuor, myrrhæ minyæ drachmæ duæ. Vtitor sicut priore. ALIVD. Piceæ corticis, mannæ, spumæ argenti, sin gulorum drachmæ octo, cupressi orbiculorum sicco rum, plumbaginis singulorum drachmæ duæ: utitor quemadmodum præceptum est: item urina ipsius ægri calens adhuc superfusa adiuuat.

* Melius drachmæ octo, ut habet Ga lenus in eodē me dicamēto

DE VTERI AFFECTIBVS ET primum de mensium purgatione, Cap. LX.

MVlierum plurimis, menses quartodecimo anno fluere incipiunt: paucis, ante tertiumdecimũ, aut duodecimum, plerisq; autem post quartũ decimum erumpunt. Tempus cuique purgationi statũ non est, ordinatumq́; multis ad duos tresve dies, haud paucis usque ad quintum profluit, aliis etiam adusque septimum: raro ad duodecimum purgatæ sunt. Porrò desinunt menstrua aliis anno quinquagesimo, paucis autem usq; ad sexagesimum durant. Nonnullis à triginta quinq; annis, præsertim obesis, menses cessare incipiũt. Strangulata igitur purgatione, lauandum est circiter statum menstruale tempus, ac præsumetur potui, aut sesamum, aut capita porri cum pipere, & ruta simul incocta. Potio autem ex passo cretico erit, cuius heminæ mensura pota ambulationibus menstrua dimoueantur. Cibus sit, lolligines, sepiæ, polypodes, & quę eiusdem sunt generis: quippe sanguinem proprie commouent.

DE MENSIVM SVPPRESSIONE. Cap. LXI.

SVpprimitur mẽstrualis purgatio, interim toto corpore male affecto, nonnunquam uero locis peculiari uitio conflictantibus ex frigiditate insita, aut ictu, aut intemperie abortum, seu acquisita malignitate: magna uero ex parte ob hebetudinem: uel principaliore quadam parte primario affecta, nempe iecinore, aut uentriculo, aut thorace, aut id genus aliqua, longo morbo uitiata. At suppresio complures affectus longos solet procreare. Cum igitur propter aliquod interaneorũ uitium primarium purgatio circunciditur, aut strangulet ur, ex usu maxime fuerit, id quod primario afficitur curare, inde uteri habere rationem. Notæ quibus hæc deprehenduntur, in superioribus sunt expositæ. Cum uero nihil illorum adfuerit, constat liquido primario affectu occupari. Itaq; si ætas non prohibet, aut habitus, aut aliud quippiam, uenam oportet incidere, idq́; non ante

statum mensium tempus: sed ubi iam accesserit, decem dies superadiiciantur. Detrahetur autem sanguinis, neque plus duabus libris & semisse, neque minus una, si quidem uenam diuiserimus. Sin autem nõ, hiera diacolocynthidos purgari debent, duarum drachmarum pondere, in sex mulsæ cyathis. Si febris adsit, hiera quidem uti non expedit, uerum sanguinem mittere in primis febriculæ diebus est opportunum. A purgatione reficiendæ sunt mulieres diebus pauculis insecutis, exercendæ obambulationibus, inferiorum frictionibus, & balneo. Cibi congruunt distribui faciles, et liquidi, olera dulcia omnia, pisces saxatiles, ex auibus teneriores, lactis potio, ex melle cõfectiones, μελιπώματα uocant, uinum tenue, album, non adeo uetustum. carnes inidoneæ his sunt, & legumina, præter ptisanam. Vbi statum mensium tempus propinquum est, dantur ex marinis selachia, & malachia, ut dictum est, item ostracoderma, hoc est, testaceã cutem sortita, capitata porra, cum ruta & pipere cocta, eorumq; ius potui datur, infernæ partes uinculis, tribus quatuorve diebus constringuntur. Cum instat tempus purgationis, tollitur deligatura, myrrhæ obolus bibitur, aut fabæ instar, uel castorium ex passo, aut mulsa, uel decoctum artemisiæ, aut saluiæ post balneum ex passo absinthioq;. Absinthites autem uinum per totius curationis decursum potatur. Vbi accesserit iam menstruale tempus, si nihil, aut nulla mentione dignum fuerit excretum, ex talo sanguis detrahẽdus est. Post septimum, aut octauum diem, purgatione ex hiera utendum est, secundum quartum diem, dropax pubi, lumbis & feminibus applicetur, atque aquæ potu triduum usa, sinapi cum æqua panis macerati portione adusque æquinoctium admoueat, deinde lauet, insecuto mense ficus siccatæ in uicem panis misceantur decocto fœnugræci, maluæ, pulegii, rutæ & artemisiæ. In sinum uero dimittetur, susinum, aut amaricinum, pessusq; enneapharmacus, aut libanius. Est autem pessus lana pectita, siue quodcunque

aliud teres, digiti humani formam præferens, quo medicamenta sustinentur. Hæc igitur curatio plerisque ad purgationem abunde fuit. sin autem uehementioribus indiguerit medicamentis, hæc sunt, iris illyrica cum uino pota, iunci angulosi, ariq; radix, casia, iunci rotundi flos, & nardus, helenii radicis decoctũ, myrrhæ ad fabæ Græcæ magnitudinem cum passo ex dimidio mulsæ cyatho pota, atque dictamni decocti cyathi duo, itẽ ammoniacum & sagapenum. Quæ minus stomachi uitiis sunt opportunæ, etiam opopanacis paululum in globulos redactum percocto melli intinctum, assument. Iam uero consueta nobis semina menses mouere possunt, sed minus: fœniculum, cuminum, apium, daucum creticum, seseli, ami, sinon, cicer, fructus cedri, ac omnia quæ urinam prouocant. Accedunt huc myrrha, absinthii, aut lupinorum decocto trita aut rutæ succo leuigata, bdelliumq; similiter, styrax, syluestris oleę gummi, aut rutæ succi itidem, aut longa aristolochia, in collyrii formam concinnata. Persimiliter etiam magni centaurei radix, aut ueratri, aut liquor scammoniæ, & cucurbitæ medulla per se, & artemisia applicata cum ruta, insuper & galbanum suffumigatum. Eadem uero & fœtus solent educere.

DE IMMODERATA PVRGAtione uteri & sanguinis profluuio.

Cap. LXII.

IMmmodicæ purgationes mulieribus oboriuntur, interim mensibus confarctim ac concitatius erumpentibus, interim ob partus grandiores quæ plerunque etiam sponte sua cessant. Crebro autem abortiui fœtus causa, uehementi laborant profluuio, ut subinde periculum accedat. Imprimis igitur extremi artus ab alis et inguinibus, uinculis excipiuntur: Posca non frigida potui datur, eademque fouetur, iniiciunturq; loco multæ lanæ, ex uino, oleo, uel rosaceo, uel melino, uel myrteo expressæ. Cibus dabitur chondrus

lotus ex posca:uel oryza,uel alica:uino abstinetur.Eius loco hydromeli austerum,aut omphacomeli,aut huius modi quippiam ipsis exhibetur. Balaustium in posca propinatur,uel hypocistidis,uel acaciæ succus,uel lyciũ, uel samius aster,uel immatura uua sicca, uel rheon, uel lenticulæ ex Italico fictili combustę cinis. Aut sesamum editur in posca madefactũ, quoad molle delicatumq; euaserit:insinuata uero per naturalia,sanguinis fluorem sistunt,hypocistidis succus,aut acaciæ cum mãna in aceto contritæ. Mirifice auxiliatur spongia in uino, aut liquida pice demersa,appositaq;,uel combustę ipsius cinis cum aceto,uel posca admotus. Similiter etiam ilicis italico fictili concrematę cinis. A foris autem imposita iuuant astringentia epithemata, & confecta ex palmulis,& cotoneis:cataplasmata,quę melicoria receperint,aut ilicis glandis,aut rubi surculos,aut lentiscifolia, balaustium,acaciam,hypocistidem,gallam, brathi,alumen. Maxime uero hoc,taurocolla madescit posca, quousque soluatur. deinde in linteolum ualidum illinitur,lumbisq; agglutinatur. Efficacia ad hoc sunt,& glutinantia emplastra, ueluti Armonia, Icesios, Athenę, Nelinę, Indicia,& similia. Pessuli quoque ad sanguinis profluuium sunt utiles. Gallæ interius leuigatum, & thuris lachryma aqua diluta apponitur, uel cytini, uel mala Punica dulcia similiter, uel polygonum tritum. Componuntur autem, aluminis scissi, gallarum interioris, acacię succi, mannæ, singulorum drachmæ quatuor, ouorum tostorum lutea quatuor: arida leuigantur succo plantaginis, miscenturq;. Cum usus exigit excipiuntur in pessum lana, & in rosaceum intinguntur, applicanturq;. Iam cucurbitulæ leues magnæ frequenter subter mamillas affixæ abunde retrahunt. Insessus autem profluuio sanguinis laborantibus conuenit, ex marino iunco, Græci uocant oxyschœnum, capitibus myrti, rosis, rhamni foliis, rubi surculis, æquali pondere in aqua

coctis. ALIVD. Mali Punici dulcis radicis corti-
cis, myrti, cupressi corticis, singulorum tres partes, gallæ
pars una, aquæ quod satis est. Infundito autem per oria-
cularium clysterem succum plantaginis, aut sereos, aut
5 polygoni, aut solani, aut perdicii herbæ, aut psyllii, aut hy
pocistidis, aut acaciæ, eaq; lana aut digito, aut specillo,
aut pinna in longitudinem figurata, adusque orifici-
um imponatur. Insuper pastillus Andronis per oricu-
larium infusus cum quodam ex succis commemoratis,
10 aut uino astringente efficax est remedium.

DE FLVORE MVLIE-bri. Cap. LXIII.

VVluæ fluor, totius corporis recrementi est de-
stillatio. Talem uero speciem id quod euacua-
15 tur, repræsentat, qualem humor in corpore supe
rans. aliud rubrum, ueluti sanguinis sanies, aliud candi-
dum, pituitæ soboles est, pallidum aliud, aliud biliosum
interim aquosum. at si sanguis purus, sicut in uenarum se
ctione, efferatur, attendendum est accurate, ne quædam
20 in uulua erosio sit excitata. his notis fluor deprehendi-
tur, loci continue madent humoribus, colore uarianti-
bus, laborans decolor est, cibum non sentit, eumq; fasti-
dit, in obambulatione difficulter spirat, oculos habet p̃-
tumidos, nunc cum dolore, nunc citra illum, aut cum ex
25 ulceratione, aut sine illa, aut inflammata, aut sordida, aut
pura. Toti igitur corpori auxiliantur, quæ citra manife-
stum calorem exiccant, cum affectus sit humidus, frictio
totius corporis, & unctio ex melle abunde cocto, medi
camina dantur urinam cientia, utpote aqua, cui asarum
30 & apium sit incoctum: uacuatur etiam totum corpus p
aluum: præterea portulaca commanducata, succusq; ip
sius potus præsidio est. Item balaustium, rubi fructus &
flos, roboris pars quæ sub cortice habetur, trunci mem
branosum, & quod glandis putamini subest. Equisetum
35 maxime sistit rubrum fluorem, potum ex aqua, aut ui-
no. Vet hypocistis, lentisci fructus torrefactus, cum uino

ſumptus, ſamius aſter, lemnia ſphragis, coagulum lepo ris, aut hœdi, aut ouis, aut uituli, aut cerui, uinaeea trita, myrti, uua immatura ſicca, piceæ cortex. & quæ ad uuluam ſanguinis profluuio laborantem dicta ſunt, non ad modum efficacia. Vbi uero cum labore fertur, per ſiphonem uteri, clyſteremve alicę ſuccum, aut ptiſanæ, aut tragi, aut oryzæ demittes cum aliquo medicamentorum quæ dolorem ſopiunt, ἀνώδυνα Græci uocant, & in acceſsionibus recte lenies. Cum remittit, circuitũ enim nonnunquam habet, dimouere geſtationibus, diuerſisq́; obambulationibus & uoce, inunctionibus, cucurbitulis, dropacibus ad partes ſupra poſitas, inſolatu, frictionibus, pſilothris, ſmegmatis, ſinapiſmis, uomitibus à radicula uti conſultum eſt. Recolliguntur uires, balneis, uino, uario ciborum genere.

DE INFLAMMATIONE VTERI, & declinatione. Cap. LXIIII.

INflammatio uuluæ, pluribus ex cauſis oboritur. nẽpe ex ictu, menſium retentione, frigore, & inflatione adeoq́; ex abortu, item ex fœtu ſiniſtre edito. Comes inflammationis uuluę eſt febris acuta, dolor capitis, tendinum, baſis oculorum, brachialis, digitorum, & colli conuulſio, inclinatio in aduerſum, ſtomachi ex conſortio dolor, oris uuluæ conniuentia, pulſus exigui, crebriq́;. Et ſi languida fuerit inflammatio, haud ualido uteri dolore torquentur. Sin uehemens, & ipſa tota pulſatilem cruciatum percipit, undequaque inflammatione obſeſſa. ſi pars ipſius illam ſentit, in ea magis dolor intenditur. nã ſi poſteriora ipſius ſolum laborent inflammatione, dolor lumbos inuadit, ſtercus in longanone compreſſo retinetur. ſi priora, dolor pubem occupat & ſtillicidium, aut urinæ difficultas ueſica preſſa excitatur. lateribus inflammationem expertis inguina tenduntur, et crura grauantur. poſteriore uteri parte inflammata, in umbilico dolor potisſimum cum tumore infeſtat. Cum uero os uuluæ inflammatio affligit, in ab

domine dolor est, digitoq; immisso os occurrit durum rigidumq;. Itaque in curatione primum usui uenit fotus ex œnelæo, uel uino rosaceo, super pubem & lumbos adhibitus hapsis ex lana puriore citra deligaturam. Cibo abstinetur triduum, secundum quod sanguis ex cubito mittendus est, si nihil prohibet. Curatio absoluitur chondro ex aqua mulsa, uel pane, uel ouis sorbilibus, uno die interposito. Post quintum, cataplasma superaccommodatur, polline farinaceo, semine lini, fœnugræco, ex mulsa, in qua papauerum capita decocta proiiciantur & ex oleo. At si inflammatio erysipelatis naturam sortita excandescat, meliloto in passo cocto tritoq; ouorum tostorum lutea adiicito cum rosaceo, uel melino, uel crocino, illinitoq;: aut palmulas uino tẽperato feruefectas, cum polentarum polline, aut quodam ex enumeratis unguentis leuigato, perungitoq;, in morbi declinatione ceratum nardinum, aut cyprinum iniiciendum est. Per totum uero morbi decursum, etiã insessus utiles sunt ex decocto fœnugræci, seminis lini, maluæ, artemisiæ, & oleo. In iis autem quæ non sustinent calorem, ex aqua calida rosaceo superfuso: pessos autem infusionesq; adhibere conuenit ex hyssopo, butyro, medulla ceruina, adipe anserino, unguento susino, & cera thyrrenica. in quibus autem calorem ferunt, etiã pessus qui ab aureo colore chrysus nuncupatur, ipsis conueniet, item enneapharmacus: rursus in quibus non tolerant, ex ouo, rosaceo, adipe anserino, uel gallinaceo adaptabitur. Porrò ad inflammationes magis furibundas ex herbarum succis pessus in uase fictili cum rosaceo liquefactus miscetur succo plantaginis, uel sereos, uel cichorii, uel intybi. Aut hoc utere: adipis anserini, uel suilli recentis drachmis quatuor. cerati rosacei, uel susini sextante, ouorum tostorum luteorum uncia, croci drachma, myrrhæ tribus obolis, opii obolis duobus, uel loco opii, papauerum capitum decocto: si dolor multus excruciat, lachrymę papaueris

instar lenticulæ cum lacte muliebri, & succo fœnugræci apponendum exhibeto. At si inflammatio cum duritia infestat, medicamentum rosaceo solutum, applicatur, uel infunditur. Si à naturali sede in latus uulua declinauerit, per accessiones similem inflammationibus curationem recipiet, ubi remittitur dolor, leuioribus utendũ. At ubi malum inueterauerit, roborantibus, quæ metasyncritica dicunt. Extrinsecus autem duritie oborta, malagmatis pugnandum, nempe ex sertula campana confecto, item Mnasei, Icesio, nigro Serapionis, aut pyrino: uictus autem per initia tenuis adhibetur. Cum paulum releuati fuerint ægrotantes, ad balneum ducentur. Varius magis cibus & leuior utilis erit.

DE VVLVÆ ABSCESSU. Cap. LXV.

INflammatione in abscessum transeunte, dictæ quidem notæ intensiores erunt. Præterea inordinatæ cum horrore accessiones ipsis obueniunt. primis quidem temporibus intensæ, cum doloribus ad ultimum, ubi suppurauerit aliquantulum remittunt. Postquam uero erumpit uomica, dolores acriores subinde uisi sunt, ceu lacinantes & punctus modo incidere, febriculæ, uehementiores infestant. Atque urina nonnunquam retinetur, aliquando stercus, impedimento in affecta uteri parte facto. Aliàs tumor in pube eminet, & ueluti exundationis sensus, cum abscessus maior fuerit. At quod in expositis locis est, etiam oriculario spicillo, aut digitorum tactu deprehenditur, propter quod dolores ob neruosam oris uuluæ membranam acriores urgent, sicut in fũdo sinuq; minus doloris percipitur, & digitis quidem tumor non cedit, os autem gracilius ostenditur. Suppuratio celerius adiuuanda est cataplasmatis ex fœnugræco, semine lini, farina hordeacea, aut frumentacea, cui ficus coctæ adiiciantur, interim & stercus columbinum. Insessus ad inflammationem scripti, frequentiores utiliter usurpantur, Item pessuli ex terebinthina, myrrha, hys

ſopo,butyro. Abſceſſu autem rupto, ſi ad ueſicam pus euaſerit,lactis & cucumeris ſeminis potu utendum eſt: ſin ad langanonem, lenticuli & malicorii decoctum in- detur aluo. At ſi in ſinum purum quidem pus eruperit,
5 roſaceum infundetur, aut candidum oleum, aut tetra- pharmacum baſilicum,aut butyrum recens. Quòd ſi ef- feratur ſanies tenuis fœtida,ceu ab ulceribus depaſcen- tibus,magis aſtringens erit enema ex myrto,palmulis,& lenticula. Si uero humoribus etiam excretis, inflamma-
10 tio diuexet,perſiſtere in cataplaſmatis,& inſesſibus, ra- tio eſt. Cæterum ſi in uuluæ oſtiolo,abſceſſus ſit obor- tus,neque rumpatur,partibus,quæ puri incumbunt, ex- tenuatis,ad pus expellendum, quod manu adminiſtra- tur,diuertere. conſilium eſt, ut in chirurgica pertracta-
15 bimus.

DE VTERI EXVLCE- ratione. Cap. LXVI.

EXulceratur ſubinde uulua ex infelici partu,aut fœ tu excuſſo,aut corrupto,uel ex medicamentis a-
20 cribus,uel fluore,uel abſcesſibus diruptis. ſi igitur prompta in conſpectum uenerit exulceratio,ſpicillo o- riculario,quòd διόπτρισμον uocant,deprehenditur. ſin al te deſederit,ex recrementis. Humor enim diuerſus ex- cernitur:inflammato quidem ulcere,paucus, cruentus,
25 aut fœculentus cum magno dolore:ſordido, copioſi- or,& ſanies cum minore cruciatu:depaſcente,fœtidus, niger cum doloribus uehementioribus, aliiſq; inflam- mationis ſignis,præterea quæ laxant medicamina, hoc irritant,contraria leniunt. Cum purum ulcus eſt,humor
30 paucus,æqualis,odoris expers,craſſus,candidus,ob ex quiſitum loci ſenſum excitatur. Si inflammationem ex- peritur ulcus,iis quæ ad illam ſcripta ſunt, utendum eſt. In ſordido ptiſanæ cremor cum melle ano immitten- dus eſt,aut tetrapharmacum cum ruſino, uel mulſa, in
35 qua fœnugræcum ſit decoctum,aut malua,aut furfures aut lenticula cui cortex ſit detractus. Porrò quo magis

expurgetur, etiam marrubium, aut eruum, uel melli ad-
iuncta erui farina, uel iris, uel alumen rotundum, uel ali-
quid simile iniiciatur. Hæc ipsa etiã extrinsecus ex mul-
sa macerata illinuntur. Peculiarius prodest hoc medica
mentum. Crocus primæ notæ leuigatur cum lacte mu- 5
liebri, deinde exceptus cerato rosaceo, cum adipe anse
rino inungitur linteolo. uerum quod infra ponitur, isto
quoque efficacius dolores discutit. Capita papaueris in
passo temperato madescunt diebus tribus, deinde inco
quuntur, donec emollescant, postea teruntur unà cum 10
rosę foliorum drachmis quinq;, croci drachmis tribus
iure capitum papaueris admisto, inde ceræ cum rosa-
ceo liquatæ denarii duo ipsis superfunduntur, ac pessu
lo apponuntur in rosaceo tincto, Salutare est etiam me-
dicamen ex ouis, croco, rosaceo, adipe anserino, cerui 15
medulla præparatum. Item Ægyptia citra æruginem
mirifice ad exulcerationes conducit. ubi pascendo ser-
punt ulcera cum inflammatione, illinitur panis egelida
maceratus, ex hydromelite, oleo, althea, fœnugræco,
palmulis pinguibus. Cæterum plantaginis succus, sola- 20
ni, polygoni, sereos indetur, primum per se, mox cum
uino austero, aut aceto. At citra inflammationem serpẽ
tibus, robustiora iniicientur, ueluti decoctum malicorii,
rosarum, summitatis oleæ, cupressi, malorum cotoneo
rum, rubi, myrti, lentisci fruticis, rhamni, rhus coriarii ex 25
uino astringente. postea uero aluminis, acaciæ, lycii, hy-
pocistidis. ex eisdem uero decoctis parabitur etiam in-
sessus: si nihil proficitur non alienum fuerit medicamen
ex charta cum posca primum demittere, deinde cum
aceto aut Antheram, aut chalcitidẽ, aut atramentũ su- 30
torium, eisdem liquoribus, & quæ dysentericis congru-
unt: cibus dandus boni succi modicus. purgato ulcere,
ægrotans balneorum ciborumq; uarietate sollicitari, ui
noq; refici debet, quo caro statim procreetur. Pessi lo-
co apponetur medicamentum, diamoron, hoc est ex 35
moris, dilutum cadmia, uel ladano, uel plumbagine. A

foris autem emplastrum, quod cicatrici ducēdæ est, abdomini coxisq́; imponitur. Quemadmodum enim cataplasmatum, ita etiam emplastrorum facultas per latētes meatus traducetur.

5 DE CANCRO. Cap. LXVII.

CAncrorum uuluæ alii cum exulceratione, alii citra ulcus inuadunt. ubi igitur exulceratio non est tumor in uuluæ ostiolo reperitur durus, inæqualis, prætumidus, colore fœculentus, subruber, interim 10 subliuidus ac uehemens dolor exercet inguina abdomen imum uentrem, & lumbos. Ad manus contactum uariamq́; medicinam excandescunt. Exulcerato autem cancro, præter dolores, durities, tumoremq́;, ulcera erosa ac inæqualia conspiciuntur, plurima ex parte sordida 15 labris prætumidis, albicantia, concreta colluuie humorum ingrata. Quæ uero pura uidentur, fœculenta, liuida, subrubra, & cruenta apparent: sanies inde manat cōtinuo tenuis, aquosa, nigra, aut fulua, grauiter olens. Interdum uero & sanguis defertur, aliæq́; notæ in uulua 20 inflammationem testantur. Itaque affectus nulla medicina sanatur, Quemadmodum etiam Hippocrates ꝓnuntiauit, lenire tamē est insessibus ex fœnugræco, malua, ac cataplasmatis similibus. Insigniter autem leniunt, solanturq́; in accessionibus malua, aut althea in mulsa 25 liquefacta, & rosacei paululo leuigata, illitaq́;. Ad hæc cataplasmata ex ficis siccatis, melilotis, ruta, thure, bunsa de herba diligenter cum oleo contusa. Item quod constat palmulis in passo coctis, cui adiecta sunt ouorum lutea, polentaq́; uel ex papauere cum coriano factum, 30 aut polygono, aut seri. Hæc in doloribus usui sunt. Postea ceratum iniiciatur cum rosaceo, aut myrteo, aut œnanthino, aut melino, cū palmulis in passo coctis. ꝓprie uero conuenit præparatum ex sedimento officinarum fabrilium, qđ tostū leuigatur, & rosaceo cerato, adusq; 35 emplastri spissitudinem excipitur, hęc quidem extrinsecus conferunt, intus autem oleum quoq; lenit locos

ubi fuerint exulcerati, item lac muliebre infusum. Pari modo succus plantaginis tepidus. Sin cruentum sit, succus polygoni cum thuris modico dolorem sopit. Ad hæc pessuli ex croco, muliebri lacte, lachryma papaueris, & hyssopi succo. Omnibus autem efficacius est etiã ad sedis affectus medicamentum quod recipit: Argenti spumæ Italicæ lote selibram, thuris masculi, hyssopi, adipis suilli recentis, butyri recentis, ceræ tyrrhenicæ, singulorum sextantem, rosacei trientem. Argenti spuma ex seteos succo trita, liquatis iniicitur. Cibus dabitur q facile in corporis membra queat distribui, boniq; succi, uinũ paucissimum, aquosum: acrium esus, & repletio omnis uitanda est, ut quibus cibi prompte corrumpantur.

DE SCIRRO ET DVRITIE. Cap. LXVIII.

Scirrum contrahit uulua, alias repente, ut nulla causa euidens præcesserit: plerunque uero eundem inflammatio mouet, quæ nec soluta, nec in abscessum mutata fuerit. At scirrorum genere comprehendetur etiam durities, quam σκλήρομα Græci uocant, circa uuluæ ceruicem potissimum obueniens. Æquali scirrus tumore concrescit, sed minus tactui repugnat, & cum mediocri dolore sentitur. Superuenit his, in aduersum declinatio, & tumor qui retione depressionis uehementer renititur, item granitas motusq; difficilis, non crurum modo, sed totius etiam corporis, atqne obeundis actionibus pigritia, sequitur non probe curatas, malus corporis habitus, aquam inter cutem repræsentans. Per initia igitur sanguis educi, aut putgatio ex hiera Archigenis assumi debet. Deinde cataplasmata ex caricis hyssopo, nitro, absinthio: & cucurbitulas cute ferramento incisa admouere consilium est. Malagmata uero hæc, Polyarchion, & diaspermaton hoc est ex seminibus confectũ, & quod baccis lauri constat. Insessus ex caricarum decocto, artemisiæ, pulegii, altheæ: pessulos ex terebinthina,

na,

na,galbano,myrrha,iride,hyſſopo,dropace, aquas naturales ſulfuroſas, bituminoſaſq́; uſurpare commodum fuerit: ſi uires conſtant, etiam ueratrum exhibetur.

PESSVLVS EMOLLIENS.

Ceræ ponticæ,nardini unguenti,ſingulorum quadrans, irini,gleucini,cyprini ſingulorum †unciæ duæ, adipis * agnini anſeriniq́;,butyri,hyſſopi,medullæ ceruinæ,terebinthinæ,ſingulorũ uncia. ALIVD. Polii drachmæ duæ,myrrhæ drachmæ quatuor cum uino Mendeſio tritum irinoq́; tinctum applicatur. ALIVD. Ceræ thyrrenicæ,adipis uitulini,terebinthinæ, medullæ ceruinæ,mellis attici,olei ueteris, pares modos. MEDICAMENTVM roborans ſeu recorporaticium Græci dicunt metaſyncreticõ,& ad inflationes, uuæ paſſæ candidæ ſine acinis,unciæ tres,rutæ uiridis foliorum unciæ duæ,aquæ marinæ ſeſcuncia, cymini drachmæ quatuor,mellis quod ſufficit.Inunctum uero peſſulum cyprino oleo immergito,& apponito. Præterea Chryſus ab auro ſic dictus peſſulus Libaniuſq́;, & Enneapharmacus affectui ſunt utiles. Verum Titianus his magis accommodatur.

†Exẽplar manuſcriptũ non habet.

*Poſſet legi & urſini. nam habetur ἀρκειόν, ut ἀρκτειόν ſit ᾗ ἀρκειόν

DE MOLA. Cap. LXIX.

Mola quoq; induratus eſt tumor, interim in uuluæ oſtiolo,interim in tota ipſa quoque prominet,unde in tophaceam quoque duritiem occaleſcit,tum ea quæ ſuperiacent contrahuntur, corpus emaciatur,color prauus apparet, cibi faſtidium urget, menſes ſupprimuntur.Item mamillæ inturgeſcunt, ut in quibuſdam per initia de fœtu concepto ſit ſuſpicio. Inſecuto tempore diſcernuntur: nonnullæ uero aquæ inter cutem præbent opinionem,ſed hoc intercedit diſcriminis,quòd tumor in duritiem occaluerit,nec ſonus cum digiti iniiciuntur,quemadmodum in morbo hydropico,edatur.Cum autem uere intenditur, in aquam ſubter cutem degenerat.Nonnunquam etiam inſanabi-

lis magna ex parte affectus redditur, quibusdam & sanguis erumpit. Itaq; decumbere in domuncula angustiore minus luci exposita, modice frigida, cubili immobili, omnibus ex æquo confert, sed ita ut pedes habeant elatiores quietosq;. Nam motus quamlibet fluxionem cõcitat. Ac tumores duritiasq; iis remediis quæ in scirris & duritiis uuluæ dicta sunt persanamus. Porrò hydropicas suffusiones, illis quæ in capite de aqua intercute comprehensa nobis sunt, sanguinisq; exitum leuem q hæmorrhois dicitur, sicut eiusdem cum impetu effusionem quam hæmmorrhagiam nuncupant, fluoremq; muliebrem curabimus. Cæterum sunt qui molam carnem asserant informem, ipsis uuluæ tunicis adhærescẽtem, fœtus modo in lucem edi. Atque hæc morbi species uictus ratione laxante tractabitur, quo citius excutiatur.

DE INFLATIONE VVLuæ. Cap. LXX.

INflatur uulua ex frigore, uel humoribus in ea corruptis, uel ex ægro partu ostiolo conniuente, uel sanguine in grumum intus coacto. Alias spiritibus in concauo ipsius spatio conceptis, aliàs uteri corpore rarefacto tumor pubis & imi uentris comitatur cũ dolore pulsatili, qui ad septũ transuersum usq; & stomachũ inguinaq; pertingit, ac sonitus digitorum impulsu tympani modo redditur. Auxiliatur ergo primum sanguis demissus, si nihil obstat, mox in accessionibus inedia, fomentaq; ex oleo rutaceo adhibentur: insessus ex rutæ, pulegii, artemisiæ, casiæ decocto, similibusq;, cataptasmata ex semine apii, cumini, fœniculi, anisi, ameos, farina lolii. Ad hæc cucurbitulæ, tũ leues, cũ cute incisa affixæ. At si diutius uitiũ se prorogauerit, purgatio ex hiera picra utilis est: dropaces, sinapismi, & aquę naturales. Obstetrix aũt prius digito peruncto inserto grumũ incũbentẽ si cõtingat, auferet, leniter ipsum dissipãs, rursusq; admouebit cataplasma ex ficu, nitro, & absynthio. At

epithemata mollientia erunt, Polyarchion, diaſpermaton, qđ eſt ex ſeminibus & ex baccis lauri præparatum. Præterea peſſi ex ruta, melle & nitro. Maxime uero hic conducet, ficuum ſiccatarum contuſarum drachma, cũ mini drachmæ duæ, aphronitri drachma. at acrimoniæ cauſa, in lac prius immergantur. Iam emollientes peſſuli ſunt huic uicio accommodati.

DE VVLVAE STRANGVlatu. Cap. LXXI.

STrangulatus uuluæ ad ſuperiora recurſus eſt, quæ principaliſsimas partes in doloris conſortium perducit, utpote arterias, quas uocant carotidas, cor, cerebriq́; membranas. Comitatur affectas, cum acceſsio propinqua eſt, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas, pallida facies, aſpectus oleoſus. Cum iam inſtat ſtrangulatus, grauis ſopor premit, quæ cataphora dicitur, mens deſipit, ſenſuum inſtrumenta deprehenduntur impediunturq́;, uox obmuteſcit, crura contrahuntur. deinde maxillæ ruberæ incipiunt, facieſq́; repletur. Cum remittet, humiditas quædam ad tactum ex locis mulieribus præcedit, ſonus quidam exauditur ac aliquod ex inteſtinis progreditur, ipſaq́; uulua paulatim laxatur, atque ſic mens ipſis, & ſenſus redit. Cæterum morbus iuxta circuitum mouetur, ſicuti comitialis, idq́; nimirum uulua repleta, aut ſeminali, aut alia materia, aut ſi hæc intus computruerit, ac multæ rurſus à morbo ſeſe recolligunt, nonnullæ uero in ipſis acceſsionibus perierunt ſubito, quibus pulſus quidem crebriores, et inordinati, * collabuntur. deinde etiam in totum abolentur. Modicus uero humor ſuperficiem irrorat, reſpiratio primum languida eſt, mox in totum abſcinditur. Porrò uitium hoc hyeme & per autumnum magis infeſtat iuuenculas ad uenerem procliues, ſteriles, & potiſſimũ ſi ex medicina ſumpta fuerint infœcundæ, itẽ alias perfrictiones expertas. In acceſsionibus igitur ſumma deligare conuenit, crura tota, corpuſq́; totum

*Male græca exẽplaria habent, meo iudicio ὑποσπαιρόντων γὰρ ὑποπιπτόντων, quod propriũ eſt pulſibus intercidẽtibus.

perfricare,ut animo destitutæ sese recipiant, item quæ foedioris sunt odoris,naribus oportet admouere: Exẽpli gratia,linamentum ex lucerna extinctum,castorium, picem liquidam,cedriam,lanasq; laciniasq; cõbustas. Q uidam uero & matulam naribus admouerunt cum urina ueteri,uel deiectione:cucurbitulas adglutinare uincit inguinibus & imo uentri cum multa flamma, & leues & cute incisa. Q uòd si longius accessio se produxerit,etiam quæ flatibus educendis sunt,proficiunt,ut q̃ colica dicuntur,ano admota,nempe cuminum, nitrum cum melle. Item stercus clystere subducere profuerit, ne illorum appositu sedes prematur. In uuluam uero unguenta odoratissima infusa,ipsam solent detrahere,sicut amaracinum,malabathrinum:ac sinapi, partim naribus offeratur,partim applicetur pedibus. Deinde inclamabit aliquis ipsas uoce asperiuscula,excitabitq;, & ea admouebit quæ per sternutamenta euocant, ex castorio,struthio,& pipere.ubi accessio conquierit, ad uomitum cogere,cibum nullum aut paucum præbere oportet. A septimo die,purgatio ex hiera diacolocynthidos dabitur, post triduum cucurbitulæ defigentur lumbis & ilis. Mox castorei potione utemur,nunc artemisię decocto,nunc ex mulsa,in quibusdam enim hoc uel solũ ad integram morbi curationem abunde fuit. In sessus porrò & pessus mollientes his adiungentur. Atq; hæc ad accessiones proficiunt,uerum ut totum corpus reficias,à sanguinis dimissione auspicatus, ad purgationẽ ex hiera transgredieris. Inde picran ex aloe factam exhibes denarii pondere cum tribus aquæ mulsæ cyathis, diebus continuatis,uel interpositis mensura duorũ denariorum,cum senis aquæ mulsæ cyathis. Iam dropacismos,cucurbitulas,& sinapismos utiliter applicas,nec non acopa ex euphorbio. Postea exercitiis uti,frictione & clamore prodest,denique & aquis naturalibus.

DE VVLVÆ PROCIDENTIA. Cap. LXXII.

VVlua procidit raro quidem,sed multis occasio nibus,uel enim ab alto delapsa, & in coxas firmata,membranis,quæ interaneum id cōtinent, ruptis, aut in difficili puerperio secundis extractis, quas
5 uulua adhærescens sequitur: uel in diligentius imperitiusq; mortuo fœtu excusso,uel ex uulnere, uel aliqua animi perturbatione,scilicet nuntiato filiorum interitu, aut hostium accessu,aut periculosa nauigatione,aut eiusmodi quadam causa. Accidit etiam hoc mali tota cor
10 poris mole soluta collapsaq;,partibus illis languidis & resolutis,præsertim in iis,quæ ab integra ætate longius iam senescentes dilabuntur. Ob tales causas procidunt in fœminis ad naturalia,loci. Quidam uero & totam uuluam pro labi memoriæ produnt, quod à uero lon
15 ge abest. Qua enim ratione sursum acta queat affirmari? Conuenit igitur fœcibus clystere prius euacuatis,urinaq; excreta,quo uulua undiquaque sit libera,laborantem figurare supinam,ut coxas habeat sublimiores, poplitesq; flexos cruribus diuaricatis. Deinde hapsum ca
20 pere ex lana,figura & crassitudine sinui muliebri proportionalem,tenuiq; linteo circūdare,& in succum acaciæ,uel hypocistidis uino dilutum demergere, tum uuluæ inserere,& citra uiolentiam totum quod procidit sursum agere,quoad totus tumor in sinu factus subse
25 derit. Pubes spongia in posca expressa extrinsecus contegenda est. Mulier iacebit extensis adaptatisq; inuicē cruribus,ut alterum alteri incumbat. Inde cucurbitulæ agglutinabuntur cum flamma copiosiore umbilico & utrisque illis: naribus odorata admouebuntur olfactan
30 da. Tertio die lana sinui iniecta, mulier insideat in uino nigro austero modice tepido,uel in decocto myrti, lentisci * & malicorii.his probe peractis,lana ingesta tollitur. Altera in uicem prioris eodē humecta medicamēto inseritur. Cataplasmata à foris imo uentri super inii
35 ciuntur ex palmulis,polenta,uel lenticula & malicorio cum oxymelite,ac tribus diebus interpositis rursus hæc

*Aldus χοίνυ male pro χίνυ.

fient, quoad perfecte uitium discusseris. At si processu temporis id quod prolapsum est, putredinem fuerit ex pertũ, idipsum auferetur, nullius metu periculi. Etenim uulua uniuersim ablata, ubi computruerat, mulierem superuixisse commemorant. 5

DE MVLIEBRIVM LOCOrum clausura, quam phimon appellant. Cap. LXXIII.

LOci muliebres circa ipsorum os clauduntur, uel ex præcedente exulceratione, uel durata illic inflãmatione. Curabuntur insessibus, qui emolliant, ex hydrelæo & fœnugræci decocto, consimilibusq; cataplasmatis & pessulis. Porrò si malum inueterauerit, suffimentis uaporibusq; aromatum utendum erit. Iam uero soluit etiam hoc uitii cum nihil aliud sit quàm uuluæ ostioli astrictio, pessulus ex hyssopo, nitro, resina, & terebinthina. 10 15

VT STERILIS MVLIER concipiat. Cap. LXXIIII. 20

COmmuniter itaq; ambobus congruit, & uiro & mulieri uniuersum corpus conseruare probe tẽperatum, laboris, cibi, balnei & reliquorum omnium mediocritate, & quod inter ea maximum est, curare ne habitu sint obesiore. Neq; enim pingues liberis procreandis sunt idonei, eo quòd genitalibus mutuo se cõtingere haud possint cõmode, tum quòd momentum seminis emittant. Neque tamen nimis extenuati, liberis operam dare feliciter queunt. Iuuabunt autem ipsos omnia calefacientia & leniter inflantia, uinum calidum modice sumptũ. Et ex oleribus, eruca, horminium, erisymum & consimilia. Ruta uero & calamintha omnino uitanda sunt. At si humorum quodã uitio fœmina non concipiat, has expurgare, aut proba uictus ratione emẽdare expedit. Proprie uero mulieribus conueniet, curã locorum genitalium q̃ fieri potest maximam habere, & 25 30 35

menſes ſine ullo impedimento emanare. Cum igitur propinqua eſt purgatio, cibi potusq; q̃ maxime licet, mediocritatem, curæ habebunt. & ex iis quæ purgatio ni irritandæ ſunt aliquid aſſument, utpote odorata olera 5 & acria, exempli gratia, ſcãdicem, crethmon, fœniculũ, apium, ſmyrnium. Porrò uuluæ intemperiem corrigere oportet: frigidiores, notat menſtruorum retentio, uictus frigidior, & craſſi ſucci, ſtupor in pube, lumbis, & cruribus oboriens. Quæ uero penitus refrixerunt, ne 10 uenerem quidem appetunt. Quare conuenit tum aliis remediis, tum fomentis omnibus etiam iis quæ cõſtant ſuffitibus, calorem reuocare. Nec abs re fuerit, caſtoreũ bibere, & ex ſeminibus odoratis, cuminum, aniſum, pulegii comã, iuniperi fructum, pipere ſingulis adiecto: at 15 fomenta ipſorum genitalium locorũ, partim uapores erunt, qui inferius per ſellam aſſumentur, partim aqua calida ad collutionem iniecta, in qua decoctus ſit eleliſphacus, artemiſia, ruta, iuncus odoratus anguloſus, pulegium, acorum, ſeminaq; odorifera, hæc ſingulatim etiã 20 pubi applicantur, Præſidio eſt, & Polyarchi epithema. Item pubis coxarumq; frictiones nihilominus conducunt. Inſuper appoſitu utilia ſunt, ex myrrha, ruta, galbano & caſtoreo, ubi prius aqua mulſa, aut marina uuluã foueris. proficit etiã ad hæc peſſulus gone appellatus. 25 Calidiores locos fatetur corpus totum calidius, menſes pauci & laborioſi, genitaliaq; mulieris exulcerantis: corriguntur modice humetis & frigidis, cuiuſmodi ſunt olera quidem, lactucæ, maluæ, blitum, cucurbita, cucumis, pepon, attriplex, portulaca, aliiq; cibi conſimiles. ue 30 ſicæ, abdomini & lumbis frigida applicantur cataplaſmata, ſucciq; illinuntur. At humiditatis locorum uitio, fœcũditatem fruſtrari indicat in coitu humor diſtillans ab inguine, tenuius & copioſum menſtruum. His uictus utilis eſt ſiccior, labores, ſuperiorum perfricationes, 35 uomitus, cibi ſicci & mediocres. Profuerit & uuluam acerbis medicaminibus continere, quale eſt,

lentiſci decoctum, myrtorum, roſarum, rhus coriarii, itẽ mali Granati floris, rubi ramuſculorum, & gallæ, ſiccio rem uterũ contrariis curare oportet, balineis dico, inunctione, & alimento humido oleroſoq́; , mediocri uino & non nimis ueteri. Quòd ſi à craſſioribus ſuccis con cipere impediantur, ſiquidem rodentes fuerint, mulierẽ probe purgare conuenit medicamento quod cuilibet humori propriũ eſt, maxime autem picra ex aloe: mox ſero lactis aluum ducere, & uictum exquiſitiorẽ deligere. Pituitoſos autem humores laboribus uacuare, ſudoribus, & uomitu: uel per inferiora. Cæterum ex medicamentis epithymum quoque, euphorbium, piper, dauci ſemen, petroſelini ſemen, omnia contrita denarium duũ pondere potui recte dantur. Hoc & uentrem probe iuuat, ac uuluam calefacit, quemadmodum ſæpe iam mẽſes eruperunt iis quæ purgationem non ſunt expertæ. Poſtquam uero medicamenta profeciſſe cõſtiterit, mẽſtruis bene reſpondentibus, tunc uenus eſt ineunda, purgatione deſinente. Iam uero, quoniam ſpiritus ſimiliter in uulua concepti fœcunditatem impediunt, notas ipſorum ex capite de uuluę inflatione ſumemus. Medemur autem parciore primum uictu, mox cuminum, anethũ, apii ſemen, rutæ, aniſi & pleraq; eſui idonea pręſtamus, partim potanda, partim applicanda. Conniuentes locos aperiemus iniectis clyſteriis odoriferis, fomentisq́; ex malua, ſemine lini, fœnugræco, & oleo. Nonnunquam etiam melle, ualidoribusq́;, artemiſia, cunila, calamintha, pulegio, & anthemide. Apponuntur autem utiliter terebinthina, nitrum, cucumer agreſtis, elaterium, caſſia, liquida pix. Quibus autem os hiat, uictus, fomenta, medicamina ſicciora aſtringentiaq́;, grana mali Punici, lentiſci *radices, rubi, myrti & quæ humidiori uuluæ congrua ſunt. Peruerſiones autem fomentis inſtaurare ac dirigere oportet, item iis quæ molliunt, inſertis. uenus autem à tergo exercita, ad concipiendum uidetur conducere.

*Male Aldus χοίνυ pro χίνυ

DE VVLVÆ SCISSVRIS, condylomatis, & hæmorrhoidibus. Cap. LXXV.

IN uuluæ ostio rimæ, quas Græci rhagadas uocant ex enixu uiolento fiunt. Primum sanè latent, cum re
5 centes adhuc ex partu sunt dolores, postea uero paulatim percipiuntur, aliàs manu, aliàs in coitu. nam & propter affricationem cruorem reddunt. deprehenduntur autem sinu adaperto. etenim diruptiones scissuræq;
10 in ostioli circuitu oculis patent. In quibus manum rodentiaq; medicamina uitantes simplicioribus insessibus pessulisq; utemur. prodest etiam tetrapharmacum dilutum. At si callum contraxerit, medicamento, quod charta constat, ex rosaceo utendum. Sin autem ipsius uim
15 non tulerint, iridem illyricam terebinthina exceptam imponito. ulceribus iam cicatrice obductis, conueniet ex cadmia confectum, aut aliquod ex iis quæ sedi consecrata sunt: ueluti quod recipit argenti spumam. Cum uero scissuras ueteres in codylomata degenerare conti-
20 gerit similibus excindi, adq; cicatricem duci debent. Cæterum hæmorrhoides uuluæ os & ceruicem infestant, quæ in partibus instrumento ad perspiciendam uuluam accommodato, quod dioptrismō uocauimus, deprehendentur, quia tuberculum in accessionibus ap-
25 paret euidens, cruentum & subrubrum. At ubi remiserint, fluxio citatur citra dolorem subliuida & cōtumax. In his igitur cum morbus dat inducias, scalpello modo fieri queat, exceptas amputare oportet: sin minus, certe medicamentis ipsas astringere, partim attingentes sicco
30 malicorio cum galla, aut huiusmodi aliquo, partim iis quæ in uulua sanguinem fundente exposita sunt, utētes: quæ etiam propter fluorem muliebrem sanguinem fundentibus conducent, potissimum hoc notis discrimine, quòd uulua continuo cruore manet per interualla, non
35 solum in menstrualis purgationis tempore.

DE PARTV DIFFICILI. Cap. LXXVI.

DIfficilis partus accidit, aut uitio parientis, aut foetus, aut secundarum, aut foris aduenientium. parturientis quidem, si crassa obesaq; sit, aut uulua tota exigua, aut dolorum imperita, aut timidiuscula, aut inflammationem in locis genitalibus aliave particula experta, aut alio quodam modo laborans, aut natura imbecillis ut foetum nequeat propellere, aut si ante tempus pariat. At foetus uitio, si uel inusitatæ magnitudinis existat, uel exiguus & modicæ grauitatis, uel magni capitis, uel monstrosus, uerbi causa, biceps uel mortuus, uel uiuus quidem, sed imbecillis, ut foras non possit procedere, uel si plures foetus sint. Nam Herophilus quinque edidisse mulierem, memoriæ prodidit. Vel si figuram naturæ contrariam obtineat. Naturalis siquidem figura est foetui: prima quidem qua manus femoribus porrectæ sunt, caput ad os uuluæ recta dirigitur. Proxima huic, ubi in pedes conuersus est. Aliæ omnes præter has à natura abhorrent. Ob secundas, quod uelamentum intus est partus redditur difficilis, si aut non auellatur ob crassitiem, aut prisquam opus est propter subtilitatem abrumpatur, humore siquidem euacuato, infans præ siccitate ægre mouetur. Ab externis difficultas oritur, aut frigore, quod uuluam densauerit, aut calore immodico, qui uires dissoluerit, aut ex quodam fortuito accidente. Si igitur ex astrictione aut ueluti foetus adarctatione pariendi oriatur difficultas, laxatione prius opitulandum, infundendo largiter oleum dulce & calidum item decoctum foenugræci, aut maluæ, aut seminis lini, aut etiam oua, quòd leniendi facultate prædita sint. Deinde & pubem cum abdomine & lumbis medicamento illinere, quod semini lini constat: aut aqua mulsa, aut hydrelæo, insessibusq; similibus prodest. Insuper laxationes balineis moliri, nisi febris, aut alia quædam occasio impedierit, mouereque patientem gestatione in aere

calido mediocriter. Nonnulli etiam conquaſſationes ualidas, ſternutamentisque ciendis idonea adhibuerũt. Timidæ, mentis robur admouendum: imperita dolorum docebitur, ut ualidisſime ſpiritum comprimat, & ad inguina depellat. Animo deficiens iis quæ ſtupori abigendo ſunt, naribus admotis recreabitur. Alleuiata mediocriter, cibo modico refocillabitur. Obeſam mulierem in lectulo reſupinam figurare oportet, ut cum feminibus genua ſucclinent, quo uulua ad abdomen tendens, è directo oſtioli habeatur, quod ceratis, aut pinguedine delinire digito oportet, & ſenſim aperire. Atque ſi morbus aliquis particulas male habeat, etiam huic proſpicere. Ad hæc ſtercus detentum molli clyſtere emoliri, & ſecundas adapertas diuidere, aut digitis, aut ferramento quod πολυκόπαν uocant, in ipſis occultato ſiniſtra manu præcedente. ac humorem quendam oleoſum in uuluæ ſpatium interius clyſterio indere. Verum ubi infans præter naturam figuratus fuerit, naturalem reddere figuram decet, partim pellẽdo, partim adducendo, partim flectendo, partim in rectum agendo. Et ſi manum pedemve præmiſerit, non attrahere membro prehenſum oportet. magis enim affirmatur, uel luxatur, uel etiam abrumpitur: uerum digitis humero infantis, uel coxæ affixis rurſus in conuenientem locum id quod promiſſum eo, diducere. Porrò ſi ore uuluæ compreſſo, totius infantis indecora fuerit figura, surſum prius ipſum ab uteri ore ſublimen detrudere conſilium eſt. deinde prehenſum rurſus ad os dirigere. Poſtremo ſi plures uno infantes deferantur, iterum à ſuperiore, infernaque parte referes. ſic ut omnia ſenſim & citra contuſionem fiant, oleo locis perunctis. Tempus quo in ſellam collocabitur parturiens, eſt, cum uuluæ os dehiſcens, digito ſublabitur, & quod præruptum eſt, procumbit. Verum ſi non procedat, quod infans mortuus ſit, aut alia de cauſa, ad extractionem quam Græci ἐμβρυουλκίαν

appellant,ueniendum est.

DE COXARVM MORBVS. Cap. LXXVII.

Coxendix ab articulari morbo nihil differt, nisi quod ipsius causa,nempe crassus pituitosusq;hu mor in sola coxarum compage,articuloq; concretus insideat. Dolor ipsis à natibus inguinibusq; ad genua usque,in plurimis autem ad summum usque pe dem pertinet. Per initia igitur ægro nobis oblato,fæcibus clystere uacuatis,uena in cubito secanda : cum sanguinis detractione:si autem uetustas uitium occupauerit,ex malleolo partis affectæ imminutionem sanguinis moliemur. In accessionibus fotu hoc utendum,Cyprini cyathis octo,aceti cyathis quatuor, nitri cyathis duobus,cachryos cyatho uno. Succidis lanis calida admouentur. Deinde applicabitur ipsis farina lupinorum ama rorum cum oxymelite.aut farina lolii,cum resina cucumeris syluestris radice,nitro,calamintha, cachry, baccis lauri. Iam calamintha sola utiliter ex oxymelite,aut aqua mulsa admouetur. Emplastri uero huius quod leniendi facultatem obtinet,usus est salutaris . Ceræ pondo denarii centum,terebinthinæ pondo denarii uiginti quinque,æruginis pondo denari sex,myrrhæ, galbani, iridis,singulorum pondo denarii sex, cedriæ pondo de narii quinque. Propinabitur ipsis liquoris cyrenaici quã tum eruus implet,aut castorii drachma cum opopanacis tribus obolis . Porrò radicis capparis cortex potui datus,& cataplasmatis admistus præsentaneo est reme dio. Cum dolor multus excruciat, etiam medicamenta à dolore leniendo ἀνώδυνα dicta locum habent,utpote quod ad Philonem refertur, & quod duplici pipere constat. Hoc autem enema inseretur, mellis cyathus sesquiplus,olei tantundem:aquæ cyathi duo,nitri drachmæ octo,terebinthinæ drachmæ quatuor . His calidis iniectis,anus præterea fouetur. quod longiori tempore muccosa astricta inhæserint , uacuat nonnunquam san

guinem quando etiam magis opitulatur. At si malum
perseueret, quod rarum est, iterum frequentius eo uten
dum est, in uicem aquæ centaurii decoctum admiscen-
do, sanguinem trahit & thlaspis semen inditum, succus
5 elaterii, & medicamentum ex ipso factum, quodq; ip-
sius radicibus constat. Item oleum sicyonium, salsorum
piscium muria, & olluarum colymbadum probe inge-
retur. Cucurbitulæ coxendici multa cum flamma, cute
prius incisa defigendę, interim quoque hirudines.
10 Quòd si his malum non finitur, ad purgationem eun-
dum est, aut ex hiera, aut colocynthidos partis interne
probe contritæ drachma offeretur in aquæ mulsæ cya-
this duobus, aut paulo amplius, aut minus, pro laboran
tis uirtute & alui facilitate dabitur. In aqua mulsa ruta in
15 cocta, tum puls ex cucurbita syluestri confecta recte hos
expurgat. In quibusdam uero & uomitus à radiculis ci
tatus per initia profuit. Cum morbus se remiserit, dro-
paces ipsis applicantur, acopaq; ex euphorbio sunt uti
lia, præsertim quod à uarietate uocatur pœcilon, mox
20 balineæ naturales accommodæ. Si desiderantur, in aliis
lauabunt balneis, commemoratisq; utendum est aco-
pis, & compositis nitris, medicamento. Asclepio, & quod
ex euphorbio, adarce, nigro, ueratro, castoreo, pyretro,
pipere, pedicularia, quam staphida agriam uocant, simi-
25 li pondere confit. Secũdum balineas inspergentur picis
aridæ unciæ tres, sulfuris ignem non experti unciæ due,
cuti adhuc calidæ: quæ charta etiam contegetur. At si
ne hæc quidem profecerint, ut morbus infestare desie-
rit, congruum erit & sinapi cum caricis, uel etiam, per
30 se illitum. In totum uero hos restituit sanitati, iberidis
herbæ usus, quam lepidion quoque alii syluestre carda-
mum appellant. Quæ uero apud nos fruticosa nascitur
similibus lauri foliis, & multo amplioribus, respondere
multa experimenta testantur, non solum in coxarum,
35 sed in aliis quoque diuturnis affectibus. qer æstatem ue
ro longe sunt efficaciora: Atqui, si folia tunc non produ

xerit, cortex ipsius radicis contunditur cum adipe suillo ut emplastri speciem repræsentet, inde linteolo densiori illitum locis maxime dolentibus imponitur, nempe acetabulorum confinio & femoribus, sinesq; tam diu quoad cuticula superior nigrescat, aut ex toto liueat. Postea ipsum auferes, lotoq; ægrotandi ceratum impones opopanacis drachmas quatuor, quæ aceti cyathis duobus dissoluuntur, excipiunturq; cerato cyprino. Quòd si talium adurentium usus abominentur, emplastris uti refectoriis oportet, è quorum numero hoc quoque est ceræ, resinæ pityinæ, singulorum drachmæ duodecim, terebinthinæ columbarum syluestrium stercoris, flociũ uini recentium, singulorum drachmas sex, galbani, sesq; drachma. Atque ex reficientibus est qđ leæna appellatur. utilia uero sunt quæ ex myrrha stillaticia & nitro præparantur. Iam nonnulli iis usi sunt potionibus quæ ad annum continuantur, in quorum grege habetur medicamentum diatesseron uocatum: chamædryos pondo gentianæ dodrans, aristolochiæ rotunde dodrans, rutæ seminis sicci sextarius. hæc tusa cretaq; dantur quotidie cochlearii mensura ieiuno & probe concoctione obita ex duobus aquæ frigidæ cyathis ad annũ, donec morbus finiatur. Eadem promittit medicamentum dia hepta, id est ex septem confectum, & quod ad Proclum authorem refertur. Exercita absoluuntur, inambulatione, continuis flexionibus, saltatu, & cursu. Cibus mediocriter tenuis & concoctu facilis conuenit. porrò si malum nulli ex commemoratis cedit, aliàs in suppurationem conuertitur, aliàs neruis qui artus conuinciunt, laxatis, membrum luxatur. Quare cum uitium longius se prorogat, articulum tribus, quatuor ve locis urere oportet, ut in chirurgica dicetur, ac complusculis diebus ulcera adaperta, sine cicatrice seruare.

DE PODAGRA ET ARTICVLARIIS MORBIS. Cap. LXXVIII.

NOn sola particularum corporis imbecillitas, podagricos articularios ve cruciatus excitat. sic enim accessiones, sine ullo temporis interuallo urgerent, præcipue cum infirmitas imbecillibus articulis semper incumbat. item ne humor quidem solus hos dolores creat, quandoquidem non solis uitium articulis insidet: sed utrunque, & humor à natura alienus, & particularum imbecillitas morbũ adfert articularium. quoties enim altrix facultas, imbecillior, solito ciborum grauatur copia, tunc cruditates enascuntur. Itaque excrementitius humor superans, in quodcunque articulamentum, quod antea imbecillius euaserit, se confert: & artubus sese insinuans colligantes neruos sic distendit ut dolorẽ pariat: neque enim neruos, per quos motus dispensatur arbitrarius, affectu primario, inflammatio infestat, quoniam artuum prius internodia, obsideat ea necesse est, ut quæ medias tibias uel femina, uel crura, cubitos, aut brachia intercedant. Sed afficiuntur iidem nerui tamen lege consortii, quod cũ articulis ineunt. Quare si inferiores partes factus cursus pedum articulamenta repleat, podagra uitium nuncupatur. Si cæteros corporis artus intricet humor, ἀρθρῖτιν Græci, nos articularios morbos appellare consueuimus. Quo uitii nomine, uertebras, humeros & maxillas comprehendimus, omnemque articulum, quicunque morbo implicatur. Nonnulli uero aures, dentes, fauces, & nonnunquam iecur, lienem articulariis doloribus conflictari pronuntiant. A quibus nisi de subito uitium in artus sese recipiat eructetque, periculum breui tempore laborantes occupauerit. Sed humor superans qui iuncturis sese inserit, uel biliosus est, uel sanguineus, aliàs atra bile uitiosus, plerunque etiam pituitosus, crudusq́ʒ, copia alimenti, aut cruditate, aut otio congestus, uerum uetustate in urticulis crassescit, & glutinosior enadit, fit ut in duritiem contumacissimam, quam Latini tophum, Græci poron appellant, occallescat.

Interim uero diuersa humorum colluuie, uitium contrahitur, ob quod ægre dignosci, & difficulter medicamentis elidi potest, uel etiam pene nullo remedio sanescit. Cęterum hoc mali frequenter antecedit improbus labor, uehemens ambulatio, equitatus creber, usus ueneris intempestiuus, insueta frigidæ potio, frigidorumq́; uel multorum noxiorumve ciborum esus, multus uini usus. Iam aliqui prolapsu, uel de turbatione, uel propulsu, uel luxatione uel id genus aliis, prima morbi fundamenta iecerunt, sic quidem ut etiam tunc materia in corpore deses præcesserit, sed euidens causa eam ueluti author proritarit. Mœrores autem, curæ, per uigilia, & reliquæ animi affectiones, non hanc modo suscitarunt, sed ipsæ noxios quoque succos, siue primario, siue ex accidenti procrearunt. Variæ igitur, ut à me dictum est, affectus causæ habentur. interdum tamen cæca ipsius origo est. Sed deprehendi facile humorum noxam inferētium discrimina possunt, tum suis coloribus, tum iis q̄ superueniunt denotata. Siquidem biliosam defluxionē collor suppallidus, & subrubens testatur. Item caloris sensus, dolorisq́; lancinantis modo acris, item humor in cutem subito, sine euidenti tumore erumpens. Inflāmatio, admotis rebus calidis, contensius incandescit, sicut iis quæ refrigerant appositis sopitur. Hoc sanè cum aliis omnibus magna ex parte, tum maxime iis qui à bilioso humore originem habent euenire consueuit. Subinde febris in ipso accessionum statu accedit, ualidaq́; siti conficit. Pari modo si atra bilis in articulis delituerit, color partis nigrior reddetur: si pituitosus incubuerit, exalbidus & aquæ subter cutem similis apparebit, ubi dolor quadantenus demulcetur, & tardius in tumorem materia sese attollit, quemadmodum si sanguineus humor redundet, cruentus color emergit. Verum ut singula exactius dinoscas, superior uictus ratio reliquaq́; consulenda tibi ueniunt.

Curatio

CVRATIO BILIOSAE DEFLVXIONIS ARTICULIS CONCEPTAE.

Initium curationis si flaua bilis articulos exerceat, magisq́; ipsius qualitas, uacuatione noxii humoris tentabitur per medicamenta, quæ flauā bilem excernunt. quale est maxime quod ex rhodomelite temperatur, tum quod malis cotoniis constat, item antidotum ex hiera picra, & ex aloe catapotia. Per accessiones uero à foris utendum rosaceo cum oui luteo, & uini momento, quibus particula sensim infricata, manu demulceatur: herbę admouentur quæ refrigerant, ut solanum, portulaca, altercum, semper uiuum, palustris lenticula, seris, papauer, polygonium, rosarum folia, & consimilia. Et nunc hæc illinentur, nunc micæ panis posca imbutæ adhibentur, uel hordeacea farina cum rosaceo superaccommodatur. At si inflammatio sic excandescat, ut erysipelatis naturam induat, manifesto lenietur cucurbitæ recentis cortice imposito, aut peponis, aut cucumeris carne, & per se, & ex pane. item perdicii foliis & hederæ frondibus cum pane uel polenta. Ad hæc psyllium farinæ hordeaceæ incoctum, flagrantes æstu inflammationes mirandum in modum solatur, simili modo & rosaceum cum quibusdam refrigerantibus succis illitum. confert etiam sequens medicamentum quod fabarum lomento componitur, habet autem hoc pacto: ceræ quincūx, chamemælini, rosacei, singuli sextantes & dimidius, fabacei lométi semuncia, ouorū lutea quinq́;. ALIVD. cataplasma. uirentes maluæ coctæ teruntur, psylliū priuatim in uiscum redactū, admiscetur: atq; cū ouorū luteis, oleoq́; chamemælino subacta affectæ parti illinuntur. Si uero tantus urgeat dolor, ut laborās par esse ferēdo nequeat, medicamēto ex croco, glaucio & opio uti cō ueniet, quę in posca trita sublinentur, aut eisdem intincta panis mica superponitur. Galenus autem, ut ipse memoriæ prodidit, lachrymæ papaueris drachmas quatuor, croci drachmā cum bubulo lacte, uel caprillo, uel panis

mica excipiebat, rosaceoq; subactis utebatur, aut opiũ crocũq; pariter trita in lacte, cerato rosaceo excipiebat. Cõtulerit ẽt in accessionibus ceratum ex turpena pisce confectum, itẽ oleum ex eodem expressum. Persimilis est efficaciæ, micam panis aqua maceratã, uel posca imbutam cum succo semperuiui, uel portulacæ, uel solani uel palmularum carne & papaueris semine, pari portione, adiectis ouorum tostorum luteis cum rosaceo delinere. Verũ his quæ membris torporem inducunt, narcotica Græci uocant, diutius non erit insistendum, q̃ ut doloris uehementiam solum lenierint. siquidẽ largior ipsorum usus, sic insertum constringit humorem, ut in tophaceam duritiem occallescat, ac diuturnas motus difficultates pariat. Ab eorum igitur usu quæ dolorem arcent uel medicamento è succis herbarum facto, diachylon uocant, ex chamemælino resoluto utendũ erit, uel eo quod dialtheas appellant, uel huius generis alio. Posteaq̃ uero partem affectam quæ refrixerit recreaueris, roboranda erit palmulato medicamine quod diaphænicinen dicunt, cum oxyrhodino, uel rosaceo uino subacto. At si emplastra detrectent grauenturq;, concretum acaciæ succũ ex posca, uel lyciũ adiecto croco & glaucio, aut succo perditii cum posca, delinere cõuenit. uictus ratio refrigerans humidaq; erit, ut hordei cremor, ex chondro sorbitiones: ex oleribus, malua, lactuca, intybus: auium cohortalium pulli, & earum quæ in domibus oberrant: piscium saxatiles, erinacius pectines & eius notę reliq. Vitanda oĩa calfacientia, & q̃ pallidã, aut flauã bilem generãt, uinum uetus, fuluũ, uel nigellũ, & cibi repletio. balineis utendũ aqua potulenta factis, si nihil prohibet, cum defluxiones intenduntur, & cum ab sunt. hæc ad causam pertinent. Temperandum ab ira, furore, inedia, acrementorum esu, temulentia, immodico labore, & ueneris usu.

CVRATIO SI SANGVIS artus infestet.

In q̃bus sanguineus humor redundat, protinus sanguis mitti debet, qui tamen in pituitosis, aut atra bile infectis detrahendus non est. Siquidem in his succus uenis plærima parte conceptus residet, qui copia sua potius q̃ qualitate offendit. Verum statim cum quis morbũ experiri cœperit, sanguinis missio erit tentanda. qui uero iam sæpius huiuscemodi defluxionibus sunt conflictati, plus noxæ, q̃ auxilii ex sanguinis detractione sentiunt. præsertim qui corpore sunt imbecillo frigidoq́;. Post sanguinem detractum, nisi solus ille superauerit, momẽto temporis interposito, purgationem ex hiera antidoto moliemur, aut Iuliani oxymelite. quippe hæc magna commoditate purgant: qui uero ab huiusmodi medicamentis uacuantibus abhorrent, catapotia quæ sequuntur deuorabunt: aloes, colocynthidis, id est, cucurbitæ syluestris, ueratri nigri, scammoniæ, singulorum unciã, euphorbii, nitri, singulorum semunciam, succi brassicæ, quod ad ea capienda satis sit. Dantur singulis pro uiriũ ratione: melius proficiet, si cotoniorum succo excipiantur. Aliud genus catapotii quod & in accessionibus, & cum dolor inflatioq́; remiserint, integritasq́; facta est, exhibetur, qualiscunq; etiam humor articulos affligat. ℞ecipit aloes selibram, agarici, croci, singulorum semũciam, costi, spicæ, nardi, iunci odorati rotundi, floris opobalsami, casiæ singulorum unciam, scammoniæ sextantem, epithymi quadrantem. Modus leuior instar duorũ scrupulorum, summus quaterni scrupuli. Iam uero ex armeniaco lapide catapotia, mirifice uentrem subducunt, ac proprie articulariis doloribus congruunt, tum inter fluxionum principia, tum in incremento, ubi dolor uehemens urget, tum in remissionibus, ubi in totum conquieuit, sed quoniam nonnulli scammoniam ceu stomacho noxiam fugiunt, dabũtur ipsis, præsertim cum pituitosa subluuies torquet, hæc catapotia, colocynthidis medullæ, ueratri nigri, bdellii, gummi, aloes, singulorum uncia, nitri Alexan-

drini,euphorbii,singulorum semuncia, dantur quaternis scrupulis.Ego inuicem gummi epithymũ adiiciebã. Sunt qui in omnibus articulariorũ uitiorum accessionibus,ipsis ẽt exhibitis hermodactylis aluum purgatione solicitauerint,sed attendendũ est,quoniam hermodactylus stomacho facessit negotiũ,cibi fastidium ex repletione,& uentriculi redundantiam mouet. Quapropter in his uti consilium est,qui obeundarũ actionũ necessitatem habent.etenim post,unũ,aut alterum diem pluri ma ex parte defluxionem ex toto finiunt,sic ut cõsuetis muniis obeundis sint idonei.Notus mihi est q non hermodactyli substantiam,sed herbæ ipsius decoctũ citra quancunq; mistionẽ,nõ secus q̃ apii aut anisi decoctum potui præbuerit,ac mirum est q̃ resoluta sæpe aluo defluxionem sedaret.uerum quemadmodũ nuper retuli, stomacho inimicum est.Quare his postea quæ stomachum confirmant,uiresq; eius recolligunt, mediocriter offensum os uẽtriculi corrigere licebit,ut à uitio quod hermodactylus intulit, stomachus sese uindicet. Multo laudatius esse medicamentum Alexander prodidit,qđ ex coronopodio temperaretur,quòd & eandem delectionem,& dolores omnes discutiat,nullamq; stomacho noxam inferat.Cęterum pituitosis,si mediocris dolor afficiat,ea debent à foris illiniri,uiridis brassica,apiũ, cunyla,uerbenaca recta:sin acris dolor affligat, farinæ foenugræci parteis treis,pollinis loliacei, farinæ cicerũ, singulorum partem unam,ex aqua mulsa, aut uino tenui cum modico cyprino,uel nardino conuenit illinere, maxime per hyemen, item cinis crematæ radicis brassicæ,eiusq; colliculorum cum axungia illitus, multis fuit præsidio.Sed finiendis doloribus recens adhibenda axungia,discutiendo autem humori uetus salsa auxiliatur,bubulum stercus cũ hordeacea farina in aqua mulsa coctum prodest:uel per se recens & liquidum, uel ex foliis brassicæ similiter caprillus fimus per se,uel cum hordeacea farina coctus in posca,Quoniã uero

nonnulli quadam cōtrietatis lege remedium senserunt. (etenim diuersorum humorum nonnullam medicinarum distinctionem postulat) commemoranda iam harum materia est promiscua. Itaque syluestris atriplex & satiua cum pane commode illinitur, aut uerbasci folia cum bulbis, & pane trita, uel ex polenta, uel cataplasma ex hordeaceo polline. At in quibus obscura morbi est origo, hæc semel experiri abunde fuerit, modo ad consimilia transgrediundum est, modo contrariis pugnandum. Neq; tamen eisdem diutius immorari consilium est, si nullum ex eis iuuamentum perceperint. Hæc quotidie in artis operibus fieri uidemus, ut idē medicamentum uni articulo profuerit, alteri in eodem ægrotanti inflammationem excitarit. quin etiam non modo opituletur, sed confestim (quod maxime est mirum) offenderit. Quippe unus idemq; sæpe articulus ex eodem remedio nunc iuuabitur, paulo post eiusdem apposítu, inflammationem concipiet. Nunquam igitur aliquis cū glutinosus crassusq; humor superat, calidioribus leuabitur auxiliis. Verum cum acer, aut feruidus humor præcellit, tum refrigerantibus solatium inflammationis paratur. Nec miraculum est si materies natura frigidior inflammationis tempore, & feruore æstuet & incādescat, ubi flauæ bilis miscellam admiserit. Porrò tophos in artubus impedit coalescere lupinorum farina cum oxymelite, uel posca, uel laserpitio, aut brioniæ radice cum pane. Iam hoc quod sequitur citra noxam mitigat, & mediocriter discutit, lycii, ammoniaci, thymiamatis singulæ unciæ cum uino ueterrimo & oleo acerbis oliuis expresso, tritæ coquuntur è lomento fabarum, quod sufficit, adiicitur, coctæ mediocriter illinuntur. Post inflammationis statum, reliquias tumoris discutiunt illiti bulbi per se, uel cum polline polentæ, ad uellicatum usq; suffricti. hoc enim modo efficacem usum exhibet. Quod si nihil hisce cataplasmatis leniuntur, fotibus & liquoribus ab alto deturbatis erit certādum, maxime si tumor

extrema occupet. fiunt autem hæc, chamemæli & meliloti, aut centaurei decoctis. Nonnullis etiam capparis decoctum abunde fuit auxilii, hoc tamē quod infra scribitur, omnibus præstat efficacia. Thymus, origanum, satureia, & calamintha, in aceto quàm acerrimo cocta, eiusdem aceti imbre affectæ partes, non semel, aut iterū, sed frequenter in die fouentur. Hoc præsidio permulti pristinam ualetudinem recuperarunt, quibus non pituita solum, sed flaua etiam bilis fuit infesta. Non desunt qui & subsequens medicamentum salutare sint experti, ilicis glandes in farinam detritæ diutissime percoquuntur, hoc diluto extremi artus per fluxionum initia lōgo tempore proluuntur. At quæ interius partes habentur, spongiis foueri debent. hoc enim liquore materiæ impetus auertitur. Idem & bile uitiosis artubus conuenit, quemadmodum calida sine aliquo decocto partibus superfusa. Porrò doloribus qui intenso frigore, aut humoribus inter articulorum ossa demersis cōtrahuntur, ualens hoc est remedium. Olei ueteris, nitri alexandrini resinæ terebinthinæ singulorum pondo libra, euphorbii pondo uncia, iris pondo sextans, fœnugræci farinæ sextarius unus. his autem ea quoque quæ aduersus coxendicum cruciatus scripta sunt, pulchre nimirum opitulantur. multi siquidem aduersus huiuscemodi perfrictiones cum morbus sese remiserit, sinapi cum pinguibus ficis usi sunt, tum aliis quæ extrinsecus ruborem pustulosum excitant. Alii uero medicamentum ex cantharidibus admouent, uerum hæc in posterum officiunt, nisi aliquo etiam molliente utantur, ut è radicula composito, diastrutheon uocant, & basilio, & arbore populo cōfecto, populeum dicunt, aut ex elate, aut ex nigra populo, aut bromio, aut lysiponio aut ualentioribus acopis. Vbi autem neruio consensu, aut consortii iure articuli laborant, aut si humor intra ipsorum compaginē coaluerit, mulæ lotio in morbi statu potissimum, & in frigidis defluxionibus fouere commodum est.

Pariter conuenit etiam ex utroque ueratro pastillus cum mollis & fungosus tumor articulos implicat, & fomentum ex sale torrido, aut etiam aliter è marina calida per spongias artus perfudisse uincit, item emplastra ex sale præparata, uel ex myrrha stillaticia, stacten dicunt, & nitro, hisq; consimilia cataplasmata, post uigorem morbi auxilio sunt, uictus ratio siccior minimeq; excrementitia competit, item inedia, uel parciores cibi: frequentibus balneis abstinendum. At si lauent, nitrum aliaq; frictionibus adiiciant. Vbi dolor inclinauerit, exercitiis se credent, articulos maxime perfricabunt, in naturales, balineas descendent, in sabulo, uel arena saburrabuntur. Vomitus à radicula cibisq; assumptis mouebitur. Qui ad hoc se commode habent, etiam ueratro nigro uacuabuntur per uomitum, uel etiam per aluum inferiorem deiicient.

QVOMODO SANGVINE infestati artus curentur.

Qui ex sanguine dolorem articularium conceperunt, post prima morbi rudimenta sanguis statim detrahendus est, mox remedia loco dolenti sunt inducenda, si biliosior acriorq; sanguis redundet, eisdem quæ in flaua bile diximus, certandum, si frigidior, pituitosiorq;, aut atra bile deprauatus humor coaluerit, iis quæ postea subdidimus præter illa quæ maiore prædita sunt acrimonia, curationem tentabimus: at si uitium in uetustatem incidit, his quoque locus erit. iam hoc cataplasma in principio proficiet. Malicoria, et baccæ rhois cum polenta ex uino detrita illinuntur. ALIVD. Brassicæ folia cocta accurate conteruntur, aceti flores cum duobus coctorum ouorum luteis, & rosacei momento, adiiciuntur, leuigataque simul loco iniiciuntur. sed hoc medicamentum subinde mutandum est. cibi assumentur qui extenuant & parum nutriunt: carne igitur & leguminibus,

& uino copiosiore nigro: abstinendum . si autem fieri posit, etiam ex toto uinum circuncidendum. Plurimos siquidem noui, qui prorsus abstemii omnes sanitatem consecuti sint. Alii siquidem per morbi initia omnino liberati sunt. alii in posterum rarius & minori dolore accessiones perceperunt. Quapropter nisi quid obstet, aut futurum inde aliquid metuant, perpetuo uitā agent abstemiam. A quibus per imbecillitatem, aut perfrictionem aliquid subsecuturum opinentur, ad biennium usque abstemii, inde ad pristinam consuetudinem reuersi, modicum dilutumq; continenter bibent. Oportet autem abstemios in uicem uini decocto anisi, aut alicuius cōsimilis seminis uti, fructibus fugacibus reliqsq; refrigeratoriis abstinere, tum ueneris usu. Qui uero per medicamenta, quæ per annum bibuntur, morbum prorsus tollere uoluerunt, multis sanè quibus pituitosus & excrementitius humor articulis incubuerit, opitulati sunt. uerum qui calidioribus sicc ioribusq; constarent naturis, hos in subitam mortem præcipitarunt, quòd materia ad interaneum, aut renes, aut costas, aut pulmonē, aut principem quandam partem se contulerit. Satius itaque est biliosiore præditis habitu, aut copioso sanguine refertis, uini usu interdicere. Sic enim commemoratis uitæ periculis, minus erunt opportuni: frigidiores autem & recrementis pleni, facta ex uiperis theriaca uti debent, hyeme frequentius, per æstatem rarius. Sed crudi minus eam assument. uel enim morbo liberabit, uel certe leuiorem reddet, nulli ex prædictis particulis officiens, sed quoniam nonnulli etiam commemoratis uti antidotis cogunt, non te lateat id quod ad Agapetum, uel Proclum authorem refertur, tum quod damassonion dicitur, item quod atacton & octoidon, item quod ex scordio, aut corallio componi solitum est, alia pleraq; non mediocriter proficere, nec non omnium tamen securissimū est longoq; usu probatissimū, diacorallion, siquidē cōcretas iam in tophum duritias

tumoresque callosos discutit. horum omnium uires & modũ usus, uolumine, quod compositis medicaminibus dicatum est, offendes, similiter aduersus articularios dolores, medicaminum quæ psilothra uocant, mi-
5 sturam usumque in eodem habitu, nempe pituitosiore. Alii uero qui à toto se morbo uindicare uolunt, integras uulpes oleo tantisper incoquunt dum intabuerint, quo articulariis morbis medentur. Non desunt qui uiuas lebetibus immergunt. alii tantum emortuas
10 coniiciunt. Pari modo etiam hyenas percoquunt, oleũ hic conficientes, quod discutiendi uim habeat. deinde eo balnei solia complent: in quæ postquam descenderunt, immorari ibidem diutius eoque articulos confricare præcipiunt, unde sæpe factum ut non modo
15 artuum tumores, sed etiam uniuersum corpus euacuaretur.

DE TOPHIS, QVOS GRÆci poros uocant.

Quoniam & tophi subinde in articulis creantur modo
20 ob humoris qui ad eos decubuit crassiciem, terrestrémq; duritiam, modo propter immoderatos discutientium resiccantiumque medicinarum usus, sine earum mistura quæ emolliendi uirtute pollent, sciendum uenit ea esse conuenientiora, quæ mollientem simul & discu-
25 tientem naturam sortiuntur. itaque emolliunt adipes uetusti, medullæ, ammoniacum, bdellium, oleum bene uetustum & styrax. Digerunt autem & resiccant, nitrum, sal, myrrha stillaticia, adarce, euphorbium & consimilia. uerum ad concretos in articulis tophos pro-
30 prie facit uetustissimus acerrimusq; caseus cum suillæ carnis præpinguis ac ueteris decocto contritus & superimpositus: siquidem sua sponte topho dehiscente quotidie humor qui intus coierat, eructatur. Valet etiam medicamentum diapernes, probatumque, quod
35 duplici modo præparatur. item quæ ex stillaticia myrrha confiunt, iam hoc peculiariter facit quod re-

cipit ſpumæ nitri, reſinæ terebinthinæ, myrrhæ quæ pri mum ſua ſponte ſtillauit, propolis ſingulorum pondo triens, ceræ pondo bes, colophoniæ libra, olei ſeſcũcia: mixtis utitor, tũ in tophis, tum in abſceſſibus: iam quod ex cynabari temperatur, mirificum eſt ad tophaceos tu mores, aliaq́; complura: ſed ægre paratur. Quod uero ex leptocaryis conficitur, præter quod ſalutare, etiam facile conquiritur, non ſolum ualentioribus, ſed tene ris quoque corporibus accommodatum, ſi aſſumat medicamenti, ex melle, uel ex anemone confecti par tes duas ad illius partem unam: quæ ſi deſiderentur, eti am eius quod ceruſſa conſtat, ſubinde æqualis modus ipſi miſcetur. ALIVD ad tophos, ſandaracha contri ta querneo uiſco excipitur, uſuiq́; eſt. ALIVD. Pro ficit etiam ad fiſtulas & ægilopas, olei ſextarius, ſpumæ argenti *dodrans, auripigmenti ſemuncia argenti ſpu ma oleumq́; tantiſper incoquitur dum manus non in quinet poſtea tritum auripigmentum aſpergitur, & pri uſquam uſtionem ſenſerit medicamentum ab igne tol lito, ac utitor. Ex aſii lapidis flore confecta, ubi morbus intermiſerit, imponuntur, quæ ad omnium articulorum nodos concretos accommodata toto morbo liberare nonnulli ueterum teſtatum nobis reliquerunt. At ex ſa lis flore preparatum medicamen ſi in morbi declinatio ne ſimiliter imponatur, tumorum reliquias digerere ex perimenta fidem fecerunt.

*Aldus unciæ octo & S.

QVOMODO QVIS A PO dagra ſe tueatur aſſeratq́;.

Podagram quæ iam conſtiterit articularium ue dolo rem, ſine prædicta medendi ratione aboleri longe dif ficilium eſt. At quæ nondum radices egerit propulſare aut ea tentatos à recidiua tueri, haud fuerit difficile, ſi quis cibis demat, & eis utatur quæ prompte in mem bra digeruntur, excrementisq́; uacant. item uino mode ratiore & exercitationibus ſatis ſe committant. Quod ad preſidiis partem attinet, ſal minutim in oleo tritus &

articulis affrictus omnes qui se ab hoc ustio uindicare uolunt, magnifice iuuat, nisi præter modum sicca intẽperie sint præditi, eoq; illitu, & mane & uesperi per totum uitæ curriculum, saltem ubi inflammationes inclinauerint, utendum est.

AD PERNIONES QVI pedum plantas cum calces infestant. Cap. LXXIX.

PErniones ulcera sunt, quæ ex frigore hyberno in digitis manuum pedumq; contrahuntur, Græci chimethla nnncupant. Itaque egelidam aquam marinum superfundere oportet, uel betæ decoctum, uel lenticulæ, uel erui, uel regiæ radicis. A superfusione, lenticulæ coctæ uinoque detritæ admouentur, uel ficus ex oleo leuigata imponitur, uel alumen cum farina pari modo, in uino pertrita applicatur, aut floces uini subaridæ, aut bulbus recens uino tritus adglutinatur, aut alia in oleo fricta, tritaq;, uel cera oleo mediocri liquefacta imponitur, aut malicorium incoctum uino, & in tenuem redactum puluerem, cerato rosaceo exceptum inducito, prius locum decocto lupinorum irrotans, aut mannam, sulfurq; ignem non expertum, cum melle cocto inicito, at alterci succus continenter illitus, ab inflammatione & doloribus uindicat.

MARCELLIVM AD PERNIONES.

Rapæ satiuæ radice excauata, coniicitur in capacitatem ipsius ceræ sextans, olei lentiscini quantum sufficit: cocta in æneo lebete ex marina aqua, aut muria, aut lupinorum decocto, partim loco superfunduntur, partim ceratum in rapa liquefactum frigidum imponitur. At in exulceratis pernionibus, thuris, aluminis scissi, minii, resinæ terebinthinæ singulorum par modus: adipe suillo diluta inducuntur.

Verum si inflammatio exulceratos perniones male habeat, medicamento utendum hexapharmaco quod recipit olei, uncias nouem, taurini adipis & fellis, singulorum libram, argenti spumæ, uncias sex, colophoniæ, uncias quatuor, mellis uncias sex. 5

AD DIGITORVM RIMAS totorumque pedum quæ rhagades dicuntur.

Pice liquida delinuntur, aut cancro fluuiatili, aut marino super carbones cremato, testa abraditur, & cum oleo trita ut mellis spissitudo sit, abstersis prius scissuris instillatur. Proficit etiam scillæ medulla oleo feruefacta, item terebinthina contrita, necnon cornu caprillum ustũ exceptumq́; adipe caprillo, sed callos circumpurgare oportet, & sic medicamentis uti. 10 15

AD SCISSVRAS CALCANEOrum & planipedum anthera.

Calcis uiuidæ drachmæ decem, cerussæ drachmæ uiginti, ceræ tantundem, aut triginta, porcinæ pinguedinis recentis unciæ septem, colophoniæ unciæ nouem, succi lini seminis cyathus, olei dulcis unciæ quadraginta: teneram plantam efficit ut aliud nullum. 20

ALIVD. Adipis caprilli, ceræ, olei singulorum pari mensura utitor. ALIVD. Malicorium aceto incoctum diebus quinque applicatur, deinde loco undiquaque purgato calx uiua cum oleo aut sordibus imponitur. ALIVD. Scilla cocta oleo, ipsa quidem fricta proiicitur, oleo uero terebinthina liquefacta admouetur. 25

AD ATTRITVS CALCAnei ex longo decubitu. 30

Ceræ, olei, argenti spumæ, mellis, pares modi, proficiunt in omni exulceratione, plani pedum, calcanei, supernæ partis, & internæ digitorum, magisque si ulcus ungui sit propinquum. 35

AD SORDIDA PLANTÆ ulcera emmoton, facit etiam genitali exulcerato.

Amurcæ cyathus, aceti cyathus, cocta uase æreo do-
5 nec melleam spissitudinem habeant, & trita separatim,
prosunt. Item squamæ æris drachmas duas, mannæ
tantundem, lanarum, succidarum mollium, quantum
manu comprehendi potest, contectarum teda ustarum
que cinerem totum excipito & utitor, in uulneribus q-
10 dem uino diluens, in naturalibus & pedum plantis pas-
so. ALIVD. Amurcę, mellis despumati, paria pon-
dera, hoc etiam cicatrices tollit.

AD INTERTRIGINES, EX CALCEAMENTIS.

15 Pulmo agninus, suillus & caprillus benefacit, uerum co
ria ex ueteribus calceamentis combusta, si inflammatio
urget, nihil quidem adferunt præsidii, sed illa finita, mul-
tum: uel cepa cum gallinæ adipe copiosior adiicitur,
uel galla combusta inspergitur, uel acacia aceto di-
20 luta illinitur.

AD CLAVOS CALLOSQVE. Cap. LXXX.

CLauis prius undiquaque purgatis, inducitur me-
dicamentum quoddam ex edentibus, quæ sep-
25 tica, Gręci uocant, aut ærugo rasilis, aut sandara-
cha, aut syringiacum aridum, aut collyrium syringiacum
loco gummi, ammoniaco exceptum. Est autem
clauus teres figura callus, colore candidus, clauorum
capiti similis, toto corpore, sed pedum solo digitisque
30 præcipue nascens, quem dolor sequitur & incessus im-
pedimentum. Tollitur autem longiori tempore, etiam
si quis excedentem claui partem continue abradat scal
pello, aut pumice affricet, similiter etiam callos. Profi-
cit lupinorum crudorum concrematorum cinis cum
35 melle, aut misy, liquida pice exceptum, melanthion
cum urina pueri impuberis, uel oui luteum, fabarum

lomento cum aceto incoctum. At hoc subinde expertum est, cantharidum, atramenti sutorii, castorii, par modus singulorum, excipitur terebinthina, ut emplastri fiat spissitudo, clauoque prius circunciso imponitur. ALIVD. Fœculæ, calcis uiuæ, uisci, singulorum pares portiones, cum stillatitia lixiua, uel urina pueri impuberis. 5

AD VNGVIVM VITIA, & primum de reduuiis.

Cap. LXXXI. 10

Reduuiæ, Græci paronychian appellant, abscessus est qui ad reduuia unguium coit, cum parua adhuc est & prima habet rudimenta, galla cum melle eam reprimit & confirmari prohibet, uel Musæ pastillus, uel iris ex aqua. At ubi caro iam præter naturam excreuerit, eo curatio dirigenda est, ut per rodentia medicamenta absumatur, rumpaturque: ualet autem ad reduuias, tum aurium sordes, tum lycium. Suppuratas autem reduuias, acu adacta humorem emittere, spongiamque aqua imbutam imponere oportet, uel lenticulam illinere cum aqua tritam, aut palmularũ cum uino, uel rosis uiridibus, uel siccis, aqua respersis tritisque, uel polentam cum aqua, efficax est reduuiis etiam lupinorum farina melle, uel mulso macerata. Exulceratis reduuiis opitulatur hoc medicamentum. Æruginis, argenti spumæ singulorum drachmæ quatuor, sarcocollæ tantundem, super linamentum ex uino & spongia imponitur. Conuenit autem carnem undiquaque ab ungue diducere. 15 20 25

DE PTERYGIIS. 30

Pterygion carnis incrementum est, aliquam unguis partem operiens. fit autem in pedis & manus præcipue pollicibus. In pedibus quidem ex illorum offensione plerunque, in manibus autem ex neglecta reduuia, aut alia huiusmodi causa, aduersus quam auripigmentum & manna pari pondere spargitur, super auem, linamen 35

tum ex uino ſpongiaque imponitur.

ALIVD. Chalcitidis, ſquamę, maiicorii æquales partes. Excipiuntur fico toſta & melle, parte effecta, ſpiſſamentorum decocto prius delibuta. Quod autem ſic cum eſt in ungue circuncidito.

AD DIGITORVM PTERYGIA putrida item ad pudendorum ulcera.

Lachrymæ thuris drachma, ſquamæ drachma, æruginis raſæ drachmæ quatuor, mellis cyathus, teruntur in ſole donec ſubfiaueſcant. Et loco uino prius delibuto per ſplenium inducuntur.

MEDICAMENTVM QVOD ſubito pterygia deſiccat, perſanatq;.

Soryos combuſti drachmæ due, thuris tantundem, æruginis raſe drachma, cum melle contrita, ipſi pterygio inducuntur. Valet etiam ād reliqua maligna horum locorum ulcera, nigritias & putredines.

ALIVD. Squama æris, palmularum carne excepta aut ficorum utitor. ALIVD. Columbæ ſtercus cum polenta ex paſſo coctum pertritumq; calens imponitur, item ſquama per ſe inſperſa, pterigia deſiccat. Oportet autem crebro, angulum unguis pterygion pungentem, ne ne increſcat, ſcalpello ſuperi mmiſſo, adimere

AD VNGVES CONTVSOS.

Myrti & mali Punici foliis teneris ungues illinito.

AD CRVENTOS VNGVES.

Farina pice miſta imponitur.

VT VNGVES QVI LABORAuerint abſcedant.

Sulfur tritum adipe ſuillo exceptum iniicitur.

VT SCABRI VNGVES abſcedant.

Viſci quercini, ſandarachæ, fœnugræci ſingulorum pōdo ſextans, cantharidum, thapſiæ ſingulorum uncia, aceti quod ſatis eſt. ALIVD. Propolis Atticæ, ceræ, bituminis, ſingulorum drachmæ duæ,

ſulfuris ignem non experti drachma, oleo non inquinentur, in uſu calefactum unguibus illinitur.

ALIVD. Picis liquidæ, ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, guttæ ammoniaci, ſulfuris uiui, aphronitri pares portiones. ne manus inquinent.

ALIVD, quod ſeparat ſcabros ungues ſine exulceratione. Bituminis, auripigmenti, ſandarachæ, ſulfuris uiui, ſingulorum drachmas quatuor, reſina excipito & utitor, diſſoluens per dies ſeptenos.

ALIVD. Erui farina, felle ouillo, uel urina ouilla imbuta utitor, uel calce uiua cum oleo, uel chia cum opobalſamo, uel uiſco, atramentum ſutorium, ſulfurque uiuum quod ſatis eſt, exceptum, pelli illitum ſuperinducito, uel herba pedicularia, cum aceto trita utitor, uel reſinæ terebinthinæ drachma, ſandarachæ duplicata portio ſimul radici unguis imponitur, diligẽtiq; faſcia illigatur. Cum autem unguis exciderit, ceratum myrteum cui medicamenti ex reſina paululum adiectũ ſit, ſuperaccommodatur.

Libri Tertii Finis.

Pauli

PAVLI ÆGINETÆ LIBER QVARTVS,

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete.

DE ELEPHANTIA. Cap. I.

RECTE MEA SENTENtia cappadox Aetius memoriæ prodidit, auxiliorum uim morbis fortiorem esse oportere, eoq́; elephantiam nunquam curari, ut qua nulla superior medicina reperiatur. Si enim cancer ueluti elephantiasis quædam uni oborta particulæ inter morbos insanabiles uel ab ipso Hippocrate relatus est, quanto magis elephantia ceu totius corporis cancer aliquis, ab omni abhorrebit remedio? Cũ enim atra bilis, ex qua huic affectui origo est, duplici modo generetur (uel enim ex melancholico sanguine, fœculẽtioreq́;, & ueluti eius limo: uel bile flaua, utrisq; nimium ustis, nascitur) rubicundam quidem elephantiasim mitiorem quodammodo, uerius dixeris minus malignam, prima ipsius differentia procreat: reliquam uero, & maligniorem, quæ totum corpus fœdat ulceribus, & summa squamis exasperat, altera flauæ bilis supra naturæ modum adustæ soboles, producit, Quapropter morbo iam uictis manus admouenda non est. At si recens adhuc malum est, ut nihil ex summis deciderit, nulla infestarit exulceratio, neq; tumores plurimum emineant: sola uero facies quodammodo sit decoloratior, sed ita ut non admodum deformis appareat, curationem experiemur. Nonnulli siquidem iiq́; haud pauci, sola capitis adustione plerosq; hoc uitio tentatos, ne uincerentur, inhibuerunt. Protinus ergo inter initia sanguis mitti debet, & magis uere, in quo potissimum hæc lues & nascitur, & intenditur. paucis diebus interpositis, nouem

decemve,pulte diacolocynthidos ipsos purgabimus, non semel,uerum subinde,ex proportione quantitatem medicaminis adaucturi. Item ex hiera purgatio his est idonea. Rursus interpositis circiter decem diebus, lactis fissilis serum dabitur,neque minus tribus heminis, neque amplius quinque. Insequenti tempore non fisso, sed recens mulcto lacte nutrientur. Ob quæ si morbus remittat,eodem uti cibo debent:si remanet,lacte abstinebũt. A cremento autem uomitus cietur,à radicula assumpta, aut cibis. Proficit et ex albo ueratro post hæc purgatio: bis quidem,si fieri potest,uere,semel per autumnũ adhibita. Malo uictis neque sanguis mitti, neque ueratrum exhiberi debet,cum materia neque ex cute in altum deriuari,neque hinc etiamnum minui possit, sed ad uentrẽ, & intestina deducenda est. Medicamentis recorporatiuis utendum,metasyncritica dicunt, quæ summam cutẽ desiccent,astringantq́;. Leues igitur cucurbitulæ uentris ori & præcordiis agglutinabuntur, eadem membra etiam dropace delinentur. Modico temporis processu rursus ad superiora reuertendum est, à purgatione quam præstat hiera,incipiendo, prætermissa sanguinis detractione,ut quæ plus noxæ,quàm præsidii esset allatura. Atque hoc circuitu ad ternas uices quaternasve per annum uti expedit, uere potissimum & autumno. potare his prodest aceti cyathum,cum cedrini liquoris cyatho,& brassicæ crudæ succi cyathis duobus, mista dantur mane & uesperi. Vel syderitidis herbæ folia torrida denarii pondere in uini cyatho, uel cornus ceruini drachma,& scillitici aceti quantum cyathus implet,quotidie post matutinam obambulationem potui exhibetur.reliqua uero pro ratione temporis his offerũtur, uel scillæ lotæ denarii quinque in mulsa, uel melle,eclegmatis modo:uel liquoris cyrenaici ad erui magnitudinem, melle & butyro subacti,uel eboris ramenti drachma se misfis cum uini cyathis duobus,uel cumini Aethiopici drachmæ tres cũ melle, instar eclegmatis. His amplius

iuuat theriacorum pastillorum denarius in uini primæ notæ cyatho leuigatus epotusq;. Similiter etiam scilliticorum pastillorum drachma bibitur. Et calaminthæ succum ceu efficacissimum potu auxilium commendant. incipiendum dicunt à cyathis ternis adusque senos. Cæterum omnibus his efficacior est theriace ex uiperis, tum potui data, tum extrinsecus illita. Cum autem bestiarum copia datur, nihil æque proficit, ac uiperarum carnes comestæ, albo iure ex copiosiore aqua, sale, porro & anetho decoctæ, usque dum spinæ dissoluatur, sed capitibus ipsorum caudisq; digitos quatuor prius amputatis, interaneisq; ipsorum cum cute exemptis. Item theriaci sales eadem per se promittunt, cum obsoniis assumpti. Tali enim ipsorum usu accidit, nonnunquam squamas, uel ceu scabiem quandam ex cute elephanticorum decidere.

VICTVS RATIO TALIS ERIT.

A somno manu molliter permulceri debent, aluoq; deiecta gestationibus cōmitti, & clamore exerceri, deinde fricationibus, & uario exercitationū genere uti, nūc saltu, nunc halteribus & coryco. Postea sudore, quē illinc contraxerunt, absterso delinentur adipe ursina, aut uulpina, aut hyrcina, aut auis alicuius, aut butyro recenti. pauxillo tēporis interposito in lauacro perungentur succo fœnugręci, aut ptisanæ cremore, aut ammoniaci momēto, qđ aceto subegeris. A balneo detersi implebuntur oleo lentisci, aut œnanthæ, aut myrti. Vinoq; modico cū alumine, uel ammoniaco, ut sordium sit spissitudo. Rursus teneris panniculis detersi dimidia hora cōquiescent. Inde potu aquæ ad uomitū solicitabuntur, digitis in os, aut pinnis demissis. post uomitum datur potui uinum absinthites, aut ex origano confectum. Cibus erit panis hordeaceus, uel offa ex polentis. Inter olera, beta, lactuca, radicula, porrum, brassica aquis binis edulcata. adde his capparim. Ex marinis ostrea, sumuntur, pelorides, erinacei, pectines, tellinæ betis incoctæ

Salsamentum uetus ceu in medicamenti uicem adhibetur. uino per totum morbi curriculum, & uenere abstinendum. At cum uires recreantur, quod fit à purgationibus, pauxillum duntaxat uini tenuis & diluti assumitur. quando & acria sine periculo ingeruntur. Recteq; ipsis datur ptisana, oua, chondrus elotus, lac, mel cum pane, malua, lapathum, sisarum, piscis molli prędítus carne. Ex iis quæ uolatu fidunt, probis donata succis. Inter fructus fugaces, ficus, uuæ & uue passe. In dulciariorum genere, quæ pini nucleis, aut amygdalis frictis constant, & cnico, iis conferunt qui bis quotidie cibum capere solent, quibus graue est molestumq; semel duntaxat eũ assumere. Interiorum cura habita, smegmatis in balneo utendum ex decocto betæ, aut fœnugræci cum aphro nitro, aut sapone, aut myrobalano: interim & psilothris. Abstergit itidẽ portulaca cum aceto detrita, tenue semper uiuum, lapathi radices aceto incoctæ, alumen cum sale. Item sandarachæ par modus ex uino, & oleo lentisci. Huc spectat medicamẽtum, ad uitiliginis speciem quæ alphos dicitur, accommodatum, ex alcyonio, nitro, *myrto, sulfure, fici agrestis foliis siccis, cum aceto tritum, si illinitur. idem præstat quod ex sepiæ testa con cremata fit, pumice, nitro, terra cimolia extorrefacta, gũmi, galla immatura pari pondere siccum inspersum, aut ex aceto infricatum. Hoc aũt mirabiles habet effectus: Lapathi radicum fasciculus qui manu cõprehendi possit, nitri drachmæ quadraginta, thuris uigintiquinq;, sulfuris tantundem. ex aceto Aegyptio illinitur. Similiter hoc efficax est, quod recipit auripigmẽti drachmas decem, sulfuris ignem non experti drachmas octo, costi drachmas duodecim, calcis uiuæ drachmas quatuor, ceræ totidem, baccarum lauri aridarum drachmas duodecim. Hæc macerantur populi albæ foliorum succo, aut crasso decocto. Vbi mellis spissitudo est facta, illinuntur.

ALIVD. Radicum lapathi fasciculi duo, aceto incoquuntur, & in pilam coniecti conteruntur. Deinde al-

*Aldinũ exemplar habet myrrha

cyonii pondo libra, aphronitri pondo unciæ octo, sulfuris ignem non experti pondo libra, cochleæ testarum combustarum pondo triens, chamæleontis cum radice pondo triens. Omnia simul leuigantur, donec sordium fiat crassitudo. Deinde illinuntur per ęstatem in sole frequenter, hyeme in balneo usq; ad desudationem. Item Aesculapii aridum smegma pulchre his conueniet, ac omnia quæ communiter explicabimus smegmata, uel etiam dicata alphis proprie huc pertinent. quẽadmodũ & quæ nunc aduersus illa prodidimus. At turgida corporis tubercula si inflammatione tententur, aut exulcerata sint, delinentur lycio Indico, uel glaucio, uel aloe, uel Andronii pastillo, aut polyidæ sphragide, Cataplasma ipsis aptabitur chondro cum succo polygonii, uel arnoglossæ, uel parietaria trita. Insuper melissæ herbæ uiridis folia cum axungia tunsa illitaq; mirabiliter proficiunt. Etenim partes ruborem contrahunt, sed ex facili subsident pane applicato, aut cerato ex amygdalino, coloremq; naturalem recipiunt. Exulceratis recte accommodantur emplastra, tum ex diphryge præparatum, tũ ex uino melinum. Adde supradictis Coracion, quodq; constat oxymelite & pastillum Andronii, pompholigẽ & cadmiam. indicium uero est totum morbum mitescere, si prima ulcera cicatricem recipiant. Ad spirandi uero difficultatem eorum qui elephantia laborant, aselli humetis in locis degentes, qnq;, aut sex, ex aquæ mulsæ cyathis tribus potantur. Iam uero quædã ex iis quæ ad ægre spirantes inscribuntur, ipsis quoq; communiter competunt. Aquarum naturalium usus adhiberi debet, ceu maxime necessarius, præsertim aluminosarum, ferrumq; resipientium. & fieri potest, frigidarum. Confert & ipsarum potio, tum marinæ arenæ usus. Eandem habent efficaciã omnia quæ desudationes mouent. Quoniam uero affectus hic, non minus ac pestilentia contagiosus est, quã longissime ab urbibus ad loca mediterranea & frigida ablegare ægrotos cõuenit: ubi pauci ho

mines uersentur,siq; fieri poterit, inde rursus ad cõfinia migrabunt, tum ipsorũ causa, tum illorum, qui, ut uero simile est, ipsis incident. Quippe sic aere fruentur commodiore, & alios hac lue non inficient.

DE LEPRA, ET SCABIE, QVÆ psora dicitur. Cap. II.

VTerq; affectus, cutis aspritudo est pruriens, in qua corpus paulatim absumitur. Originem ex atra bile ambo hæc uitia trahunt: sed lepra altius, circularibusq; erosionibus cutem depascit, & piscium modo squamulas ex se remittit. Psora uero summam illã corporis cutem exedit, uarias figuras habens, furfurea magis quàm squamosa ex superficie descendunt: in quibus sanguinis dimissio adhibenda est, si corpus succis redundare uideatur. sin minus purgatio certe ex iis quæ atræ bili uacuandæ sunt. Extrinsecus autẽ utere communiter utroq; ueratro, calcemq; elotam torridamq; in ipso usu, aqua diluens, ad sordium spissitudinem illinito. ALIVD. Saluiæ, oleæ Aethiopicæ lachrimæ, singulorum denarii octo, capparis radicis corticis, gummi, singulorum denarii quindecim. Inunguntur ex aceto ad solem, proprie uero lepras disiicit anemona applicata, item uitis albæ radix. Composita uero hæc, lolii farinæ chœnix, cardamomi albi denarii quatuor, nitri spumæ drachma, attramenti sutorii drachmæ octo, hastulæ regiæ radicis mediæ drachmæ quatuor. Aceto pertrita, & in cerati spissitudinem coacta illinuntur, parti prius nitro detersæ: ubi solueris (solues autem tertia die) & frigida aqua elueris, rursus inungentur. ALIVD. Hastulæ regiæ radicis succi unciæ sex, sulfuris ignem non experti, mannæ, singulorum drachmæ decem, nitri drachmæ octo, aceto subacta illinuntur. Ad psoram peculiariter facit ex simplicibus herba pedicularia, staphis agria dicitur, lupini amari, cardamomũ cum aceto lilii radix cum melle, resina terebinthina sul-

fur, cicer, caprillũ ſtercus. Inter compoſita, miſy & chalcitis pari modo ex uino humidiores pſoræ delinuntur. ALIVD. Rhododaphnæ tenera folia in olei ſextario ſimul incoquito, donec tabeſcant. Ac ubi proieceris oleo adiunge ceræ tractæ uncias tres. poſtquam ſoluta refrigerataq; fuerint, ſulfuris uiui unciam inſpergito. ad ſolem, uel in balneo perungito. nonnulli ſimul cum rhododaphne etiam ſcillam coquunt. ALIVD. Medicamenti διὰ χυλῶν, hoc eſt, ex ſuccis herbarum confecti unciæ duæ, ceræ tantundem, roſacei uncia, argẽti ſpumæ unciæ tres, ceruſſæ totidem, liqdæ picis unciæ ſex, helcyſmatis unciæ duæ, ſirici tantundem, aceti quod ſiccis leuigandis ſufficit. ALIVD. Ceruſſæ uncia ſemiſſis, amyli tantundem, plumbi uncia, lotariæ rubræ uel anchuſæ, unciæ duæ, ceræ unciæ ſex, roſacei unciæ nouem. Anchuſa probe cum roſaceo coquitur, deinde reliqua adiiciuntur. ALIVD. Oua decem, uel quot ad uſum opus eſt, aceto quam acerrimo macerantur, quouſque putamen ipſorum teneraſcat, lutea in eodem aceto coquuntur, leuiganturq; roſaceo, & reliquo aceto etiam argenti ſpumæ modicum ad ſordium ſpiſſitudinem coactum illinitur. ALIVD. Ouorum quæ in aceto commaduerint, lutea tria, roſacei unciæ ſex, ſulfuris uiui unciæ tres, leuigatis prius cum aceto luteis & ſulfure, ceratum adiicito. Argenti ſpuma oxyrodino detrita, ut emplaſtri craſſitudo fiat, acriores pſoras exterit. Iam uero ex lapatho ſmegmata, & ex iis quæ elephanticis faciunt, plura communiter tum ad lepras, tum ad pſoras conueniunt.

*Manu ſcriptũ habet heminam.

*Hic deeſt aliqd in Græcis.

DE IMPETIGINIBVS. Cap. III.

IMpetigenes ex tenui acrique ſanie craſſioribus aliis miſta contrahuntur, celerrime in ſcabiem, & lepram tranſeuntes, quapropter remedia ualide ſiccantia requirunt. Corpore igitur toto,

si opus fuerit, euacuato, simplicia quidem ipsis conferent, cicer, ueratrum, erinaceus saxatilis, pix cerato, resinæq; mista, crocodili terrestris stercus, atque sturnorum cum oryzam solam ederint. Plerique hoc solo impetigines mentum infestantes aliamve particulam, aboleuerunt. Tritici multum capitur, incudiq; ignitæ cuipiam imponitur, & quicquid inde humoris defluit, calens adhuc impetiginibus illinitur. Puerorum impetigines, hominis saliua continue defricantur. His opitulatur pruni gummi illitum. In uetustatem incidentibus uitiis folia cum aceto detrita applicantur, uel capparis folia similiter. Composita uero hæc sulfur cum thuris lachryma, aut cum ammoniaco, subactum aceto illinitur.

PASTILLVS AD IMPETIGINES.

Glutinis figlini denarii quatuor, thuris denarii tres, aceti *cyathi dimidium. aceto soluta illinuntur. ALIVD. Chalcitidis, gummi, singulorum drachmæ octo, sulfuris ignem non experti, misyos, singulorũ drachmæ sex, squamæ æris, acaciæ, singulorum drachmæ duæ, aceto delinuntur. ALIVD. Sulfuris uiui, nitri spumæ, singulorum drachmæ quatuor, cachryos grana sexaginta. leuigantur ex aceto. Sola uero pars uitiata, inungitur, sed ita, ut quæ integra est, non coinquinetur: exarefacta, aqua frigida eluitur. ALIVD. Veratri albi * singulorum drachmæ octo, farinæ lupini, buccinorum combustorum, nitri, singulorum chœnix. Arido detergentur. Porrò impetigines, quas ἀγρίους, id est, feras appellant, mediocriter siccantibus remediis non discutiuntur, acrioribus autem irritantur. Adhibere igitur oportet medicamenta abunde quidem efficacia, sed quæ non ualenter erodunt, quale est istud: Glaucii, thuris, alcyonii, bituminis, sulfuris, gummi, singulorum uncia, aceto inungitur. ALIVD. Picem Aphricanam cum aceto coctam liquatamq; illinito. ALIVD. ad impetigines & pruritum: Atramenti sutorii, sul-

*Manu scriptũ habet heminæ.

*Hic deest aliqd in Græcis

furis, uiui, nitri, thuris, pari modo, in impetignibus quidem, aceto adiecto, in pruritu autem uino utitor.

ALIVD Leichenion, ab impetignibus curandis nuncupatum. Guttæ ammoniaci, erui farinæ, lupini farinæ 5 æquales portiones aceto illinuntur.

DE PRVRITV. Cap. IIII.

PRuritus qui senibus accidit, ex toto nunquam cõsanescit, uerum lenitur infra positis remediis. in reliquis ætatibus, si ex prauo humore contrahitur, 10 qui nimirum biliosus, aut pituitosus, putris salsusve est, per ipsius uacuationem tollitur. Porrò agnoscitur ab ætate, temperamento, uictus ratione, anni tempore, regione, & reliquis his consimilibus. Si igitur in uenis simul cum sanguine redundare uideatur, à sanguinis di- 15 missione auspicandum est: Sin autem qualitate magis uitiosus extiterit, similibus eo medicamentis uacuato, ad exteriam curationem diuertemur. Lauandum itaque prorsus ieiuno est, nonnunquam & modico cibo sumpto, iterum lauandum: quippe uitium uix inhumescit, 20 detergitur autem, fœnugræci decocto, aut betarum, aut furfurum, aut maluæ agrestis & satiuæ, aut ptisanæ. Præter hæc, farinæ etiam fabaceæ, uel lupini, uel glandis unguentariæ, uel smegmatis ex pepone præparati, quod πεπόνατον appellant, si inueterauerit, lauatio simi- 25 liter quidem conuenit: fotus autem ex saluiæ decocto, myricæ, herbe mercurialis, origani, pulegii, baccarum lauri, cucumis syluestris radicis, capparis, cineris lixiui stillaticii, muriæ acerosæ. Deinde resperguntur arido nitro, uel cum fœcula aceti, uel quod recipit nitri spumæ sex- 30 tarium, thuris lachrymæ, sulphuris uiui, singulorum libram, cimolie libram semissem. Vel hoc, Aphronitri, sulfuris uiui, alcyonii combusti, pari modo. siccis utitor, uel cum quodam ex supra dictis decocto. Si autem placet, etiam ueratrum siccum inspergito, sine pingui addi- 35 to. Illinitur autem cum oxelæo herba pedicularia contrita, uel sulfur, uel sandaracha, uel omnia, uel sinapi, cũ

myrobalani expresso, & oxelæo, uel utere cochleis combustis, leuigatisq; melle, uel lapathi radicibus, uel smegmatis inde confectis, ut in capite de elephantia comprehensum est, aut quibusdam ad scabiem efficacibus. Si autem exulceratio partes exercuerit, parigro, uel diapompholygos appellato medicamine utendum, uel ceræ uncia liquefacta in cyprini *hemina, cui sulfuris adiecta sit uncia.

*Impressũ cyatho

ALIVD AD PRVRITVS.

Nucum magnarum cutis uncia, sulfuris tantũdem, apii succo leuigatis utitor in balneo, membra affatim defricans. Hoc solum multis tum scabiosis, tum alio pruritu detentis, abunde fuit. Item apium per se uiride tusum infricatumq; in balneo uehementer auxiliatur. Similis effectus est perdicion & acerna resina cum rosaceo soluta, illitaq;. ALIVD. Oryzæ puræ & nimis candide, unciæ tres, tusæ cretæq; aceto quamacerrimo leuigantur, donec sordium fiat spissitudo, adiiciaturq; priuatim sulfuris uiui detriti uncia. mixtis perbelle in balneo utitor, diutius defricans. At in iis qui superfluitatibus magis redundant, pari portione illorum temperata, præstantius remedium reddetur.

DE LEVCA. Cap. V.

Leuce, cutis quædam ad albidius muratio est, q̃ uiscosa glutinosaq; pituita contrahitur. Quoniam uero non quælibet leuce curationem recipit, notas ipsius tales habeto. Acu per summa leucæ puncta, sed cute non penitius, si sanguis emanauerit, sanabilis est: sin lactea humiditas, desperata est. Vel panniculo laneo asperiore infricata cutis, si quidem rubicundior euaserit, medicinæ locus est: sin idem color remanet, non consanescit. Et quæ plura corporis loca obsidet, leuce, difficilius tollitur, q̃ quæ pauca deturbarit, item uetustior, quàm recens minus in medicina spei habere cẽsenda est. Nonnulli igitur adustionem, quæ ferramento candente administratur, in leuca probarũt, sed ita, ut hæc

uel sola ualetudini sufficeret. Alii uero dolorem inde ci catricemq; secuturam ueriti, ut quæ non minus ac leu-ce indecora sit, medicamentis crustam inducentibus, qualia & cicatricem ait concolorem efficere, usi sunt.

5 Alii & horum inefficaciam repudiantes, tincturis uti maluerunt, imposturæ potiusq̃ auxilii rationem habentes, quæ sane omnium maxime uitari debēt, quod affectus celeriter renascatur. Itaq; subiectis uti medicinis, consi-lium est. adarce, cachryos, sulfuris uiui, singulorum paria

10 pondera, tusa & incerniculo priuatim creta, deinde si-mul cum aceto in pollinem sat multis diebus detrita, in sole illinuntur, non uniuersa, ne cutis exulceretur. Procedente autem tempore, ueratri, & gallæ similiter momē tum addiicitur. ALIVD Fici nigræ surculos, aceto

15 imbutos, contritosq; misceto, aphronitri, sulphuris ignē non experti, myricæ fructus, pari singulorum modo, ubi nitro cutem defricaueris, in sole perungito, animum attendens ne exulceretur. Archigenes autem fici foliis, calcis uiuæ quod satis est, mixto, similiter usus est, uel in

20 fricatas, inquit, leucas, albo ueratro, donec sudore difflu-entes reliquo corpori concolores fiant, illinito synopi-de, uel mediade, uel acu transfixa punctas quoad cruor emanet, illinito synopide, cum aceto, uel prius abstersis, ut est comprehensum, perungito, fici liquore recenti, &

25 folio eiusdem affatim infricato.

DE ALPHO ALBO, ET nigro. Cap. VI.

ALphi cognato leucis modo generantur, sed hę altius cutem mutant ut pilos quoq; sibi similes

0 procreent. Alphis summam cutem infestant, quā quam & ipsi cum uetustatem sentiunt, penitius recedūt in eisq; albi pili enascuntur idque humoris qui subest ratione. Etenim ex pituita albi ducunt originem, nigri ex atra bile. utrisque igitur commune pro-

5 dest auxilium, elota calx aqua soluta, aut dracun-culi radix, cum aceto illita, simili modo utrunque

ueratrum eiſdem efficax eſt, item lupinorum amarorũ decoctio ſuperfuſa, eorumq́; farina, ex aceto, uel oxymelite inducta, iam capparis radicis cortex cũ aceto, liliiq́; radix cum melle, cepa ex aceto in ſole peruncta. crocodili terreſtris fimus idem præſtat, pari efficacia & sturni excrementum, cum oryzam duntaxat ederit, ſepiæq́; teſta concremata. Compoſitum uero hoc præſtans eſt, Alcyonii, nitri, ſingulorum pondo ſextans, ueratri albi, ſulfuris uiui, ſingulorum uncia. Nonnulli uero & floces uini combuſtas adiiciunt. ALIVD. Sulfuris ignem non experti, nitri ſpume, ſingulorum denarii quatuor, cachryos grana ſeptem, teruntur cum aceto. ſolum uero alphũ perungito, ſed ita ut integram partem non attingas. ſiccatum medicamen aqua frigida eluitur.

ALIVD farinæ lupini, buccinorum, & nitri, ſingulorum chœnix, ueratri albi, drachmæ octo. Arido pars defricatur. ALIVD. Erui fariuæ pondo duo, erucæ ſeminis, amygdalarum amararum, cucumis ſylueſtris radicis ſingulorum pondo: mulſo ſimul leuigata delinuntur, & hora interpoſita per ſpongiam abluuntur. facit etiam ad ephelidas, uaros, & clauos.

AD ALPHOS ALBOS EXPERTA.

Sulfuris ignem non experti, ſextarii duo, calcis uiue candidæ, unciæ quatuor, albumina ouorum, quinque olei nardini, & aceti momentum. ſulfur primum in pollinẽ cogitur, mox oleum nardinum ei ſupsrinfunditur, ruruſq́; leuigatur, deinde acetum inſtillatur, & iterum teritur, calcem uero priuatim lotam ſemel, bis, terve, ſulfuri adiicimus, unà cum ouorum aquato, & denuo conterimus. collectus humor effunditur. pauxillum uero relinquentes, ut unguen queat illini, in hũc modum utimur. ALIVD Archigenis. Sulfure uiuo, fici foliis aridis, aphronitro, alcyonio, terra cimolia, myrto, ex aceto utitor. ALIVD Archigenis, fici foliorum quæ in umbra exaruerint, ſulfuris, aluminis ſingulorum æqua portio

cum aceto inungitur, aut foliorum fici, denarii quatuor, nitri duo, alcyonii combusti tantundem, aceto in balneis illinitur. Priuatim nigros exterit efficaciter sandaracha cum sulfuris dimidio, sed cute nitro prius defricata, in 5 sole perungitur. albos uero tollit atramenti sutorii, æru ginis, æqualis modus, nitri duplicatus sine pingui infri- catur, perungiturq; , uel cachryos, sulfuris uiui, adarcæ æquæ portiones, ex aceto infricantur, illinunturq; , cum inaruerint abluito, locum perfricans. Idē facit & leucis.

10

AD STIGMATA, EX COMMENTARIIS ARCHIGENIS. Cap. VII.

STigmata curabis, si quod matulæ adhærescit, ace to quamacerrimo illinas, uel calcis uiuæ partem unam, nitri tosti fului dimidiam, cum aqua in sole 15 illinito. At ubi exulcerationem fuerint experta, cicatricē tanquam ulceri inducito. Criton uero iubet confricatæ nitro prius cuti terebinthinam illini resinā, linamentisq; colligatam sex diebus relinqui, septima deinde solui, & acu pungi stigmata, & sanguinem qui flueret spongia 20 detergi, interiectoq; breui temporis spatio, tenui sale cō fricare locum. Tum imponi ad dies quinque medica- mentum quod recipit, thuris, nitri, cineris lixiui, calcis, ce ræ singulorum denarios quatuor, mellis octo. soluto enim medicamento, quod est nigrum, in eo deprehen- 25 des. ALIVD unguen. Piperis drachmæ due rutæ, sin- gulorum drachme quatuor, sandarachæ, drachmæ qua tuor, auripigmēti drachma, mellis qđ satis est, cuti prius nitro infricatæ illinitur, itē allis priori consimiliter per- actis, per triduum soluitur, & nigritie abstersa, rursus in- 30 ungitur. Exterit enim (inquit) diebus uiginti, tam integre ut nec exulcerationem, nec cicatricem relinquat.

ALIVD quod Criticon dicitur. Thuris drachmæ qua tuor, nitri drachmæ duę, atramēti sutorii drachmæ qua tuor, ceræ drachmæ sex, piperis drachmæ tres, calcis 35 drachmæ tres, thapsiæ totidem, auripigmenti drachma una & semis, sandarachę drachmæ tres mellis quod

ſufficit,utere quemadmodum ſuperiore. Oribaſius tra-
dit ranunculum illitum,uel capparis folia ſtigmata exte
rere. At ſi altius fixa non diſcutiantur, leuiter autem ad
cutem pertineant, cruſta ferramento frigido excitata
tolluntur.

DE PITVITÆ ERVPTIONIBVS, quæ exanthemata uocantur. Cap. VIII.

PItuitæ eruptiones, quas Græci exanthemata uo-
cant,ex craſsis in cute concretis humoribus, ma
gisq́, quum ſuperior pellicula denſior eſt procre
antur. In quibus igitur,ſi altius humorum copia ſubſti-
terit,primum purgatio tentanda eſt. Nam ſi hoc negle-
cto,prius diſcutere aggrediaris,obſtrues ipſos potius q̃
per cutem euacuabis. Sin autem nullæ in alto deliteant,
humorum colluuies,per cutem uacuare oportet, nec
procul attrahere,ſi aluo,aut uomitu uacuationem mo-
liare,ſed humorum qui cuticulæ impacti ſunt, curatio-
nem medicamentis experiere,quæ exurunt calfaciuntq́;
maxime quum latæ ſunt eruptiones,ſiquidem tam frigi
do,craſſoq́; humori,huiuſmodi dedicata ſunt. Lauri igi
tur tenerorum foliorum,rutæ & mannæ, æqualem,ſin-
gulorum portionem detritam & lachrymam thuris o-
leo ſubactam delinito,uel betam teneram incoctam tri
tamq́; inducito aut ceræ drachmas octo,ſulfuris,tantun
dem,ſalis drachmas *ſex. Arida in pollinem coacta, &
olei cyatho dimidio ſuperfuſa, omnia ſimul incoquito,
factoq́; emplaſtro utitor. Sed coctioni ſedulo aſsiſten-
dum eſt,quod uehementer efficax remedium ſit.

*Manu ſcriptũ exemplar octo hẽt.

AD EPINYCTIDAS. Cap. IX.

EPinyctides ulcuſcula ſunt,ſua ſponte erumpentia,
puſtularum ſpecie & ſubrubra,quibus apertis,cru
enta ſanies defluit,per diemq́;non magnopere ex
cruciant:per noctem uero,graui magis quam pro ratio
ne ulceris,dolore torquent. Itaque liquor ſilphii aqua
ſolutus imponitur.nam citra roſionem deſiccat, aut ci-
cuta in leuorem detrita inducitur,aut braſsica cruda cũ

aqua, aut apium cum polenta trita applicatur, aut alterci folia cum melle pertrita admouentur, aut solanum per se, & cum coriandro uiridi, aut oliuæ foliis utitor cum aqua coctis: aut uuas acinis exēptis leues, aut uuas passas splenio illitas imponito, uel adianthum ex melle tritum. Vitari debet acrium, acidorum, & salsorum esus, fomenta, balneum, & insolatus.

DE PVSTVLIS, QVÆ GRÆCE phlyctænæ dicuntur. Cap. X.

PVstulę quæ non sua sponte rumpuntur, sed graui dolore excruciant, acuta perforari acu debent, qua parte humoris colluuiem subesse senseris. Deinde humore leuiter expresso cutis obducta sinitur, donec impleatur. At si uulnus conniueat, denuo pustula perforanda est similiter & exprimenda, tum cutis præposita, seruanda quandiu id quod sub ea exulceratum est, ad cicatricem peruenerit. Priusquam igitur pustulæ erumpant, cocta lenticula, cum aqua leuigata inducitur, uel mali granati uirgulta, cinere calido tepefacta imponuntur, & loci attinguntur. Quòd si ruptæ fuerint, & ulcus excitatum, adeps suillus liquefactus & argenti spumæ detritæ mistus, in linteumq; illitus admouetur, uel lilii radix in aqua cocta tritaque cum cerato imponitur.

AD EPINYCTIDAS ET PVSTVLAS.

Argenti spuma & sulfur ignem non expertum pari portione cum aceto applicantur, item myrtus in leuorem redacta, sordium illitione cum oleo & uino: benefacit, tum his, tum calidis feruoribus & pituitæ eruptionibus, gliscentibus capitis ulceribus, furunculis incipientibus & adustis medicamentum, & quod molybdena, & q̄d ouis præparatur.

AD AMBVSTA IGNI. Cap. XI.

AMbusta igni medicamentis indigent q̄ modice abstergāt, nō euidenter calefaciāt, aut refrigerēt,

Itaque terra chia, cimolia, cretica, omnisq; leuis illita cũ aceto non admodum acri, uel aqua, præclare facit, prohibetq; pustulas excitari. item ouum integrum crudum statim impositum, lana molli exceptum. etenim refrigerat leuiter & citra rosionem desiccat. idem efficit atramentum scriptorium illitum, uel lachryma thuris aqua diluta, uel lenticula cocta tritaq;, uel eruus iniicitur. At ex aqua calente ustiones priusquam pustule oriantur oliuarum halmadum aqua continue superfunduntur, ipseq; halmades cum polenta contrite inducuntur, aut alumen scissile, pertritum cum aceto illinitur, aut fel taurinum cum aqua copiosiore liquatum inungitur, aut lixiuium stillatitium superfunditur garo, aut muria fouetur, aut bulbi liliorum, aut hyacinthi, aut narcissi cum rosaceo triti & in sordium spssitudinem coacti delinuntur. Marcellus autem hoc compositum tradit. Panniculi melle imbuti & hordei succo irrigui combustiq; cineris mittuntur drachmę octo, ceruse drachmæ quatuor, butyri drachmæ octo, ceræ, seui caprilli, rosacei, singulorum drachmæ sedecim. At pustulis iam excitatis, rhus cum polenta tritum aceto applicatur, aut lixiuium cum calce uiua cerato mixtum illitumq; linteolo imponitur, iam quod spherion dicitur medicamentum, ambustis utile est, partes exulcerate porris contritis obducuntur, aut portulaca contrita cum polentis, aut columbæ fimi linteolo inuoluti combustique & oleo diluti cinere utitor. Mirifice proficit & piceæ, aut rhedæ cortex, aut adianthum aridum, leuigatumq;, aut myrti folia combusta, pertritaq; insperguntur. efficax autem unumquodque horum est & si cũ cerato componitur, item quod rubræ anchusæ radicis siccę & in leuorem contusæ põdo trientem recipit, ceræ tractæ pondo dodrantem, rosacei uncias duodeuiginti, iam quod cerusa constat cũ modica cerui medulla, laudatum est remedium.

AD EOS QVI FLAGRIS cæsi sunt. Cap. XII.

Cerusæ,

CErusæ, argenti spumæ æqualis portio, ceræ quadrupla cum susino, aut rosaceo, emplastri modo inducitur, primo die priuatim susino solo utitor, uel croci drachma, tragacanthi tantundem, ouum integrum, sine eruis unita cęsis imponuntur, item pellis ouis recens excoriatæ calens adhuc circundata, quolibet efficacius die uno & nocte persanat.

QVO MODO PILI ADVSTIS renascantur. Cap. XIII.

PIli ambustis nascuntur, si fici folia in fictili tosta, cum cerato in emplastri modum imponas, aut fici pinguis drachmis octo, sampsuci drachma, tritis cum oleo donec cerati fiat spissitudo, utitor, uel detrimenti lapidis drachmas centum, æris squamæ drachmas decem cum aqua subactas in pastillos cogito, in usu partem unam cerati partibus octo diluito.

AD ABRASA, QVÆ APOSYRmata Græci dicunt. Cap. XIIII.

ABrasa & superficiem infestantia ulcera, primum aut uino aut aceto, aut muria acetosa astringes. Deinde medicamentis, ad cicatricem ducēdam, utere, tum liparis, tum ex albis emplastris tripheris. Summe autem facit quod cerusæ partem unam recipit, ammoniaci, dimidiam, myrtei quod satis est. Ammoniaco ex aqua in leuorem trito cerusa miscetur, myrteumq; superfunditur: utitor lipara. Vel lapidis detrimento probe eloto, squamam æris admisceto, & myrteo in leuorem coactis utitor, aut cimolia, & argenti spuma, ex uino, ricininoq; & myrteo tritis utitor.

AD ABRASA, INTERTRIGEnes, inueterata ulcera, senilem teneramq; cutem.

Argenti spumæ chrysitidis drachmæ quinquaginta, ceræ drachmæ uiginti, resinę siccæ ex teda drachmæ duodecim, olei sesquihemina. Argenti spumæ oleo incoctæ reliqua adiiciuntur: rudicula agitatis, uel etiam in pi

la emollitis utitor,ſed cutem abraſam ab ulceribus non oportet amputare,ſed medicamentum ei inducere: ſic enim glutinabitur uel nigreſcens. At ulceri,quod eroditur ſordidumq́; eſt ſi carne nudum hiat,uix cicatrix obducitur. Cæterũ abraſa tuetur ab inflammatione, rhu rubrum,ſi illinatur leuigatum,cum melle,aut iunci rotũdi coma cremata,& cum melle impoſita.

AD ABRASA, FLAGRIS CAEſa,& articulorum contuſiones medicamentum,quod dolorem leuet anodynon appellatum.

Argenti ſpumæ,ceruſæ,ſingulorum unciæ decem, ceræ unciæ ſex,olei puri,aut roſacei ſeſquilibra, amyli unciæ duæ. Ad eadem ualet Pelarion quoque ex helcyſmate quod eſt ſtercus argenti, item medicamentum quod ouis conſtet.

DE FORMICA, ET VERruca. Cap. XV.

VTrunq; uitium,cutis excreſcentia eſt exigua,calloſa,& plerunq; figura teres: ſed formica, quæ Græce myrmecion dicitur,latiore baſi, & ſeſſilis eſt,ſimilem mordentis formicæ ſenſum inducit. Verruca autem,quæ Græcis uocatur acrochordon,anguſtiore,& penſilis eſt,ut chordæ nexu ſuſpenſa pendere uideatur. Hos igitur tumores,elaterium cum ſale infricatum tollit,thuris lachryma cum aceto, groſsi cũ aceto, farina,& nitro,liquor fici illitus ſimiliter facit, tithymalli, ſmaridis caput ſalſum concrematum,ærugo cum ſulfure ignem non experto combuſta,ocymi folia cum atramento ſutorio,ſarmentorum adhuc uiridium uſtorum quod diſtillat,fimus ouillus cum aceto,hircinum fel illitum,heliotropii magni fructus,cum uino applicatus,ruta cum nitro & pipere,nitrum cum urina pueri uenerẽ non experti,ſtercus bouis gregarii in aceto.

DE GANGLIO. Cap. XVI.

GAnglium neruorum concretio est, ex ictu, aut lassitudine oboriens, in pluribus quidē corporis partibus, præcipue uero motui dicatis, nempe manu summa, & pedibus. Quo in uitio Archigenes calcem uiuam unà cum adipe anserino, & terebinthina, imponendam censet. Sæpe uero medicamine, quod lapidem achatem recipit, utitor. At Oribasius, eo quod subsequitur, cerusæ, resinæ piceæ, olei ueteris, singulorum uncia, ammoniaci suffiminis, galbani, singulorum tantundem, ceræ unciæ quatuor, aut pilam pensilem plumbo conflatam, inquit, crassiorem uertebræ modo, ganglio ampliorem imponito, deligatoq́;: pondere siquidem longiori temporis spatio ipsum dissoluit, atq; hoc nos utimur.

DE INFLAMMATIONE. Cap. XVII.

OMnes ex æquo tumores calidos, quibus dolor, feruorq́; adest, nostri īflāmationes, Græci phlegmonas appellare consueuerunt. Verum pro diuersa quæ ipsos facit, materia, hi quoq; euariant. Cum enim sanguis probus & crassitie mediocris, in particulā aliquam uniuersim confluxerit, ac propter copiam impactus inhæserit, inflāmatio proprie appellata nascitur. Cum uero flaua bilis in parte aliqua substiterit, herpetē uocant, ubi uero & sanguis, & bilis flaua simul incubuerint, erysipelas excitatur. At cum sanguis, qui influit, calidus impēse, & crassus fuerit, carbunculmos ouere solet. Itaq; ab inflāmatione quæ peculiariter phlegmone dicitur, & multis semper accidit, incipiendū esse iudico. Tumor rubens, doloris plenus, tangenti renitens, & calidus ex sanguine, ut à me dictū est, probo originē trahit: qui, sanguinem dico, nunc ex toto fertur corpore, nunc in aliquam particulam copiosus incumbit, sicut à uasis nequeat contineri, exciditq́; aliquid roris modo in ampla partium quæ intercedūt, spatia. Est cum uitium hoc uulneribus, fracturis, ulceribus, aliisq́; pluribus externis causis superuenit. Cum itaque inflammatio re-

pente euestigio particulam quampiam sine manifesta causa præcedente obsederit, totum uero corpus, parti contagium transmittat, uniuersum quidem id, sanguinis dimissione, uacuari oportet. quod autem inflammatio-nem experitur, superfundere ac illinere medicamentis, quæ non calefaciant, humectentq́;, sed illuuiem humo-ris repellere sint idonea. At quod iam in affectam partē se receperit, euacuatur. Itaque illinitur cataplasma quod constat semper uiuo, mali Punici cortice, uino incocto, cera, & polenta. hoc & similibus cum dolor uehemens non urget utendum est. Vbi uero particula fluxionem cum dolore ampliore senserit, ne sic quidē calens aqua oleumve adhiberi debet, aut ex farinis cataplasmata, ut quæ fluxionum uitiis omnia sint inimica, doloris tamē uehementia leniri eo quod cōstat passo rosaceo, ceraq́; modica, & lanis sordidis quæ œsypi multum contine-ant. Per æstatem quidem frigida, hyeme egelida exci-piuntur, applicanturq́;, sed ita ut superiores quoq; affe-ctis partibus locos, spongia uino austero imbuta, aut po-sca frigida comprehendant. cæterum miscentur cum ca-taplasmatis utiliter etiam herbæ. Parietaria igitur ad om-nem inflammationem accommoda est, tum per initia, tum in augmento, consimiliter glaucium, atriplex, mal-ua, lactuca, cucurbita, calidis illitæ, benefaciunt & tribuli utriq; inflammationibus ex influxu concitatis. brassica uero durescentibus ualet. At ubi immutatio his obori-tur, nec pus subsidet, curationem tentabis emplastro, quod ex chalcitide conficitur, aut quodam persimili flu-xionibus dicato, lanam uero puram uino austero im-butam extrinsecus medicamēto superaccommodabis. Atque hac ratione inflammationibus ex humoribus de-fluxu contractis medeberis. Eas aūt quæ occasioni cui-dam feruntur acceptæ, si calefacias humectesq́;, non of-fenderis, ac si usus quandoq; postulauerit, scarificare ip-sas, cōueniens erit. At si ob defluxionem ortas inflāma-tiones scarificatione diuiseris, præsertim per initia, malū

quoddam haud mediocre ægrotanti accerses.

DE EXTERIORIBVS CORporis abscessibus. Cap. XVIII.

QVod si fieri non posse tibi uideatur, ut puris eruptionem impedias, panem hydrelæo incoctum delines, aut farinam hordeaceam consimili præparatam modo. particulam iure radicis althææ incoctę fouebis. At si tumor ad suppurationem contumax est, aut ægre discutitur, cataplasmate ex ficis siccatis utere: oportet autem ficus dulces pinguesq; incoctas aqua eliquescere, ac ius ipsarum in tenuis mellis speciem cogi, farinamq; hordeaceam adiici, & si quidem tumor subsidet minus ac conuenit, ficus incoques hyssopum, origanumve: sin uoles magis intẽdere, salem decocto iniicies diligenter animum aduertens, ne ex siccitate nimia pars in duritiem occallescat. Tale si quando uideris, cucumis syluestris radicem, aut althææ, aut bryoniæ aqua simul decoques. ualentior autem & discutiendo promptior, dracunculi radix est, ipsumq; medicamẽtum, quod dracunculo constat, ualide huiusmodi uitia disiicit. Nonnunquam igitur solum hunc decoques, nonnunquam & ficus siccatas admiscebis, farinamq; simul cum adipe. Iam anethinum oleũ crudos humores, incoctosq; tumores, & concoquit, & discutit. Item pix duros ac crudos tumores uniuersos cataplasmatis indita concoquit, magisq; liquida. MEDICAMENTVM COMPOSITVM, quod abscessus iam coctos expellit, ut subinde pus in splenio reperiatur: nondum uero coctos in totum digerit. Lapidis pyritis drachmæ duodecim, ammoniaci triti tantundem, lomenti drachmæ sex, exceptum pice liquida, pelliq; illitum imponitur. Splenium uero non prius aufertur quàm sua sponte deciderit. sed medicamentum non multo ante præparari debet, ut quod confestim siccescat. In his autem si tumor non dissipatus fuerit, & pus sub eo delitescat, parte scalpello diuisa, idipsum uacuabitur, cura deiceps

adhibita ne oleum, aut aqua admoueatur, uerum si uulnus abluere interim oporteat, aqua mulsa, posca, uino & mulso utendum est. Si uero inflammatione conflictetur, ex lenticula cataplasma inducitur. ubi illa caret, alio quodam medicamento, quod illiniqueat in huiusmodi sectionibus utemur. quinetiam eo quod constat chalcitide. Cæterum super ipsis iniicitur spongia lana ue uino austero imbuta, uulneri autem nullum pingue medicamentum accommodatur, quale est tetrapharmacum nam uehementer postulat siccescere.

QVAE ABSCESSVS RVMPANT.

Quoniam nonnulli abscessus ferramento diuidi non sustinent, tentanda sunt & medicamenta, quæ ab extrahendo dicta sunt epispastica: narcissi radix in pollinem detrita, & in mulsa cum irino cocta illinitur, uel tenera calami radix, minutim detrita cum melle. quòd si dura fuerit, mulsæ prius incoquetur: uel aristolochiam cum melle applicato. rumpit autem picis aridæ & propolis Creticæ par modus, cicatricemq; inducit.

DIONYSIA AD ABSCESSVS mirabilis, item ad mammas & inguina, epispastice, quæ per latentes meatus discutit.

Olei ueteris, aquæ singulorũ pondo libra, hydrelæum incoquitur, mox, aphronitri pondo unciæ sex adiiciuntur, misyos pondo uncia una uel duæ, incoquuntur donec manus nõ inquinent. Deinde miscentur mãnæ, thuris, ceræ, terebinthinæ, singulorum pondo unciæ sex.

AD NERVICOS ABSCESSVS.

Ceræ, colophoniæ, butyri singulorũ libra, picis aridæ, mellis, singulorum libræ duæ, æruginis unciæ tres. ALIVD epispaticum. Suffiminis ammoniaci selibra, ceræ, terebinthinæ, singulorũ triens, sulfuris uiui quadrans: nitri quadrans. Smilion aũt medicamen appellatũ, & quod portis cõstat, ualide tumores iã mutatos rũpit. Quod lini

feminis succum recipit, p cõmode discutit, mutat, rumpitq;. At mitioribus abscesſibus medicaměta cõgruent etiam ad parotidas inscripta. Atq; hæc de abscessu, qui ab inflammatione emanat. Galenus aũt memoriæ tradi-
5 dit abscessum nulla præcedente inflãmatione constitui, quæ ex probo sanguine habeat originem. Statim siquidem ab initio, inquit, humor aliquis aliàs specie alius in parte quadam collectus, uicina illi corpora excoriat tẽpore, & à subiectis dirimit. Sane inueniũtur in huiusmo-
10 di abscesſibus cum scalpello sunt diuisi, omnigenæ, tũ humorum, tum solidorum quorundam corporũ species. Etenim stercori, urinæ, grumo, humori mel referenti, mucosoq;: ad hæc osſibus, unguibus & pilis, consimilia corpora reperiuntur, imo & animalcula subinde in-
15 uenta omnibus prope quæ ex putredine subnascuntur simillima. Præterea in abscesſibus potisſimum inueteratis, qui ex humorum decubitu prouenerint, colligi tradit, quæ lapides, arenas, testas, ligna, carbones, lutum, sordes, amurcam & fæcem repræsentent. Quare absolu-
20 tior exteriorum maxime corporis abscessum significatio compendiose tradenda est, tum eorum qui medicamentis discuti nõ possunt. Abscessus itaq; est carniũ seu partium carnosarum, nempe musculorũ, uenarũ, arteriarum corruptio, mutatioq;. In genere abscessuum non-
25 nulli tunica comprehenduntur, ut atheromata, steatomata, meliscerides. Alii sine tunica constituuntur, quæ generis uocabulum usurpant, unde sermo hic noster procedit. Porrò abscessuum generationem plurima parte inflammatio præcedit, de qua disceptatum est. Interim
30 protinus ab initio, quemadmodum nuper dicebamus enascuntur. Comites abscessuum sunt, igneus loci feruor, tumor eminens, ruberq; magis ac antea, durusq; cũ dolore punctorio, pulsu, & grauitate, ut aliquid ex particula suspensum esse uideatur. Quòd si ue-
35 ro locus insignis extiterit, febris accedit & rigor inordinatus, noctu potisſimum dolor fatigat, & febricula.

Est cum inguinis inflammatio, proximis in glãdulis excitetur. Vbi uero abſceſſus in totum fuerit abſolutus, magna parte decreſcit, punctus obueniunt pruriginoſi, & leuiter ſtupidi, tumor in mucronem magis faſtigiatur tactu lenis, cedensq́; ſuperficies in uertice auellitur. Dico autem hæc de his qui foras rumpuntur. Si igitur uel medicamentis, uel ſua ſponte rupti fuerint, emmoto medicamine, curationem tentabis, parte iam pure uacuata: ſin aliter accidat, aperire ipſum in eum modũ oportet, quem in chirurgica explicabimus.

DE GANGRAENA, ET SPHACELO. Cap. XIX.

CVm inflammatio, neque diſcutitur, neq; in pus mutatur, ſæpe in gangrænam, & ſiderationem, quæ Græcis dicitur ſphacelos, incidit, de qbus iam ſermonem inſtituimus. Gangrenas enim appellant, cum membrum aliquod ob inflammationis, qua conflictatur magnitudinem emoritur: neq; iam confirmatas ſic dicunt, ſed quæ etiamnum fiunt. Eius mali uis eſt, ut niſi celerrime ſuccurras, facile affecta pars, quatenus uicina comprehendit, mortis habitum repræſentet, & hominem iugulet. Vbi uero membra ſic uitiata in totũ ſenſu fuerint deſtituta, affectum non amplius gangrænã, ſed iam ſiderationem nuncupant. Quin et oſſibus hoc mali accidit, cum caro ipſis circundata, praua ſcatens ſanie, ipſa hac imbuerit, ac putredine conſumpſerit. Cum itaque membrum ex toto, uita, ſenſu, motuq́; priuatum eſt, confeſtim præcidi oportet quam proxime ſanè parti. Gangrænam uero curamus, ſanguine ex parte uitiata affatim emiſſo, uel enim uena inciſa ſanguis corruptus, cum uena amplior in ipſo membro appareat, detrahendus, uel cute totius corporis diuiſa, multis altisq́; plagis ubi uero ſanguinem emanare permiſerimus, medicamentum aliquod putridis conſecratum induci debet, quale eſt, farina erui, aut lolii, aut lomentum ex melle acetoſo. Quòd ſi ualentius imponere cogites, ſalem

adiicito, aut pastillum Andronis, aut eius generis aliquē. Faciunt ad gangrænas, & uetustæ nuces: cortex autem ipsas expurgat: item liquor tithymalli tempestiue & mediocriter adhibitus. Opitulatur ipsis & lupinorum amarorum decocti ius inspersum. Nonnulli uero ubi putridam partem præciderint, quo securius mali radicem euellant, candens ferramentum adigunt. in quibus sale cum porro utendum est. Vt autem crustæ citius decidant, cataplasma deinde accommodatur ex pane, uel hordeacea farina uel triticea ex hydrelæo incocta. Item cephalicum aridum ex melle, tetrapharmacum, & Macedonicum ut appellant, utiliter imponitur. Iam panis cum apio tritus, aut ocymo, sic iris, uel panax, uel aristolochia, uel acorum cum melle, uel thus crustas probe separat. Idem præstat Macherionis medicamentum, & Isus linamento illita ex melle. In teneris autem corporibus abunde est etiam erui farina ex melle.

EX ORIBASII COMMENTARIIS AD GANGRÆNAS.

Æruginis rasæ, rubricæ, aluminis scissilis, singulorū par modus, aqua detritus gangrænis illinitur, scalpello undiqꝫ exasperatis. Item lolii farina cum radicula & sale, nonnunquam etiam aceto. uua passa acinis uacuata, cū cortice ex sale & oxymelite. Ad hæc nucum iuglandiū medulla, myrti folia uino incocta, tritaque ex melle, radicula cum aceto, crustas etiam ad ossa usque rumpit.

DE HERPETE. Cap. XX.

CVm bilis flaua nullo infecta humore excreta in particulam quāpiam decumbit, malum herpes nuncupatur. Si quidem substantia crassior sit, acriorq́;, totam cutem adusque carnem subiectam exulcerat, uocaturq́; herpes exedens. Si uero tenuior & minus acris calidaque, pustulas exiguas, per summam cutem milio similes excitat, ob quam similitudinem, herpes miliaris dicitur. At Oribasio authore, pituita cum flaua bile mista, miliarem herpetem creat. Corpore igitur

toto medicamine quod ducendæ bili est, euacuato, lo-
co affecto refrigerantia siccantiaq; inducuntur, princi-
pio capreoli uitis, rubi & plantaginis applicantur. po-
stea uero lenticula his miscetur interim, & mel & po
lenta. Item cataplasma siue semperuiuo, quod ad inflã- 5
mationes ex confluxu inscriptum est. Verum exulce-
rata pastillis inunguntur passo, aut uino tenui & auste-
ro nõ ueteri, aut posca diluta subactis. inducitur & glau
cium, eique consimilia ex aqua. nihil autem remittente
morbo, aceto dilutum admouetur. succo autem plan- 10
taginis, aut solani, aut uino soluta medicamẽta magnifice
auxiliãt: aut lini semẽ torridũ oleo uinoq; incoctũ, inq;
leuorẽ redactũ imponitur: aut terra cimolia, solani suba
cta succo pungitur: & argẽti spumæ unciæ. iiii. porri suc
ci septem cyathi, betæ succi tantundem, leuigata illinun- 15
tur: at inueteratis iam huiusmodi ulceribus. Musæ pastil
lus & Andronius efficax est. ALIVD Ad herpetem
pustulosum. Recrementum plumbi ex uino austero le-
uigatum illinitur, superiniiciuntur betæ folia uino inco-
cta, uel ceræ triens, myrtei unciæ sedecim, stercoris plũ- 20
bi triens, uino diluta illinuntur: at ubi id quod serpit re-
pressum fuerit, cerato ex recremento utitor, aut lente co
cta cum melle partem repleto. Ad herpetem uero qui
sub cute affligit, retrimentum plumbi, rutę leuigatæ suc
co excipitur, aut ceratum myrteum in uicem rutæ. 25
ALIVD. Lanæ ueteris illotæ circa tedam combustæ
drachmæ duodecim & semissis, ceræ drachmæ uigin-
tiquinque, recrementi plumbi drachma, seui caprilli cu
rati lotiq; ex aqua drachmæ uigintiquinque myrtei un-
ciæ quinque. ALIVD ad herpetas acute de- 30
pascentes, corii mali Punici dulcis drachmæ sex, ar
genti spumæ tantundem, lanæ illotæ tedæ combustæ
adhærentis drachmæ tres, ceræ drachmæ duodecim,
cerussæ drachmæ octo, thuris, aluminis scissi, singulo-
rum drachma, uino aut myrteo excipiuntur. 35

DE ERYSIPELATE QVI sacer ignis dicitur. Cap. XXI.

GAlenus tumorem ex feruente & tenui sanguine conflatum priuatim quidem & proprie erysipelas, qui sacer ignis Latinis dicitur, appellauit. Cum uero nec plane biliosa, nec sanguinea fluxio est, sed ex ambabus mista, utique ab eo quod in mistura superat nomen uitio indidit. Etenim ubi sanguis excellebat inflammationem erysipelaceam, ubi bilis flaua præpollet, erysipelas inflammatum dixit. Vtro autem modo dicas, nihil adeo ad præsidiorum usum interest. Id uero scire oportet erysipelata quæ capiti potissimum oboriuntur, plus facessere negotii, adeoq; esse periculosa ut nisi efficax consequantur auxilium, interim quoque affectos strangulent. Quod simul ac fuerit deprehensdm, protinus ab initio uena in cubito præsertim humeraria debet incidi. sin autem hæc non appareat, ea quæ se conspectui obiicit. At si quid sanguinis dimissionem impediat, purgatione utendum ex medicamento quod bili ducendę est. Hac sane & in aliarum partium erysipelatis uti, uel clysteriis efficacioribus oportet, tum ipsis illinere quę influentem materiam refrigerantium uirtute repellunt, collectam uero, calefacientium mediocriter & humectantium digerant, priusquam particula liueat, aut nigrescat, adhibita semper cura ut perliquida inungantur, ita ut frequentius immutentur, primis per spongias bene tinctas ablotis, siquidem multus particulæ feruor celeriter in uaporem erumpens, hæc desiccat. Cæterum requirunt erysipelata per initia, ut dixi, quæ refrigerent cũ humiditate, non astringant: quale est semperuiuum, portulaca, psyllion, lenticula palustris, seris, cucurbita solanũ altercum, lactuca, glaucium, item apium, & rhamni folia per se uel cum pane illita, item ceratum ex aqua admodum frigida. His miscetur etiam opii aliquid, lachrymæ papaueris, cicutæ & mandragoræ. Iam com

posita medicamenta inducuntur, fietq; ceratum, cera tra cta rosacei quadruplo admixto ex oleo immaturo sine sale confecto: his in pila emollitis, aquæ frigidæ superfunditur, quantum potest recipi. Si uero aceti tenuis & pellucidi momentum temperes, pręstantius medicamẽ tum habiturus es. Item polenta cum herba quadam frigidiore ex iis quas enumerauimus affatim membrum refrigerant. Idem efficiunt palmulæ pingues cum horũ aliquo mixtæ. Ad hæc pars etiam delinetur cerusa, uel terra cimolia, aut figulari cam solano, aut argenti spuma cum rosaceo, aut chalcitide cum oleo passoq;, aut cerusa cum aceto & lycio, item acacia cum aceto. Cum feruor remittit utendum simplicibus quidem, sulfure uiuo & menta cum oxyrhodino, aut ruta cum absinthio, aceto & oleo, aut argenti spuma cum porri & betæ succo. compositis autem, priuatim in capite hoc pastillo. Argẽti spuma, cerusa, croco, sulfure ignem non experto, opioque cum passo. Communiter autem omnibus, minio sinopico, chalcitide, misy tosto, ærugine, atramento sutorio, alumine scissili pari pondere ex aceto utitor.

ALIVD. Sulfuris uiui, cerusæ, opii, acaciæ paribus singulorum portionibus, ex aceto. Cataplasma ad sacrũ ignem, herpetas, abscessus, parotidas & ambusta. Althææ nouellæ foliorum tenerorum pondo: cocta in hydrelæo perbelle teruntur, adiectoq; rosacei triente, argẽti spumæ, cerusæ singulorum unciis duabus & semisse, iterum leuigãtur cum succo coriani, aut semperuiui, aut solani: deinde micis panis adiunctis ut emplastri formã induat, illinitur. Hoc autem emplastro utitor quod recipit recinini pondo, myrtei pondo, unguenti quincuncẽ, argẽti spumæ trientẽ, æruginis rasæ sextantẽ. Ærugo & argenti spuma aceto leuigantur. Ceratum ad erysipelata & ambusta. Cere tractæ pondo triens, rosacei pondo quadrans, oua sex, perdicii herbæ pondo triens. Vbi uero inflammatio membri conquieuerit, aut uetustatem experiatur, cataplasma illi, priusquam liueat, ex cruda

polenta est imponendum. Quòd si liuor iam occupa- rit cute scarificatu incisa, cataplasma induci locusq; per- fundi plurimum ex aqua calida dulci debet, sed & ma- rina & muria interim conducet, quinetiam ipsi cataplas- mati talis aqua, uel acetum, uel acetosa muria miscea- tur. Deinde commemoratis medicamentis compositis cura adhibita uti licet. Nam si inflammatio remaneat, aut in pus, aut in putredinem conuertitur.

DE PHYMATE, BVBONE & phygetlo. Cap. XXII.

AVthore Galeno, bubo, phyma, & phygetlon, glandularum affectus sunt: bubo quidem inflā- matio, phyma autem glandulæ inflammatio ad suppurationem spectans. Aliorum uero quorundam sententia communiter omnes, qui à natura abhorrent, ceu timidi abscessus, quancunque corporis partem ob- sideant, phymata appellantur. Siquidem Hippocrates in hunc modum scribit: Quibus phymata urinarum mea- tum exercent, hi abscessu in uomicam erumpente libe- rantur. At bubones qui prolapsu, aut aliis ulceribus, aut doloribus contrahuntur, periculo uacant: febribus autē superuenientes, qui plurima parte ex pestilentiali lue so- lent incidere, deterrimi sunt, siue femora, siue alas, aut ceruicem inuaserint. Verum priores initio, quemadmo- dum in flammatio quælibet, auxiliis repelluntur, quæ refrigerant, astringuntq;, uel spongiis ex posca impositis uel lanis oleo crudo uinoq; imbutis, uel rosaceo, uel melino, uel lentiscino, uel myrteo, deinde iis quæ dige- runt utendum. At si corpus uniuersum succis æquabi- liter redundet, prius ipsum uacuari conuenit. ubi iam ina- nitum est, ulceris in quo id prouenerit, cura haberi de- bet, sicuti in capite de ulceribus explicabitur. Glandula si inflammatione tentetur, lanis oleo quodam laxante, irriguis, recte lenitur totumq; ipsis membrum inuolui- tur. Cum tumor ad suppurationem spectauerit, non prompte diuidere, sed medicamentis quæ cerati speciē

referunt, digerere nitemur, cuiusmodi potissimum est ex apyrano confectum. Item quod ab herbis dicitur botanicon, si per hæc non discutitur rumpere adgredie mur, aliorum abscessuum modo, similiterq; illis mede- ri. In iis autem qui ob febres aut omnino humorum abundantiam procreantur, caueri debent repellentia, ne materies penitius detrusa cursum repetat, sed ab iis quæ digerunt, statim curationem Incipere consilium est. Si autem nihil prohibet, nempe aut ætas uut uirtus, san- guis prius è cubito dimittetur. deinde loco fomenta in ducentur ex decocto chamæmeli aut anethi, aut eius generis alicuius. Reliqua medicamentorum sylua, ma- xime ex iis quæ tertio uolumine ad parotidas dicta sunt, transferenda est. Item ex illis quæ nuper contra in flammatiões prodidimus, quemadmodum etiam phy gethli curatio, tum hinc tum ex remediis erysipelati ac commodatis petetur. Aster atticus herba quam & bu- bonion, quasi dicas inguinariam, ea ipsa de causa uo- cant, non solum illitus sed etiam alligatus, bubonibus auxiliari creditur. Phymata autem priuatim discutit a- dianthum, si illinatur, atriplex, parietaria althææ radix ui no incocta, ammoniacum cum melle mollitum indu- ctumque, uiscus cum resina ceratoque. Rumpit autem abscessum propolis, lupini amari ex aceto illiti, cucumis syluestris radix terebinthina excepta capparis radix si- militer, nitrum cum fermento aut ficis.

DE FVRVNCVLO, QVI dothien appellatur. Cap. XXIII.

FVrunculus tumor est abscessum præ se ferens, qui ex crassis humoribus in carnosis plerunque partibus concipitur, mitis quidem, cum in sola cu te coiit: peruicax autem, malignusque. ubi subterac- tis radicibus in superficiem erumpit. Dissipat au- tem furunculum ac concoquit, triticum commansum & impositum: mastiche ægyptia, uuæ passæ quibus acini sint exempti cum sale tritæ, ac illitæ, hunc disiiciũt

aut rumpunt, uel siccæ fici hydromelite incoctæ imponuntur, uel resina ficis mista inducitur, uel ipsæ ficus cum fuerint, pingues dissectæ, uel fermentum cum nitro, uel lini semen cum melle, uel alterci folia, trita cum butyro. Composita uero hæc proficiunt, quod ex fermento quod polline farinaceo constat, & quod priuatim à furunculo Græce dicitur dothienicon, fomenta autem adhibentur ex spongiis mollibus continuo calenti aquæ intinctis, deinde sic medicamenta iniiciuntur.

DE TEREBINTHO. Cap. XXIIII.

ORibasius terebinthum sane phymatis speciem esse asserit, super quam pustula nigra eminet: hac rupta id quod subiacet desquamato simile apparet. ubi scalpello diuiseris, pus deprehenditur. Dioscorides autem Alexandreus literis mandauit terebinthos cutis esse excrescentias, rotundas, nigrouirides, terebinthi fructum referentes, atque has aliis phymatum tumoribus similiter curari censet: auxilia ex supra comprehensis huc transferenda.

DE CARBVNCVLO. Cap. XXV.

CVm sanguis in atram bilem conuersus inferuescensque aliqua se parte receperit, carbunculus fieri solet, quod uitium plerunque à pustula ambustis consimili, interim uero & sine hac incipit. Cæterum inter initia, quibus hoc malum instat, particulam omnino scabunt, unde pustula, nunc una oritur: qua rupta, ulcus cum crusta gignitur: nunc plures erumpunt, milii seminis modo exiles: quibus perruptis similiter crustaceum ulcus prouenit, quale ferramenta candentia excitant, modo crusta ipsa cinereum colorem, modo nigrum præferente, sic ut inferiori carni continua adhærescat, & quodam modo affixa sit cum erosione. Reliqua autem caro circumposita,

in feruidam peruenit inflammationem, quã Græci phlo gosim appellant, & colore nigrescit, spiendetq; bitumi nis & picis modo. talis autem est bilis exacte atra. Verũ carbunculi, qui in carne radices egerint, confestim circũ scribuntur: qui membranas, neruosq; occupant, diutius remanent, luemq; subiectis corporibus impartiunt, ut etiam inflammationes quæ erysipelatis naturam resipi ant, in ipsis excitentur. plerisque itidem in suppurationé conuersi sunt. multis febres accedunt. Iam uero carbun culi ex causis populatim grassantibus excitantur. Cura tio ipsorum, nisi admodum fuerint exigui à uacuatio ne sanguinis è uena ad animæ defectionem usque di missi, tentãda est: mox scarificatus recte accõmodatur plagis ob succi crassitiem altioribus: particulę laboran ti inducuntur, quæ modice reprimunt dissipantq;. tale est cataplasma, tum quod ex plantagine conficitur, tum quod ex discocta lente constat, scilicet, mixta panis fur nacei mica. Esto autem panis, nec omnino à furfure pu rus, nec nimium eius habens, super ipsum uero ulcus ualens aliquod medicamentum imponitur, cuiusmodi est Andronis, Pasionis, & Polyide, diluiq; id uino ali quo dulci, ad sordium spissitudinem debebit. Item mas salioticum aridum, uel & ipsum similiter dilutum. Item radix dracunculi, uel aristolochiæ, uel liquor silphii, uel cirenaici, singula ex aceto probe delinentur. At quæ ery sipelatis naturam referunt, supra comprehensis ad id ui tii remediis perungentur. Quæ uero partes consortii lege affici putantur, succidis lanis ex œnelęo madefa ciendæ sunt. Vbi iam ardor acquieuerit, carbũculis inii ciuntur cerata cephalica, animenæ, emmota. generosis simum est quod herbis, tum illud quod nitro constat, item arida ulceribus depascentibus dicata, per se, & cũ rosaceo. Cum autem durities remanet, utemur melino Serapionis, operam adhibentes, ut quàm celerrime car bunculi in uomicam erumpant. Quod quidem fiet, si die bis, noctu semel, tum cataplasmata, tũ medicaméta mutes.

mutes. At quo radicitus carbũculos diuellas, dirimasq́; ab adiacẽtium commercio, malum Punicum, acidum, minutatim concisum in aceto coques: ubi intabuerit, in leuiorem deteres, linteoq; illitum induces: cum siccescit, aceto humectabis. Item nucis auellanæ ueteris, uel etiã non ueteris medulla carbunculos maturat rumpit. Hoc præstant & cupressi folia, tum germina, nouelli & molles galbuli cum polenta, uua acinis uacua, ficus siccæ uino incoctæ, papaueris ceratidis flores, liquor silphii, cũ ruta & mellis momento, pix liquida cum uuis passis, & suillo adipe.

AD CARBVNCVLOS VEhementer efficax.

Argenti spumæ libra, olei ueteris libra & semissis, auripigmenti uncia. Oleo cum argenti spuma dum manus non inquinet incocto, sublatoq; ab igne, auripigmentũ adiicitur, rursusq́; medicamentũ coquitur donec nigrescat, tritis in pila utitor per linamenta filiatim carpta.

AD GANGRENAS, VLCERA uetera, chironia strumas, podagram: priuatim uero ad carbunculos, ac eos qui palpebras infestant.

Opii, acaciæ, misyos tosti, squamæ æris, singulorum * drachma, atramenti sutorii drachma, alterci seminis drachma, tritis ex aqua utitur, probe facit & tetrapharmacum quod qnintam thuris partem contineat. Aduersus naturalium carbunculos, chalcitidis atramenti sutorii, singulorum drachmis octo, aphronitri drachmis duabus. ex aqua tritis utitor. Valet stercus quoque ouillum, torridum cum melle. In Alexandria Serapiade quod orchis & triorchis dicitur uiridi, cum micis panis cataplasmatis modo utuntur ad carbunculos, omniaq́; crustosa. Vbi crusta exciderit, cõmunis ulceris modo curabis.

* Aldus habet drachmas duas.

DE CANCRO. Cap. XXVI. PAV. ÆGIN.

CAncer in qualibet corporis parte oriri consue-uit, siquidem in oculis, & uulua, quemadmo-dum in ipsorum capitibus expositum est, aliisq; pluribus particulis, sed præcipue in fœminarum mam mis accidit, quoniam natura fungosæ & inanes, craß-fissimam atræ bilis, unde hoc uitium contrahitur, ma-teriam poßsunt excipere. ex eo enim humore cum re-ferbuit, prima uitium hoc rudimenta accipit. atque si acrior illa fuerit, cum exulceratione. Quapropter colo re magis quàm inflammationes nigricant, sed ita ut tan tam caliditatem non experiantur. Venæ autem quæ cir ca sunt intumescunt, intenduntur q;, cancri animantis pe-dum modo, unde & appellationem hanc uitium est sor titum. Nonnulli uero inde sic nuncuparunt, quòd diffi-cillime ab his partibus quas obsederit, euellatur, quem-admodum cancer aquaticus animans. Hoc malum pla-nè propter succi craßsitiem nõ consanescit, utpote quod nec repelli, nec discuti queat, nec totius corporis purga tione cedat, tamq; maleficum, ut mitiora negligens re-media, uehementioribus irritetur excandescatq;. Prima sane cancri rudimenta prohibere, ne augescant, licet, si melancholicus humor prius uacuetur, quàm in affecta particula radices subter egerit, impactusq; sit. uacua-tio quidem primum tentanda est, sanguinis dimissione, mox purgatione, per initia quidẽ ex simplicioribus pe-tita, quale est epithymon* quatuor unciis & S. in sero lactis, aut mulsa exhibitum. Deinde ex hiera, quæ nigrũ ueratrum recipit. Loco autem dolenti inductum subse-quens remediũ, sine dolore facit exulceratis: solani suc cus linteo molli dupliciin eum tincto imponitur. Extrin secus lana molliuscula & ipsa succo imbuta circũdatur, cura adhibita, ne hæc siccescant succo, continentius sup-fuso. Iam uti diutius poteris in cancris exulceratis medi camento quod pompholyge constat. Nec inepta sunt, quæ tertio uolumine de uuluæ cancris prodidimus.

*Forte drachmis quatuor.

AD CARCINODE, MALIGNAque ulcera, tum ad ſedis eminentiam, naturaliumq; uel teſticulorum, uel mammarũ inflammationes.

In plumbea pila cochleario plumbeo lemniam ſphragidem ex poſca, & mulſa, uel lacte conterito, ut nigreſcat: uel roſaceo, uel immaturo oleo, ſuccove ſempervivi, uel cotyledonis, uel lactucæ, uel pſillii, uel acoris tritam ſimiliter inungito. Crebrior uictus ægro dabitur, ptiſanæ cremor, lactisq; ſerum, ex oleribus malua, atriplex, bletum, cucurbita, piſcium ſaxatiles, omnis generis aues præterquam paluſtres.

ARCHIGENIS AD CARcinode, & cacœthe ulcera.

Cancrorum fluuiatilium crematorum, & cadmiæ par modus in pollinem coactus inſpergitur, aut cancrorum cinis unà cum cerato inducitur, item eryſimi ſemen detritum cum melle accommodatur.

DE MOLLI ET LAXO TVmore, qui œdema Græcis dicitur. Cap. XXVII.

Cvm de tumoribus qui ſuccis calidioribus contrahuntur, diſputatum ſit, iterũ de contrariis agemus, ab eo quod Græcis œdema dicitur, exorſi. Quemadmodum enim ex biliosa fluxione, eryſipelas, ita ex pituita, œdema laxus quidam atque indolens tumor excitatur. Equidem ſcimus aliter quoque œdemata prouenire, nempe in pedibus, in ſubter cutem aquæ affectibus, habitu corporis cõtabeſcente, q phthoe Græce dicitur, & malo, qui cachexia. Atque in illis quidem tumor hic * affectus qui hominem premit accidens eſt, nullam ſeorſum, curationem propriam poſtulans. Satis enim eſt, ſi quidem curatione egebit ipſa tum crura perfricare oleo cum ſale, aut etiam oxyrhodino ſal habente. At ſi ex pituitoſo humore in particulam influente œdema conſtitit, abunde quandoque

*Methodus Galeni pro πάθους hẽt πλῆθους ſed uetus translatio cũ Paulo conuenit.

est spongia posca imbuta, cum ligamento leuiter strin-gente imposita, quæ ab inferiori parte incipiens, supra finiat. Esto autem spongia, modo cōductura sit, recens, si huius copia non est, eam, cuius erit, detergebis, expurgabisq; nitro, magisq; aphronitro, & cinere lixiuo qui distillauerit. Quod si per hæc tumor nō subsideat, paululum aluminis iniicies [nouamq; spongiam admouebis, si noua non datur] commodum est mollissimum ellychnion, posca madens impositum: bonū est, & glaucium. Quòd si in uetustaté œdema inciderit, parti oleo prius inunctæ spongia ex lixiuio imponitur, eiusq; uiolentiore arctatione curatur. discutit autem, ac comprimit tumores laxos cedentesq; quælibet terra illita, magisq; Aegyptia, tum isatis satiua.

[Id Paulus nō habet, sed est apud Galenum]

DE INFLATIONE. Cap. XXVIII.

INflatio ex flatuoso spiritu nunc sub cute, nunc sub membranis, quæ ossibus circūdantur, & musculos, *aut uiscus aliquod includunt, collecto, enascitur. Porrò is colligitur [non paucus] aliquando in uentre & intestinis, itemq; in medio horum spatio & membranæ, quæ peritonæos dicitur, ut in aquæ subter cutem genere, cui nomen est tympanias. Differt quoq; hæc œdemate, quòd pressa digitis non retinet uestigium, & sonitum tympani modo edat. Membrorum autem dēsitas, tum spiritus simul crassities efficit, ut idem spiritus non dissipetur. Vnde curandi ratio huc dirigenda est, ut mēbra rarefacies, crassioremq; spiritū extenues, quod medicamenta tenuissima & potestate calida præstant: atq; in uentre quidem & uisceribus oleum tenuius quod rutam habet incoctam, aut aliquod ex calidis seminibus, qualia sunt: cumini, apii, & *petroselini. Interim uero & cucurbita iustæ magnitudinis citra cutis incisionem umbilico bis terve defixa, inflationem discussit. Musculis autem ex contusione, quemadmodum appulsu inflatis particulas calidis nimium, & acribus excandescere contingit. Quare per initia medicamenta quæ ma-

*Non est apud Paulū, sed ex Galeno adiectum

[Galenus

*Additur à Galeno

gis leniant adhibenda. Vbi facta est inclinatio, ea quæ digerunt. Vtendum igitur decocto illorum, cum olei momento, quod lanis succidis calentibus excipiatur, uel etiam ceratum ex œsypo admiscetur, cura adhibita ut caliditas permaneat, frigus enim non conducit. Vbi iam æger lenitus sopitusq; est, acetum admiscetur & nitrum, aut aphronitrum. deinde & cinis lixiuæ qui distillauerit. Postremo emplastris utendum quæ discutiendi uim habent, quo inflatio subsidat, quale est quod sequitur, sordes gymnasiorum subferuefactæ percolantur primum, ut puræ euadant, & rursus lebeti iniiciuntur, tritaq; calx [restincta] farinæ modo etiam inspergitur, dum luti fiat spissitudo, ac in usum conditor. Hoc efficacius est medicamentum ex sycomoro compositum.

[Galenus uiua.

DE LVXATIS ET CONTVSIS. Cap. XXIX.

ARticulis luxatis contusisq; faciunt lanæ succidæ, aut spongia oxelæo imbuta impositaq;, itẽ bulbi elixi, ulticisq; tenera folia cum melle, sal, nitrum tostum, leuigata cum cerato inducuntur. Iam sit perfusio a quæ dulcis, aut marinæ calentis utiliter adhibetur. Vbi uero inflammatio, & dolores conquierint, eluxatæ partes etiam recte perfricantur.

DE CARNE CONTVSA, ET sanguinis subtercutem coitu, quod Græce ecchymoma dicitur. Cap. XXX.

CArne à graui quodam corpore, quod extrinsecus superinciderit contusa, uenisq; exiguis indidem diuortium expertis, sanguis profunditur, ut solet cum tunica uenarum rarefacta transcolat, quæ diapedesis Græce dicitur. unde id quod ecchymoma uocatur, sub cute collectum nascitur, cute inquam, integra, tanquam tumor tactu mollis & cedens comitatur liuidus, & magna ex parte indolens. eo igitur animum tendimus ut sanguinẽ qui continetur dissipemus,

idq; confestim priusquam nigruerit. Per initia sane non nihil ex astringentibus, iis quæ digerũt, admiscere oportet, eo quod tunicæ uenularum contusæ densationem requirant: inde etiam solis digerentibus utemur, ac scarificatis inito ecchymomatis, ita subsequentem curationem accommodabimus. Ad inueterata autem ecchymomata, radicula illitu prodest. Quippe discutit ea ubi erodere inceperit, aut radiculæ succus, cum micis panis inductus. Cæterum ecchymomatis species sunt, sugillata, & liuores ex ictu, hyposphagmata dicuntur. item sanguinis inter ungues concursus ex percussu proueniens, de quibus priuatim tertio uolumine dictum est. Verũ de unguium uitiis, in parte chirurgica disseremus.

DE RVPTIS ET CONVVLSIS. Cap. XXXI.

Ruptio cum ecchymomate prorsus accidit: curatur autem medicamentis mediocriter calefacientibus, quale est ex nigris populis acopon, aliaq; huic cõsimilia. At altioribus rupturis magis acria, magisq; incidentia ac [Galenus dissipãtia.] dissipantia recte accommodantur. Talibus sane & cucurbitulæ usus proficit. Ergo si euocatum celeriter per halitum ecchymoma totum est, facile dehiscens ipsa caro coalescet. Sin longiore spatio sordes copiosa succreuerit, ruptum deinceps colre non potest, sed tantum prope ipsius labra admouentur. quo fit ut leui momento ea facile separentur, & medius inter ipsa locus superuacuo humore repleatur, nihilq; aliud, quàm assidue nouum quodãmodo ecchymoma creetur, primo persimile, nisi quod extenui magis sanie nunc constat, cum per initia è sanguine ecchymoma esset, ideoq; facilius nunc quàm prius, digeritur. Conuulsum autem fibris quibusdam lacessitis distractisq; leniri tantum desiderat, quoad dolor sopiatur, quippe conglutinari nequeunt. Itaque aristolochia rotunda ruptis conuulsisq;, si quid aliud, idonea est: simi-

liter centaurei maioris radix eiusq; succus, rheum, costus, bdellium cum oxymelite potum.

DE SCIRRIS. Cap. XXXII.

EXactus quidem scirrus, tumor est præter naturã, sensus expers & durus: non exactus autem uix sensilis est, ac qui sensu uacat sanari non potest: qui ægre sentitur, uix sanescit, si quidem humor unde huiusmodi uitium contrahitur glutinosus crassusq; est, qui particulis induratis impactus solui contumaciter repugnat. Est cum statim ab initio prima rudimenta concipit augeturq;, plerunq; uero à medicis qui erysipelata & inflammationes ueheméter refrigerauerint astrinxerintq;, originem sortitur. Quòd si quis ea quæ ualenter trahunt digeruntq; medicamenta, partibus scirro obductis admoueat, huic paucis primis diebus, manifesto scirrus decreuisse uidebitur. cæterum quod de affectu restat, id reddit insanabile, siquidem toto quod in eo subtilissimum erat dissipato, quod reliquum est deficcatum, ceu lapidosa concretio relinquetur. Quapropter nullum uehementer excalfaciens siccansq; medicamentum est idoneum, sed ea tantum, quæ præter quod molliant, digerere etiam commode possunt. Huius autem generis sunt medullæ omnes, magisq; ceruina & uitulina. Ex adipibus commendatur, leonina, pardalis, ursina, deinde taurina. Inter aues anserina & gallinacea & phasianica, sicciorq; caprilla & hircina. Ad hæc ammoniacum suffimen, bdellium maxime scythicum, styrax qui humentior est & pinguis, ac Aegyptiaca mastiche. In aliis sane particulis scirrum expertis his seorsum utendum est, tum iis quæ inde componuntur. uerum in tendonibus & ligamentis in hunc modum, lapis igni candens, aceto acerrimo extinguitur, & si quidem haberi potest, pyrites: sin eius copia non est, molaris, in quo pars affecta commoueri debet, ut uaporem ascendentem recipiat, atque inde rursus medicamen quod emolliat imponi-

tur, oleo tamen tenui non aqua quotidie ab initio, per totum morbi curriculum pars affecta perfunditur. Interim oleo althææ radix ac syluestris cucumeris incoquitur. A balneo autem in totum ægri abstinebunt, uel certe copioso, sed posteaquam scirrus emollitus fuerit, ammoniacum pinguissimum aceto quàm acerrimo liquatum particulæ sat multis diebus inungitur. Deinde rursus emollienti medicamine utendum, quod receperit galbanum, & opopanacem, eaq; pinguissima. eiusmodi uero sunt potissimum, ex petasone confectum, & quod ad Amythaonem refertur, & strumis dicata medicamenta.

DE STRVMIS. Cap. XXXIII.

Strumæ glandulæ sunt induratæ, quæ in ceruice, alis & inguinibus maxime nascuntur. Curatio earũ cum illa quam in scirris tradidimus cõmunis est. Priuatim uero lupinorum amarorum farina ex oxymelite cocta illinitur, ea quoq; phymatis proficit: uel bouillum stercus aceto incoctum delinito, id ẽt tumores scirrosos oẽs dissipat. probe autẽ discutit strumas calx, melle, uel gymnasiorum sordibus excepta, uel oleo, uel adipe suillo: aut calcis nitriq; par modus, cardamomi & fœnugræci quadruplus cum melle, malagmatis modo impositus duritias digerit, in pus conuersas rumpit lolliacea farina cum fimo colũbæ & semine lini uino incocta, grossi syluestres, aut satiui, aut cardamũ album detritũ cum pice liquida malagmatis forma applicatur, aut cucumeris syluestris radicis siccæ, lauri foliorum sicorum concrematorum cinis cum terebinthina inducitur, aut pediculariæ, & nitri æquale pondus, erucæ duplum cum resina iniicitur, aut stercus caprillum bouillumve aceto incoctum, aut erui farina in urina pueri impuberis macerata exceptaq;, pice, cera, & oleo liquefactis, aut anguem mortuum in ollam coniicito, gypsoq; oblitam in fornacem mittito, concremati cinerem æquali fœnugræci pondere misceto,

melle excepto utitor, item quod aspidibus constat medicamentum, mirificæ uirtutis est, tum quod ex struthio conficitur, tum quod cucumere syluestri, tum quod cedrio liquore confit: strumas ad suppurationem perducit aut diffundit hoc, myrrhæ drachmæ decem, ammoniaci thymiamatis drachmæ *septem, uisci quercini drachmæ octo, galbani drachmæ quatuor, propolis drachma, in pila contunduntur. Ad strumas mammarum duritiasque proficit subscriptum medicamentum, uisci elaborati, resinæ siccæ, ceræ, singulorum pondo, galbani quadrans.

*Exemplar Aldinũ habet, duas.

AD STRVMAS EXVLCERATAS, & sine ulcere.

Ceræ, resinæ pityinæ, adipis suilli insulsi, marrubii, æruginis rasæ, singulorum selibra.

MEDICAMENTVM AD strumas, quod dicitur cheradicum.

Olei ueteri, pondo dua, ceræ pondo, colophoniæ triẽs nitri tantundem, allia duodecim membranis detractis in oleo per triduum macerantur. deinde cocta cum intabuerint, proiiciuntur, eliquatis oleo postquam ab igne amoueris, nitrum tenuissimum inspergitur: rumpit etiã abscessus. ALIVD. Cineris è ficu unciæ duæ, aluminis scisſi uncia, aphronitri tantundem, picis liquidæ unciæ septem.

EXEDENS CHERADICVM.

Aluminis scissilis, sandarachæ, singulorum drachmæ quatuor squamæ æris drachma, auripigmenti tantundẽ arido strumas conspergito, at si cancri naturam induerint, rosaceo maceratis bis die utitor.

DE STEATOMATE, ATHEROMATE, & meliceride. Cap. XXXIIII.

CVm hæc quoque inter abscessus, quemadmodum in illis dicebamus, habeantur, singula propriam appellationem à similitudine rerum quæ

in tumoribus continentur, sortita sunt. Alii siquidem ipsorum ueluti pingue quidam seu adeps subest, alii melli simile quippiam, alii quasi tenuis pulticula. Consilium igitur curationis est commune, ut quod tunica illa contineat, discutiatur, aut medicamẽtis totum exedatur, aut sectione auferatur. Quidam enim ex iis tumoribus, triplici hac ratione curantur, ii nimirum qui liquidiorem humorem continent, qualis est meliceris: aliqui duplici tantum ut atheroma, quod & sectione aufertur, & medicamentis exeditur, steatoma uero nec discuti, nec exedi potest, sed manu duntaxat curatur. Quomodo autem unumquodque horum agnoscas, in parte chirurgica edocebere. At medicaminum, quę dissipandi uim habent, materiam, ubi actum est de strumis, reperies. Priuatim uero meliceridas hoc dissipat, uuæ passæ acinis exemptis † uiginti, squamæ drachmæ * quatuor, parte fomentis prius nutrita imponitur. ALIVD. Ladani, bdellii, galbani, ammoniaci, thymiamatis, propolis, terebinthinæ, singulorum æqualis portio in pila contunditur: facit etiam strumis, parotidibus, furunculis, phymatis. At Archigenes contra meliceridas commendat aphronitrum & ueratri partem duplam, cum cerato duriore impositam, exedentibus autem, cute tuberculis circundata, uti non licet. Hac igitur prius meliceridas atheromata, uel etiam strumas medicamentis adurentibus degere oportet, simplicius illorum est, quod recipit calcẽ uiuam, saponem & cinerem lixiuæ stillatitium. Varium autem magis, quodq; reconditum seruari potest, capit calcis uiue denarios quatuor, fœcule uini combustæ, nitri liquidi tosti, singulorum denarios duos, minii denarium, cinere lixiui stillatitio teruntur: ubi mellis liquidioris crassitudo facta est, ter feruefacito, ut mediocrem cõsistentiam habeat, pixide plumbea reponito, lixiuiam super destillans ne subito exarescat. ualet quoq; ad uerrucas, myrmecias, pterygia, clauos, callos, cicatrices supercrescentes, fæcula bimestri non uetustiore cutem delini

† Impressum exẽplar hẽt octo.

* Impressum Aldi. exẽplar hẽt tres.

to:ubi arescere inceperit, spongia elotam rursum per-
ungito:ubi nigruerit, denuo ablues medicamentis cru-
stam inducentibus: postquam autem crusta deciderit,
exedentia adhibentur. Medicamentum exedens ualide
5 citra rosionem: Squamæ æris drachmę quatuor, sanda
rachæ drachmæ duæ, ueratri nigri tantundem, cum ro-
saceo utitor. ALIVD. Squamæ, sandarechę, urticæ se-
minis torrefacti pari mensura cum rosaceo utitor.
ALIVD. Erynaceorum combustorum, sepiæ testæ, au-
10 ripigmenti, æquale pondus ex rosaceo: quæ ambiunt
partes orbiculatim omnes prius delinito cerusa cum o-
leo. Item efficax est compositio ex calcis uiuæ illabo-
ratæ partibus duabus, chalcitidis parte una, auripigmen
ti parte una.

15 DE FAVIS. Cap. XXXV.

FAuus qui Græcis cerion dicitur, tumor est qui in
cute foramina habet, per quæ humor crassitudi
nem mellis referēs excernitur: recte igitur ipsi im
ponuntur uuæ passæ cum ruta, aut fici folia mollissima
20 cum melle, aut cardamum cum lini semine ex melle,
aut cucumis domestici radix cum melle, aut sulfur uinū
cum cerato, uel terebinthina. Cæterum uariam magis
fauorum curationem moliere, si quæ tertio uolumine
de manantibus capitis ulceribus dicta sunt, in hunc lo-
25 cum transferas.

DE SIMPLICI VLCERE. Ca. XXXVI.

QVoniam simplex ulcus continue solum est di-
uortium, si quis partes diductas fascia orbicula-
tim circundata committat, utique citra aliquam
30 aliam molitionem coalescent. Cū uero alterū ulceris os
in obliquum spectauerit, inde deligaturam tentare & in
contrariū ducere oportet: cum utraq; illius labra eo uer
gant, à duobus principiis incipiendū est, & ora sic addu
cenda. Nam cum nihil intra oras inciderit, nempe pilus
35 aut arena, aut oleū, aut sordes, aut id genus aliud, omni
no ulcus concrescet, quod si magnū sit, adeo ut diductę

partes in totum prædicta deligatura committi nequeāt, suturis ipsæ adducentur, deinde sic deligatæ, glutinatoriis, ut uocant, præsidiis utemur, quæ collectam humorum subluuiem desiccare & consumere queant: aliam, ne influat, prohibere. 5

QVÆ VLCERA GLVTINAnare possint. Cap. XXXVII.

Roboris folia illita ulceribus glutinandis sunt. Itē salicis, brassicæ, oleaginis fruticis quę chamælea dicitur & fructus & folia & cortex, succusq́; au- 10 sterioris plantaginis, papyrus posca aut uino imbuta & in orbem circundata. Recentia ulcera glutinant piceæ & tedæ folia, cortexq́; recens ligamenti modo circundatus cum aqua aut posca aut uino, caseus recens leuigatus: extrinsecus imponuntur, folia lapathi, aut uitis, 15 aut betæ, aut lactucæ. At ex acido lacte caseus qui oxygalactinus dicitur, uulnera quoque ampliora committit: pyra syluestria quæ achrades dicuntur fluxionem reprimunt, equisetum si illinatur, neruos quoque præcisos iungit, isatis satiua in duris corporibus ulcera etiam si 20 musculorum capita affligant, idem præstat, cupressi folia, germinaq́;, & nouelli galbuli mollesq́; duris corporibus proficiunt, sed miscendus est araneus, qui circa molas agēs farinam euolantem excipit, in pollinem detritus, myrrha cum aqua illita, uel lachryma thuris, terræq́; 25 lumbrici uel neruorum pręcisiones glutinant, pentaphylli folia cum melle, allia combusta illita. Inueteratis ulceribus econtrario prodest hordeum combustum cum cerato. Cerusa autem cum myrtei cerati triplicato pondere. Ad capitis ulcera ualet, myrrham aridam insperge- 30 re non madefactam, quippe celeriter contrahit, uel aloen aridam, uel aristolochiam tritam & melli & uino incoctam dum mediocris fuerit spissitudo in linteum illinens applicato. Composita autem ad glutinandum sūt Barbara, Chryse, medicamentum Nicolai. Item quod 35 salicibus, quodque dictamno constat, atque alia his

consimilia, quæ magnis potissimum uulneribus glutinandis sunt.

SI DOLOR ET INflammatio ulcera exerceat.

5 Cap. XXXVIII.

SI dolor & inflammatio uulnera obsideat, usus est medicamentorum, quæ desiccant, atque inflammationem arcent. Ex liquidis igitur laudatissimum est uinum, deinde posca. Si uero sordes quoque cum 10 inflammatione occupent, mulsa diluta conuenit. Ex iis autem medicamentis quæ siccandi potestate prædita sunt, communiter quidem cõferent, inflammationibus dicata, si oleosa acriaque excipias: priuatim hoc proficit, malum Punicum dulce uino incoctum tritumq; illi-15 nitur, mirabile nimirum & multiplici usu commendatum est remedium, facit enim tum ad capitis, tum naturalium ulcera, tum ea quæ toto corpore excruciant, oculorumque inflammationes. At si erysipelas, aut eiusmodi quippiam ulceri accesserit, iis utendum præsidiis 20 quæ aduersus illa inscripta sunt.

SI MATVRARI, ET AD suppurationem perduci nequeant.

Cap. XXXIX.

REcentia quidem ulcera, & quòd inflammatio-25 ne adhuc occupentur, non suppurantia, concoquit maturatq; ex simplicibus, aqua temperata superfusa, farina triticea, uel chondrus, uel panis, uel glutinũ librarium, cum terebinthina illitum, item cera, crocus, lachryma thuris, pix, rosaceum, adeps suillus, uitu-30 linusq;. Inter composita uero tetrapharmacum quod linteolis illinitur, rosaceo subactum. Vetera autem & callosa maturant, simplicia quidem uua passa domestica, styrax, galbanum, myrrha, ladanum, pix, resina, butyrum, mastiche Ægyptiaca, & hyssopum. Composita ue-35 ro ex recinino, dictum aceron, id est, absque cera, quod ad Galenum authorem refertur, si linteolis illinitur, oleo

ueteri aut recinino solutum, item quod à duplici colore, dichromon dicitur, pari modo & basilicum, similiaq́;.

DE CAVIS VLCERIBVS. Cap. XL.

Cauum ulcus carnem quæ periit restitui postulat. cuius generādæ materies opifexq́;, sanguis moderatus est, & probus. Huius igitur mediocritatē ex alimento sufficienti conciliabimus, temperiem uerò probam ex bonis ciborum succis, & proba particulæ in quo ulcus est temperatura. At ex recremento tenui, humidum ulcus redditur, ex crasso, sordes coalescunt, eoque medicamentis eget quæ modice siccant, purgantq́;. Eiusmodi sunt lachryma thuris, hordeacea farina, eruorumq́;, fabarum lomentum, iris, aristolochia, cadmia, panax, & pompholyx. Quòd si nihil medicamentum ad creandam carnem inductum proficit, ad aliud sic digrediendum est. At si plusculum sordis sit, humidiusq́; ulcus, sciendum uenit medicamentum intra modum desiccasse, intendendumque esse ipsum mellis mixtura: sin purum & absque humore cernitur, ultra, ac conuenit oleo pleniore dilutum ceratum inducere. Accidit nonnūquam carnem à medicamento ualentiore consumi, ut sordidum humidumq́, ulcus appareat, quemadmodū ex iis quæ minus ac par est, desiccant. Verum hoc ulcus dum consumitur, cauum magis euadet, labris prætumidum, rubens præterea & inflammationis particeps sæpe uero æger manifestam erosionem percipit. Alterum illud quod à parum siccantibus remediis humescit nihil horum succidaneum habet. Putrida igitur ligna, & potissimum quæ moderata astringendi abstergendiq́; uirtute donata sunt, quemadmodum & ulmus, purgant ulcera, puraq́; iam facta, carne replent, uel anemone appositæ. item piceæ cortex derasus, tritusq́; cum cerato linteolis illitus, cauis ulceribus auxiliatur, & præsertim recentibus, ut quæ carne destituta reficiat, repleatque. Composita uero, ubi pura quidem sunt ulcera, accom-

modantur, quod ostreis constat, quod Manathoni adscribitur ex uini fœcula, quod ex aloe conficitur, quod melitera appellatur aridum, & quod amyli, mannæ, alicæ, erui, pares portiones recipit. similitea quod è thure confit, & aphroditarium. Sin autem sordibus magis scateant, cephalica appellata arida conueniunt, & quæ linteis illinuntur, ut Trophos dictum, Isis, Athene, ex atractilide præparatum, Italicumque, & quæ experientia comprobauit.

QVÆ SORDIDA VLCERA purgent. Cap. XLI.

SOrdida ulcera siue caua, siue plana fuerint, probe purgat aristolochia cum melle, terebinthina cum pari rosaceo & melle, uel loco rosacei butyro, iris illyrica ex melle, oliuæ colymbades illitæ. Ad ea uero quæ neruosis obueniunt, terebinthina cum butyro liquefacta: sordidis nimium & depascentibus benefacit marrubium cum melle. hoc etiam crustas deiicit. Composita autem remedia hęc sunt, amurcæ coctæ, mellis despumati, aluminis phorimi, hoc est, liquidi, paria pondera. ALIVD. Serapiadis herbæ, quæ & triorchis dicitur, siccæ, iridis illyricæ, marrubii sicci, aristolochiæ, singulorum drachmæ octo, erui farinæ drachmæ decem, arido utitor & cum melle. Insuper ad sordida ulcera facit tum Ægyptia, tum ex sale cerata liquefacta, tum Indice, tum Athene, tum uiridia diluta. Ad hæc, quod pumice constat, & ex eruo sicca, pastillusq; nigro uiridis similiter etiam Criogenes appellatus.

AD VLCERVM VERMES. Cap. XLII.

AD uermes qui in ulceribus procreantur arcendos, primum quidem est ut humiditatem putredinemq; eorum opificem tollas. Cæterum necant uermes communiter quidem, omnia quæ ad aurium uermes inscripta sunt. Ad eos autem qui ulcera infestant, Archigenes commendat cerusam poliumq;, pari modo cum pice liquida illitum.

QVOMODO CARO VLCERIbus supercrescens exedatur. Cap. XLIII.

SVpercrescens ulceribus caro medicamentis quæ ualenter exiccant tollitur, cuiusmodi est diphryges inspersum, squama æris, omniaque testacea combusta, & erinacei concremati utrique cum toto corpore. Verum hæc modice purgant, & supercresceutia continent. Asiæ uero petræ flos, ualidior est, hoc magis sori, chrysocolla, chalcitis, misy: combusta minus rodunt: item æris flos, similiter ærugo omnibus est ualentior, sales autem concremati, humentes cum infirmitate carnes consumunt, sic etiam linamenta carpta è panniculo, muria acriori imbuta & resiccata, quæ si imponantur, mediocres carnium supercrescentias exedunt. Ærugo, cum æris squama inter ea refertur quæ ualide reprimũt. Composita rhodia (ut dicitur) arida, psaron, ad hæc xãthon, sine morsu retinet. At maximas carnium excrescẽtias, adusque penitiora crustis obducunt, pastilli Faustiani, triti inspersiq́;, & medicamentum, quod à solis æstu heliocaes dicitur, aridum. Adde his quod recipit calcis uiuæ squamæ æris, & mannę, pares modos. Idem ea q̃ nimium excreuerunt, fungisq́; respondent, cum melle, purgat: cum cerato, carne replet.

ARIDA COMPOSITIO AD carnem compescendam.

Argenti spumę, chalcitidis, æruginis, plumbaginis, singulorum æqualis portio. ALIVD uehementer reprimens citra rosionem, ualet quoque ad pascentia ulcera, & præsertim gingiuarum uitia, quas epulidas uocant, necnon ad dentium candorem. Calcis uiuæ pondo, auripigmenti selibra, hoc auripigmentum, inquam, ex aqua detritum calci uiuæ, cadmiæ modo lotæ adiicitur: in puluerem redactis siccis utitor: ex pastillis autem, tũ qui Pantolmius dicitur, tum qui ad polypum inscripti sunt, pulchre coercent, sic emplastra uiridia & præcipue id quod ex sale cappadocico præparatur, similiter, & isis

summe

summe carnem supercrescentem in ulceribus continet.

DE VLCERIBVS SERPENtibus, & putridis, & phagedæna. Cap. XLIIII.

Supersusiones utiles sunt ulceribus depastis, putridisq;, ex aceto, posca, aut uino astringẽte, aut aqua frigida, aut marina, aut decocto lenticulæ, malicorii, balaustii, lentisci, myrti, spinæ ægyptiæ, aut aliquo ex iis quæ astringunt & siccant. Cataplasma his ipsis exhibetur ex farina erui, alumine liquido, panis siliginei mica, gobio ueteri, aut alio salsamento ueteri carnis illotæ, terebinthina liquida pari pondere detritum, uel aristolochia, uel recininorum foliorum succus æqualis, æruginis pars dimidia, ex aqua ut mellis sit spissitudo illinitur: si crusta non deciderit, elaterii parem modum ærugini admisceto. putridis efficax est sori si tritum inspergatur. Et super linamenta carpta arida, uel aristolochia rotunda, uel gallæ, æquo pondere cum oleo illinuntur, uel cucumis syluestris radix, uel brassicæ, uel betæ, ue lapathi folia illigata calidis cineribus reconduntur. Vbi uero emollita fuerint, cum sale trita imponuntur, ualenter q; repurgant: uel oleæ summitates in uino decoctæ cum melle illinuntur, uel chalcitis applicatur, uel apii semen contritum, uel lini semen læuigatum, cum atramento sutorio inducitur, uel thymum, uua passa, & ficus incoctæ applicantur, aut fici folia in læuorem tritum cum melle, aut nitrum, cuminum, & farina ex melle, aut cucumeris syluestris radix, aut scilla cocta ex melle, aut soreos drachmæ duodecim, chalcitidis drachmæ decem misyos drachmæ quatuor, cum dimidia aceti accerrimi hemina, læuigantur donec arescant: exceptis uteris, specillum intingens, ac ulceri circumadigens superq; duplex linteolum ex œneleo imponis: sin inflammatione sint occupata, altercum cum polenta, aut brassicam cum melle delinito.

AD PVTREDINES QVAMLIbet partem occupantes, & ulcera quæ depascunt.

Calcis uluę, chalcitidis, singulorum denarii duo, auripigmenti denarius: hoc quoque ad digitorum pterygia & phagedænas efficax est. Item naturalium carbunculis cum melle utiliter adhibetur. In reliquis uitiis arido utitor, super splenium ex resina inducito.

AD OMNIA QVÆ DEPASCVNT ulcera, quęq; os infestant, item sanguinis profluuium, & carnem excrescentem, aridum compescens, longe utilissimum.

Chalcitidis, misyos, utriusq; crudi, denarii uiginti, squamæ ferri denarii *sex gallæ immaturæ denarii octo.

*In exēplari manuscripto sexdecim

AD SERPENTIA VLCEra & putrida.

Salis drachmæ duodecim, aluminis qualiscunq; cōbusti drachma, squamæ, pumicis cōbusti, singulorum par modus: ualet & ærugo rasa cum misyi combusto, pice liquida excepta, squamaq; ferri cum oleo.

AD VLCERA PVDENDOrum depascentia.

Hæc & meliterion, nomis proficient. Item ex acuta myrto, & ex charta medicamen aridum omnibus nomis efficax est. Accedit huc coracion ex oxymelite, pastillus Andronis, & qui huic respōdent. Eadem uero hæc medicamenta phagedænis quoq; congruunt: nam & ipsa ulcera sunt quæ depascunt, exeduntq;.

AD FLACCIDA ET CVM INfirmitate humentia ulcera fœtidaq;.

Lemnia sphragis ex aceto, uel oxymelite, uel posca, uel uino subacta, ad luti spissitudinem illita benefacit, aut cupressi folia, germina & galbuli teneri, aut cucurbitæ, aridæ concrematæ cinis, aut platani corticis combusti, aut anethi cremati similiter, aut lanarum sordidarum

ustarum, aut plantago, aut isatis per se, uel cum polenta, uel peucedani radix arida.

QVOMODO CICATRIX VLceri inducenda sit. Cap. XLV.

5 SVmma ulcerum caro cuti similis efficitur, inducitur que ei cicatrix, si illam desiccemus astringamusque, adeo ut non solum id quod præter naturam redũdat discutiatur, uerum etiam quod secundum naturam est, attingamus. Idonea ad hoc sunt, galla imatura mo-
10 dice exiccans, tum quæ citra astrictionem rosionemque siccant: eadem quoque cicatricem inducunt, ueluti myrrha, argenti spuma ostreaque concremata. hæc nanque si inspergantur, arida sæpe cicatricem inducunt: piceæ cortex cum cerato myrteo, hederæ flos cum cerato lilii ra-
15 dix cum rosaceo, resina ex picea arida, pumex tostus, squama æris pari portione siccis utitor, idem etiam reprimit: uel pumici trito, mannæ & diphrygis singulorũ miscens paululum, utitor: uel argenti spumæ partem unam, diphrygis dimidiam cum cerato instar splenii im-
20 pones. Vetera autem ad cicatricem ducit uiscus, cum lachryma thuris, ærugo cum diphryge æquali, ceratoque myrteo: uel centaureum minus recens illitum. At humidiora cyperi radice illinito: sedis autem naturaliumque ulcera, præsertim si inflammationem experiantur, aloe
25 persanat læuigata arida: uel ex aqua: aut squama æris, aut chrysocolla in sole cum cera emollita inducitur.

ARIDVM AD CICATRICEM INDVCENDAM.

Ostreorum drachmæ duodecim, mãnæ drachmæ sex,
30 cadmiæ drachmæ quatuor: facit & nomis. ALIVD. Aristolochiæ, drachmæ sex, piceæ corticis drachmæ sex, mannæ tantundem, pumicis, colophoniæ, iridis, singulorum drachmæ quatuor. ALIVD. Cornus ceruini combusti drachmæ quatuor, piceæ corticis unciæ sex
35 cerusæ unciæ quatuor, æruginis rasæ unciæ noue, cadmię drachmę octodecim. ALIVD. Cytinorũ, atramẽti

sutorii singulorum drachmæ sedecim, squamæ æris, aluminis scissi singulorum drachmæ octo, gallæ drachma. ALIVD. Cerusæ, argenti spumæ, singulorum * drachmæ octo, recrementi plumbi, gallæ, myrrhæ aridæ, singulorum drachmæ quatuor.

* Aldus hẽt unciæ octo.

5

AD CICATRICEM INDVCENDAM.

Aluminis scissilis uncia, trita in aquę sextario maceratur: ubi solueris, aqua linamenta imbuis, & siccatis uteris.

10

EMPLASTRVM AD CICAtricem inducendam ex simplicioribus.

Ceræ denarii quadraginta, argenti spumę denarii triginta quinque, diphrygis denarii octo, myrtei heminæ dimidium: efficax est his quoque palmulatum, quod phœnicine dicitur, item ex cadmia, tum myrsinatum, & consimilia. Ad ea uero quæ cicatricem uix recipiunt, ceræ myrtei, singulorũ drachmæ sex, cadmiæ unciæ sex, plumbi, thuris, singulorum drachmæ duæ, aluminis scissilis, æris combusti singulorum * drachma æruginis rasæ drachmæ duæ: die interposito soluitur.

15

20

* Aldus unciam legit.

DIV INVETERATIS ET ÆGRE AD CICATRICEM uenientibus. Cadmiæ, chrysocollæ, aluminis scissilis, singulorum drachmæ octo, æruginis, squamæ æris, singulorum drachma, resinæ pityinæ drachmæ quadraginta, ceræ drachmæ centum, myrtei quod satis est. ALIVD. Ceræ, resinæ pityinæ singulorum * unciæ sex, cadmiæ tantundem, chalcitidis crudæ unciæ tres, myrtei quantum satis est: uino læuigatur cadmia cum chalcitide, cum caniculæ sidus oritur: latiore utere splenio, quod platysma dicitur: super id linamentum carptum & spongiam ex uino inducito. ALIVD. Aeris combusti, aluminis scissilis, singulorũ unciæ duæ, salis ammoniaci drachmæ duæ, ceræ unciæ sex, colophoniæ tantundem, myrtei unciæ duæ, arida in sole diebus uiginti ex aceto leuigantur, ubi mellis facta fuerit spisitudo, cera eliquata refrigeratáq; emolliendo

25

* Exẽplar scriptum hẽt unciæ tres.

30

35

miſcetur. Valet etiam ad hæc medicamentum ex pumi
ce, item Iſis, & id genus alia.

DE MALEFICIS VLCERIBVS dolosisq́;, cacœthe Græci uocant, alias chironia & telephia. Cap. XLVI.

INueterata & quæ uix cicatricē recipiunt ulcera, alii chironia appellarunt, ceu Chirone medicinæ peritiſsimo indigentia: alii telephia, quod in tali ulcere Telephus cōſenuerit. Inſpiciendum igitur uenit, num & totū corpus uitioſo redundans ſucco, huiuſmodi fluorē ulceri tranſmittat, ac qui ſuperat humor, cōuenientibus uacuari debet remediis. Si uero uarix cruribus ulcere infeſtatis illum impertiat, ēt hic auferri debet, ſicut in parte chirurgica explicabitur: aut uenæ ſectione ipſos uacuabimus, abunde ſanguinis detrahentes. deinde loco inducemus auxilia, q̄ ſine morſu reficiēdi uim habent. ſimplicia igitur ex pumice, diphryge, ſquama, ærugine, calce mediocriter lota: alumen ſciſsile tritum inſpergitur: hyſſopi drachmæ quatuor, uuæ paſſæ tātundē, nitri drachmæ duæ, loco prius melle illito applicantur: ſquamæ æris drachmæ decem, aluminis drachmæ duæ, cum ceræ drachmis decem emollitis in ſole, imponuntur.

COMPOSITA HÆC SVNT, emplaſtrum ad chironia.

Ceruſæ unciæ octo, aluminis ſciſsilis unciæ duæ, ſquamæ æris drachmæ duæ, ſalis ammoniaci, thuris, æruginis raſæ, mali corii, ſingulorum unciæ duæ, calcis uiuæ uncia, ceræ libra, myrtei libra una & ſemis, arida uino teruntur: hoc medicamenti protinus ab initio callum exſcindit, & reconditum ſeruatur, poſtremo autem in uſu emollitum myrteo, cicatricem inducit. ALIVD. Argenti ſpumæ pondo, olei pondo dua, chamæleontis nigri, radicis ariſtolochiæ, gallæ immaturæ, ſingulorum uncia, galbani, guttæ, ammoniaci, lachrymę thuris, ſingulorum unciæ duæ, præparato radicibus uiridiū arundinū agitans. Archigenis ad chironia, tum malefica ulcera

quæ tibias mãmasq; obsidēt, itē strumas & parotidas. Adipis bouilli libræ tres, terebinthinæ quincunx, mãnæ septunx, terræ sardæ dictæ, qua scriptores utuntur quincunx, his quæ liquari possunt in arida coniectis unitisq; utitor. ALIVD. Archigenis, ceræ triens, olei omphacini, mannæ uel thuris lachrymæ, diphrygis, squamæ, singulorũ drachmæ quatuor, arida cum aceto leuigas, ubi mellis spissitudo facta, cerato misces, & uteris diluto qđ linteolis possit illini. ALIVD ad mulierũ dolosa ulcera, & aliorũ q tenera carne præditi sunt. Ceræ tyrrhenicæ drachmæ octo, adipis taurini, terebinthinæ plumbi combusti lotiq; singulorum * drachmæ quatuor: utitor per linamenta ex rosaceo uel myrteo.

* Aldus unam hẽt.

AD CICATRICES NIGRICANTES. Cap. XLVII.

Cicatrices nigras tollit oleum in quo bryoniæ radix candidæ & nigræ incocta sit, dum succum reddat, impositum: calamintha ex uino cocta, argenti spuma cum rosaceo albo lota: ex impetiginibus cicatrices, tum alias concolores efficit asini adeps illitus æruca semen ex felle caprillo, bubulo, & ouilio, perunctum cum argenti spuma ouillus talus combustus, ex uino austero tritus, gutta ammoniaci cũ suillo felle illita. Cõposita uero, argenti spumæ, mẽtæ, lachrymæ thuris, pares portiões cũ melle. ALIVD. Nitri, suffiminis ammoniaci, sulfuris uiui, myrrhæ, paria põdera, ex aceto albo, aut uino, aut aqua, minutim detrita modice illinũtur ne exulceratiõẽ excitent. ALIVD. Cimoliæ cretæ, columbarum fimi, saponis, thuris, æquales modi ex aceto. Smegma ad cicatrices nigras. Cimoliæ cretæ drachmæ octo, aphronitri drachmæ quinq;, ueratri albi drachmæ quinq;, glandis ungnẽtariæ expressi drachmæ quatuor in balneo cicatrices abstergito.

DE SINIBVS. Cap. XLVIII.

Cum adiacẽs ulceribus cutis, diutius subiectis corporibus nõ coalescit glutinaturq;, nostri sinum,

Græci colpō nominant. Si igitur ad superiorē partē por rectus sit, facile sanies p̄ os emanat, atq; ideo prōpte cōglutinatur. Si inferius ipse spectet, sanies uicinā aliq̄ partē intus erodit, ac nisi emissariū quoddam collectionis scal
5 pello prius feceris, nihil ꝓmouebis, neq; carne ipsum replendo neq; cōglutinādo. Q̄d si artus aliquos népe cubitū, aut femur sinus occupet, poterit utiq; decliuis figuratus citra diuisionē ex aduerso factā coalescere. Et enim in cubito cū oræ gibbero uicinæ sunt, summā ma
10 nū elatius ꝓtendens, sinū ad defluxionē incitabis. At in fœmore si p̄p̄ genu sinus desinat, decliui figura posito, iuxta poplitem mollē puluinū subiicis, quo inguina genu humiliora sint. Si igitur sinus carne impleri non desideret, statim fistula quadam recto peruia foramine cui
15 uesica illigata sit, ad saniē q̄dē quæ sinui inhæret abstergendam dilutiore mulsa potabili, elui debet: uerum ut coalescat, uino aut mulso: deinde ad glutinans medicamentū transeundū. Sin cauus sinus carnē reqrat, primū medicamenti, q̄d charta cōstat, aridi paululū cū multo
20 rosaceo inseri conuenit, deinde carpto linamēto os obturari. Inde emplastrū Isis aut Machærionis, aut simile quoddā unà cū rosaceo cerato liquidiore solutū iniicitur. Vbi uero carne mediocriter sinus fuerit repletus, conglutinans quoddā medicamentum impones, quē
25 admodū & recens cruentū uulnus curabas. Huius autē generis sunt: Barbara, Dichroma, & rubra appellata. Maxime uero oīum quod ex recinino, & metallicis sine cera p̄paratur rubrū Galeni emplastrū cōueniet. Post medicamentum spongia recens ex mulso aut uino cir
30 cumponitur, & q̄ fieri potest, mollissime, deligatura à sinus fundo incipiens in ipsius os desinet, linteorum uero circunductus fundū sinus sine dolore cōstringat, paulo post soluatur usq; ad sinus oras, emplastro extrinsecus sinui circūdato, sed ita iuxta oras desciſſo, ut sanies que
35 at excerni: q̄d fiet paruo quodā alio emplastro sup̄ imposito ex eodem medicamēto ob effluxum laxo: sines

id adusq; solutioné, qua tertio quoq; die facta idipsum auferes mutabisq;: quod toti sinui circundatū est relinquens. Nota uero erit an sinus ima coaluerint, si sanies probe emanet pauca & cōcocta, aut si nequaq̄ effluat: insuper eodē in sinu si neq; dolor aliqs sensibilis, neq; tumor, sed tota regio submissa, sicca, et doloris expers appareat. At si pus etiam maturum in ore modicum conspicias, multo magis de sinu cōglutinando sperandum est. At si primo alterove die sanies quædam tenuis è sinu excernatur, nihil adeo de glutinatione despera, quippe medicamenti uirtus humorem tenuem ex subiectis partibus frequenter extundit, unde partes siccæ mediocriter factæ coeunt & glutinantur. Tertio uero die aut quarto ab initio si cruda per os sanies euaserit, scito sinum nō coiisse, eodēq; medicamento nō insiste, nā cū, propter humiditatem quampiā, ut uerisimile est, à parte decidat, nō alienum fuerit etiam mutare.

DE SINIBVS QVI AB ATtritis uestium fragmentis rhacodes dicitur.

Vbi abscessus tarde sectus fuerit, uel medici imperitia, uel eius q curatur timore, & cutis sinui obducta tenuis, attritisq; uestium laciniis similis fuerit, quod Græci rhacodes dicunt, fieri nō potest, ut prædictis collutionibus adimatur, ob quod glutinante utendum medicamine, temperatura liquido, uiribus autem arido. tale est palmulatum dictum ex chalcitide, ueteri dilutum oleo, ne admodum indurescat, neque manus coinquinet, deinde uino mediocriter uetusto maceratum, postea orbiculatim cum decenti deligatura impositum. Conuenit autē attritæ uestium instar ut comprehensum est, cuti, potissimum mel, quoad emplastri spissitudinem habeat coctum impositumq;. Pręstiterit autem post illitionem lacero in sinu factam, myrrham ei in pollinem coactā, cribro suspenso inspergere, uel aloen, uel thus, uel simul omnia. Expertus autem sum, tenue centaureum in hunc usum mirabile esse medicamentū. succedit huic symphi-

tũ,deinde iridis illyricæ radix,postremo erui farina. Nõ nunquam uero inter coquendum ea melli inſpergun- tur,cum cacabus.ab igne tolletur. Melius autem fuerit, ſi lebete iam à flamma amoto hæc fiant, deinde dili- genter agitemus : ubi medicamentum egelidum eua- ſerit,ſinui imponatur, illigeturq́; ſicut expoſitum eſt.

DE FISTVLA. Cap. XLIX.

FIſtula ſinus eſt calloſus, qui magna parte ex ab- ſceſsibus naſcens,ab arudinearum fiſtularum tra- latione appellatur. Si itaque in os deſinat,curari ſi- ne manu haud poteſt,niſi temporis ſpatio, ſquama ul- tro uel os deciderit. Si uero in os finiat, medicamentis quæ callos elidunt & couglutinant perſanabitur. rItaque callos excindunt hęc quæ ſubiungam. Spõdilii ¡adix *feruefacta impoſitaq́; fiſtularum callos eximit, ¡tem ueratrum nigrum duobus tribusve diebus inſertũ dem pręſtat. Ad hæc amurca cocta & in collutionem adhibita. Iam ſory crudum uel concrematum cum uini diluti momento iniectum: item ſory & crocomagna cũ hydromelite, uel elaterium terebinthina exceptum in collyria cogito,impoſitoq́;,uel laſerpitii radicis ſuccum infundito. Id quod ſequitur callos conſumit: æruginis drachmę duodecim,ammoniaci drachmæ duæ,excep ta aceto in longum inducuntur.

*Manu- ſcriptum hẽt περι- ξεομένη, qđ eſt cir- cũraſa.

COLLYRIVM QVO FI- ſtulis exterendis utor.

Guttæ,ammoniaci,atramenti ſutorii, æruginis,miſyos, chalcitidis,gummi pari modo excipiuntur aceto.

ALIVD ex his,quæ in Heliodori chirurgica ſcribun- tur. Cadmiæ,miſyos,atramenti ſutorii,æris combuſti, gummi,ſingulorum drachmæ quatuor, chalcitidis cru- dæ drachmæ tres,excipiuntur pueri impuberis urina & finguntur collyria ex quibus uno fiſtulæ impoſito,panis mica aqua madens extrinſecus ſuperaccommodatur, ſed ita ut illud mutetur ſæpius donec inflammatio con quierit,& cruſta exciderit. ALIVD quod in Alexandria

accepi, Anchusæ radicum, misys tosti, chalcitidis, æruginis, aluminis scissi, atramenti sutorii, aloes, singulæ unciæ, cantharides quinque, aceto trita in collyria coguntur. ALIVD. Atramenti sutorii denarii duo, chalcitidis, æruginis, singuli denarii, excipiuntur gummi usuiq; sunt. 5 Cum autem callus fuerit extricatus, ærugine cocta cum *melle purissimo octuplo in collyrii formam redactis, repurgatur. Vbi uero callum eliseris, iis quæ carnem procreant uti opportunum est.

*Impressum hēt mulsa.

COLLYRIVM AD CARnem generandam. 10

Aloes myrrhæ, ammoniaci, ouorum putaminum combustorum cineris, æquale pondus, aqua detritis omnibus collyria formantur, imponunturque. ALIVD. Myrrhæ, aloes, thuris, malicorii, æqualis modus aqua excipitur, quidam uero taurino felle, carnes etiam oleo quod 15 immaturis uuis expressum est eluuntur. Notus mihi est qui cedrino liquore fistulas collueret, ac mirum quanta res felicitate successerit. Postquam uero carnes produxeris, glutinatorio utendum medicamine, quomodo in 20 aliis finibus præcipitur. At cum fistula arctior, longaque fuerit, Galenus ait, neque callum adhuc, sed sorditiem tātummodo contraxerit, primum lixiuiam demisi, deinde eandem tantisper inibi permittens dum sordes excidisse sperassem, medicamentum applicaui. Est autem id 25 quod recinino oleo constat superius commemoratum

DE VLCERIBVS DIRVPTIS. C. L.

Nonnulla ulcerum cicatrice obducta, frequenter haud magno temporis interuallo, iterum inflāmatione tentantur rumpunturq;: siquidem osse 30 quodam affecto, interdum caro circundata ex facili cicatricem recipit, ac sana ex toto esse uidetur: uerum cursu humoris ualido paulatim ex osse in alto contabescēte, tum inflammatio, tum pus oboritur, quod cicatricem deradit. Curatio igitur eiusmodi ulcerum, tantam requi 35 rit siccitatem, ut os affectum decidat. Huius autem sinus

concauos prompte replebũt papaueris ſylueſtris ficiq́; folia cum polenta leuigata, atque ex uino illita, uel alterci ſemen, & atramentum ſutorium pari pondere contrita imponentur, uel peucedani radix deſubito ſquamas oſſium ſeparat.

DE ARTICVLORVM VLCERIBVS. C. LI.

CVm articuli carnoſis partibus ſicciores exiſtant, exulcerati ſicciora medicamenta requirunt. Probe igitur facit paſtillus Polyidæ ex uino ſubactus donec ſordiũ fiat ſpiſſitudo. Itẽ q̃ ſimiliter huic deſiccãt medicamina. Item marina, muriaq́; frequẽter irroratos, melius affici conſpeximus. Quare in articulis iis utendum eſt q̃ maiori etiam ſiccandi uirtute pollent.

QVÆ SPICVLA, SVRCVLOS, ſpinas & conſimilia educunt. Cap. LII.

ACuleos, arundines, inſuper ſpicula & ſpinas extrahit utrunque anagallidis genus, ariſtolochia rotunda, ammoniacum cum melle, alterci fruct⁹ leuigatus inſpergitur, arundinis radix contuſa, melliq́; miſta in linteolum largum illinitur, impoſita de ſubito educit.

SI EX VENA ARTERIA VE ET naribus ſanguis profluat. Cap. LIII.

PArticulis ſanguinem fundentibus, figura ei quam in ſinibus expoſui contraria, recte adhibebitur, nẽpe quæ ſurſum uergat, neque id tamen immodice, nam periculum eſt, ne dolore oborto, uas rurſus ſanguinem profundat: cum nihil æque ſanguinis profluuium excitet, inflammationeſque augeat, ac dolor. Cum itaque ſanguis erumpit, ſtatim digitum ori ulceris uaſculi iniicito, innitens leniter premensque citra dolorem, nam ſimul & ſanguinem continebis, & grumum uulneri induces. Quinetiam ſi altius deliteat uas quod ſanguinem emittit, diligentius perdiſces, & ſitum ipſius, & magnitudinem, item uena ſit, an arteria: deinde ſi exiguum uas exiſtat, aliquo ex his quæ ſanguinem reprimunt

utendum est. Optima uero eius generis sunt, quæ obstruendi uim obtinent, unde Græcis emplastica dicuntur, ex resina fricta, farinæ triticeæ polline, gypso composita, similiaque, oui candido macerata, & cum leporinis pilis imposita: at si amplum uas existat, hamo ipsum attollere conaberis & mediocriter circumages, sanguine represso, siquidem uena extiterit sine funiculo sanguinẽ his ipsis medicaminibus sistere tentabis: sin arteria, alterũ è duobus facies, aut funiculo circumposito, aut toto uase præciso sanguinem coercebis. Est, cum magnis quoque uenis funiculos circundare cogimur, quemadmodum nonnunquam easdem totas transuersim nimirum dissecare, in cuius rei necessitatem uenitur, in uenis quæ à penitioribus recte sursum feruntur, præsertim per arctum quoddam spatium, aut principes particulas, sic enim utraque pars utrobique reuellitur, & uulnus à uicinis corporibus occultatur contegiturq; : tutius autem fuerit utrunque facere, funem quidem radici uasis circũdare, quod autem inde procedit abscindere, his sic peractis, uulneri celerrime carnem inducere, priusquam funiculus à uase decidat, si enim subito carnem contraxerit, & locus alibi inanis reperiatur, id quod Græce uocatur aneurisma sequitur. Dignosces autem num uena an arteria sanguinẽ ꝓfundat inde, ꝙ huius flauior tenuiorque sanguis existat, & percussu uacuetur, illius autem nigrior, & sine pulsu. Optimum igitur omnium quæ nouimus ad carnem inducendam medicamentorum, quo etiam ad cerebri membranarum hæmorrhagias uti securissimum est, item ad colli uulnera, ipsarumq; uenarũ iugularium quas sphagitidas Græci uocant, etenim & harum sanguinem citra uinculum cohibet. Recipit autem thuris lachrymæ pinguissimæ partem unam, aloes in mollioribus quidem corporibus partem semissem, in durioribus æqualem, ac in uicem lachrymæ thuris, mannæ tantundem, cum oui albo subigitur, dum mellis fiat spissitudo. deinde leporis pilo mollissimo excipi-

tur, mox uasi ipsi tum ulceri uniuerso liberaliter imponi
tur. Deligandum uero extrinsecus est fascia ex tenui lin-
teo, cuius fasciæ primi quatuor aut quiuque amplexus
super ipsum uas quod profluit, iniicientur. hinc ad radi-
5. cem ipsius distribuentur, postea ubi tertio solueris die, si
tuto adhuc medicamentum ulceri adhæreat, aliud rur-
sus super ipsum accommodabis, ac ueluti id quod ex
pilis factum, deligabis quemadmodum prius. at si spon
te sua primum reiecerit linamentum, uasis radicem di-
10 gito leniter comprimens, ne uidelicet quippiam con-
fluat, hoc quidem sensim auferes, alterum uero impo-
nes, atque hoc modo quoad carne obducatur uas, cu-
rabis, ita ut semper particulam serues supinam, custodi-
to tamen sine dolore in hac situs figura modo. At quæ
15 crustas generant, quoties decidunt, nudam magis partē
quàm naturaliter esse debet, relinquunt, multisq; iam ex
iis quibus crusta decidit, sanguinis profluuium quod
ægre supprimi queat superuenit, quanquam & his uten
dum est cum magna urget necessitas. Maximam uero
20 necessitatem uel crustam inducentibus medicaminibus
uel ignitis ferramentis utendi puto, ubi ex erosione pu-
trescentis alicuius profluuium sanguinis concitatur.
Quinetiam cum in huiusmodi affectibus totum quod
putredinem expertum est exciderimus, tutius est uel ip-
25 sius quasi radicem adurere uel medicamentis quæ cru-
stam faciunt, uti, hoc autem maxime tum in pudendis,
tum in sede fieri consueuit. Id autem quo crustam gene
rantium medicamentorum uim dirigas, erit calor cum
astrictione, quemadmodum in chalcitide, misy & atra-
30 mento sutorio. Quę autem ex calce uiua conficiuntur,
uehementiora quidem his sunt, cæterum quia calx non
astringit, crustæ citius ab ipsis decidunt, hærere autem ip
sas longe est utilius, quippe ad basim earum caro super
nascitur, efficiturq; uasis profluentibus ueluti operculū,
35 at huiusmodi sanguinis profluuium isatis satiua si insper
gatur probe coercet, uel gallæ combustæ. Porrò ipsa

fertamẽta ignita ex aceto aut uino restinguere oportet. In uniuersum sanguinis profluuionem sistunt, simplicia quidem, aloe, thus, manna, terra samia, ærugo ferri, lanarum crematarum cinis tenuissimus similiter, stercus asini aut equi, bitumen modicum, malicorium, diphryges, galla, myrtus arida, alumen omne, tum crudum tum cõbustum, resina fricta, uitis cortex, aut folia arida, platanorum galbulorum pollen tennissimus, maxime cum humorem concretum deposuerit: priuatim autem ex naribus profluuium imposita reprimunt iunci acuti fructus, urticæ foliorum succus, chalcitis, anthyllis concremata, pili leporis, ferulæ medium ustum cum aceto, ononis sicca uel humida, succus porri cum thure, ellychnio exceptus: composita uero ad quodlibet sanguinis profluuium hæc quoque faciunt, spongia recens in liquida pice tincta & bitumine circumlita, olla recenti concrematur, cineris partes duæ, miscentur plumbi & stimmeos, singulorum parti uni. ALIVD. Thuris lachrymæ, mannæ, sulfuris ignem non experti, æqualem modum inspergito. ALIVD. Chalcitidis drachmæ uiginti, lachrymæ thuris uel mannæ drachmæ sedecim, resinæ frictæ, gypsi combusti, singulorum drachmæ octo. ALIVD crustas inducens sanguinemq́; reprimens: Chalcitidis, æris combusti, atramenti sutorii, misys tosti paria pondera, itẽ Rhodia dicta, & Xãthe probe sanguinẽ cohibẽt.

DE NERVIS CONVVLNE ratis. Cap. LIIII.

NEruis uulneratis aut punctis, ex sentiendi quod obtinent, acumine, inflammatio & dolor immodicus accidit. Quare & febres & conuulsiones his oboriuntur, quibusdam & delirium ob neruos cerebro continuos. Interim uero in aliis quoq; particulæ affectæ locis inflammationes, & abscessus super ipsum neruum conuulneratum, quod cohæreat solent accidere. Ratio igitur est, cutis uulnus apertum inglutinatũq́; relinquere, quo per id sanies effluat. At si punctus in cõ

ſpectum non ueniant, etiam duabus lineis ſibi continuis incidere prærerea oportet. Remedio autem eſt, ſi corpus ſuccis ſcatet & magna urit inflammatio, primum à ſanguinis demiſſione auſpicari: ſi uero uitioſis repletum ſit humoribus, etiam purgatione utendum eſt. Medicamenta uero uulneri applicentur quæ dolorem ſopiant, & effluxum ſaniei patefaciant, non facta præſertim diuiſione. Itaque aqua calida, quanquam reliquis inflammationibus ſit accommodatisſima, uulneratis tamen neruis eſt inimica, ac præſtiterit eos oleo ſubtili, quod aſtrictionis ſit expers, ad ſenſum calido irrorare, neque enim frigida neque egelida admodum tuto adhibetur. Verum ex medicamentis idonea eſt terebinthina reſina per ſe quidem, in pueris & mulieribus & ſummatim iis, qui molliſunt carne, cum euphorbio autem emollita, in duris corporibus: & ſi nonnunquam duriora contigerint, cum oleo quodam ſubtiliore. Cataplaſmata uero in neruis, qui inflammatione tentantur & putreſiũt, adhibebis hordeaceam farinam, aut fabaceam, aut eruinam, inſtillatitia lixiuia, cum oxymelite coctam. Si putredine careant puncturæ neruorum, recte cerato uteris, quod recipit cerę quadrantem, euphorbii unciam, aut columbæ ſimiin duriuſculis corporibus, olei ſextantem, interdum etiam terebinthinæ unciam: ut autem emplaſtri figuram induat medicamentum, unciæ euphorbii, ſex ſingulorum ſequentium, ceræ, reſinæ frictæ, olei, picis liquidæ uncias, iniicces. At ſi in uicem reſinæ propolim pinguisſimam indideris, multo id reddes præſtantius: atq; hoc ad neruos punctos laudatum eſt remedium: idem & à rabioſo cane morſis efficax eſt. At aceti ſextarius, picis pinguis pondo, opopanacis quadrans (opopanax aceto ſolutus magis leuigatur, pix liquefacta mixtaque coquitur) medicamentũ compunctis neruis idoneũ eſt, ut quod os puncturæ nõ ſinat cõniuere, quemadmodũ nec in his, q à rabido cane morſi ſunt, ulcus in cicatricẽ coaleſcere: ſed efficax ſolis duris corporibus: ſin aũt in

pueris,aut molli carne præditis,punctura affectis,uti co
gites,licet ipsum ex digerente quodam amaracino , aut
opobalsamo,aut oleo ueteri liquefacere . Conuenit
etiam medicamentum basilicum quod nitrum recipit,
aut calcem uiuam,aut euphorbium , aut sulfur uiuum,
aut syluestris columbæ fimum,aut opopanacem, aut sa
gapenum,aut liquorem cyrenaicum,aut castoreum , ac
medicamenti libram,dictorum alicuius uncia debet inii
ci. Facit autem bene, neruorum uulneribus & præser-
tim puncturis : quin & in agro ubi nullius copia datur,
propolim recentem pinguemq; uulneri poteris indu-
cere,aut fermentum maxime uetustum, per se aut cum
propoli mixtum,uel cum liquore tithymalli : cataplas-
matis utendum ex oxymelite factis,aut lixiuio stillatitio,
cum lomento fabarum,aut eruorum farina, aut cicerũ,
aut lupinorum amarorum,aut hordeacea, aut polenta,
idq; non solum dum inflammatione tentati sunt , sed iã
inde ab initio protinus.Cæterum quæ relaxant cataplas
mata in neruorum uulneribus semper uitare oportet.
At si neruus non punctim , sed plane cæsim uulneratus
fuerit,cute etiam quæ interueniebat diuisa,ut nudus ap-
pareat rectusq;,non transuersim dissectus,commemo-
ratis ex euphorbio & tam acribus nullis utere , quippe
nudus cum sit neruus,uehementem ipsorum uim ferre
nequit.Quare calcem quæ sæpius æstiuo tempore lo-
ta sit,& oleo liberaliore intincta,assumes.Proficiunt hic
& quæ ex pompholyge confecta sunt, item quod mel-
le constat,rosaceo largiore liquefactum.Sed ea adhibẽ
da cura est,ne quid ex iis uulnus contingat.quandoqui
dem neruus ipse & sensilis maxime est,& temperamen
to suo frigidus,& principum corporis partium prima-
ti continuus,imò ne oleo quidem eiusmodi ulcus irro
rare conuenit,hinc enim sordidum redditur.Abluenda
igitur à uulnere sanies est molli lana specillo circumuo
luta.Quòd si omnia ex animi sententia processerint,e-
tiam uino dulci madefacere citra periculum licebit, sed
in robustioribus

In robustioribus Polyidæ pastillo in linamentum illito cum sapa calida uti. postquam neruum denudatum cõ texeris, linamenta extrinsecus circunducere oportet ex medicamento quod angustis uulneribus faciat, nempe eo quod euphorbio præparatur, aut fimo columbarũ: sed ita ut etiam sanas partes ampliter comprehendat. Quum uero transuersum nerui uulnus est, maior conuulsionis metus impendet, ac quæ ad curationem uulneris spectant, hic quoq; sunt eadem, quanquam nõnulli in uulnere adhuc recenti suturis usi sunt, ac medicamẽto aliquo conglutinatorio: uerum suturas non summæ nimium cuti, sed altius moliri conuenit, ne quæ in imo sunt inconglutinata dehiscant: rursus cura adhibenda est, ne ab acu neruus compungatur. Cæterum in summa sciendum erit, in neruorum uulneribus medicamentum natura calidius quod puncturis medetur, diuisionẽ nerui non posse curare, ut qui rosionem ipsorum feruoremq; sustinere nequeat: neque quod diuisionibus medetur, puncturis conuenire: non enim uirtus ipsius alte quum angusta est cutis diuisio, penetrat. Victus itaque adhibebitur tenuior, lectus mollis, oleumq; calidũ alis, capiti, et ceruici superfunditur, at si in crure neruus uulneratus sit, inguinibus, pubi, & locis uicinis: balneo in totum donec inflammatio inclinauerit, abstinendum est, quum aquæ contactus nequaq̃, ut dixi, ipsis conueniat. Quoniam uero nonnulli citra id manere consuetudinis gratia non sustinent, siquidem læsa particula in manu fuerit, cauendũ est quatenus fieri potest, ipsam aqua seu calida, seu multo magis frigida irrigare. Si pes uulnus acceperit, quoniam fieri nequit ut nõ madescat, ubi lauacrum ingressuri sunt emplasticum aliquod medicamentum uulneratæ parti superaccommodabis, iterum extrinsecus linteolos multiplicatos plures oleo imbutos iniicies, iterum fasciam ex linteo à foris deligabis, deinde rursus in ipso balneo fasciam oleo prius superfundes, cũ æger in soliũ descendet: ubi lauerit, omnia q̃

imposita sunt abiicies, ac prædicta totius curationis ratione uteris. Contusi uero nerui ubi simul cum his cutis contusa exulcerataq; fuerit, cataplasma ex fabarum lomento & oxymelite postulant, nonnunquam adiicitur erui farina & iris. At si dolor contusioni adest, picem liquidam admisce, sin autem citra cutis cõtusionem euenerit, magis digerens adhibebitur, nempe oleum calẽs, anethinum dico, superfusum continue aut rutaceũ, aut irinum, aut amaracinum. Quod si totus neruus præcisus sit, periculum quidem nullum sequetur, uerum particula debilis manebit. Curatio autem eius communis est cum ea quæ aliis ulceribus accommodatur, hæc q̃dem ex simplicioribus remediis in neruis conuulneratis curatio abunde est. quidam uero compositis uti cõn sueuerunt, cuiusmodi sunt, ex metallicis confectũ, Barbara appellata, Cisinum, ex senecione præparatum, melanchloron, Indice, Harmonia, & Athene, quorum & compositionem, & utendi modum septimo libro reperies. Sed quia nonnulli præpotentium etiam sumptuosis ad neruorum uulnera remediis uti uolunt, Galenus literis prodidit, ad puncturas neruorũ, hæc: cinamomi, dictamni, fœniculi, singulorum unciã, amaraci sextans, ceræ bes, opobalsami dextans, terebinthinæ uncia.

ALIVD. Liquoris cyrenaici uncia, ceræ quadrans, opobalsami pondo. Ad denudatos neruos hoc ualet. Ceræ unguentariæ quadrans, unguenti spicati aut foliati, aut nardini pondo, pompholygis, spicæ nardi, amomi, phylli, singulorum uncia, atque hæc supra spem respondere Galenus pronuntiauit.

DE ARTICVLORVM CONtractione seu ligatione, quæ ancyle dicitur. Cap. LV.

ARticulos ex humoribus infarctis ac neruea quadã tensione cõtractos, detentosq;, ancylas & ancyloses appellare cõsueuerunt. In quibus facultate opus erit, q̃ emolliat relaxetq;. Cõmuniora igi-

tur his remedia cōueniunt, q̃ in particulis scirro induratis ac adeo q̃ in resolutis cōmemorata sunt, ꝓpria uero magis, irroratio ex hydrelæo, in quo decoctum sit lini semen, fœnugræcū, althea laurus, cucumeris agrestis radix, ipsumq; sicyoniū. Vbi his artus irrorati fuerint, accōmodātur primū acopa simpliciora, cuiusmodi ex nigra populo, ex abiete. Bromiū, Basilium, Pyxis, deinde Aristophaneū, & quod ad Asanitū refertur. Validissima, Lisoponiū appellatū, & Pœcilū, emplastra, qđ Amythaoni ascribitur & Anicetum. Laudatissimū uero quod recipit bdellii, adipis uitulini, suffiminis ammoniaci, iris illyricæ singulorum denarios sedecim, opopanacis, galbani, cachryos, styracis, thuris singulorū drachmas octo piperis grana centū sexaginta, ceræ librā semissem, resinæ terebinthinæ tantunde, irini sedimenti quod satis est, & uini quantum sufficit: copton hoc est medicamentū. Est acopon nō inefficax dissolutum irino, aut cyprino, aut laurino. Inter acopa uero & emplastra, medicamentum est diapternes uariis confectum misturis. Verū acoporum usus molli adhibebitur & cōtinua frictione: ita tamen ut affectum articulum simul tentes flectere & extendere.

DE ARTICVLIS RELAXAtis. Cap. LVI.

LAxātur subinde articuli ob lōgos febriū morbos colicos, & resolutorios, ꝓsertim ubi calidior ipsos humidiorq; intēperies occupauerit, atq; motus inde impeditur. Succurrit his acaciæ succus aqua dilutus & ex alto in partē deturbatus: aut rubi, aut myrti, aut lentisci, uel ulmi radicū corticis decoctū cōgruet, aut malicoriū illitū, aut myrti folia, cū cerato myrteo imposita. Nā colligantes nerui firmari desiderāt facultate q̃ astringat desiccetq;, huiusmodi igitur medicamenta articulis imponi debent, cuiusmodi ex salicibus est & oxyra, & palmulatum quod uinum astringens, aut acetum assumpserit. Multi uero eiusmodi impotentiam

à frigore fieri putantes, deinde calidioribus usi præsidiis maiorem noxam intulerunt.

DE LVMBRICIS. Cap. LVII.

TRes sunt uniuersæ lumbricorum differētiæ, prima teretum, altera latorum, tertia eorum quos ascaridas nuncupant. Origo omnium generum est ex cruda, crassa, pituitosaq; materia & putredini accommoda, qualis in pueris alijsq; uoracibus colligitur: non autem ex calida, acri, aut melancholica substantia. Hæ siquidem alimenti naturam egressæ, lumbricis procreandis ineptæ redduntur. econtrario, biliosa potissimum recrementa etiam hos perimunt. At si quando flaua bilis unà cum lumbricis infra, aut etiam uomitu eruperit, ipsos quidem intestina obsidere, humorem uero biliosum uentriculi os aut aliam quampiam particulam occupare scito. Cuiusque igitur ipsorum differentię speciem, generationem locum, notas, curationemq; exequemur, à rotundis exorsi.

DE ROTVNDIS LVMBRICIS.

Teretes igitur lumbrici speciem habent omnibus perspicuam, quòd sanè aliis frequentiores sint, in gracilibus plerunq; intestinis cōsistunt & superiorem uentriculum subeunt, ideoq; frequenter per os reiiciuntur. quibusdā & è naribus redduntur: atque hoc genus infantibus peculiare & plurima parte cum febricula: sed per febrium initia orti, substantiam ex subiecta differentia retinent: in statu: ex malitia morbi: in declinatione, ex toto corpore ad melius mutato. Etenim Hippocrates memoriæ mādauit bonum esse indicium teretes lumbricos prodire cum morbus ad iudicationem tendit, qui subito etiam intereunt. Sequitur autem eos qui rotundos lumbricos continent, rosio intestinorum & uētriculi, tusses exiguæ cum siccitate irritantes: nonnullos comitatur singultus quoque, somnus cum *conuulsione, & qui his occupātur, sine ratione expergiscuntur, nonnulli & cum clamore expergefiunt, & iterum sopiuntur: pulsus inæquales

*Impressum exēplar hēt παλμῶν hoc est palpitatione.

& febres augeſcunt inordinate, quæ cum extremorum perfrictione, tertiam, interim quartam, die uel nocte acceſsionem ſine ratione habent. Infantibus autem & cõquaſſatio lingua temere exerta, & dentium ſtridor oritur, luminibus conniuent, uoluntq́; conquieſcere, excitãtibus ipſos indignantur, oculi apparent, genæq́; rubeſcunt, ac rurſus liuent: atq; hæc paulatim ex interuallo. Quibuſdam nauſeæ & roſionis cauſæ ſtomacho peculiares creantur, atque ægri cibum reſpuunt, compulſi autem ad cibum nauſeabundi uix quod aſſumitur degluttiunt, uel etiam reuomunt, pleriſq; uero aluus deſcendit corruptos cibos egerens, & tympani modo inflatur. Reliquum corpus ſine ratione contabeſcit, neque eſurie, neq; euacuatione modica ſuborta. Atqui nõ in omnibus omnia quæ iam commemorauimus ſigna inquirere oportet, ſed nonnulla ex eo quod præpollet, interim & plurima. Hæc autem eueniunt, dum animalia per inteſtina ſerpunt roduntq́;, febris autem calor uapores ſurſum cerebro tranſmittit prauos, ex putrida in uentriculo collecta humiditate exhalantes, in quibus amborum partim ſimiliter curam habere conuenit & febris & lumbricorum, partim de febre parum ſoliciti, lumbricos de corpore eximere connitemur. Multi ſiquidem nulla lumbricorum cura habita, exeſi, ab ipſis ſunt, & cõuulſi interierunt. Alii produnt ſe lumbricos uidiſſe, qui ex inguinibus ægri eruperint. Cæterum occiſos hos omnes prius, educes: occides autem, amaris potiſsimũ uſus remediis. Cum igitur febris & lumbricorum communis ſit curatio, conuenient auxilia ſimpliciora: potui igitur dabitur [chamæmelorum decoctum uel myxariorum, ut appellant,] uel ipſa myxaria decocta eſui dantur: item ſereos ſuccus, aut coriani ſemen cũ aqua calida uel cum poſca, uel myoſotidos herbæ decoctũ, uel cornus ceruini ramentum, uel minium, ſynopicum tenuiſsimum, ac olei immaturi amariſsimi paulatim cochlearia duo abſorbeant, qua enim amarum eſt, lumbri

[Impreſſum non habet.]

eos occidit: qua lubricum, detrahens ipsos cum stercore reddit. At si inflammationem distentionemq; uiscera experiantur, cataplasmate utendum est, quod lini semine, farina lupinorum, absinthio & bryonia radice cõstat, ex hydromelite, uel etiã humido fotu ex oleo chamæmelino, uino, absinthii fructu, & aloe, præcordiis accommodato. Vbi uero non uehementer febres molestant, miscenda est myxariis mentha & exhibenda est. Cum ad integritatem uentum est, efficaciora quoque usurpantur, quale est decoctum seriphii uel calaminthæ, uel ptereos herbæ, uel cardamomi semen, uel mali Punici acidi radicis ius ad tertias redactum, uel fricti cumini, uel nitri fului singulorum scrupula tria, uel sandonichum, uel abrotanum, uel etiam ambo simul, cum melle in catapotia coacta, uel lupinorum amarorum scrupuli terni uel brassicæ, uel erucæ semen leuigatum, uel absinthinum, quod etiam solũ frequenter abunde fuit. Dantur autem & terna lotæ aloes scrupula, quod remedium est laudatissimum: in ualidioribus illota quoque aloe utimur, qa uero infantes aloen nõ admittunt, supinis fasciola ipsis detentis ore adaperto p clysteriũ quodã ualido munitũ canali, inuitis aloen q̃ penitissime trãsmissam iniicimus. Atq; hæc mirifica medendi ratio in pueris est, q difficulter possunt tractari: qbus ẽt cibos subinde sorbiles, quẽadmodũ iis q cibũ auersantur, infundimus. Cæterum & cyphi & masuaphiũ recte dabitur, itẽ cornu ceruinũ cõbustum cũ pipere & melle uel oxymelite, reliquaq; ex oxymelite ipsis dare conabimur, pstiterit aũt si acetũ scillinũ fuerit, pſertim ætate puectioribus, aut sinapi cũ oleo & aceto ad cochlearis magnitudinẽ. At q lũbricis, cũ alui pfluuio infestantur, præbibẽt plãtaginis succũ, ipsamq; plantaginẽ aridã assumẽt, ex æquo enim utriq; et fluori & lũbricis efficax est. Cataplasma his accõmodabitur ex polenta cruda, pteri, absinthio, farina lupini, sandonicho & abrotano. Iam uero & malicorium, acacia, galla, uel balaustiũ admiscebitur.

Quoniā uero nōnulli subinde amaras potiones ceu ingratas respuunt, ex iis quæ modo cōprehensa sunt dabuntur nō manifesto amara. His accedent insuper chamæpitys, marrubium, helenium, baccæ lauri, acacia, thymus, pulegium, carpesium, iuncus odoratus angulosus, polypodiū, iris, cnicō, erithrodanon spina ægyptia cum pipere, singula sex scrupulorū instar: itē ius methæ, mori radicis succus decoctumve, petroselini, reliquaq; odorata semina, extrinsecus autē inducitur aloe cum melino & uino. hoc & appetentiā excitat, q̄ uix magno negotio recipitur: miscetur autē sepius aloæ absinthium: aut felle taurino, cum amaris qbusdā prædictis umbilicum impleto: aut oleum ex rhododaphne factum liberaliter delinetur, aut liquor cedrinus & solus et cum cerato, toti uētriculo imponitur, aut pix arida trita inspergitur, uel mentha, uel melāthium cum rosaceo, uel ēt seriphii ius ipsis admiscebitur, uel fraxini persicæ folia in pollinem detrita delinimus. Vtendum uero est medulla cerui, unguinis modo, in umbilico, pube et lumbis: ceratumq; adiungetur, si res postulet, hoc, Aloes, absinthii, farinæ lupini, seriphii, melanthii, singulorum scrupula sex, ceræ uncia et semisis, chamæmelini quod satis est. felle taurino arida leuigātur. Porrò ab inferioribus partibus mulsam iniicere copiosiorem expedit, quo lumbrici mellis dulcedine illecti deorsum, descendant: si autem putrefacti in alto corporis non excernantur, sed potius uapores sursum mittant, educendi sunt, aut aloes aut medicamenti amari ex ea confecti potione, quandoquidem etiam in aliis mediocris alui uacuatio non expers est præsidii.

DE LATIS LVMBRICIS.

Latus lumbricus mutatio est, ut ita dicā, ad natæ in interiori intestino membranæ in materiam animalis modo mobilem, quæ sæpe tota redditur longitudine incredibili, uel pars ipsius excernitur: dissolutus uero, nō coalescit: et nunc in iis etiam qui febri carent, abundant: nunc

febricitantibus accidit ex longo morbo continuas stomachi rosiones inferens, ac impotentẽ ciborũ appetentiam. Nam quod animatum euasit, in intestinis obiectũ rapit alimentum, ut alio statim opus sit, & nisi assumpserit, intestina rodantur. His occupatos comitatur corporis gracilitas, & impotentia, cum inæqualitate: at quod certissimum est indicium, cum recrementis nonnulla semini cucurbitæ similia excernuntur. Curatio cõcordat, potio enim ex acrementis petita, & aliorum esus, tum pteris uel centaurei decoctum & potum & ab inferioribus partibus inditum, uel calaminthæ uel dictanni, uel pulegii: dabitur autem in aluum & muria. Præbibere uero hoc medicamentum quod sequitur, neq; iis qui aliis lumbricis infestantur, inutile est, si febre potissimũ uacuauerint. Nitri rubri, piperis, cardamomi pares portiones: dantur terni scrupuli, cum uino aut aqua calente. ALIVD eclegma. Piperis, baccarum lauri purarum, cumini Aethiopici, mastiches, pares modi, mellis quod satis est: datur cochleare unum mane, & dormituro. At si efficacius id fieri desideres, nitri quoq; rubri parem portionem adiicies. ALIVD. Helenii, suffiminis ammoniaci, ❡piperis, singulorum denarii quinq;, cum oxymelite calido: tempore interposito dabitur euphorbii drachma, uel duæ prouectioribus. ALIVD. Pteris acetabulum, nitri denarii duo, datur unũ cochleare aquæ euacuatione prius facta: satius autem erit si etiã scammonii momentum assumat. ALIVD. Mali Punici acidi radicum corticis in summo decorticati denarii quatuor, piperis tantundem, cardamomi denarii sex, marrubii denarii duo, melle dantur, porro prius assumpto. Verum ut ex toto affectus discutiatur, theriacen quoque exhibebis.

❡Exẽplar aliud hẽt pteris.

DE ASCARIDIBVS. Cap. LVIII.

Ascarides, ut modo ẽt diximus, specie lũbricorũ cõtinentur, uermibus similes q̃ in extremo lõganone & ani fibulę initio reperiũtur, uehementẽ

locorum horum pruritum excitantes : generant speciẽ hanc praua alimenta, perfrictio, & ciborum corruptio. Vacuari igitur debent in infantibus, glandibus ex melle, cum salis momento, uel nitri: in prouectioribus, acri muria, aut decocto centaurei, cum nitro & melle, aut cucurbitæ syluestris, aut absinthii, aut chamæleontis, aut anchusæ, aut cnici, aut hyssopi, aut pulegii, aut calaminthæ, aut lupinorum: secundum clysteres sublinetur longanon, simplicibus quidem, acacia, aut hypocystide cũ nitro, aut rhu syriaco cum alumine liquido: at quibus aluus astricta est, lemnia sphragide, cum uino compositis autem, Andronis pastillo, similibusq́;. Cedrinus autem liquor ipsis iniicietur per clysterem multis peruium foraminibus, quales ab utero metrenchytæ appellantur: aut carnem salsam commode impositam deligamus, quandiu sustineri possit, eamq́; frequenter mutare oportet. Cæterum communiter omnes quos lumbrici male habent, pili ichneumonis iuuant, suffiti. Cibi præscribentur ipsis probi succi, & qui facile in membra digeruntur nec lumbricorum effectricem causam adaugent, nec uires superari permittunt, propter quas & uinum aquosũ exhibebimus: liberalius autem nutrire ipsos ob hoc ipsum oportet, ne alimenti expertes lumbrici rosiones pariant. dabitur autem cibus, tum præcipue quum non inaniti fuerint. At si alui profluuium fuerit, sciendum est lumbricos magis abundare, cibo non distributo. ac iam sorbiles ægris cibi dantur, admixtis quibusdam etiam astringentibus, uerbi gratia, piris, aut pomis, aut malis Punicis, præcipue acescentibus: à foris autem uentriculo remedia continentia inducuntur, de quibus supra dictum est.

DE DRACVNCVLIS Cap. LIX.

IN India & superioribus Ægypto locis dracunculi generantur, ceu animalia quædam lumbricos imitantia, in partibus musculosis, puta brachio, femore, tibia: in pueris etiam latera sub cute perreptant & palàm

mouentur deinde cum diu extremum aliquod dracun-culi remanserit, locus suppurat, & cute ipsius adaperta, initium ipsius progreditur: cum trahitur, dolores mo-uet, præcipue abruptus. Quapropter nonnulli dicunt plumbeam molem ex dracunculo suspendenda ne uni-uersim, sed particulatim molis pondere decidat. Alii ue-ro hos damnant quòd nihilo magis pondere molis plumbeæ dracunculus abrumpatur, & dolores uarios concitet. iubent partem in aquam dimitti calidam, quo dracunculus tepefactus foras prorepat, deinde digitis ip-sum membratim extrahere. At Soranus neque animal prorsus, sed neruosi cuiusdam substantiam esse putat, quòd opinionem motus solum præbeat, siue autem hoc sit, siue quod prius dictum est, Sorano & Leonidæ aliisq; uisum est, calida superfusione & cataplasmatis concoquentibus in his uti ex mulsa, farina triticea, aut hordeacea. Est cum emplastri usum eiusdem potentiæ probant. Conuenit autem & quod ex baccis lauri & qđ ex melle constat: emortui siquidem horum usi dracun-culi, nimirum quod continetur corpusculum excidit. Suppuratione autem facta, nisi exciderit, cutis diuiden-da est: ubi denudaueris, quod continetur, auferes: & cu-tem linamento penetrabis, ac deinceps eam curandi ra-tionem adhibebis quæ puri sit maturando.

Libri Quarti Finis.

PAVLI ÆGINETÆ LIBER QVINTVS,

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete.

QVOMODO QVIS AB omnibus communiter uirulentis bestiis se tueatur. Cap. I.

DE VIRVLENTIS BEstiis præcipientes, ab iis quę in omnibus huiusmodi communiter proficiũt, exordiemur, ita, ut quomodo quis ab illarum iniuria se uindicet, prius expediamus. Si igitur aliquis necessitate quapiam coactus, loco feris frequenti obdormiat, ubi potissimum salamãdræ aut phalangia aut serpentes aliqui abũdent, horum cauas latebras allio in aqua detrito, aut aliqua ex herbis quas exponemus, obturare conuenit. Suffitus autem recte excitantur ex cornu ceruino, capraꝝ ungulis pilisve, lapide gagate, bitumine, bdellio, galbano, cupressi aut cedri rasura, melanthio, peucedano, uiticis foliis, nepita, sagapeno, castorio, cachryos radice, cunila bubula, aut ex reliquis grauiter olẽtibus aliquo. Culices aũt proprie ꝓsequitur suffitus ex atramenti sutorii, melanthii, syluestris cumini seminis, paribus modis. itẽ fimus bubulus eosdẽ fugat. Ad hæc ẽt ignes incãdere crebriores uincit, fugiunt. n. magna parte feræ eorum splendorẽ. Cæteꝝ torũ substernere ex hastula regia, nepita, uitice, pulegio, polio, cunila bubula, abrotano, expedit. At si toto huiusmodi toro uti nõ datur, stratis saltem imponenda sunt. Iam uero aĩum adhibere oportet iis quæ coquuntur, aquæ & uinoꝝ cadis, ut exacte sint operculati. Focus aũt nõ sub arborib⁹ quibusdam excitabitur, præsertim pino aut picea, in his enim salamandrę & erucæ lethales crebrę uersantur,

quæ ab ignis tepore calefactę, decidunt in obsonia aut alia uasa, si non fuerint operta. Qui uero tutiores esse uolunt, iis conuenit etiam ceratum corpori oblinere liquidius, ex cera, rosaceo, galbano modico, scobe ceruini cornus exigua, uel etiam Æthiopico cumino peculia- 5 riter autem maluæ folia cum oleo detrita si illinantur, ab apum & uesparum morsu præseruant.

COMMVNIS OMNIVM QVI à uirulento quopiam morsi uel icti sunt, curatio. Cap. II. 10

QVòd si feriri aliquem aut morderi à uenenato animali contigerit, homo adhibédus est qui uulnus exugat, non tamen eum ieiunum esse oportet, uerum etiam uino os colluisse, & oleum in eo continere. Deinde particulæ commorsæ, si admittit, cucurbi- 15 tulam cum multa flamma adhibere oportet, sic ut uicinę etiam partes scalpello exasperentur. Nam uirus unà cum sanguine & spiritu ita extrahitur. Item exulcerata adurere ac crusta obducere, adeoq; præcidere conue- niet, si fera quæ momordit, lethalis fuerit, quales aspis, 20 cerastes, uipera, similesq; aliæ sunt. quemadmodum Galenus memoriæ prodit, uinitorem quendam à uipera morsum, ubi feram cognosceret, falce læsum digitum abscidisse, atque in totum periculo liberatum. At si ue- nenum per corpus fuerit dispersum, sanguis statim de- 25 mittendus est, præcipue si is, qui percussus est, humorũ æquabiliter omnium plenus, Græci plethoricum dicũt appareat. exhibere cum cibis edendum conducit piper aut allium: potui, uinum ualidum: recentibus uaporibus & conuenienti naturæ caliditate, corporis temperamen- 30 tum replere, deinde iis oblinere, quæ commorsam partem possunt calefacere & uellicare. Imponetur itaque cinis brassicæ aut fici aceto mistus, aut lixiuia, aut garum & cepe cum polenta aut pane: item porra abunde cum sale, aut pix liquida cum sale, ca- 35 lida: aut cedrus, aut fimus caprillus. Conuenit autem

ipsis acetum calidum quoque superfundere, in quo nepita sit incocta: aut acetum & aquam marinam, aut oxalmen. Cæterum locis affectis gallinæ, & magis galli gallinacei, aliave animantia per medium dissecta calidaq; imponi debent. Nam uirus transsumunt euocantq;, & dolores mitigant. Emplastra quoque utiliter applicãtur, quæ sale, cachry & adarce constant: in totum, quæ acrioris sunt potentiæ. Omnes tandem communiter & morsi & icti à uirulento animali, modo interiora omnino offensa sint, ex uino potabunt intybum, quod serin dicunt, aut ericen, aut astragalon herbam cum aceto, aut bitumen, paliuri similiter aut ueteris rhu decoctum, aut mustelæ inueteratæ denarii duo ex uino sumpti, præsenti sunt remedio, uel marinæ testudinis sanguis, aut castorii drachma cum diluta uini potione, aut roris marini tãtundem, aut sicyoniæ radicis, aut porri succus, aut chamæpitys, aut smyrnium, aut cinnamomum, aut aristolochia, aut uiticis semen, aut cupresi pilulę, aut seseli, aut piper, aut trifolii semen, aut baccæ lauri, aut cancer fluuiatilis tostus aut elixus: item composita hęc Theriace utilis est.

THERIACE ADVERSVS VIrulenta & lethalia uenena, uiperæ morsus, & scorpionis ictus.

Bryoniæ, opopanacis, iridis illyricæ, roris marini radicis zingiberis, singulorum denarii quatuor, aristolochiæ denarii quinque, lachrymæ thuris, rutæ syluestris, singulorum denarii tres, farinæ erui, denarii duo: finguntur pastilli uino, danturque singuli, qui treis obolos pendeant, ex eodem uino. Cæterum purgatio omnibus conueniet. desudationes, et theriace ex uiperis assumpta.

DE RABIOSI CANIS MORSV, & metu aquæ, quæ hydrophobia dicitur. Cap. III.

EXordium sermonis à rabiosi canis morsu accipere, quàm ob aliis maluimus, quod animal & foecundum prouentu, & contubernale homini existat, rabieque; sæpius corripiatur & ægre caueri possit, ac periculum ab eo sit inuitabile, nisi multis aliquis & conuenientibus usus fuerit præsidiis. Rabiunt canes plerunque in æstu uehementiore: ut autem Lycus memoriæ mandat, interim etiam per frigora maxima: rabidi autem & potum & cibum auersantur, siti premuntur, neque tamẽ bibunt: anhelant præterea non parum, aures inclinant, saliuam & copiosam & spumantem edunt, muti in totum sunt, & uelut insani, ut ne domesticos quidem agnoscãt: insiliunt sine latratu omnibus pariter & bestiis & hominibus, mordentque, ubi momorderim statim quidem nihil molestiæ adferunt, præterquam ex uulnere dolorẽ: postea uero aquæ metum, hydrophobiam Græci appellant, faciunt, qui cum conuulsione, totius corporis rubore, præsertim in uultu, sudore, & sui fastidio accidit aquam fugiunt, & dum uident, & dum admouentur: nõ nulli etiam omnem humorem: alii canum ritu delatrant & obuium quenque dentibus appetunt, morsuque; suo in alios eandem affectionem transferunt. Porro accidentium, aliorum quidem causa manifesta est, occupatis scilicet ueneno partibus uniuersis: metum uero aquæ nonnulli ex immodica fieri siccitate dixerunt, quasi humida ipsorum substantia in contrarium penitus habitũ mutata. uerum Rufus insaniæ ex atra bile speciem, eam esse testatus est ueneno humorem illum imitato: quemadmodum alios atra bile insanientes. nouimus alia timere. quæ causa superuenit etiam iis, qui dicunt canis qui momorderit imaginem in aquis opinari se uidere. At ex iis, qui hoc uitio sunt occupati, nullum, præterquã unum aut alterum superuixisse, ex historia didicimus, eosque; non à rabioso cane morsos, sed ab homine quodam morsu uitium adeptos. At ante affectus huius occupationem multi etiam quos canis momordit, seruati

sunt. hinc igitur curatio auspicanda est. Quoniam uero subinde, eò quod tunc aquæ metus non inuadat, (magna enim ex parte circa quadragesimum ferè à morsu diem solet ingruere, quibusdam & post sex menseis, proditum est nonnullis post septem quoque obuenisse) nõ nulli canem qui momorderat non rabire arbitrati sunt, properarunt uulneri cicatricem inducere: unde ipsi causam huic affectioni dederunt. hanc autem probatione usus deprehendes, morsus rabiosine canis fuerit, an nõ. Iuglandibus nucibus concisis, uulnus diligenter obstruitur, sequenti die ablatæ, gallinaceo, aut gallinæ in cibo apponentur: ac primum sane non attingent, fame autem non urgente si edant, rem considerato. Nam canis qui momordit si non fuerit rabiosus, uiuent: si rabidus, sequenti die peribunt. atque tunc ad uulneris dilatationem properandum est, iterumq; post paucos dies eadem indicatione utendum, & si non perierint gallinacei, tunc ulcus ad cicatricem perduces, nullum ueritus periculum. Hanc itaque indicationem Oribasius tradit. Quodsi ex commemoratis indiciis accurate canem rabire cognouerimus, statim iis medicamentis, quæ aperiundi uim habent, utemur. Primum igitur ex aperientibus est, quod pice, aceto quàm acerrimo, & opopanace constat, in capite de neruorum uulneribus explicatam: at si qui morsum accepit delicatiorem cutem habeat, dilui ipsum irino debet, aut balsamo, aut eiusmodi aliquo: uel ulcera prius fomentis adiuta, allio oblines. hoc quod sequitur etiam crustam facit.

ARIDVM AD CRVSTAM in canis rabiosi morsu excitandam.

Salis fossitil denarii octo, chalcitidis denarii sedecim, scillæ tantundem, rutæ uiridis denarii quatuor, æruginis rasæ totidem, marrubii seminis denarius: utitor primum arido ut crustam inducat, deinde cum rosaceo, ut

crustæ excidant. Cæterum partes affectæ ad dies quadragintaduos, ut minimum, sine cicatrice seruentur.

CATAPLASMA QVOD Oras uulneris latas in rabidi canis morsu seruat.

Cepæ cum sale & ruta illinuntur, aut silphium cum sale aut salsamentum uetus, aut cinis sarmentaceus cum oleo, aut allia, aut sambuci folia, aut mentha, aut apiastrũ, singulatim, aut cum sale: aut iuglandes nuces, cum allio sale, & melle, aut cinis fici cerato exceptus. uulnus autẽ aqua abluetur, in qua decoctum sit chamæmelum, & syluestris lapathi radix. Nonnulli & ferro candenti ulcus adurunt. Cæterum potui assument commorsi, simplicia quidem, lycium, absinthium, liquorem silphii, chamædrin, scordium, & polium: composita autem hæc, cancrorum fluuiatilium, sarmentorum uitis albæ, in cyprio uase, aut æreo combustorum, cochlearia duo, gentianæ radicis leuigatæ cochlear unum, cum uini meri ueteris cyathis duobus, ad dies quatuor potui dato, aliqui uero & perdicis sanguinis duo chlearia addunt. Capies autem cancros, dum luna increscit, priusquam sol exoriatur. iis autem qui eodem die non biberunt, duplicẽ portionem exhibeto, interim & triplicem. Iam theriaca ex uiperis recte datur. Purgare expedit medicamento ex cucurbita syluestri, ita ut quotidie id exhibeas, cum decocto elelisphaci, aut sideritidis heracliæ, quam & dialyson appellant: nonnulli uero & iecur canis qui momordit, edendum dederunt. Cæterum uictus ratio talis adhibenda est, quæ simul ueneni uireis hebetet extinguatq;, simul & descensum ad interiora prohibeat: quæ duo præstare potest, uini dulcioris uetusti & meraci, lactisq; potio. idem efficiunt allia, porri & cepæ in cibo sumpta. At si per initia ob impedimentum aliquod nõ præsumpta, quæ retulimus remedia fuerint, sectio uel cucurbitulæ uel ustio non adhibenda est, ut quum iam uenenum penitius secesserit, medicamentis autem quæ

euocent,

euocent, Græci metasyncritica uocant, uti consilium est, aquæ metu uidelicet non oborto. purgatio ex hiera & scissili lacte petetur. item sudoris euocatio, dropacismus & sinapismus, toto corpore particulatim adhibebitur. omnium tamen efficacissima deprehensa est purgatio quæ fit per ueratrum.

AD MORSVS CANIS NON rabiosi. Cap. IIII.

Canis non rabiosi morsus quum & ipsi uirulentæ cuiusdam substantiç sint participes, statim aceto irrorans, lata manu morsum ferito. insuper nitrum cum aceto tritum desuper deturbato, deinde spõgiam recentem aceto, aut ipso nitroso aceto madidam imponito, triduo idipsum superfundens, tandem enim consanescet: uel erui farinam oleo maceratam imponito: aut spongiam recentem, aut lanam succidam aceto & oleo imbutam accommodato, aut rubi folia cum aceto tunsa illinito, aut cepam tritam cum melle, aut origani comæ, salis, cepæ, pares singulorum modos cum melle: uel marrubium nigrum, quod & baloten dicunt, cum sale. ad feruidos autem iam morsus, erui farina melle macerata admouetur. peculiariter enim his efficax est: inflammatione conflictantes argenti spuma trita ex aqua oblinito.

DE VESPIS ET APIBVS. Cap. V.

Apium ictu dolor sentitur, locus rubescit, propinquæ partes tument increscuntq́;, aculeus in uulnere relinquitur. In uespis autem similia quidem sed intensiora omnia sunt, nec aculeus relinquitur. Remedio sunt aduersus utrãq; lutum, & bubulus fimus, illita, & lac ficulneum, aut concisa mori arboris folia, aut maluæ: aut farina ordeacea ex aceto imponitur. quetiã muria aut marina aqua fouere conducit.

DE PHALANGIIS. Cap. VI.

PHalangiorum morsu, locus ipse quidē rubescit, & ueluti aculeo punctus apparet, non autem tumet neq; incalescit, sed leniter rubidus, frigore & pruritu uexatur. Comites notæ percussorum sunt: perfrictio, tremor, corporis grauitas, sudor frigidus, labor uaiidus, pallor, continua urinæ excernendæ incitatio: quibusdam & urinæ difficultas, colis intensio, lumina humētiora: inguina & poplites contenduntur rigentq; conuulsorio modo, ualida stomachi rosio urget, lingua sermonem manifesto non explicat, uomitus aquæ uel araneatum textis similium erumpit. sunt etiam quibus per urinas, & aluum eadem descendunt. demissi igitur in aquā calidam dolore liberantur, ac rursus ualide indolent. Auxilio est, si extrinsecus cinerem ficulneum cum sale læui ex uino maceratum, imponas: aut radicem syluestris punicæ tritam, aut aristolochiam, cum farina ordeacea aceto demersam. Iā & ulcera fouere marina aqua calidiore, aut apiastri decocto conducit, eiusdemq; folia imponere. ad hæc balneum frequentius utile est, atq; his potionibus medicis uti: abrotanti semine, anetho, aristolochia, agresti cicere, cumino Aethiopico, cedri baccis cōcisis, platani cortice, trifolii herbæ semine, myricæ semine, singulorū drachmis duabus cum uini cyatho & uiridium cupressi pilularū decocto, uino tēperato. Ferunt nonnulli & cancrorum fluuiatilium succum cū lacte & apii semine datum, periculo subtrahere.

DE ARANEÆ ICTV. Cap. VII.

EST quoddam etiam aranearum genus quod percussu ualidos dolores circa media præcordia excitet, item ruborem, & urinæ difficultatem, nonnunquam & strangulatum. Leuantur autem icti hisce remediis: cumini syluestris thebaici, aut uiticis seminis, aut albæ populi foliorum potu, uel alliis solis assumptis & uino meraciore superbibito iuuantur.

DE SCORPIONIS ICTV. Cap. VIII.

A Scorpione ictis locus quàm primum inflammari incipit, duratur, rubet, & cum dolore supra modum rigescit, nunc feruor, nunc frigus uicissim inuadit, acceditq; dolor qui itidem modo decrescit modo intenditur. comitatur ipsos sudor horroris sensus, tremor, extremorum perfrictio: inguina his attolluntur, particula intenditur, sæpe etiam flatus cum sonitu per sedem erumpunt, pili rigent, cutis fit discolor, dolorq; tota cute affligit ceu acus spiculo excitatus. His auxiliantur protinus, lac ficulneum instillatum uulneribus, ipseq; scorpio qui percussit minutim contritus, uulneriq; impositus, sibi pulcherrimum medicamentum est. post hæc sal tritus cum lini semine salutariter imponitur, item altheæ herbæ, qui hibiscus est, semen succurrit, & sulfur uiuum resina terebinthina exceptum: similiter etiam galbanum splenii modo dilatatũ impositũq;, nepitaq; concisa & applicata, & ordeacea polenta uino confecta & in rutæ decocto exhibita: auxiliatur his etiã trifolii herbæ semen leuigatum iniectumque. Ad hæc, potiones hæ conueniunt: aristolochiæ denarii duo, præsertim corticis radicis cum uino, gentiana tusa, pulegiumque abunde decoctum, item baccæ lauri numero decem leuigatæ, nepita cum posca largiter incocta, cyperis cum uino, ruta similiter, lac ficulneum & silphium, si adsit: si desideretur, particho liquore utendum erit. benefacit etiam trifolii ocimiq; semen epotum. idem præstat argenti spuma subito ictui præter opinionem imposita. omnibus his addatur balnei continuus cum multo sudore usus, uini potio temperatura meracior. Porrò composita hæc potari debent: sulfuris uiui fabæ Aegyptiæ instar cũ piperis granis octo, in dimidia uini hemina: uel liquor silphii cum cancro detrito in uino: aut melanthii, cumini

Aethiopici, uiticis seminis, pares portiones cum uino.

AD SCORPIONVM PERI culosorum & phalangiorum ictus.

Fecis drachmæ sedecim, pyrethri drachmæ quatuor, rutæ syluestris seminis drachmæ tres, castorii, erucæ seminis, singulorum drachmæ duæ: excipiuntur sanguine testudinis marinæ. dantur quaterni oboli cum uini meraci uel aceti cyathis tribus. ALIVD. pyrethri, aristolochiæ, singuli trientes, piperis denarii duo, liquoris silphii denarius: exhibetur ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem.

DE SCOLOPENDRA TERRE stri & marina. Cap. IX.

AT si scolopendra momordit, communiter quidem locus affectus in orbē liuescit, attolliturq́;, aliquando feci similis, rarius autem ruber apparet, exulceraturq́;: sumptu à morsu ipso initio, laboriosa ac curatu difficili exulceratione. præter hæc etiam toto corpore pruriginis sensus percipitur. peculiariter autem iis qui à marina scolopendra impetiti sunt, aquosus pellucidusq́; tumor interim efficitur: à terrestri, rubens. Plagæ igitur imponi debet sal bene tritus, uel ruta concisa, aut cinis aceto maceratus, aut scilla, fouendus locus est oxalme. Archigenes autem oleo calido liberaliore fieri id iubet & prædicta sic imponi. Potui dabitur aristolochia cum uino, aut serpillum, aut nepita, aut syluestris ruta, aut trifolium, aut succus radicis asphodeli dimidiæ heminæ mensura cum uino.

AD STELLIONIS TRANS marini morsum. Cap. X.

SEsamo trito illinito.

DE FELE. Cap. XI.

QVi à fele mordentur, ualide quidem dolent, & locum affectum liuidum habent: sed statim cepæ & allia ictui applicata auxiliantur. insuper eorundem esus, uino meraco superassumpto, remedio est.

DE MVRE ARANEO. Cap.XII.

VBi uero mus araneus nocuit, sequuntur dolores pulsatiles, & in singulis dentium eius animalis ictibus, rubores: pustula insurgit sanioso humore plena, propinquæ partes omnes liuent: cute pustulæ dirupta, album ulcus apparet. nam ad membranas neruosas deraditur. ad hæc, excidunt etiam partes depastione oborta, his quæ serpunt simili: præterea etiã intestinorum tormina comitantur, urinæ difficultas, & frigidi sudoris undiq; eruptio. Auxiliatur ipsis galbani splenium per se impositum, uel tritum cum aceto, uel ordeacea farina, cum oxymelite applicata, ipseq; mus araneus qui momordit dissectus admotusq; sibi est remedio. aduersatur etiam pyrethrum illitum, uel mali Punici dulcis corium incoctum, uel malua syluestris, uel allia contrita, uel sinapi leuigatum cum aceto: item ex calida muria fotus conducit, deinde ordeum ustũ ex aceto applicatum. Potui propinabitur abrotanum ex uino coctum, aut sisymbrium, aut serpillum, aut eruca, aut galbanum, aut elelisphacum, aut teneræ cupressi pilulæ cum oxymelite, aut pyrethrum cum uino, aut chamæleontis radix, aut hœdi agnive coagulum, aut gentianæ radix, aut uerbenaca, quæ etiam imponitur: ipsumq; murem, qui momorderit exacte detritum cum uino bibunt. Efficax hoc etiam quod sequitur: myrrhæ drachmæ sex, aristolochiæ corticis drachmæ quatuor. porrò ad muris aranei & scolopendræ morsum, sal cũ liquida pice recte applicatur, aut cedria cum melle, aut allium cum fici foliis & cumino, aut nepitæ folia, uel ordeum etiam cum aceto.

DE VIPERA TVM MARE tum fœmina. Cap. XIII.

IN uiperæ, tum maris, tum fœminæ morsu, similiumve animalium uirus relinquentium, dolor loci statim ab initio sequitur, mox totius corporis: appa-

rent etiam in morsu duo foramina paruo inuicem spa-
tio discreta, fluitq; ex his sanguis humorq; saniosus, de
inde oleosus, postremo etiam æruginosus, quem non-
nulli uirus bestiarum esse dicunt. præter hæc tumores
iuxta morsum subrubri liuidiq; assurgunt, corporis co- 5
lor perit: uertigines oculorum, stomachi resolutio, &
animæ defectus oboritur, quibusdam etiam uomitio-
nes biliosæ, urinæ angustia: insuper pustulæ in commor
sa parte erumpunt, ueluti in ambustis: item depastio ip-
sam inuadit, ad uiciniam procedens, gingiuæ his cruen- 10
tantur, accedit etiam tremor, sopor, & frigidi sudores.
minori autem cum periculo liberari quos uipera mas,
quàm quos fœmina momordit, uidentur: ex his ipsis
minus periclitantur qui cibum præsumpserunt. In cura-
tione autem præstantissimum remedium est allii esus, & 15
uini meraci potio, adeo, ut si aliquis uti sustineat, nullum
præterea remedium desideret. eduntur etiam utiliter &
porra & cepæ et salsamentum quàm acerrimum. Sunt
qui et ranas in cibo elixas dederunt. benefaciunt &
hæc quæ sequuntur cum uino singulatim pota, testudi- 20
nis marinæ sanguis resiccatus cum cumino syluestri,
coagulum leporis aut hinuli tribus obolis, ceruini geni
talis sicci denarius, anchusa tenuifolia tota, hanc autem
nonnulli etiam collo suspendunt, porri succus dimidiæ
heminæ mensura ex mulsa, apiastri foliorum succus, syl 25
uestris ruta, gallinaceorum cerebrum, panacis radix
cum uino incocta, agarici drachma, iuniperi bac-
cæ, hastulæ regiæ radix, pistacia trita, uiticis semen,
mustelæ inueteratæ siccatæq; denarii duo, echini ra-
dix succusque, cancri fluuiatiles aut marini per se, cum- 30
q; uua passa syluestri, sale et polio: aristolochiæ ra-
dix cum myrrha, gentiana, baccis lauri, æquali mo-
do melle excepta. atque hoc quod subiungam miri-
fice efficax est.

ORIBASII AD VIPERA-
RVM MORSVS. 35

Anisi acetabulum, piperis, *singulorum drachmæ quatuor, aristolochiæ corticis, opii, castorii, myrrhæ, singulorum drachma: passo leuigata in pastillos instar fabæ Græcæ cogito, et pro uiribus cuiusque exhibeto, cũ
5 ternis diluti uini cyathis. ALIVD ex Lyci commentariis medicamentum uiperæ morsibus efficax. Myrrhæ, castorii pipetis, sandarachæ, singulorum drachma, anethi seminis acetabulum: leuigata ex passo dantur. ALIVD ex Archigenis commentariis. Cancros ui-
10 ginti cum farinæ triticeæ quod satis est, in pila diligenter contundito, admixtaq; nepita et salis momento, pastillos fingito et siccato: in usu, cum lacte illinito, unumq; cum mulsa potato. At si fluuiatiles cancros desideres, marinis utitor. extrinsecus autem plagæ delitus capra-
15 rum fimus ex uino strenue auxiliatur: aut lauri folia cũ oleo incocta, aut baccæ lauri, aut nepita, ericæ, ruta, apiũ, abrotanum, galbanum in splenio adhibitum, origanum uiride concisum, gallinacei pulli dissecti, et protinus calidi impositi: farina erui cum uino macerata crebro il-
20 lita, radiculæ cortex concisus, scilla tosta, cruda polenta ex oxymelite, cucumeris syluestris folia cum tenuissimo farinæ ordeaceæ polline, fex uini similiter cum farinæ polline, ruta cum sale et melle, furfures in aceto coctæ, cinis cum aceto, cedrinus liquor cum sale, pix
25 liquida cum sale. Fouere debent trifolii decocto aut pulegii, aut oxalme. Quum autem subcruentæ pustulæ euaserint, ipsas scarificabis, ita ne excories. deinde multa aqua foueto, lenticulam coctam cum melle oblinito, dum consanescant. At ex uiperis antido-
30 tum proprie his et potum et plagæ impositum efficax est.

* Videtur aliquid deesse.

DE AMPHISBÆNA ET SCYTALE. Cap. XIIII.

35 Consimilia ex horũ morsibus eueniunt, eademq; ipsis auxiliantur: quare peculiarem aliquam descriptionem sortita non sunt.

DE DRYNO. GALENI HÆC præfatio. Cap. XV.

DRyinus in quercuum radicibus uitam agens, tam malefica parataq; ad nocendum ui est, ut calcatus solum pedes hominis cute nudos re- linquat: totisq; cruribus tumorem laxum quē œdema uocant, copiosum excitet. Ad hæc quod multo magis est mirabile, ferunt omnes eorum pariter manus exco- riari qui curationem uitii administrauerint: & si quis ul- ciscendi studio interemerit, grauiter olere bestiā, illoq; suo odore omnium aliorum odorum sensum auferre. Ictis ab hoc animali tumor circa locum uitiatum cum rubore excitatur, pustulæ in circuitu assurgunt. aliquan- do aquosus humor emanat: stomachi erosio uexat, & tormina. Congruit ipsis aristolochia uino pota. item tri- folium herba, radixq; hastulæ regiæ consimiliter assum pta. prosunt & concisæ potæq; cuiuscunq; quercus glā des. itidem ilicis radices tunsæ, & loco admotæ dolo rem leniunt.

DE HÆMORRHOO, ET PRE stere hoc est, dipsade. Cap. XVI.

QVi hæmorrhoi ictū sensere, grauibus cruciātur doloribus, iisq; crebris, admodū breuia angu- staq; redduntur corpora, multus ex plaga san- guis erumpit: et si cicatrix toto corpore inducta fuerit, rumpitur, funditq; sanguinem. cruenta excernuntur re- crementa, sanguis qui distillat, in grumum cōcretus est: tussi ex pulmone sanguinem reiiciunt, euomentes sine remedio intereunt. A dispade ꝑcussos ardor intolerabi lis urget, sitis tanta excruciat, ut nec extingui nec itermit ti possit: copiose potū ægri hauriunt, eadē tamē siti cō- ficiuntur, tanq̄ nihil plane hausissent, similisq; ex conti- nuo licet poculorū haustu habitus subseqtur. unde pre ster ab urendo, dipsas à sitiendo serpens appellatur. Mul ti autem ueterum ab hæmorrhoo et dipsade commor sos ceu desperatæ salutis et cōclamatos esse putauerūt.

Porrò si specialia aduersus færam præsidia desideremus, communia tentare oportet, ac protinus scarificationem ustionemq; adhibere: & si liceat, partem uitiatam præcidere. deinceps autem acria cataplasmata imponi debent. utilia sunt omnia ciborum acrementa ad uomitionem quæsita, præsertim quæ ex salsamentis petuntur, uini meraci potio, & lauacrum. hæc autem continue, & exiguis temporum interuallis subinde adhibenda, priusquam morbi accidentia corripiant. nam ubi illa semel emerserint, nulla medicorum ope iuuantur. Cæterum remedia quæ loco inducuntur, contra morsus inscripta reperimus, dipsadis quidem, portulacæ folia concisa ex aceto, polentam, rubi folia cum melle læuigata, plantaginem, hyssopum, allium album, porrum, rutam, urticam: hæmorrhoi, præter iam dicta etiam hæc bene faciunt, uitis folia cocta cum melle concisa. per os autẽ hæmorhoi ipsius caput crematum potui datur, aut scordion herba cum irino oleo: esui dantur etiã uuæ passæ

DE NATRICE, QVAM GRÆci hydron dicunt. Cap. XVII.

NAtricis morsu ulcus factum dilatatur, & liuescẽs augetur, sanies ex eo nigra, copiosa, & fœdi odoris, qualis ex depascente ulcere, excernitur. Curatio mali, temporis processu, & uix procedit. imponetur itaque morsibus origanum læue, ex aqua maceratum. confert & cinis quercus, oleo temperatus: uel hordeacea farina cum melle deliquato bibitur, item aristolochia drachmis duabus, uel in poscæ duobus cyathis: deinde marrubii succus aut decoctum cum uino, aut nasturtium syluestre, aut semen asphodeli seu flos, aut fœniculi semen cum uino: item recens fauus cum aceto comeditur.

DE CENCHRO. Cap. XVIII.

QVód si cenchrus nocuit, morsus eius uiperæ similis est, putredo comitatur & carnes intumefactæ, prius, ut in aqua inter cutem, decidunt,

inexpugnabili dormiendi necessitate premuntur sopi-
unturq;. Testatus Erasistratus est, iecur ipsis, uesicam, &
colon affici: resectis siquidem ipsis, partes quodammo-
do corruptæ inueniuntur. His igitur lactucæ semen cũ
lini semine illitum auxiliatur. succurrit & satureia conci- 5
sa, ruta syluestris, serpillum cum hastula regia leuigatum
potui uero datæ protinus, centaurei radicis drachmæ
duæ cum ternis uini cyathis: aut aristolochiæ ra-
dix similiter. nasturtium itidem & gentiana, potu
conducunt. 10

DE CERASTE ET ASPI-DE. Cap. XIX.

TRia aspidis genera Galenus prodit. primum e-
ius quam chersæam quasi terrestré uocant, mox
eam quæ chelidonia dicta est, tertiam ptyada ap- 15
pellarunt, quæ omnium est perniciosissima. siquidem
erecto in priorem partem collo ex interuallo quod sa-
tis esse coniiciat uenenum in hominem iaculatur. hanc
memoriæ tradit, reginam Cleopatram, quum Antonio
deuicto Augustum uictorem timeret, sinistræ mammæ 20
admouisse, morsamq; ab ea interiisse, ut quæ longe ce-
lerrima mortem inferat. Porrò cerastis morsu locus cũ
duritie & pustulis intumescit, emanat ex uulnere sanies,
modo nigra, modo subpallida & porraceo colore: to-
tum corpus uaricum modo attollitur, genitale arrigitur 25
mente alienantur, oculi obscurescunt: postremo con-
uulsione rigentium instar pereunt. Verum aspidis mor
sus acus puncturæ similis, omnino exiguus sine tumore
apparet, sanguis non copiosus sed exiguus & niger de-
stillat, subita oculorum hebetudo inuadit, dolor corpo- 30
poris multiplex admodum, sed mitis, nec sine uolupta-
te comitatur. Quapropter recte Nicander cecinit.

Et uir perit absque dolore.

Mutatur color & uitescit, stomachi rosio exigua infestat
frons continue contrahitur, palpebrę sine sensu ueluti in 35
somno commouentur, atque inter hæc mors pre-

hendit, ne tertia quidem diei parte dilata. His itaque utrisque membri affecti mutilatio mox à morsu facta, succurrit: eoque sine mora, si fieri potest, præcidendum est. aut in his & propinquis partibus omnem carnem circum secare statim, & radicitus usque ad os excindere oportet. deinde reliqua ferro candenti adurenda sunt. etenim uenenum hoc, quemadmodum & basilisci, bubuli lactis instar, sanguinem in arteriis & spiritum congelat.

DE BASILISCO. Cap. XX.

HÆc bestia raro quidem hominum oculis occurrit. Erasistratus autem hæc inquit: quum basilisc⁹ momorderit, plaga sub flauo quasiq; aureo colore tingitur. cōducunt ipsi, inquit, castorii drachmæ tres potæ. similiter etiam papaueris liquor. Nos autem hæc experti non sumus.

DE PASTINACA MARINA, & muræna. Cap. XXI.

IN marinis nempa pastinaca & muræna, agnitio manifesta est, pisces enim hi ab omnibus cognoscuntur. Auxiliantur ipsorum morsibus, lactis ficulnei guttæ quatuor aut paulo plures, cum cicutæ, serpilli tribus aut quatuor, & quæ ad uiperas commemorata sunt.

DE DRACONE MARINO. Cap. XXII.

MArini draconis ictum, plumbo infricato, aut serpillo conciso illinito, aut lente elixa, aut sulfure cum aceto, aut dracone ipso dissecto, foueri locus urina humana debet: absinthium cum diluta uini potione bibi: aut elelisphacus, aut surculi ficulnei, in dulci uino dilutum, aut piscis ipsius cerebrum.

DE SCORPIONE MARINO. Cap. XXIII.

SCorpii marini ictum sanat mullus piscis dissectus impositusque, sulfur uiuum cum aceto, infricatum baccæ lauri tres concisæ potæq;.

QVOMODO TESTVDINIS MARINÆ SANGUIS PRÆPARETUR. Cap. XXIIII

TEstudinis marinæ sanguis in hunc modum præparatus, reponitur. In ligneo aut fictili uase resupinata testudine, caput ipsius celeriter amputato. concretum autem sanguinem in multas partes arundine diuidito, impositoq; operculi instar uasi cribro, in sole reponito: siccatum excipiens utitor aduersus uiperarum morsus, ut prædictum est, drachmis duabus cum uno aceti cyatho: tertio die, drachmis duabus cum tribus aceti cyathis.

DE CROCODILI MORSV. Cap. XXV.

AD crocodili morsus nitrum cum melle tritum usq; dum ulcus repurgetur, imponito: deinde repleto melle, butyro, medulla ceruina, adipe anserino. Galenus autem tradit se cognouisse qui à crocodilis commorsi, adipe ipsorum imposita uulneribus, ex acte fuerint adiuti.

DE HOMINIS MORSV. Cap. XXVI.

NOn extra iustitutum fuerit, cum uirulentis bestiis, etiam hominis morsus conscribere. siquidem maligniores multo aliis ulceribus apparent, præsertim si ieiunus momorderit, prius leguminibus usus, & præsertim lenticula. Communiter itaque quæ in aliis uirulentis commemorata sunt, etiam in his extrinsecus per initia morsibus applicare conueniet, præterea quæ nimium acria adurentiaq; sunt. peculiariter autem oleo morsum prius illitum, fœniculi radice cum melle oblinito, aut lomento cum posca & oxyrodino, frequenter immutans. Emplastro autem hoc utere, quod reci-

pit squamæ æris, galbani, æruginis, singulorum unciam ceræ libram, plumbaginis libras duas, olei sextarium: plumbago cum oleo prius incocta assumet æruginem & squamam: ubi coierint, quæ liquari possunt, addūtur.
5 Finita autem inflammatione, communis ulceris modo etiam hæc curabis.

DE VENENIS. Cap. XXVII.

Qvum de uirulentis bestiis succincte tradiderimus, proximum fuerit, ut de uenenis sermonē
10 aggrediamur, simplicia quidem referentes eorumq; notas & remedia, tum communia, tum specialia: composita autem ex studio omittemus. etenim nonnulli uariorum medicamentorum lethalium compositiones exposuerunt, quæ nocere magis, quàm iuuare le-
15 gentes possunt. neque enim exacta horum indicia in his qui assumpserunt, inueniuntur, ut etiam congruum ipsis remedium queas adaptare. Quum igitur hæc uaria ex superante in ipsis ui appareant, id etiam aliquis recte qđ exhibetur, uarium adaptans, nonnunquam ex æquo nō
20 nunquam ut excellat medebitur. Incipiemus itaq; & hic rursus à præcautione.

DE VENENORVM PRÆ- cautione. Cap. XXVIII.

De uenenosis medicamentis disciplinæ ea pars q̃
25 præcauere illa & declinare præcipit, longe difficillima est. propterea quòd ii qui huiusmodi insidias homini clàm machinantur, tanto id astu faciunt, ut uel peritissimus quisque decipi possit. siquidem amaritudines uenenorum dulci aliquo admixto, obtundunt,
30 grademque odorem odoramentis additis operiunt. interim ceu ad sanitatem, salutisque gratia in morbis hæc propinare crediti, quod genus est absinthium, abrotanū opopanax, castorium, uenena ipsis admiscent, tum in cibis, puta durioribus, uel obsoniorum uarietate adum-
35 brantes, ipsa offerunt. unde cui in suspicione huius doli uita fuerit, uitare cum oportet condita elaborataque

cibaria, omneisq; in gustu qualitates intensiores, exempli gratia, dulceis, acidas & salsas. potissimum uero aquæ quod satis est præsumere oportet. restincto enim hac appetitu, postea qualitates aliæ à stomacho non apprehenduntur. ueruntamen alia quædam ratio asserendi hominem ab iniuriis uenenorum est efficacior. Conuenit enim quum suspicio mali medicamenti accepta fuerit, præcomedisse aliquid quod obtundere uenena possit, & inefficacia reddere: cuiusmodi sunt caricæ cum nucibus iuglandibus, ruta, salis grumo, & quæ mala medica dicuntur: item naporum semen denarii pondere cum uino, aut nepitæ folia, aut rubrica, quam lemniam sphragidem uocant, aut rutę folia uiginti: nullũq; nocebit uenenum. Iam uero antidota cum uino quotidie fabæ Ægyptiæ instar assumpta, tuto admodum præseruant, quale est quod terrestri crocodilo constat, dia scincu dicitur, & quod à uariorum animalium sanguine dia hæmaton uocatur, & Mithridatium. hoc aliquãdo etiam ipse rex Mithridates usus est, quotidie præsumẽs, ut à lethali medicamento se uindicaret præseruaretq;. Quum igitur à Romanis captus, bis lethali medicamẽto epoto, mori non posset, gladio sibiipsi uitam ademit. Quoniam uero etiam citra insidias propter necessitatem aliquando locis desertis, nociuis uersantes, forte sub arboribus, exempli gratia, picea aut pinu cibum assumunt, diligenter attendendum est, ne ex his aut superioribus locis mortifera labantur animalia, & uasa, tum quibus hauritur uinum, tum quibus aqua, tum quibus obsonia incoquuntur, exacte operculentur, quemadmodum in uirulentorum animalium præcautione expositum est.

COMMVNIS VENENORVM quomodocunque assumptorum curatio. Cap. XXIX.

AT si nonnulli lethale uenenũ sponte sua, ut mortem sibi consciscant, assumpserint, qualia m ul

in, hominum uita solent accidere, aut etiam aliquorum insidiis, siquidem nobis constet quod ueneni genus po tatum sit, protinus ad conueniens ei remedium descen demus, ut in horum enumeratione dicetur: at si medica
5 men exhibitum tunc nobis fuerit incertum incognitúq; conuenit statim ad ea quæ communiter ad quęcunque uenena sumpta congruunt, diuertere. Nam indicia quæ comitantur si expectes, nihil plane in medicina spei est, ęgris propter moram iam deploratis desperatisq;.
10 Actutum igitur nulla mora interposita, oleo calenti per se, aut etiam cum aqua exhibito, uomere cogendi sunt. Si eius copia non est, butyrum cum aqua calida ingeri debet: aut maluæ, liuive seminis, aut tragi frugis, aut fœ nugræci, aut urticę seminis decoctum. Non enim so-
15 lum uomitionibus euacuabunt, sed aluum quoque sub ducent & uenenorum malignitati aduersabuntur, acri- monias ipsorum hebetantia, præsertimque oleum. quod manifesto inde licet cohnoscere. Si nanque cutis exulcerandæ studio cantharide aut calce uiua aut eius-
20 modi quodam acri utaris, corpus oleo prius oblitum non exulcerabitur. imò neque corpus spissare potueris, oleo præunctum. Præterea uomitus non modo quod nociuum euacuat, utilis est, sed interim haustum uenenum odore, concretis grumis, aut colore prodit. o-
25 dore siquidem & amaritudine, cicutam: colore, ce- russam uel gypsum: concretis grumis, lac, aut recentem sanguinem: halitus grauitate, uirus qualitate & odo re, leporem marinum & rubetam ranam ostendit, ut per hæc ad accommodata singulis remedia uia non
30 sit difficilis. Admiscebitur autem oleo maluæ de- coctum, aut anserinus adeps, aut ius ex carnibus pin- guissimis, uel gallinaceorum: aut ex lignorum cinere facta lixiuia. Facit etiam huc nitrum detritum cum hy- dromelite potum uinum copiosum & uetus: & quæ
35 adipe aut butyro constant. Verum iis quæ in aluo hæ rent, per uomitum ablatis: quod intestinis illapsum est,

clystere acriore euacuabimus. Post hæc lac potui dabi-mus. nam ab hoc quod afficit, & uenenosum est: facile immutabitur. Iam uero medicamenta omnibus com-muniter conuenientia offeruntur, quale est, rubrica lem nia, abrotanum, agaricum, erysimum, cryngii radix, pasti nacæ erraticæ semen, uel nepitæ, nardum gallicum, ca-storium, medulla uiridis ferulæ, nerii, quod rhododen-dron est aut rhododaphne flores, marrubii succus, sil-phium aut liquor ipsius, sagapenum, opopanax, peuce-dani liquor & radix, aristolochia longa, rutæ syluestris semen, folia cestri, quæ betonica dicitur. danturque sin-gula denarii pondere cum uino. Efficax in id est polii herbe decoctum, & picis liquidæ linctus. generosissime etiam opitulantur antidota superius comprehensa, ma gisq; ex uiperis theriaca. non autem easdem uireis ha-bent, si post medicamenta lethalia assumantur, quas p̄-sumpta, quæ enim ipsorum quantitas præsumpta ad af fectum cauendum est sufficiens, hæc si, quadruplo auc-tior, aut quintuplo, post præstetur, adiuuat: idque non se mel die, sed bis etiam. sic enim & Galeno illi admiran-do uisum est.

ENVMERATIO SIMPLICI um uenenorum. Cap. XXX.

INter uenena, animalia quidem sunt uitæ noxia hæc cantharis, buprestis, salamandra, piceæ eruca, lepus marinus, rana rubeta, & mutescens palustris rana, hi rudines deuoratæ: ex seminibus, altercum, coriandrum, psillium, cicuta, melanthium: ex liquoribus opium, opo carpasum, thaspiæ succus, elaterium, mandragora: ex ra dicibus, chamæleon, aphronitrum, thapsia, ixia, ueratru, agaricum nigrum, ephemeron, quod nonnulli colchicū dicunt qđ in colchide nascatur: ex ramosis & oleribus, smilax, quā nonnulli thymium uocant, Romani taxum solanum furiosum, quod etiam dorycnion appellant, sardoe herba, quæ species est ranunculi, papauer corni-culare, pharicum, toxicum, ruta syluestris, fūgi ab anima-

lib us

libus autem, sanguis tauri recens, lac cui coagulum sit admixtum, uel quod ad Heracliam nascitur: metallica, gypsus, cerussa, calx, auripigmentum, sandaracha, argenti spuma, adarce, plumbum, et quod uocatur argentum uiuum: ex iis quæ domestica & in quotidiano uitæ usu sunt, uinum copiosum raptim à balneo potum, aut passum, aut frigida aqua similiter.

DE CANTHARIDE. Cap. XXXI.

QVi cantharidem assumpserunt, eos notæ grauissimæ comitantur. fere enim à stomacho usque ad uesicam cuncta illis morderi sentiuntur, gustum similē pici aut cedrino liquori habent, dextra præcordiorum parte inflammationem experiuntur, urinam difficulter, sæpe etiam sanguinem per eam reddunt: itē per aluum ipsis excernuntur, qualia in torminibus intestinorum egeri solent. præterea animo linquuntur deficiuntq;: nausea ex ciborum repletione, & uertiginibus laborant: tandem uero mente alienantur. Succurrit ipsis uomitus ex hydrelæo petitus, & lactis potio, terræ ciomoliæ denarii quatuor cum mulsa, nuclei pinei, cucumeris semen. Adiuuat bene & ius pingue ex bubula factum, aut anserinum, aut ouillum: carnesq; gallinaceorum, aut agninæ aut ouillæ, aut porcellorum, omnesq; flaccescentes coctura longiore, & pingues cum lini semine elixæ: uinum itidem dulce & copiosum, thuris corticis denarii quatuor. Post cibum iniicietur per clysterem cremor oryzæ aut chondri, aut tragi, aut ptisanæ, aut maluæ, aut lini seminis, aut altheæ, aut fœnu græci. interim etiam mulsa cum nitro intestino absterso, conuenit hæc rursus inserere: postea uero inflammatione occupata medicamentis ex lini semine & ordeo lenire. per initia enim offendūt. deinde & lauacris aquæ dulcis utendum est, item unguentum irinum rosaceumq; potui dabitur.

DE BVPRESTI. Cap. XXXII.

BVpresti potione ingesto, in gustu nitro quippiã simile percipitur, dolor stomachi uentrisq; uehemens comitatur, eædemq; partes in speciem hydropici intumescunt: extima totius corporis cutis intenditur, urinaq; cohibetur. Prosunt ipsis quæcunque aduersus cantharides opitulantur. priuatim autem conducunt, post euacuationes & uomitu & clystere factas, ficus aridæ, earumq; decoctum cum uino, aut lacte, aut mulso. prodest & pirorum omne genus, lactisq; mulieris potio.

DE SALAMANDRA. Cap. XXXIII.

QVibus salamandra data est, eis lingua inflammatur, sermo impeditur, tremor cum torpore quodam & resolutione urget, partes quædam corporis in orbem liuoribus uariantur, ut subinde pmanente ueneno putrefactæ defluant. Ad quę omnia faciemus, quæ in cantharidibus dicta sunt. proprie autem resinam è picea, aut pinu, uel galbanum cum melle offeremus, aut nucleos pineos cum decocto chamæpityos: aut urticæ folia cum liliis in oleo decocta, testudinis marinæ uel terrestris oua elixa, ranunculorum ius esculentorum, incocta simul ipsi eryngii radice.

DE PICEARVM ERVCIS. Cap. XXXIIII.

PIcearum eruca pota statim sequitur oris palatiq; dolor, ualida linguæ inflammatio, stomachi, intestinorumq; cruciatus, quæ cum pruritu circumtendi sentiantur: feruor itidem toto corpore affligit, tũ nausea ciborum ceu ex repletione infestat. Succurri debet non aliter quàm iis qui cantharidas biberunt. priuatim autem in ipsis loco simplicibus olei melinum adhibebimus.

DE MARINO LEPORE. Cap. XXXV.

LEporis marini potum, gustus sequitur piscibus nõ absimilis, uirosusq;, tempore procedente aluus

indolet, urina supprimitur: si quando autem eruperit, purpurei coloris cernitur. praeterea qui illum assumpserunt, auersantur oderuntq; pisceis omneis: sudor foetidus erumpit, biliosusq; uomitus, nonnunquam sangui-
5 ne mixtus superuenit. Adiuuari autem debent hoc malo circumuenti, lacte asinino aut passo continue exhibito, aut maluae radicis & foliorum decocto, uel peucedani radice concisa ex uino, aut ueratri nigri, aut scammoniae liquoris denario ex mulsa, anserisq; sanguine recen-
10 ti adhuc calido. item cácros fluuialeis solos, si sustinent, adferre oportet. Nota autem salutis est, quum piscem quoque possunt comedere.

DE RANA RVBETA, ET palustri. Cap. XXXVI.

15 RAna rubeta, aut palustris hausta, corporis tumorem inducit, palloremq; intensum, buxo similē: aegre spiritus trahitur, os foetet, singultus infestat aliquando etiam semen sine uoluntate prorumpit. facile autem post uomitum reficiuntur, multa meraci uini
20 potione assumpta, arundinis radicis denariis duobus, aut cyperi totidem. Caeterum cogendi sunt obambulare celeriter & currere, ob torporem, qui ex hoc malo contrahitur: ad haec quotidie lauare.

DE HIRVDINIBVS.
25 Cap. XXXVII.

HIrudines potas cum aqua & adhaerescenteis faucibus, inde adeo dignosces, quòd uentriculi os uellicatur mordeturq;: atq; haec etiam nota est hirudinis deuoratae, nonnunquam & sanguinem flori-
30 dum, hoc est, uiuum excreant, hirudinibus gutturi affixis, quas muriae sorbitio expellit, aut betę folia cum aceto, aut nix cum posca epota. gargarizādum quoq; nitrū cum aqua, & atramentum sutorium cum aceto. At si gutturi adhaeserint, in calidam aquam descendent. item
35 lupinorum farinam assument: frigida in ore retenta eximentur, quippe frigidae aquae appetentiores, ad

eam festinant, prosiliuntq́;. Nonnulli cimices iis, quibus sanguisuga epota erat, exhibuerunt. ego autem, inquit Galenus, aliis in his utens, cimicibus nunquam opus habui.

DE CHAMAELEONTE. Cap. XXXVIII.

CHamæleonte nigro assumpto, ualida superuenit uentris erosio, dolor, cum totius corporis peruersione, tremor, mox cõuulsio incidit: item uomitiones pituitosæ & spumantes: quibusdam etiam singultus aduenit: uox nihil sonat, facies distorquetur. His autem conuenit cremor tritici pinguis, calidus epotus: item dulce uinum aquosum calidum, uomitus, lactis potio, mollis clyster, fomentaq́; ex cataplasmatis. ad eum uero, qui suffocationem parit liuoremq́;, absinthiũ bibitur, aut nitrum cum oxymelite, uel radiculæ: fotusq́; præcordiorum congruet.

DE ALTERCO. Cap. XXXIX.

SI altercum aliquis, aut ebibit, aut comedit, mente ab alienatur ebrii modo: facilem tamen curationẽ recipit, mulsa liberalius pota, & lacte, præcipue asinino: sin minus, caprillo, aut uaccino: ficorumq́; siccarũ decocto. benefaciunt ipsi & nuclei pinei, & cucumeris semen cum passo assumptum, præterea uinum salsum cum recenti adipe suillo & passo: urticæ semen similiter, uel nitrum cum aqua conducit: insuper cichorium, sinapi, nasturtium, raphanus, cepæ, & allia, singula cum uino sumpta. Cæterum conquiescere cogendus est qui altercum hausit ut id, sicuti, qui uinum biberunt, concoquat.

DE CORIANDRO. Cap. XL.

COriandrum latere propter odorem non potest: potum uero raucitatẽ facit & mentẽ mouet, cõ similiter ebriosis. Loquũtur itaq; qui id sumpserunt turpia, toto corpore in ipsis odor coriãdrũ indicat. Adiuuantur, ubi id oleo aut irino unguento, ut supra

monstratum est, eduxerint, uino meraciore cum absinthio, & per se poto: ouisq; uacuatis in sese detritis, cum muria sorptis, ad hæc muria ipsa bibitur, & ius salsum, & gallinaceum & anserinum: postremo passum, cum
5 lixiuia sumitur.

DE PSYLLIO. Cap. XLI.

PSyllii potu totum corpus refrigescit stupetq́; inualidumq́; efficitur, cum resolutione & animi tristitia. Præsidio sunt omnia, quæ contra coriandri
10 potum commendantur.

DE CICVTA. Cap. XLII.

CIcutam potam caligo uertiginesq́; insequuntur ut nec minimum è longinquo uidere liceat: itē singultus, mentis alienatio & artuum perfrictio
15 comitatur: ultimoq́; conuulsi qui eam sumpserunt, præfocantur, cessante à motu omni arteriis spiritu. Per initia igitur, quemadmodum & in aliis, uomitu eam eliciemus, deinde hac euacuatione usi, quod in intestina delapsum est, excernemus: ac tunc, ad uini meraci potionē
20 ueluti præsentissimum remedium transibimus, per interualla eam exhibentes: in quibus interuallis lac uaccinum, aut asininum, aut absinthium cum pipere communi & castorio, rutamq́; & mentam cum uino exhibebimus: præterea cardamomi, aut styracis drachmam, aut
25 piper cum urticæ semine ex uino, aut tenera lauri folia: similiterq́; silphium, aut eius liquorem cum uino et passo. Item passum per se potum, præclare opitulatur.

DE PAPAVERIS LIQVORE, quod opion uocant. Cap. XLIII.

30 PApaueris liquorem, qui opium dicitur, epotum, subsequitur sopor cum perfrictione & pruritu adeo uehementi, ut subinde ueneno incrudescēte tanta oboriatur prurigo, ut ab ea qui id biberunt, excitentur: ad hæc toto corpore opii odoris grauitas sen-
35 titur. Saluti est post uomitiones oleo factas, acri uti clystere. Item oxymel cum sale potum proficit: aut cum

calido rosaceo,mel: præterea merum copiosius, cum absinthio & cinnamomo:nec non acetum calidum per se:insuper nitrum cum aqua : rutæ semen cum pipere, ipsumq́; piper cum castorio & oxymelite,uel satureiæ, aut origani decocto, uino addito. Cæterum excitare 5 ægros oportet iis,quæ naribus admouentur,& in aquã calidam deducere,fomentisq́; propter accedétem pruritum adiuuare:à lauacro,pingui iure,cum uino aut passo,uti.Iam medulla cum oleo pota ipsis opitulatur.

DE CARPESIÆ LIQVORE. Cap. XLIIII. 10

CArpesiæ liquor potus,soporem & strangulatũ præcipitem inducit.Eodem remedio,quo & cicutæ,auxiliantur.

DE MANDRAGORA. Cap.XLV. 15

ACcidit mandragoræ potu quáprimum sopor, languor,ualidaq́; dormiendi necessitas, ut nihil à morbo,qui lethargus dicitur differat. quibus antequam horum aliquod eueniant,uomitus conducit, post hunc,aqua mulsa, nitrum, & absinthii decoctum 20 cum passo,aut uino dulci sumpta.caput rosaceo foueri et aceto debet,corpus excitari commoueriq́;: adhibenda itidem quæ odoratu excitant,piper,sinapi, castoriũ, ruta cum aceto trita,pix liquida,lucernarum funiculi cõbusti extinctiq́;.Quod si ægre excitentur: etiã quæ sternutamenta mouent,adducenda,aliisq́; communibus re- 25 mediis in his quoq; utendum est.

DE ACONITO. Cap. XLVI.

AConitum statim quum potum est, linguã edulcat & nonnihil astringit:inde uertigines, præser- 30 tim in assurgendo,& oculorum humiditates inducit,thoracis grauitatem et præcordiorum,ita ut multi flatus per anum erumpant.In quo uitio uomitu uenenũ educi debet,& aluus clystere subduci. Potiones contra aconitum hæ proficiunt,origani, rutæ aut marrubii 35 cum uino,aut absinthii,aut erucæ,aut abrotani,aut cha-

mæleæ, aut chamæpityos. Prodest ipsis et opobalsami drachma cum uino. item coagulum hœdi, aut leporis, aut hinuli cum aceto, ad hæc ferri recrementum, aut uinum in quo ipsum ferrum, aut aurum, aut argentum sit
5 restinctum. insuper lixiulum cum uino, & gallinacei elixi carniumve pinguium ius cum uino assumptum. Cæterum chamæpitys quæ peculiariter aduersus aconitũ conducit, in Heraclia Ponti, ubi et aconitum nascitur, holocleros appellatur, Athenis, didonia: in Euboea
10 sideritis.

DE IXIA. Cap. XLVII.

IXia, quæ et ulophonos dicitur, odorem habet et gustum quum sumitur ocimi, linguæ inflammationem ualidam inducit, mentem abalienat, neq; om-
15 neis naturaleis exitus supprimit, strepitus tumultusq; alui edidit cum animæ defectu, nec quicquam tamen eiicitur. Adiuuantur læsi ab ea, postquam uomitionibus fuerit educta maior ueneni portio, aut aluus soluta, absinthii diluto cum uino pleniore aut aceto aut oxymeli
20 te poto: item rutæ syluestris semine, uel silphii radice: similiter hircinæ origani decocto cum prædictorum aliquo, aut lacte, aut resina terebinthina, aut nardo, aut castorio, aut silphio, singulis oboli pondere. Prosunt cum uino etiam nucis iuglandis nuclei leuigati, resina, casto-
25 rio, et ruta additis, singulis denarii pondere. Proficiunt itidem chamæleæ denarii duo, aut thapsiæ succi totidẽ cum aqua mulsa. utiliter et acetum calidum bibitur.

DE EPHEMERO. Cap. XLVIII.

30 EPhemeron, quod nonnulli Colchicon, eo quòd in Colchide nascatur, uocant aut bulbum agrestem, epotum, protinus totum corpus prurire facit, uelut urtica et scilla tactum irritatumq;: interiora erodit, stomachum urit cum ponderosa grauitate. Inua-
35 lescente autem malo, cruenta strigmentis mista p aluũ egeruntur. Succurrendũ, ut salamãdræ uomitionibus et

clysteriis: sed anteq̃ uireis sibi asciscat uenenũ, dari debet foliorum quercus, aut glandium, aut malicorii, aut serpilli decoctum cum lacte bibẽdũ: aut polygonii succus, aut surculorum uitis, aut rubi, aut tenerarum ferularum medullæ, aut myrti cum uino. item ipsæ myrti baccæ leues contusæ, & in aqua madentes, poto earum diluto, auxiliantur: benefacit itidem castanearum interior tunicula, si cum aliquo è succis quos prædiximus, assumatur: origanum quoq; cum lixiuia potum, in idẽ efficax est. Adeo uero exactum præsidium est lac uaccinum, calidum potum, & simul in ore contentum, ut hoc præsente nullum aliud desideretur.

DE SMILACE. Cap. XLIX.

SMilax, quæ à quibusdam thymion, à Romanis taxus nominatur, pota perfrictionem totius corporis & strangulatum, mortemq́; maxime præcipitem inducit: quibus omnia auxiliantur, quæ & cicutæ epotæ.

DE SOLANO FVRIOSO, quod dorycnion à nonnullis dicitur. Cap. L.

DOrycnium potum, quod aliqui solanum furiosum appellant, gustum quidem ceu lactis repræsentat, singultus crebros facit, linguæ siccitatem, & confarctam sanguinis excreationem: per aluum mucosa feruntur, simillima torminosis. Auxilio sunt, anteq̃ horum aliquod fuerit secutum, quæ in ephemere dicta sunt, uomitus dico & clyster, et quæcunq; potum uenenum possunt excernere. Proprie autem ipsi succurrit aqua mulsa, aut lac asininum caprillumve, & passum tepidum cum anisi modico potũ: item amygdalæ, et elixa gallinarum pectora, idem præstant conchulæ crudæ pariter et tostæ, in cibo, ad hæc carabi astaciq́;, et ius ex ipsis esculentum potui assumptum.

DE SARDONIA. Cap. LI.

QVæ ſardonia herba nuncupatur, ranunculi ſpe-cies eſt:pota autem,aut comeſta mentem aba-lienat,conuulſiones adfert cum labrorum con-tractione,ut riſus imaginem præbeat, à quo affectu etiã
5 riſus ſardonius non laudabili dicterio inter homines ia-ctatur.Cui uitio priuatim poſt uomitionem conducit a-qua mulſa liberalius exhibita,lactisque potio: item cor poris totius reſperſio inunctioque, ex medicamentis quæ calefaciunt petita.uincit item in hydrelæum calidũ
10 deſcendere,deinde corpus inungere & ualenter infrica-re. ſummatim, ut in conuulſione tota curatio admi-niſtranda eſt.

DE PAPAVERE CORNV-TO. Cap. LII.

15 PApauer quod cornutũ appellatur, eſum potũve, eadem quæ papaueris liquor inducens pericula, iiſdem quoque curatur remediis.

DE PHARICO. Cap. LIII.

PHaricum dictum toto guſtu nardum repræſentat
20 potum uero reſolutionem cum furore &conuul ſione excitat. Aduerſus quod,ubi uomitu fuerit e ductum,abſinthium cum uino propinatur : item cinna-momum aut myrrha,aut nardum Cilicum, quod non-nulli iſatin uocauerunt:aut ſpicæ nardi denarii duo,myr
25 rhæ oboli duo cum paſſo miſti:aut iris,crociq; flos ex uino.Caput ipſorum deraſum farina hordeacea cum ru ta conciſa & aceto oblinere oportet.

DE TOXICO. Cap. LIIII.

TOxicum inde nomen uidetur accepiſſe, quod
30 barbari ſagittas,quas toxeumata uocant, eo illi-nunt.ubi potum eſt ſequitur labrorum & linguæ inflammatio,mentis furor,qui coerceri non poſſit, ua-riis obnoxius imaginibus.eoque difficilem curationem recipit:raro etiam nonnulli qui id biberunt uitæ reſtitu-
35 untur.Conuenit igitur continuis ipſos uinculis conſtric-tos cogere:& ui adigere,ut paſſum cum roſaceo bibãt

reddantq́; per uomitum. Item raporum semen cum ui-
no potum peculiariter ipsis confert, & quinque folii
radix, hircinus caprillusve sanguis potui datus. ad hæc
quercus cortex aut fagi aut ilicis cum lacte leuigatus
potusque proficit. Idem faciunt mala cotonea mandu- 5
cata, uel trita cum pulegio, ex aqua pota: præterea a-
momum, & balsami cum uino semen. Qui uero mali
huius periculum euaserint, diu in lecto decumbunt, &
quum surrexerint, attoniti ac stupentes reliquum uitæ tẽ
pus transigunt. 10

DE FVNGIS. Cap. LV.

Fungorum alii genere, alii copia offendunt: inte-
gri sumpti strangulatus laqueis simileis inducunt.
his statim communi præsidio resistendum est, &
qui eos hauserunt, oleo ad uomitum cogendi. Mirifice 15
his proficit lixiuium ex sarmentis aut ex syluestris piri
cinere cum posca, sale uel nitro, potum: item pira ipsa
syluestria aut folia simul incocta, uim strangulandi quę
fungis inest, tollunt: eademq́; in cibo conferunt. ad hæc
oua gallinarum elixa, & in posca pota, aristolochiæ de- 20
narius aut absinthii, cum uino: insuper mel delinctum
potumq́; cum aqua. Prodest apiastrum cum nitro, pa-
nacis radix & semen cum uino, floces uini combustæ,
cum aqua aut æris flos cum cum aceto: radicacula itidẽ
aut sinapi, aut nasturtia in cibo sumpta. Quoniam uero 25
nonnulli fungi à uenenatis corrosi non modo strangu-
lant, sed etiam intestina exulcerant, dari debet ab-
sinthium copiosum & ficorum decoctum, origaniq́;.
ad hæc ex aqua mulsa uomitum ciere confert, in
calidam descendere, & crudam polentam præcor- 30
diis admouere.

DE SANGVINE TAVrino. Cap. LVI.

Sanguis tauri recens occisi, spiritus angustiam &
strangulatum procreat, dum tonsillarum & guttu- 35
ris meatus cum ualida conuulsione obstruit. Iam

lingua iis qui sanguinem hauserunt rubens inuenitur, dentes erosi, & uestigia cruoris concreti inter ipsorum commissuras. In hoc malo uomitus uitari debet, grumis magis in stomacho concrescentibus, eò quòd uo-
5 mitionis attractu ad superiorem partem efferuntur. Exhibentur quæ sanguinem coeuntem soluere, & aluum subducere possunt, exempli gratia, grossi liquore suo pleni cum posca & nitro. huc facit etiam omne coagulum cum aceto, & silphii radix cum suo liquore. simi-
10 liter etiam brassicæ semen, lixiuiumq; ex cinere ficulneo: item cunilæ folia cum pipere rubiq; succus cum aceto. Iam uero aluus recte subducetur. Solent iis, qui seruantur inferius recrementa fœdi odoris egeri: stomachus & uenter hordeacea farina cum aqua mulsa fo-
15 ueri debent.

DE LACTE COAGVLATO gelatoq;. Cap. LVII.

Lac coagulatum uniuersam multamq; strangulationem parit, eò quod in grumos coit gelaturq;.
20 Auxiliatur huic malo, antidoti modo coagulum, si cum aceto frequenter bibere compellas eum, qui lac hausit. item conferunt nepitæ folia arida, aut succus ipsius similiter, aut silphii radix liquorue cum posca: idem præstat thymus cum uino, & cinis lixiua. salsum uero
25 nihil offerri debet, nam hinc lac magis coit ac in caseum transit. nec uomitus in hoc malo conducit, nam in grumos concretum, dum ad stomachum assurgit, strangulat.

DE MELLE QVOD IN
30 Heraclia nascitur. Cap. LVIII

Mel quod in Heraclia Ponti prouenit, aut esum, aut bibitum, eadem pericula, quæ aconitum, infert. quare & eadem utriq; conueniunt remedia. Facillime autem curantur qui id hauserunt, continuo hy-
35 dromelitis potu, cui rutæ folia sint admista.

DE GYPSO. Cap. LIX.

Gypsum potum strangulatum parit, in lapidem coalescens: unde transferre oportet huc præsidia quæ aduersus fungos conueniunt. datur etiam in hoc malo maluæ decoctum loco olei. pingue siquidem quum sit, & lubricas uomitiones procreet, corpora deradi non sinit, quod lapidescens gypsus facit. Porrò conducit & oleum in mulsa, & ficorum decoctum, lixiuiaq; ficulnea, aut è sarmentorum cinere facta cum uino copiosiore: item origanum, aut thymus cum lixluia acetove. Clyster ex passo & maluæ decocto in anum dabitur.

DE CERVSSA. Cap. LX.

Cerussa propter colorem facile deprehenditur, quoniam sponte sumpta palatum & linguam, dentiumque commissuras albefacit: præterea singultum, tussim, linguæ siccitatem, extremorum perfrictionem, cum mentis abalienatione, & pigro corporis motu, inducit. His prodest aquam mulsam, aut ficorum, aut maluæ decoctum propinare. item lac calidum, uel sesamum cum uino tritum, aut lixiuium è uitium sarmentis: aut oleum amaracinum, siue irinum, uel persicorum ossa cum ordei decocto: uel lachryma thuris uel prunorum gummi, aut ulmi humor qui in folliculis ipsius seruatur, cum aqua tepida. Iam uomitus continue cietur. Proficiet etiam succus thapsiæ, uel liquoris scammoniæ terni oboli cum aqua mulsa poti.

DE CALCE, SANDAracha & auripigmento. Cap. LXI.

Calx, sandaracha & auripigmentum pota, uentris & intestinorum cruciatus cum uehementi rosione faciunt. quare omnia quæ temperare & soluere ea possint, adhiberi debent, item quæ uomitio-

nes facileis & aluum lubricam efficiant, qualis est hibi- sci & maluæ succus, decoctumq; lini seminis aut tragi, aut oryza: lac præterea copiosum, aqua mulsa, iura pin- guia, boniq; succi.

5 DE ARGENTI SPVMA.

Cap. LXII.

SPuma argenti pota, quam Græci lithargyron di- cunt, grauitatem stomachi, uentris & intestinorũ, cum torminibus ualidis infert: nonnunquam & in-
10 testina pondere uulnerat, disrumpitque, urinam im- pedit: corpus eorum qui eam biberunt, intumescit & coloris plumbei fiunt: & deformitas circa faciem deprehenditur. Adiuuantur, secundum uomitiones, a- grestis orminii semine cum uino: myrrhæ denariis oc-
15 to, absinthii, hyssopi aut apii semine: aut pipere, aut li- gustri flore cum uino: palumbium fimo arido cum nar- do & uino.

DE PLVMBO. Cap. LXIII.

PLumbi scobs aut lotura pota, similia inuehit ar-
20 genti spumæ pericula: eademque requirit præ- sidia.

DE ARGENTO VIVO.

Cap. LXIIII.

ET argentum uiuum potum, eadem cum spuma
25 argenti infert, atque eisdem remediis qui id assum pserunt, adiuuantur. ad hæc prodesse ipsis uidetur lac copiose datum. cæterum & hi uomitionibus soli- citabuntur.

DE VERATRO ALBO,
30 thapsia, elaterio, agarico nigro, ruta syluestri, nigella, & pappis.

Cap. LXV.

HAbenda cura est & eorum, quæ iuuandi gratia exhibentur, sæpe uero non minora aliis pericu-
35 la adferunt, cuiusmodi sunt superius comme-

morata, nempe ueratrum album, thapsia, elaterium, agaricum nigrum. hæc enim strangulatus excitant, aut magis quàm opus est, purgant: in quibus strangulationes, ut in fungis & similibus comprehensum est, curabuntur: nimias purgationes, iis quæ excretiones cohibent, sistimus. Iam uero quæ paululum nocere uidentur, interim tamen pericula inferunt, negligi non debent, cuius generis est syluestris ruta, nigella, recentes pappi, qui flores sunt spinæ, quæ cactos dicitur. in quibus solus uomitus adhibitus laborantes sanitati restituit. 5 10

DE FAMILIARIBVS AC domesticis, nempe uino & aqua frigida. Cap. LXVI.

AQua frigida uniuersim pota, uinumque meracius copiosum, dulce, præsertim à balneo, aut cursu ualidisque exercitiis, strangulatus & dolores concitat, in quibus sanguinis dimissio protinus adhibita & inanitio, imminens periculum dissoluit. 15 20

Libri Quinti Finis,

PAVLI ÆGINETÆ LIBER SEXTVS,

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete.

PROOEMIVM CHIRVRgicæ. Cap. I.

QVONIAM CHIRVRGIca in partes duas diducta est, ut una sit quæ carnis uitia tractet: altera, quæ ossium, tam in fracturis quàm luxationibus speculetur: ab ea quæ carni seruit in præsentia exordiemur, consueto & hic usi compendio. Rursus igitur à superioribus auspicantes, quomodo caput, præsertimque eius uertex uratur, exponemus.

QVOMODO CAPVT ADVratur in lippientibus, ægre spirantibus & elephanticis. Cap. II.

CVm humor oculis influit superne & difficilis urget spiratio quæ humiditatis excrementitiæ copia è capite inferius in thoracē transmissa, & particulas indidem consortio suo infestante contrahitur, caput per medium hoc modo urunt: Vertex ad cutem prius tondetur, cutis adusq; os ferramentis mucronatis aduritur: quod, ubi crusta deciderit, raditur. Nonnulli uero ubi idipsum os adusserint, faciunt ut squama inde recedat exigua, quo facile humores illinc perspiratu dissipentur euacuenturq́;, seruato diu ulcere, deinde sic ipsū ad cicatricem perducunt. At in elephantiasi curanda, qnq; nōnulli crustas in capite excitant, unam in priori parte supra sinciput, alteram hac inferiorem, paulo superius q̃ frons habetur, ubi fere pili desinunt: ac aliam in occipitio, quod Græci opisthocranion uocant, reliquas duas iuxta ossa à squamis dicta lepidoide, q̃ superius aures

conglutinant:unam ex his,parte dextra:alteram, sinistra atque ita pluribus squamis detractis,& copiam & crassitiem humorem euaporatu ex alto capitis deriuantes, lumina offendi prohibent. Iam lieni quoque aliud ferramentum adigunt,ut primo melancholici recrementi opifici per crustam in cute excitatam medeantur. 5

CVM HVMOR CAPITIS CVtem inflat,eaq; intumescit & prementi digito cedit, hydrocephalon dicitur. Cap. III. 10

SI humor natura aqueus capitis cutem subit, uitium proprie hydrocephalon appellatur: accidit autem pueris,quamprimum in lucem eduntur,capite à nutricibus parum dextre presso,aut ex causa latente,aut ex causa latente, aut ex uasis unius, pluriumve ruptura & sanguine, qui emanat in alienam mutato substantiam, 15 aut materia ob meatum raritatem resudante, ac inter cutem & membranam quæ caluariam integit, pericraniō Græci uocant,erumpente:uel enim inter hanc,& cutem humor consistit,uel inter pericranion & os, uel inter os 20 & cerebri membranas. Cum itaque cuti & membranæ caluariam integenti,humor interiacet, tumor sequitur, tactu mollis,concolor,indolens,turgidus,puluino sublimi,exigua capitis parte digitis prementibus subsidens facile cedit & rursus assurgit. Quibus pericranion & 25 os intercedit humor,reliqua sanè respondent, sed tumor durior multo est & lente cedit, ut qui etiam pluribus locis sublabatur,dolorq; magis urget. Si inter cerebri membranam & hos humor se receperit,tumor quidem erit, sed qui prementi non cedat, neque tactu sit 30 mollis,tamen uiolenter pressus cedat, siquidem os infantium recens adhuc compactum facile cedit,præsertim cum suturis rarefactis humor foras euaserit:cognoscitur ex facili inde quod in humoris constrictione, in altum cum ex aduerso deducitur, recurrat. Dolor his 35 acrior obuenit,caput totum in diuersa agitur, frons ip-

sis foras

ſis foras producta eſt, oculis cernunt inconniuentibus, et crebrius illachrymant. His igitur ceu deſperatæ ſalutis non eſt manus adhibenda, etſi maxime nonnulli chirurgicorum terebra perforatum os exemerint, ut in capitis fracturis dicetur. At ſi intra cutem & membranulã quæ ſub cute caluariam cingit, humor ſit collectus, tumore quidem exiguo ſubſtante, una linea per medium tranſuerſa caput incidendum: ſi membranulæ caluariam inuoluenti & oſsi colluuies interueniat magisq; caput inturgeſcat, duabus utemur lineis per medium ſe mutuo ſecantibus: ſi magis adhuc ſit turgidum etiam, tribus, ad ſimilitudinem H literæ. Vbi manu humorem exemeris, inſertis linamentis commode partem deligabimus, & uſq; ad tertium diem œnelæo perfundemus, inde ſolutam medicamento in linteolum illito perſanabimus. Quòd ſi longiore ſpatio os carnẽ non recipiat, leuiter ipſum rademus.

QVOMODO ARTERIÆ DIVI dantur, anteriotomia dicitur. Cap. IIII.

IN longis oculorum defluxionibus, tum uertiginoſo affectu, arterias poſt aures incidere conſueuimus. Radenda igitur poſterior capitis pars, & digitis notanda eſt. Nam arteriæ ſitus ex loci pulſu facile deprehenditur, deinde ipſam linea ſcriptorio prius attramento ducta, duos digitos lõga, uſque ad os diuidere oportet. Quòd ſi in conſpectum ita non uenit, incidendum circiter trium digitorum interuallum, atque tunc manus iniicienda, ſic ut arteriæ tranſuerſim diſſecentur, quouſque & pulſatilis ſanguinis fluor apparuerit, & inſtrumentum os propius accedat. Vbi ſat fluxerit ſanguinis membranula, quæ caluariam ſub cute ambit, diuiſa, ne ex tenſione inflammationem contrahat, raſoq; oſſe obturamentum ex panniculo uulneribus debet inſinuari & medicamento quod linteolis illinitur adhiberi, quòd ſi remaneat etiam hoc os lene, ſimiliter huius raſura utemur.

QVOMODO LATENTIA CAPITIS UASA DIUIDANTUR QUÆ ANGIOLOGIA DICITUR, EORUMQ; ADUSTIO SIT ADMINISTRANDA. Cap. V.

IN quibus alteram capitis partẽ dolor exercet, & calidus acrisq; pituitę cursus, aut longus, aut acutus infestat, ut ẽt tẽporũ musculi incalescãt, ac laxo tumore attollantur, omnes in his medici uasorum in capite latentium diuisionem probarunt. Derasis igitur primũ in temporibus pilis, digitis uasa notabimus, sic ut fomẽta præcesserint, aut collum constrictum sit: ubi iam uasa oculis sese obiecerint, atramento notabuntur, & cutis ex lateribus tum sinistræ manus nostræ digitis, tum ministri leuabitur, ipsumq; uas per summa, linea incidemus, deinde ubi totum penetrauerimus hamulis eleuatum et instrumento quo membranæ detrahuntur, deuudatum suspendemus undiquaq; liberum: & si tenue fuerit per hamulum retusum, elato circunductoq; membranam detrahemus, ita ut partem quoque ipsius apprehendamus. At si magnum est duplex acu funiculus subiicietur, aut linũ crudũ, aut aliud quoddã ualidum, ac q̃ primum uas in rectum scalpello diuisum, sanguinis quãtũ satis est fuderit, in utroq; extremo quod denudatũ est, lino ligabimus, quod intercedit excisum, aut protinus aut cũ soluetur auferre cõuenit. Nõnulli ẽt candentibus ferramẽtis citra sectionẽ uasa adurunt plagis satis altis. ubi iam ferro negotiũ absolutũ est linamẽtis carptis siccis uulnere oppleto, spleniũ quoq; super accõmodatũ deligabimus. postq̃ solutum fuerit, medicamenta arida, quæq; carnem generant, tum cicatrici induceudæ apta, ad curationem absoluendam inducemus, nimirum ubi uincula deligaturæ computruerint exciderintq;.

QVOMODO FRONS INCIDATUR, HYPOSPATHISMUM UOCANT. Cap. VI.

INstrumenti species nomen administrationi dedit: utimur autem hypospathismo, in quibus fluor mul-

ſus & calidus in oculos defertur, facieſq; rubeſcit, & in fronte ſenſus quidam & diſcurſus ueluti uermium, aut formicarum oboritur. Deraſis itaq; in fronte pilis iubebimus, ut inferior gena moueatur cauenteſq; muſculorum ad tempora motionem, tres lineas rectas pari ſpatio diſtantes in fronte incidemus, longas quidem ſingulas duos digitos, altas aduſq; os, trium digitorum interuallo inuicem diſcretas. ſecundum ſectionem, ſpatham ſubiicientes à linea quæ in ſiniſteriore tempore ad mediam tendit incipiemus, totum quod interiacet excoriãtes, cum membrana quæ caluariam incingit, deinde rurſus ſpatulam à media ad reliquam dimittemus. Deinde ſcalpri quod ſcolopomachærion dicitur, aciem in primam coniicientes lineam, ut acutum ipſius latus externæ cutis carni accommodetur, retuſum uero, oſſi. propellemus ipſum aduſque mediam lineam, omnia à capite ad oculos deſcendentia, uaſa præcidentes, non autẽ uſq; ad cutis ſuperficiem: rurſus à media ad poſtremã ipſum deducemus, ſimiliter uaſa amputantes. Vbi mediocriter ſanguis effluxerit, extuſis grumis, tria linamenta tortilia ſingulis inciſuris inſeremus, panniculumq; implicitum aqua madentem ſuperiniectum deligabimus. Poſtridie œnelæo non ſolum ulceribus reſperſis, ſed etiam temporum muſculis auribuſq; propter inflammationem, tertio die cum ſolueris, ſuperfuſione diu utẽdum, & baſilico roſaceo ſoluto, linamentis inſertis curationem quæ reſtat, abſoluemus.

QVID AGENDVM IN SINcipite ſecando, periſcythiſmum appellant Græci. Cap. VII.

IN quibus multa, & in alto uaſa fluorem copioſum oculis tranſmittunt, tribus lineis tranſuerſis coronæ modo ſinciput ſecatur, quæ ratio periſcythiſmus Græce uocatur. Hoc morbo laborantium

comites notæ ſunt tales: Primum oculi alimentum nõ ſentiunt, exigui, & ad uiſum impotentes, ſunt anguli eroſi, palpebræ exulceratæ, & pili ipſorum deflui, lachrymę tenues admodum & acres cum calore deferuntur. Dolor in alto capitis acutus, & uehemens urget, ſternutamẽtum continuum. Itaq; deraſo capite tranſuerſam lineam ſine muſculorum in temporibus, motus offenſa, ut dictum eſt, incidemus, quæ à ſiniſteriore temporum parte incipiens in alteram deſinat, habeatq́; terminos, ubi motus nullus eſt, paulo ſuperius q̃ frons habetur, ducta: ſic ut ſutura capitis à rotunditate dicta στεφανιαῖα, uitetur. Leonides per mediam frontem lineam deducit. Cæterum oſſe detecto, obturaminibus, aut linamentis pluribus inuicem ipſum ſeparabimus, oras lineæ uinciemus, œnelæo etiam ut prius dictum eſt, aſperſas. A ſolutione cum inflãmatio iam declinauerit, os radetur, quoad caro ſuppullulare incipiat, rationemq́; carnis producendæ accommodabimus medicamentis aridis in id efficacibus utentes, quale eſt, quod recipit farinæ triticeæ partes duas, colophoniæ reſinæ partem unam. Item quale eſt Cephalicum appellatum. Item quod ex pumice ad carnem creandam conficitur. Nam cicatrice craſſiuſcula cute denſata, & occluſa, uaſorum ora priorem pituitæ impetum in oculos deferri prohibent.

DE SVPERIORIS PALPEbræ ſutura aliisq́; modis. Ca. VIII.

CVm ſub ordine naturali pilorũ palpebræ, alius ordo ſuccreſcit, uitium Græce diſtichiaſis appellatur, ex humoris cuiuſdam in eam partem impetu contractum, cum is copioſus, ſed roſionis expers & acrimoniæ fuerit. Nã acrior, aut ſalſus magis, aut alio quodãmodo rodens, ſpatio tẽporis ẽt naturales palpebræ pilos corrũpit. Interim igitur in hoc affectu, ſutura utimur: interim in ea diſpoſitione, qua pilorum ſubnaſcentium duplex triplexq́; acies, uel in ſuperiore, uel in inferiore palpebra prouenit, hoc eſt cum cilium intro

ſpectat pilorum acie ſimul cum eo inuerſa, phalangoſis uocatur: interdũ ẽt in palpebris relaxatis, quando naturales pili bulbum compungunt. Aeger itaq; in ſedili collocabitur, uel aduerſus, uel à latere, ſuperiorq; palpebra inuertetur: ſi quidẽ lõgos habeat pilos, illos ipſos indice & magno ſiniſtræ manus digito apprehẽdemus: ſin ad modũ breueis, acus filum ducens per medium cilium & exteriorem partem tranſmittetur, deinde p filum ſiniſtra manu ſublata palpebra, dextra, mucrone ſcalpelli, poſt filum eadem in ſinum coacta inuertetur, & ſubtus linea interius q̃ pili pungentes habeantur per cilium ducetur, à maiori angulo uſq; ad minorem pertinens. filo autem poſt interiorem ſectionis lineam ſubiecto, pollice manus ſiniſtræ exiguum quoddã linamentũ implicitum obiicientes, ſupcilium attollemus, aliaq; parua linamenta implicita ſummis angulis imponentes famulo poſterius ſtanti iubebimus, ut palpebras p ea attollat, atque tunc lineã ueru modo rectã, obeliæam Græci uocant, primũ ſcalpello fibulis aptato incidemus paulo ſuperius q̃ naturales pili exiſtant, ab angulo ad angulum tendentẽ, altã ut ſola poſſit cutis diuidi: poſt eã, lunatã adhibebimus, incipientes qdẽ unde & ueru ſimilis linea inceperit, in tantã uero ſublimitatẽ tendentes, ut totã cutẽ quæ ſupflua eſt circũſcribamus, deſinentesq; ſimiliter ubi & illa iã cõmemorata linea. Poſtea cũ cutis duabus lineis circumſcripta myrti ſimilitudinẽ repræſentet, angulo q ad dextram noſtrã ſpectet hamulo transfixo totã hanc cuticulam excoriabimus, deinde uibicibus ſpongia ter quaterve ablutis, oras uulneris contrahemus à media auſpicantes, acum uero per ipſam interiorem ſectionẽ tranſmittentes: porrò filum ex lana eſto. Cæterũ quod eius ſuperfluum eſt amputabimus non prope fibulas, ſed ut circiter trium digitorum longitudo otioſa p:deat, eamq; per frontẽ exporrectam, cum emplaſtro quodam conglutinante applicabimus, palpebræ autem pilos à fibulis mucrone acus liberabimus. Hic igitur

agendi modus & communis & securus est. Nonnulli excoriationem fugiunt, eoq; post ductam subtus lineá, specillo palpebris continendis accommodo, hoc est, ad palpebræ circunductum figurato, id quod superest cutis, eleuatum scalpro amputant, ac fibulas, ut compre hensum est iniiciunt. At si in parte aliquã solum palpebræ ex pilis oriatur punctura, illi etiã soli manum adhibere conuenit, deinde linamenta implicita posca, madida imponemus deligabimusq;, imbuentes ipsam partẽ posca aquatica usque ad tertium diem quo ligaturam soluemus, ac superflua fili parte abscisa oblinemus palpebras, uel croco, uel glaucio, uel aliquo collyrio, quod inflammationem arceat, exempli gratia, crocode & ex rosis composito aliquo. At si inflammationem fibulæ intulerint, etiam emplastrum aliquod tenue ipsis super accommodabimus, & ueluti lacte infuso oculum leniemus, rarefactas autem suturas amputãdo abstrahemus. Notus mihi quidam est qui palpebra, ut dictum, excoriata, fibulis non uteretur, sed medicamento cicatricem inducente curationem absolueret. Nam uulnere ad cicatricem ueniente, palpebram particulatim attollens pilos extra inclinationem coegit. Q uemadmodum igitur alius quispiam ne excorians quidem palpebram neque externis duabus utens diuisionibus, sed interiore solum adhibita, palpebræ rugas digitis uel hamo attollebat, item duabus arundinulis aut hapsulis quibusdam palpebræ longitudinem æquantibus, latitudinem angusti scalpelli, quod uenis secandis adhibetur, superfluam totam cutem mediam prehensam constringebat, utriusque ipsius terminos deuinciens. Atque hac ratione, tota posterior cutis alimentum non sentiens, eoq; emoriens, intra decimum aut plurimum quintumdecimum diem cum arundinulis aut hapsulis excidebat, ita ut ne cicatrix fere aliqua appareret.

QVOMODO PALPEBRÆ MEdicamento urantur. Cap. IX.

VStionem palpebrarum ex urente medicamento factam, omnes, ut uno uerbo dicam, ueteres dãnauerunt, tum propter medicamenti acrimoniã oculis insidiantem, tum quòd ex immodica ustione affectus nascitur, quem Græci lagophthalmum appellãt, in quo hiantibus palpebris qualicunque de causa lumen offenditur. Quoniam uero multi à pilis semper punctionem experiuntes, ne uocabulum quidem suturæ frequenter audire sustinentes, detinent plerunque nos etiã inuitos, tanquam aliis destituti præsidiis ustionem per medicamentum adhibemus. Compositio uero medicamenti hæc recipit, calcis uiuæ partes duas, saponis gallici uel communis totidem (quidam etiam aphronitri partes quatuor) leuigatas cinere lixiuo, aut saponario, aut alio, è ficu, aut quercu, aut urina pueri impuberis excipientes mucrone scalpelli palpebræ iniiciemus, tantum in myrtacei folii figuram adurentes, quãtum etiam in descriptione comprehenderimus. ubi iam primo medicamenti imposito cutis fuerit adusta, eo spongia ablato rursus aliud iniiciemus, tam diu id cuti inhærere sinẽtes quousque nigrescat. Sin id non assecuti fuerimus, etiam tertio inducetur. Postquam uero cutis nigruerit, & reliquum iam crusta oborta medicamentum ablueris, & balneis, & superfusionibus, quousque crusta deciderit utemur. Inde rasilibus linamentis & collyriis teneris, cicatricem moliemur.

SI OCVLVS CVTE NON CONtegatur, lagophthalmum dicitur. Cap. X.

LAgophthalmon uocant cum superior palpebra sursum retracta est. Accidit autem hoc ustii, aut naturaliter, aut ex cicatrice uulneris eiusq; uel sua spõte facti, uel ex sutura, uel ustione, ut nuper dicebamus, parũ dextre administrata: in qua etiã solum mediocris emendatio fieri potest si palpebra crassitiem notãdam habeat non enim cõuenit ipsa cicatrice diuisa, & oris per linamentum diductis, etiam deligatura prorsus usque ad

absolutam curationem uti, ita ut non nimium sicca, sed relaxantia magis unguina adhibeantur: quale est fœnu græci succus superfusus & basilicum tetrapharmacum quod linteolis illinatur resolutum.

DE INFERIORIS PALPEbræ sutura & ustione per medicamenta. Cap. XI.

QVot pilorum affectibus superior palpebra opportuna est, tot etiam inferior. Etenim ultra naturæ suæ modum excrescens, inuertitur & phalangosim, & distichiam, hoc est, sub ordine naturali pilorum, alium ordinem succrescentem sustinet. Eodem igitur modo quo in superioris palpebræ sutura, utendũ est, ordine inuerso primum lunata incidi linea debet, ut sanguinis fluor impediatur, deinde ueru instar recta. Subtus uitanda est sectio, quoniam palpebra inferior pondere suo genuino prompte inuertitur. Cæterum reliqua curatio in alterius palpebræ sutura tractata, hic quoque conueniet, præter quòd filorum excessus fronti nõ sint agglutinandi. At si in hac etiam affectione manum extimescens, ustionem potius è medicamento deligas, hãc quoq; iam traditam habes.

DE ECTROPIO. Cap. XII.

QVemadmodum superiori palpebrę uitium uocatum lago phthalmon, ita inferiori ectropion oboritur: uerũ id intercedit discriminis, quod hoc non è natura prouenit, sed nonnunquam ex relaxatione, quam medicamenta in id efficacia, inflammatione præcedente concitarint, nonnunquam ex sutura, aut inartificiosa ustione palpebra inuertitur. Acu igitur duo lina trahente carunculam transsuemus, à sinisteriore angulo ad dextrum deducta. Deinde lino utrisque ipsius extremis admoto, carunculam per acum attollemus, atq; ipsam scalpello excindemus, auferẽtes simul cum ea & acum. Atque si figuram palpebra receperit, & æqualiter sit conuersa, satis manu profectũ est.

Sin autem postea quàm caro fuerit ablata, adhuc inuertatur, auersum scalpellum quam partem Græci cyathiscum nominant, iuxta mucronem, palpebræ sectæ subiiciemus, ac in externa illius parte duas incisas lineas, à
5 duobus factæ sectionis angulis, auspicantes, in fastigium mucronatum ducemus, easq; in figuram Λ literæ Græcorum similem cogentes, carunculam amputabimus, ut acumen ipsius infra spectet oculum, latitudo supra, cilium appellatum respiciat. Secundum hoc diductas o-
10 ras acu ex lana filum ducente committemus, duabus fibulis contenti. Quod si uero suturæ, aut ustioni fertur acceptum ectropion, etiam sub inferioribus palpebræ pilis per ipsam primam cicatricem lineam simplicem incidemus, labrisq; diductis linamenta inseremus, ac aliis
15 præsidiis, quæ in lagophthalmis comprehensa sunt, utemur, præterquam fomentis, usque dum sutura fuerit cõglutinata.

QVOMODO PILI PALPEBRAM irritantes euelantur, & ustio per ferrum
20 adhibeatur. Cap. XIII.

IN quibus haud multi palpebræ pili habentur, qui oculum irritent, sed circiter unus, aut duo, aut plurimum tres, inuicem propinqui, euulsionem quam anabrochismum uocant, probamus. eaq; fit hunc in mo-
25 dum: Per acus tenuissimæ auriculam capillus muliebris aut simplicissimum bysinum linum transmittitur, duobus simul extremis commissis, ut quod inseritur duplicẽ habeat ansulam, itẽ alterũ huiusmodi filum, aut capillus ansulæ insinuatur: traductaq; acu per cilium ubi pili
30 enati apparent, pilum, pilosve per amentum ansulæ insertos detrahemus. Et si quidem palpebræ pilus prehẽsus est, ansulam attrahimus. Sin uero unus, aut plures exciderint per initium iniectum, rursus ansulam deorsum trahemus, iterumq; pilo, seu pilis in eam positis, attrahe-
35 mus. At si unus duntaxat pilus gracilis oculum pungat, etiam alterum ex naturalibus palpebræ pilis simul euel-

ſemus inunctum prius gummi, aut alio quodam glutinante, deligabimusq́; donec pilus coaleſcat. Nonnulli autem uſtionem præponũt euulſioni: palpebram inuertunt, extractoq́; uulſella pilo pungente ſiue uno, ſiue duobus, uel etiam tribus, candẽs aut ſpecillum, aut eiuſmodi aliquod tenue inſtrumentum loco adigunt, unde pilus, piliue ſint euulſi. Sic enim cute dẽſata, nullus pilus enaſcitur. 5

DE HYDATIDE. Cap. XIIII.

Hydatis pinguis quædam eſt ſubſtantia, palpebre cuti naturaliter ſubſtrata. In aliquibus autem, & præſertim pueris ceu natura humidioribus augeſcens malorum ſuperuenientium cauſa redditur, dum oculum pondere ſuo grauat, eoq́; fluxionem excitat. palpebræ igitur in hoc uitio detentæ infra ſupercilia aquam inter cutem repræſentant, nec ut par' eſt ſurſum poſſunt attolli. Si uero digitis ipſas deprimamus, inde digitos ſeparemus, quod medium intercedit, inflatur. Horis autem antelucanis potiſſimum defluxione tentãtur, neque contra ſolis ſplendores cernere ſuſtinent, ſed illachrymant, continuisq́; lippitudinibus infeſtantur. figurato igitur commode ægroto digitis duobus, indice & medio paululum diſtantibus palpebram conſtringemus, collectionem quandam hydatidis ad medium digitis interpoſitum molientes. Miniſtro autem poſterius ſtanti caputq́; ægrotantis firmiter continenti iubebimus per medium ſupercilii palpebram modice attollat. Nos ſumpto in manus ſcalpello, ipſam per medium linea tranſuerſa diuidemus, non maiore quàm in ſanguinis per uenas detractione fieri ſolet, alta uero ut totam cutem diuidat, uel etiam hydatidem ipſam attingat, ſed cura omnino debet adhiberi plerique ſiquidem altius demiſſo ſcalpello, uel membranam quæ à cornus ſimilitudine Ceratoides dicitur, uiolarunt, uel certe palpebræ muſculos conuulnerarunt. Atque ſiquidem protinus hydatis in conſpectum uenerit, ipſam extrahemus: 10 15 20 25 30 35

sin minus, iterum diuisionem leniter moliemur. Vnde si apparuerit digitis cum linteolo molli apprehēsam huc illuc nonnunq̃ etiam circumactam mouendo extrahemus. ubi ablata fuerit implicitum panniculum posca madentem impositumq; deligabimus. Sunt autem q & leuigatum salem scalpelli capitulo diuisionibus inserāt, ut si ex hydatide quippiam fuerit relictum, ipsam consumat: postquam soluerimus si desit inflammatio collyriis quæ illini possint, aut lycio, aut glaucio, aut croceo curationem expediemus. Sin inflammatio urgeat, cataplasmatis ad eam inscriptis, aliisq; præsidiis medebimur.

DE PALPEBRIS COMMISSIS. Cap. XV.

INterim superior palpebra cum inferiori cilio coalescit, interim cum membrana adnata, interim etiam cum ea quæ ob cornus similitudinem Græce ceratoides appellatur, ac morbus oculum difficilem efficit. Conuenit igitur uel specillo, lato palpebræ spatio subiecto, uel ea per hamulum eleuata commissuram dissoluere, cura adhibita ne cornea membrana uulneretur, atque inde procidentiæ occasio fiat. Vbi inciderimus, succo in oculum infuso linamentis palpebras diducemus, ne rursus commissura fiat, lanaq; ouo madente imposita post tertium diem extenuantibus & quæ cicatricem inducunt collyriis utemur.

DE CHALAZIIS. Cap. XVI.

CHalazium otiosi humoris in palpebra colluies est: quæ si ab exteriore parte palpebræ coaceruetur, scalpello extrinsecus trāsuersa linea incidi debet: deinde specillo, uel aliquo huiusmodi instrumento chalazion auferemus. Quod si magna est diuisio, aut dehiscit, fibulis oras committemus, ac emplastro utemur. Si exigua est, omissis fibulis, curationem absoluemus. Si ab interiori parte fuerit, ut per cartilaginem ipsa pelluceat, inuersa palpebra & transuersim

intus diuisa chalazion tolletur: quo facto, muriam uulneri infundemus.

DE VERRVCIS ET ENcanthide. Cap. XVII.

Palpebrarum uerrucis, & in maiori angulo encanthidibus appellatis uulsella prehensis, scalpelloque amputatis, chalcitidem leuigatum imponemus. 5

DE VNGVE OCVLORVM, quod pterygion à Græcis uocatur. Cap. XVIII. 10

Pterygion neruosa membrana est, quæ ab oculi angulo maiore initium capiens per minorem ad exteriora progreditur, officitq́; oculo, motum ipsius, & bulbi contractione impediens, & quod progrediens totam pupillam contegat. Cum igitur facilius curationem recipiant, quæ tenuia sunt, & albicant, hunc in modum admouenda manus est. Diductis palpebris, unguem hamulo mucrone intus recuruato exceptum attollimus. Acum uero, pilum equinum, aut linum ualidū ducētem, ac paululum inflexam per summa ad unguis dimidium traiicimus. Et lino quidem unguem deligatum sublimem eleuamus, pilo autem partem pupillæ ꝓximam perradentes, usque ad terminum excoriamus. Reliquam partem maiori angulo uicinam scalpello suturis dicato ex basi abscindimus, ita ut anguli carunculam relinquamus, ne ea ablata, humor postea semper descendat, rhyada Græci uocant. Aliqui lino unguem eleuatum, ut diximus, scalpello in id accommodato, totum illum excoriant, cauentes ne à cornu dictam Cerato idem tunicam attingaut. Post manus administrationem momento salis in leuorem detriti loco iniecto lanam ouo imbutam illigabimus. Ab huius solutione, muriam ipsis liberaliter instillabimus. Si inflāmatio subsecuta fuerit ad eam inscriptis auxiliis succurremus. 15 20 25 30 35

DE STAPHYLOMATE. Cap. XIX.

Staphyloma est membranæ corneæ cum ea quæ ab acino ῥαγοειδὴς appellatur, infirmatæ, aut uitio defluxionis, aut exulcerationis incuruatio. Admo-uemus autem huic uitio manum, non ut uisum aboli-tum restituamus, uerum ut moderatum ęgrotanti deco rem conciliemus. Itaque acu ab inferiore parte sursum per basim staphylomatis traiecta, deinde alteram acum duplex linum ducentem ab angulo qui ad manum spe ctat, ad alterum per basim staphylomatis transmittere oportet, manenteque prima acu, lini plexu amputato, staphylomatis aliam partem sursum, aliam deorsum filis deuincere: atque tunc acu detracta lanam oui liquo re imbutam imponere. Post solutionem blandis infu-sionibus oculum lenire, donec fila simul cum staphylo-mate decidant.

DE OCVLIS PVRVLENTIS, qui hypopyi dicuntur. Cap. XX.

De oculis purulentis Galeni uerba apponere abū de est, quæ in eum modum habent: Nostra æ-te medicus quidam ocularius cognomento Iu-stus, etiam concussione capitis plerosq; hypopyos per-sanauit. collocans enim eos in sella rectos, ac capita ip-sorum utrinque à lateribus comprehendens, mox qua-tiebat adeo, ut pus ipsis descendere palàm uideremus. mansit autem horum puris colluuies infra propter gra-uitatem substantiæ, tametsi hypochymatis nequaquam manentibus nisi admodum quis diligenter ea impingi cogeret. Ac progressus iterum idem Galenus, inquit: Frequenter autem multum simul puris uacuauimus tu-nica ea diuisa, quæ cornus speciem refert, paulo supra locum quo uniuersæ inter se tunicæ committuntur. no-minant autem locum Græci nunc irim, nunc stephanen hoc est, coronam. Hoc quidem Galenus in commenta-rio de morbis curandis prodidit. Cæterum post puris euacuationem, ulcus ex mulsa factis, aut apomelite in-fusionibus repurgantes, deinceps reliquam purgatio-

nem accommodabimus.

DE SVFFVSIS. Cap. XXI.

SVffusio, pigri humoris in cornea membrana iuxta pupillam concretio est, quæ uisum impedit, aut certe ne clare oculus cernat, efficit. Accidit potissimum ex perfrictione ac imbecillitate spiritus uisorii, eoq́; senes magis & longo morbo confectos inuadit. fit etiam ex uomitu uiolentius concitato & ex ictu, aliisq́; pluribus de causis. Verum de iis suffusionibus, quæ nondũ radices egerunt, nullam manus administrationem requirentibus, tertio libro comprehensum est. In hoc autem eas, quæ iam confirmatæ sunt & ex toto concreuerunt, notis suis describemus. Omnes igitur suffusione laborãtes lucem uident, aut multam, aut paucam, eoq́; discrimine suffusiones ab hebetudine & glaucomate separamus, tum eo quod hebetudinem & glaucoma experti lucem omnino nullam cernunt. Rursus igitur Galenus docebit te suffusionum & concretionem & differentiã, item quomodo his manu mederi conueniet. Oculus suffusione tentatus concluditur, & palpebra magno digito ad oculum premitur, eiq́; adducitur, simulque hac illac exprimitur, deinde oculo aperto & mente ei adhibita suffusione conspicimus. In iis enim quibus humor nondum coaluit, fusio quædam ex digiti impressione oboritur ac primum latior apparet, rursus in suam & figuram & magnitudinem recurrit. At in confirmatis suffusionibus nulla immutatio nec latitudinis nec figuræ ex impressura obuenit. Quoniam uero commune hoc est indicium & eorum in quibus modice, & illorum in quibus supra modum humor concreuit, colore ipsos discernemus. Nam si ferri aut marinæ aquæ aut plumbi colorem suffusio habeat, moderate coaluit, & ad eductionem idonea redditur: si uero gypso & grandini similis color suffusionis est, supra q̃ par est cõcreuit: Sed quia hæc à Galeno didicimus, collocato ægrotante aduerso lumine citra solem, oculum sanum accurate deli-

gabimus,& diductis alterius palpebris recedemus ab iride appellata ad minorem angulum,quantum scalpelli muro spatii continet,atque tum punctorii stili mucrone locum designabls quem puncturus os: in sinistro quidem oculo dextra manu functionem obiens:in dextro autem sinistra. Atque inuersa punctorii specilli acie quæ ad extrsmum rotunda est,ualenter impingimus,& partem designatam usque ad uacuum intus sinum penetramus,idq; tam alte fiet,quàm pupilla ab iride nuncupata distat. Ex superiori igitur parte uertici suffusionis stimulum adigentes,(uidetur autem conspicue ferrum quod tunica cornea pelluceat)humoris colluuiem per ipsam in subiecta loca deriuabimus. Et si protinus educta fuerit,sistemus quiescentes paululum. sin autem recurrerit, rursus ipsam deducemus . Euacuata suffusione,stilum tollemus,leniter circumuertẽdo. Post hoc oculo aqua elotopauxillum sali cappadoci instillabimus, lanamq; oui luteo madescentem impositam deligabimus, ita ut sanum quoque oculum comprehendamus,ne unà cõmoueatur. Cæterum collocantes ægrum in domuncula subterranea iubebimus prorsus ipsum conquiescere, tenui uti uictu , adusque septimum diem illigatum nisi quid prohibeat. Post hunc solutis ligaminibus uisum experiemur,ostendentes ei res quasdam uisibiles,quod dum manu curamus,aut postea,fieri dissuademus , qđ ex conniuenti admodum intuitu prompte rursus suffusio repleatur. Si inflammatio urgeat,etiam ante septimũ deligatura soluta,aduersus hanc pugnabimus.

DE ÆGILOPE. Cap. XXII.

AEgilops,tumens abscessus est inter maiorem angulum & nares proueniens. Vix curationẽ admittit:tum partium tenuitatis causa tum periculi ne oculus consortii lege indolescat. Si igitur per summa ruptus fuerit abscessus , totum id quod eminet usque ad os excidendum . Et si ad malum subluuies deciderit,totã ipsam explicabim⁹,os aũt cariẽ nõdũ sentiẽs,

radenus. Quòd si iam carie uexatum est, ferro canden ti aduremus, spongia frigida madente, oculo imposita. Sunt qui post carunculæ excisionem terebra usi, humo rem, aut pus in nares deriuarint. Nos autem satis habui mus eousque solum ferramentis ad ægilopem accom modatis adurere, ut squama abscederet. Ab ustione om phacomelle, uel sidioto, reliquisque siccantibus præsi diis utemur. At si ægilops serpat ad angulum summaq; inuadat nequaquam, tunc scalpello, quo aut pterygia, aut uenas secamus media anguli parte ad abscessum resoluta, carnes ex alto educemus, item mediocriter de siccabimus. Vitri autem puluis tenuissimus ipsis inspar sus, mirabiliter desiccat. Ad hæc aloe similiter cum man na. Reliquam uero ægilopum medicinam, tertio libro sumus executi.

SI MEATVS AVDITORII non perforati sint. Cap. XXIII.

HIc affectus à prima natali die contrahitur, mem brana quædam auditorium meatum obstruen te, nunc per summa, nunc in alto. postea accidit facta exulceratione. siquidem caro supernascens ipsum occludit. Itaque si membrana auditum impediens alte inhærescit, difficil s erit curatio. Tentandum tamen est, tenui quodam instrumento ipsam incidere. si in summo fuerit, scalpro quod Græci scolopomachærion appel lant, hanc diuisam, ubi usus exigat, etiam auferemus. At si caro supercreuerit, hanc unguium scalpello aut spa thula acutiore tollemus: deinde tortile linamentum ex uiliore panniculo spatioso meatus sinul aptatum aqua imbuemus: inuolutumq; chalcitide leuigata, aut huius modi quodam arido in meatum demittemus, ne rur sus caro enascatur. Si inflammatio male habeat, proti nus id auferemus. Si fundat sanguinem meatus, spon giam aqua frigida imbutam imponemus, aliisq; conue nientibus utemur remediis.

AD EA QVÆ IN MEATVM auditorium inciderunt extrahenda. Cap. XXIIII.

SOlet etiam in aurem incidere, non modo calculus, ſed etiam uitrum, faba, & ſiliquarum grana. uitrum itaq́, & calculus ſuam ſeruant magnitudinem: fabę aūt, & ſiliquarum grana, aliaq́; id genus naturali mado-re corporis inflata, maximos cruciatus mouent. Conue nit igitur uel ſpecillo, uel hamulo, uel uulſella hæc extra here Aut uiolenta capitis conquaſſatione, aure ſuper cir culum quendā impoſita. Iam uero acu arundinea hæc ſubinde extraximus, exugentes etiam aquam auribus il lapſam ſimiliter, cera arundinis ambitum quo auri iniici tur, obſtruentes ne ſpiritui uſquam ſit exitu. Calculos & eius generis corpuſcula, eduximus ſpecillo lana inuolu to & in reſinam terebinthinam, aut aliud quoddam glu tinans demiſſo, eoq́; in meatum auditorium conlecto leniter. Sin iſta nihil proficiunt, medicamento quod ſter-nutamentum prouocet naribus indito, os & fauces ob-turato. Si ne horum quidem ulli ceſſerit prius q̃ inflam-matio, conuulſio, & omnino periculum fuerit ſubſecu-tum, ſcalpello ipſa auferemus: figurabitur itaq́ ægrotus ut auris auerſa ſit ad baſim ipſius retro appellatam fi-bram, & lunata utemur diuiſione exigua, retuſaq́; ſpecil-li parte corpuſculum quod inſidet, eximemus. Hoc abla to uulnus fibulis ſuemus, & medicaminibus ad cruenta inſcriptis utemur.

DE POLYPO. Cap. XXV.

POlypus tumor eſt præter naturā in naribus obo-riens, ex marini polypodis ſimilitudine nomen ſortitus, tum quòd illius carnem repræſentet, tum quòd ſuo complexu quemadmodum ille, captantes ul ciſcitur, nares ipſorum comprehendens, ita & uitium hoc laborantium nares obſtruit, id efficiens ut difficul-ter reſpirent, & ſermonem ægre exprimant. Duri igitur polypi, tactui renitentes, liuidi & maligni, ceu cancri na-

turam induentes, attingi non debent. Friabiles autẽ magis, laxos, stupidos, neq; maleficos scalpello curare tentabimus. Figurato homine in sedili aduersus solis radios, & nariũ meatu sinistra manu explicato dilatatoq;, spatula ad id facta in myrtacei folii modum acuta orbiculatim polypum, aut carunculam dextra præcidemus, illic acie ferramenti imposita, ubi naribus adhærescit: secundum hæc auersa instrumenti parte quam cyathiscũ appellari diximus, succisam carunculã foras eximemus. Et si quidem purum naris meatum uiderimus effectũ, ad curationem descendemus. Sin reliquiæ aliquæ polypi superfuerint, alterius cultelli rasorii acie relictum corpus cũ tensione, agitatione & rasura ualenti auferemus. Malignos & peruicaces polypos candentibus ferramẽtis adurere consilium est. inde remediis ustioni dicatis uti. Postquam ferro satis effectum, spongiam exacte posca, aut uino imbutam in nares effundimus. Et si humor per palatũ in fauces euaserit, bene se habent munia scalpello obita: sin minus permeet, nota est carunculam polypi ossibus à colando ethmoidibus dictis insidere, aut supremis narium partibus, quam instrumenta non comprehenderint. Linum igitur mediocriter crassum funiculi instar, ceu duorum triumve digitorum longitudinis in nodos constrictum, per specilli foramen transmittemus, alterumq; extremum specillo per nares sursum ad meatus colatorios inseretur: idem per palatum & os eiicientes utraq; manu extrahemus, tanq̃ sarcomata nodis perforantes. Deinde funiculari linamento meatum diductũ habentes post triduum pastillo Musæ, & consimilibus, reliquias absumemus simul & locum exiccabimus. Postea uero pastillis cicatricem ducentibus utemur, plumbeas solenas naribus, si opus sit, per totam curationem accommodantes.

CVRTA IN AVRIBVS, ET labris quomodo sarciri possint, Græci uocant colobomata. Ca. XXVI.

CVrta igitur in auribus aut labris, colobomata Græci uocant, hac ratione curantur. Primum cutis ab inferiori parte soluitur: mox oræ uulnerũ contrahuntur, ac id quod in callũ coaluit, aufertur. Dein de suturæ illis iniici debent, & conglutinantia.

DE EPVLIDIBVS ET PARVlidibus, quæ sunt gingiuarum tubercula. Cap. XXVII.

EPulis carnis tuberculum est iuxta dentium aliquẽ in gingiuis oriens. Parulis exiguus abscessus est, gingiuas infestans. Epulidem itaq; uulsella, aut hamulo eleuatam præcidemus. Parulidi in orbem exectæ linamẽta inserimus. Vidi autem subinde scalpello, quo uenas secamus, ipsam duntaxat punctam, & pure uacuato, consanuisse. post ferrum, uino collui præcipimus. In sequenti die mulsa, tertio, antheram aridam uulneri inducimus, usq; dũ curatio finiatur. At putredo gingiuis oborta si congruis medicamentis non curetur, candenti ferro ipsam aduremus.

QVOMODO DENTES EXImantur. Cap. XXVIII.

DEns qui eximetur usq; ad receptaculum suum circũradi debet, inde forcipe paulatim concussus, extrahitur. At si exesus est, id foramen tenui linamento primum replendum est, ne cõstrictus sub forcipe confringatur. Eo exempto, sale tenuissimo insparso relictas caruunculas consumemus. Postea uino, aut posca os colluetur dum consanescat. Quoniam uero superflui nonnulli detens enascuntur, eos qui in naturalẽ sinus inserti sunt, scalpris excindemus: qui non illis cauitatibus insinuantur, forcipe tollemus. Sin autem dens aliquis excreuerit, aut etiam confractus fuerit, nonnunquam rhinario, id quod excedit, superfluumq; in eo est, consumemus. adiectasq; ipsis, ut uerisimile est, squamas auerso scalpello, aut rasorio, aut rhinario per purgabimus.

DE LIGATIONE LINGVÆ quod ancylion dicitur. Ca. XXIX.

Ligatio linguæ, quæ ancyloglosson Græcis appellatur, aliàs naturaliter accidit, membranis durioribus magisq́; à prima origine curtatis linguã continentibus, aliàs ex acquisito ob cicatricem quampiam duriorem sub ipsa ex ulcere contractam. Qui igitur ex natura hoc uitii habent, eo quòd tarde sermonem explicare incipiunt & uinculum sub lingua iusto magis appareat, exulceratione non præcedẽte, cognoscuntur. Qui uero ex acquisito, cicatricem manifesto conspicuam habent. Collocari igitur debet ægrotus in sedili ea figura ut linguam ad palatum suspendeat, & nerueũ illud uinculum transuersa plaga incidetur. Quòd si ex cicatrice aliqua ligatio prouenerit, hamulo transfixum, superiorẽ callum extrahemus, ac laterali facta diuisione ligationẽ soluimus, cura adhibita ne particulas alte latentes incidamus. Nam sanguinis profusio quæ sisti nequeat frequenter inde secuta est. Post hęc aqua frigida aut posca uulnus debet elui. deinde medicina utendum quæ relaxet & carnem inducat.

DE TONSILLIS. Cap. XXX.

Quemadmodum glandulæ induratæ, strumæ appellantur, ita etiam tonsillæ inflammationẽ expertæ, aut supra naturalem modum auctæ, & ueluti desiccatæ cibi potusq́; & spiritus iter impediẽtes, ẽ regione utrinq; sibi inuicem oppositæ, eodẽ partis uocabulo, tonsillæ, Græce antiades uocantur. Quibus cum adest inflammatio, scalpellum admouere cautio est. ubi illa modice conquierit, manum admoliemur, præsertim albis, contractis, angusta basi firmatis. Nam humiditate flaccescentes, rubicundæ, amplá basim habentes, facillime sanguinem profundunt. Collocato igitur homine aduersus solis lumen, iubebimus ut ore hiet, ministro caput continente, alteroq́; linguam spatha ad id facta quam Græci glossocatochon appellãt,

inferiori maxillæ apprimente,nos hamulo per tonsillā traiecto,etiam pro uiribus ipsam attrahemus, ita ut non membranas simul euellamus. Deinde totam ipsam ex basi ambutabimus scalpro ligationi dicato ἀγκυλότο-
5 μον nuncupant. Sunt enim duo eiusmodi instrumenta, aduersos acie inflexus habentia. Postquam una fuerit succisa,ad alteram eodem modo uice conuersa ueniun dum est. Functione scalpello obita,æger ex aqua frigi-da,aut posca gargarizabit. At si profluuium sanguinis
10 eueniat,etiam rubi,et rosarum, myrtiq; decocto egeli-do utetur. Si uero copia sanguinis prorumpat,plantagi nis & symphyti succo:item ex electro pastillo & lemnia sphragide posca soluta os collui debent. Cessante autē profluuio,proximo die rosarum flore,croco & amylo
15 cum lacte perungentur ex aqua,uel oui liquore candi-do,uel hydrorosato. Si sordes ulceribus increuerint, ēt ex melle & collutiones & illitus commode adhibētur.

DE VVA. Cap. XXXI.

GVrgulio tanquam aliquod uocis plectrum su-
20 binde destillationem à capite recipit : idemq; præter naturam auctus,si oblōgior,tenuisq; fuerit,columella nuncupatur: si uero crassior in rotundita-tem creuerit,ferturq; deorsum, uua dicitur . utrunque autem nomen à similitudine factum est. Si igitur uniuer
25 salibus,nempe & per sanguinis dimissionem, & medi-camento adhibitis uacuationibus non abigatur, neque etiā remediis loco admotis,quæ astringant,repellantq;, uel etiam digerere possint,cesserit,ad scalpellum uenie mus:ne continuo irritatu, tussis, uigiliæ, interim etiam
30 strangulatus subsequatur. Quæ igitur contractæ sunt, rotundæ,non oblongæ,cruentæ,uel subnigræ, non at-tingi scalpello debent. Tenues autem, oblongæ, per summa graciles muris caudæ modo,remissæ,sanguino lentæ non admodum,sed albicantes,eæ curandæ sunt.
35 hæ siquidem protinus inflammatione liberantur. Id aūt ex uua præciditur,quod præter naturæ modū eminet,

Etenim si ad finem illa præcidatur, extremam omnes thoracis regiones noxam percipiunt: & uox intermoritur. Itaque figuratur ægrotus in sedili contra solis lumen, iubeturq; magnum hiare. deinde uulsella, aut specillo quod superuacuum est prehensum, inferioriq; parti adductum scalpello uuis accommodato, aut suturis, præcidimus. inde quæ in uasorum sectione comprehensa sunt, agemus. Sępe uero, aut propter laborantis timorem, sanguinis profluuii metum, medicamentive ariditatem, ferrum uitantes, adurente potius medicamento hanc absumimus. Conuenit igitur medicamento adurente quod in palpebrarum ustione dictum est, aut eius generis alio, uuæ ustæ sinus implere, ac homini magnū hiare iusso lingua per famulum forcipe constricta, instrumento dilatato tantam uuę partem comprehendemus, quantam etiam sumus amputaturi. Cæterum spissitudinem medicamentum habebit neq; liquidam, ne diffluens ab uua decerret subiectas autem partes adurat, ob quod ægro interdicimus ne per totum ustionis tēpus deglutiat, neque omnino duram, quo facilius uuæ insidat, ac si ex uno ipsius iniectu summa uuæ pars nigruerit, abunde est: sin minus, etiam bis utemur, ægro per totum administrationis tempus hiante, ut saliua eliquata simul cum medicamenti particulis extra os euadat, siquidem hora una emoritur. excidit autem tertio quartove die. Secundum ustionem, lana molli aut stuppa indice digito inuoluto q̄ gurgulioni circū adhęrescunt, extergemus, uel etiam aqua os collui iubebimus. At ceruicis regionem fomentis ex chamæmelino, tum in his tum in illis quibus tonsillæ ademptæ sunt ex consortii lege adiutabimus. Ad hæc gargarizationibus & per unctionibus similiter utemur.

QVOMODO SPINÆ GVTturi eximantur. Cap. XXXII.

DEuorantur subinde inter edendum spinæ, aut piscium, aut aliorum quorundam, diuersis

in partibus. Quæ igitur in conspectum ueniunt, uulsella, quam Græci proprie appellant acanthobolon, eximemus: quæ inferius ad ipsas fauces peruenerint, alio modo. Sunt qui dicant maiores moles esse deuorandas, exempli gratia, caulem lactucarum, aut buccellam panis. Alii uero spongiam puram mollemq; exiguæ magnitudinis lino illagatam deglutire iubent, linoq; apprehenso retrahi, idq; frequenter efficere ut spina impacta spongiæ educatur. Leonides autem iubet cataplasmatis uti quæ concoquant, cuiusmodi ex cruda polenta conficiuntur, quo spina in pus redacta sua sponte excidat. At si eadem hora aut etiam ante uentriculi concoctionem in ægrotum inciderimus, eo quod infixum est nobis nō conspicuo, uomere iubebimus digitis aut pinnis in os dimissis. Nonnunquam enim, id quod est infixum unà cum uomitu educetur.

QVOMODO GVTTVR INCIDI DEBEAT. Cap. XXXIII.

Chirurgicorum præstantissimi hanc quoque administrationem literis prodiderunt. Antyllus itaque hunc in modum scribit. In synanchicis quidem, ut in ea parte dicetur, quæ uictus rationem tradit chirurgicam improbamus, cum inutilis sit præcisio, in quibus omnes arteriæ & pulmo affectus est. In ore autem & mento inflammationem experiuntibus, aut etiā tonsillis faucium, os operientibus, incolumi quidem arteria, ratio est guttur incidere, quo periculum strangulatus euitetur: deinde cum infra gutturis caput spatio triū ipsius quatuorve circulorum manū adegerimus, partē nonnullam arteriæ amputabimus, totā enim diuidere securum non est, tum ꝙ hic locus excarnis sit, tum quòd uasa ꝑcul à loco diuiso, sint dissita. itaq; cōcusso ægroti capite posterius, ut guttur reddatur cōspicuū, transuersam sectionem inferemus, inter duos circulos ipsum statuentes, ne cartilago, sed membrana cartilagines

inuoluens,discindatur. At si meticulosior aliquis inter agendum fuerit,hamulo prius cutem eleuatam diuidet: deinde sic ipsi gutturi incidens,uasis,si forte sublabantur præteritis,lineam ducat. Hæc quidem Antyllus, conii- ciens guttur præcisum , tum quòd spiritus per id cum murmure quodam erumpat , tum quòd uox intercisa sit.ubi uero de strangulatu metus amplius non est,oras uulneris recentes factas suturis committemus,ita ut so- la cutis citra cartilaginem fibulis traiiciatur , utemurq; medicamento quod cruentis facit. Sin minus congluti- netur,præsidio quod carnem inducat insistemus. Simili uero curatione utendum etiam, si quis nobis obtigerit qui mortis desiderio iugulum sibi inciderit.

DE ABSCESSV. Cap. XXXIIII.

QVòd abscessus carnium,uel partium carnosa- rum corruptela mutatioq; fit, quomodo gene retur,quotq; eius sint differentiæ , quarto libro abunde tractatum est. Nunc autem quemadmodum manu scalpelloq; ei medendum sit, exponemus : cum omnino in pus transierit . Hoc autem deprehendimus inde quòd dolores,febris,si præcesserit , rubor , pulsus & reliqua inflammationis signa minora tunc appareant. ubi iam tumor in mucronem fastigatus est,& pus digi- tis innixis sublabitur, præsertim cum summa occupat abscessus,tunc ad scalpellũ ueniũdũ est. Si uero neq; ad tactum subsidat,neq; fastigietur,q; in alto delitescat,aliis. mutationis notis ad tendẽtes manũ admoliemur.Sciẽ- dũ uero est crudos interim ipsos priusq̃ ex toto in pus mutati sint,incidi,si aut articulis,aut principibus particu- lis uicini sint,ne ligamentum,aut aliquod membris ne- cessarium assidua putredine pariter contabescat. Por- rò abscessus digito proximos crudos antequam in to- tũ ematuruerint,dissecari Hippocrates præcipit , ueritus ne perforationem experiantur . Inciduntur ergo non omnes simili linea,sed naturali,ut in fronte:& pilosis lo cis,ut in capite , cura decoris quantum licet, habita.

Recta uero linea artus secamus, ueluti in musculis, diligentiam adhibentes ne & neruos & arterias & principales particulas attingamus: interim in rectum, interim transuersim abscessu prout cuiusque usus exigit, diuiso.
5 In minoribus unam scalpello sectionem molimur: in magnis plures, iuxta amplitudinis rationem, ubique ea quæ tenuiora sunt & effluxioni idonea, incidentes. Illos sane abscessus qui plurimum fastigiantur, crudi, tenues, & emortui sunt, plaga in trianguli, aut myrtacei folii, aut
10 alterius anguli figuram facta, diuidimus, cum circularis ad cicatricem recipiendam sit inidonea. Qui uero non in fastigium attolluntur, eos simplici duntaxat linea dissecamus. At ubi magnum sinum inuenimus, si cutis superiniecta carnosa sit, & queat conglutinari, diuisione lo
15 ci ea duntaxat utemur, quæ humoris emissario conueniat. Sin tenuis admodumq; ex carnis, totam in longitudinem simpliciter dissecabimus. Inde si corpora utrinque sita gracilia ualde & non carnosa uideantur, ipsa tollemus. Administrato iam scalpelli munere, spongia locus
20 foueri debet: si paruus est abscessus, unaq; diuisio, simplex linamentum inseremus: Si magnus est & plures incisæ lineæ, implicitum aliquod in longitudinem linamentum, lemniscon Græci uocant, ipsis demittemus, ipsas similiter plagas linamentis replentes. Quòd si erumpat
25 sanguis, aqua frigida, aut posca utendum. si ita non substiterit, chalcitidis pollinem inspergemus, eoq; frequenter ob flaccidam humore putredinem utemur. Splenia si hyems est, & partes sint neruosæ œnelæo imbuta deligabimus: sin æstas, & partes carnosæ, hydrelæo, aut ip
30 so quoque œnelæo frigido tincta illigataq; sequenti die eisdem liquoribus superfundemus. Post tertium diem soluuntur, & per spongiam fotum adhibentes tetrapharmaco, quod in linteola illinitur, utemur. Si inflammatione caret uomica, idem fomentum ex medicamine lina
35 mentis illito accommodabimus. Si inflammatio adest, cataplasma quod concoquendi uim habeat, iniiciemus,

superfusionibus antea usi: ubi cessauerit inflammatio, medicina quæ pus maturet, & carnem inducat, medebimur. Cæterum sinus, glutinantibus remediis, ut quarto uolumine de sinibus comprehensum est, curabimus. 5

DE STRVMIS. Cap. XXXV.

STruma, quæ Græce chœras dicitur, glandula est indurata, in ceruice, alis & inguinibus potissimum enascens. Nomen habet à chœradis petris, aut suibus, quòd numerosæ sobolis existant, aut quòd colla 10 habeant glandulosa. Oriuntur autem strumæ in priori ceruicis parte, aut in altera, aut utrinque una, aut duæ, aut plures. Omnes autem suis membranis includuntur, quemadmodum steatomata, atheromata, & meliceri-des. Quæ igitur indolent attactu, & medicamentis im- 15 positis deteriores redduntur, malignæ sunt, quas etiam carcinodas aliqui dixerunt, notumque est omnibus per manum curationi ipsas non cedere. Morigeræ autem ac blaneæ tum tactui, tum congruo medicamentorum usui, hoc modo tractandæ sunt. Superficiariæ igitur & 20 in cutem erumpentes, simplici linea diuisæ, ab incumbẽtibus dissoluuntur: orarum cute hamulis distenta, membranæ excoriantur, ut in uasorum consectione quam angiologiam uocauimus, expositum est, ac paulatim eximentur. Maiores autem strumas hamis transfixas suspẽ- 25 demus, & similiter excoriatæ corporibus eas continentibus undiquaque liberabuntur, animo adhibito ubiq;, ne arteriæ quas carotidas uocant, & nerui recurrentes uiolentur. At si uas aliquod diuisum opus adumbret, funiculo id excipietur, uel per medium amputabitur, nisi 30 magnum fuerit: ubi in arctum strumæ basis uenerit, dextre ipsa præcidetur: ac indice demisso tentabimus num & aliæ sint strumæ adiectæ quæ eodem modo auferentur. Quòd si magnum aliquod uas aut etiam plura sub inde in strumæ fundo esse suspicemur, non ex basi ip- 35 sam excindere, sed funiculo excipere conuenit, quò par

ticulatim citra periculum sua sponte excidat, quo tem-pore medicamento in linteola illito, curatio tentabitur. Si uero inde excindantur, oras committemus, omnino autem rectas diuisiones adhibere oportet. Atque si ni-hil superfluum habuerint, inde fibulas iniiciemus. Sin ex strumæ tumore cutis sit amplior, parte ipsius myrti in-star ablata, suturis utemur, & medicamen cruentis ap-tus iniiciemus.

DE STEATOMATIS, ATHEromatis & meliceridibus. C.XXXVI.

HÆc quoque in abscessuum genere comprehen duntur: sed hoc discrimine ab illis uariant, quòd abscessus proprie dicti inflammationem dolorẽque testentur, & acrem humorem, ac rodentem conti-neant, nulla peculiari membrana, aut tunica inclusi. Cæ-terum illa inter se quoque differunt, quòd humor in ste-atomate contentus, appellationi congruenter seuo sit persimilis. In atheromate, pulti frumentaceæ. In melice-ride humor mel repræsentet. Agnosces ipsa hunc in modum: Steatoma aliis durius est, tactui renititur, & ba-sim habet solidiorem. Meliceris laxi cuiusdam corpo-ris modo subsidet, & tarde quidem funditur: cito autẽ rursus succrescit. Curantur hæc quẽadmodũ strumę, in-cisione, excoriatu, suturis & reliqua curatione, id solum cauendo, ne membrana uulneretur, unde humor qui cõ-tinebatur, profusus operationem impediat, & pars ip-sius relinquatur. nam renascendi illius occasionem ple-runque in brachiali malleolo & articulamentis motui-dicatis exhibet, quemadmodum etiam struma uel tota, uel portio ipsius relicta qđ si huiusmodi quippiam fue-rit deprehensum, satius est non fuerę, sed exedentibus medicaminibus reliquias absumere.

DE ANEVRYSMATE. Cap. XXXVII.

ANeurysma tumor blandus tactu est digitisq́; ce-dit, ex sanguine & spiritu cõtractus. Galenus de

eo hunc in modum ſcribit: Arteria aperta, affectus ane-
uryſma uocatur. Fit autem eadem conuulnerata, quo-
ties exterior cutis cicatricem duxerit, arteria uero ſine ci
catrice remanſerit, nec coaleſcens, nec carne obſtructa.
Agnoſcũtur huiuſmodi affectus arteriarum pulſu, imo 5
etiam prementibus nobis tumor quodammodo euane
ſcit, ſubſtantia quæ ipſum efficit, in arterias recurrente.
Hæc quidem Galenus. Nos autem ipſos hoc modo in
uicem diſcernimus. Qui adaperta arteria fiunt, prolixio
res apparent, & in alto conſtituũtur: digitiſq; impreſſis 10
ceu ſtrepitus quidam exauditur, cum nullus ſonus in iis
qui rupturæ feruntur accepti percipiatur: illi uero rotun
di magis ſunt, & per ſumma oboriuntur. Quæ igitur
alas, inguina & ceruicem infeſtant, aliaq; loca eximiæ
magnitudinis aneuryſmata curare proptẽr uaſorum am 15
plitudinem non tentabimus. Quę uero ſummas partes
artus uel caput affligunt, hac ratione aggredi conuenit.
Si quidem ex arteria dilatata tumor obuenerit, cutem
linea recta in longum incidemus: deinde diductæ oræ
ſicut in uaſorum diſſectione dictum eſt, excoriantur, & 20
ſcalpellis quibus membranæ auelluntur circumpurgata
arteria nudabitur. acu traiecta duobus funiculis deliga-
tur, puncta prius ſcalpello per medium: ubi cum ambiẽ
ti membrana unita fuerit, curatione pus maturante ute-
mur uſque dum funiculi exciderint. At ſi ex ruptura ar- 25
teriæ ceratum ſit aneuryſma, totum id quatenus fieri li-
cet, cum cute digitis apprehendendum eſt, deinde acu
duplex linum trahente, inferius eo quod exceptum eſt
tranſſuendum. Et poſt acus traiectum anſulam forfici p̃
cidere oportet, atque ſic duobus filis hic illic tumorem 30
deligare, ueluti in ſtaphylomate comprehenſum eſt.
At ſi metus ſit ne fila circumuoluantur, altera etiam tranſ
mittenda eſt acus per totum q̃ priorem premat ſimiliter
duo fila ducens: amputata anſula ex quatuor ita tumo-
rem deuinciemus, uel tumore per medium adaperto 35
poſt excretionem cutem adimemus, eam quæ ligata eſt

relinquentes, ac ſplenium ex œnelæo imponentes, remediis in linamenta illitis utemur.

DE CERVICIS TVMORE qui bronchocele dicitur. Cap. XXXVIII.

GRandis in ceruice, & rotundus tumor fit, inuento ab interiore parte nomine, quam bronchon Græci appellant. Duplex eius tumoris differentia eſt, alius enim adipe tumet, qualia ſunt in abſceſſuum genere, quæ iidem Græci ſteatomata dicunt alius partium illarum dilatatione accidit. Atque hunc notabimus ueluti & aneuryſmata, deſperatumq; fugimus: cum ſimiliter uniuerſa aneuryſmata periculoſam habeant adminiſtrationem: præcipue uero quæ circa ceruicem oriuntur, ob arteriarum magnitudinem. Qui adipe inturgeſcit, ſteatomatis ſimiliter curari debet, diſcretis, prætcritisque uaſis, eo nimirum modo quem in ſtrumis expoſuimus.

DE GANGLIIS. Cap. XXXIX.

GAnglion, nerui eſt concretio, ex ictu, aut labore proficiſcens: plerunque uero in manus iunctura qua cum brachio committitur, talo, & articulamentis abſoluitur, quanquam in aliis quoque partibus proueniat. Hæ comites ſunt notæ, tumor concolor, renitens, indolensq;. At ſi uiolenter premas, ſtuporis ſenſum exhibet, non in alto, ſed ipſa ſub cute radices agẽs, & ad latera ſpectans, ſin autem ui adigas, tum ante, tum poſt, nequaquam id facit. Quæ igitur in cruribus aut brachiis aut ſummis partibus oriuntur, excindere tutum non eſt: periculum enim ne particula reddatur mutila. At quæ caput aut frontem inuadunt, cute ſcalpello diuiſa curamus, & ſi quidem parua fuerint uulſella comprehenſa ex baſi præciduntur: ſi maiora, hamis transfixa ex coriataq; tolluntur: oras ſuturis commiſſas, medicamento ad cruenta apto perſanamus.

DE SANGVINIS DETRActione per uenas. Cap. XL.

ETsi omnibus satie constet, quomodo sanguis per uenas mitti debeat, tamen ne parti chirurgicæ aliquid desit, & propter artificiosas ipsius distinctiones, committendum non est, quin de ipso uerba faciamus. Primum itaque uenę sectionis consilium est, ut sanguis qui redundat, euacuetur. Copia uero ipsius duplici modo capi demonstrata est, uno ad uires, uenæ licet plenæ non appareant: in quo statu homo protinus infirmatur & uirib⁹ destituitur: natura ceu ad graue aliquod onus ferendum impotente. altero uasa quæ id continent in alia pondus loca transfundere spectantur: etsi uirtus haud cum molestia ipsum toleret. In quibus ruptis interdum uenarum commercis sanguinis sputum, aut aliæ fluxiones accidunt. Copiæ igitur, quæ ex uiribus æstimatur, corporis grauitas, nota est. Venarum copia tũ extensione, tum quod illæ plenæ tument agnoscitur. utraque autem uacuationem necessariam indicat. Itaque per morbi initia sanguinem usu id exigēte demittes, sola in uentriculo ciborum concoctione, aut etiam perfecta in iocinore sanguinis elaboratione expectata. At si inter initia ob causam aliquam sanguinis detractio prætermissa fuerit, uel ultra septimanam eum mittere alienũ non est, si necessitas postulet, & uires non dissuadeant. Cæterum qui uenam incisurus est, id habet inspiciendũ, num multa stercoris retentio intestina urgeat. Quod si ita deprehensum est, molli clystere aluus antea uacuari debet: ne uenæ putridam aliquam excrementorum colluuiem ab intestinis attrahant. Iis igitur qui ob morbi necessitatem, sanguinis detractionem requirunt, quouis tempore uenam incidemus, si particularium duntaxat in febribus accessionum uigorem seu statum excipiamus. At si continens febris extiterit, matutinum omnino tempus magis idoneum est. Qui uero nullo morbo urgen

te,sed præcauendi illius gratia sanguinis uacuationem postulant,his uer opportunum est. Porrò in ætatibus usque ad quartum decimum annum sanguis mitti non debet,sicut etiam post sexagesimum,nisi necessitas quædam ineuitabilis huc nos compellat. in summa imbecillis uiribus præditi,hanc uacuationem uitabunt. Cæterũ in particulis recens inflammatione tentatis,ex opposito inanitionem moliri conuenit:in uetustioribus, ex propinquo: siquidem ex omni corporis parte sanguinem mittemus:frequentius autem ex interiori cubiti uena. Verum id considerandum uenit. interiori & alariæ dictæ uenæ,per totum,arteriam subiici: mediæ neruum: superior quæ & humeraria dicitur,periculi expers est. Ac in capitis morbis humerariam incidimus. In his qui infra ceruicem affligunt,alariam:media utrisque conuenit. ligamine igitur arcto partem aliquam circa brachii musculos deligare oportet, & frictione manuum alternante,repletam uenam usui commodam intrepide per totam ipsius latitudinem solam diuidere. Etenim maiores hac plage,ægre cicatricem admittunt: arctæ nimiũ inflammationem experiuntur, præterquam quod crassioris succi transitum impediant. In quibus autem & secundo & tertio die, interim uero & quarto sanguinem detrahendum esse metuimus,obliquius uena secari debet,quo manus inflexu dehiscens non protinus cicatrice obducatur,sic enim uisum est Antyllo. At quantum euacuabitur,ex uirium robore, & morbi magnitudine metiemur. Si humoris copia subest, & materia efferuescit,una uice usque dum anima deficiat extrahemus,uirtute uidelicet robusta,sic autem ut æger non ex humoris in uentriculum cõfluxu deficiat:ob quod etiam multi ante iustam uacuationem p initia statim animo destituuntur:uerum eius deliquium his uacuati humoris ratione obuenire oportet. Iam uero si magnam uacuationem res postulet,uires aũt sint inualidæ,distribuẽda erit inanitio:ac primũ parcius detracto sanguine denuo idẽ

auferetur:si res exigat etiam tertio. Cæterum uacuare solemus corpus uniuersum non modo succis æquabiliter exuperantibus, quem statum Græci plethoricon appellant ueluti & Galenus tradit, sed etiam propter affectus magnitudinem quanquam totum corpus humoribus uideas commoderatum, quemadmodum in sanguinis ex naribus, aut alia parte profluuio, quod non copia excitauerit: ac uacuare reuulsorio modo ex oppositis conuenit. Quinetiam in ualida inflammatione idem faciendum est, sicut in colicis & renibus calculosis, lippitudine, & iis quę tam præcipiti modo urgent. Nam dolor & partis inflammatæ calor defluxioni præbent occasionem, licet uniuersum corpus superfluitatibus careat. Quapropter parcius id tunc faciundum est, uacuatione adhibita, quæ potissimum laborantis ætati, & naturæ competere uideatur: considerato etiam anni tempore, loco, & ægrotantis consuetudine. Porrò in quibus prope uenam quæ diuidetur magna quædam est inflammatio, quemadmodum in pleuriticis & iocinorosis, optimum est expectare, dum color sanguinis, & substantia mutetur. Diuersus autem est in inflammatione sanguis à naturali: quoniam largius incalescens, si quidem prius erat crudior, rubicundior magisq; flauus euadit: si autem talis prius extiterit, in nigrum adustus mutatur. Non tamen ex toto mutationem ipsius expectare consilium est. Est cum & ante illam cessare conueniat idq; duplici de causa, aut ob uirium imbecillitatem, quã ex pulsuum tactu cognosces: sunt enim ipsi inæquales uehementia, & magnitudine, uel etiam languidi, & tenor fluxionem rumpens imbecilles iam uires notat: aut propter inflammationis malignitatem: nonnunquam enim nihil remittit, sed uehementer impacta est. At si nihil horum obstiterit, ægerq; floridæ ætatis sit, expectanda est sanguinis mutatio, magisq; si ambiens aer temperatus fuerit. Si uero sanguis ante congruam uacuationem fuerit suppressus, id autem accidit aut propter

timorem,

timorem,& animi defectum,aut ſanguinis grumum,aut uiolentam conſtrictionem,contra ſingula pugnabimus. Animam deficientem,odoratis naribus admotis refocillantes:conſtrictionem,uinculo remiſſo ſoluentes : in grumum coactum ſanguinem,uel olei infuſione,uel digitorum fotu diſſoluentes. Reliqua ſanguinis dimittendi præparatio nulli non cognita eſt:uerum hæc in cubiti uenis fieri ſolent. At ex fronte ſanguis detrahetur in capitis doloribus ita:capite fomentis adiuto, ligamine ceruicem uinciemus,digitis ſuper guttur interpoſitis, ne ſuffocatu ægri intereant:repleta iam uena in frõte, acie ſcalpelli diuidetur. Eodem modo etiam circa guttur extantes uenæ ſphagitides appellatæ ob uetuſtam lippitudinem aduerſa ſcalpelli parte ſcindentur,ita ut ſanguis erũpat. Item uenas linguæ ſubditas,ueluti in anginis , tranſuerſas incidimus,euitantes conſtrictionem. Nonnulli uero in maioribus oculorum angulis uenas eminentes, ſicut in longis capitis,uel oculorum morbis , ſimilem in modum diuidunt. In quibus internas quoque narium uenas uel mucrone ſcalpelli contundentes , uel quibuſdam aſperis irritantes diſrumpunt. item poſt aures ſitas ob capitis affectus feriunt. Quæ uero poplitem perreptant,in renum cruciatibus aperiuntur. Quæ extremas corporis partes intercurrunt , ſuperiacentibus uinculo exceptis & manuum frictione,& pedum inceſſu repletæ diuidentur,in ſiniſtra quidem manu , cum lien male habet , uenam quæ inter paruum mediumq; digitum porrigitur,præcipue incidemus,cum iecur affligitur , in dextra. Nam extremarum partium inanitio , è longinquo magis facta efficaciorem molitur reuulſionem : in pede,ueluti cum coxendicum dolores aut uteri uitia urgent , eam quæ ſupra interiorem malleolum eminet, diſſecabimus.

DE SANGVINIS DETRACTIONE per cucurbitulas. Cap. XLI.

CVcurbitulis neq; per affectuum initia, neq; cum corpora sũt plethorica,utemur:sed iis prius euacuatis,cumq; nihil particulę influit. Vsus eius est mouere aliquid,agitare, & foras extrahere. Leuis itaq; cucurbitula inflationes discutit, distillationes in stoma- 5 chum suspendit,sanguinem attrahit,& profluentem rursus sistit,obiectis partibus admota:& quod alte conditũ est,in summa rursus educit.in totum humores traducit, spiritus euacuat. At quæ cũ scarificatu adhibetur efficacius ipsos per halitum egerit,sensibiliter ex alto ea quæ 10 nocent eliciens:quippe nõ modo sanguinem, sed alios quoq; humores uacuat,præsertim cũ flamma amplio- re ad glutinata:uerũ si à carnosis particulis detractionẽ moliri statuimus,primũ cutis scalpello exasperanda,de inde cucubitula imponẽda est. Sin ex carnis magis pars 15 fuerit leuẽ prius cucurbitulã defigemus : ubi in timorẽ particula eleuata sit,scarificatu adhibito,rursus ipsam ac cõmodabimus:& si paululũ uacuare cogitamus,una di uisio abũde est:sin amplius plures adhibẽtur. Itẽ si tenu iorem q continetur sanguinẽ acceperimus,summa scari 20 ficari,si crassiorem,alta debent:quando etiam concretũ ex ictu sanguinem educere animus est. Terminus autem moderatæ diuisionum altitudinis est,sola cutis crassitu- do. Nonnulli instrumentum ad hoc excogitarũt tribus scalpellis æqualibus simul iunctis, ut unica iniectiõe tres 25 fierent plagæ,uerum hoc nos inutile putantes simplici scalpello contenti sumus. Alii cucurbitulis usi sunt ui- treis,ut sanguinis qui uacuatur mensura in extractione pellucescat:uerum æneæ cum maiorem sustineant flam mam,multo sunt efficaciores uitreis,quæ facile dirum- 30 puntur. Quinetiam quæ ex cornibus, ore sugentes tra- hunt minus quidem inaniunt,non autem siccant quem- admodum quæ cum flamma si opus fuerit , adhiben- tur. Cæterum cum admoturi sumus cucurbitulam,par- ticulæ in rectum figuratæ ex latere hanc defigemus. Si 35 enim iacentibus ipsis desuper linamentum ex lucerna

simul cum flāma inducamus ex cute decidens illa gra-uiter adurit,usu hoc non postulante.Est cum cucurbitu-læ magnitudo subiectæ parti adæquabitur,eaq́; de cau sa permultum cucurbitulæ & paruitate & magnitudine differunt,quemadmodum etiam collo prolixiores & spatio inferiori latiores aliis efficacius extrahunt.Cauen dum autem ne prope mamillas cucurbitula applicetur nam illapsæ cucurbitulis nonnunquam mammæ & in-turgescentes ualide haud facile ipsas relinquunt, atque tunc spongias ex calida cucurbitulis circundare opor-tet,sic enim remittuntur:sin minus hoc modo fuerint la xatæ,perforari ipsas ratio est.

QVOMODO ALÆ ADV-rantur. Cap. XLII.

HVmeri articulo luxato in nōnullis caput frequē-ter & continue excidit,uel humiditatis superan-tis uitio,uel quod continuæ luxationi opportu-nus locus euaserit,quando ad ustionē descendere opor tet.Proinde ægro,aut supino,aut in sanum latus inclina to,interiorem alæ cutem quà potissimum articulus ex-cidit,duobus sinistræ manus digitis,uel hamulis tenui-bus & oblongis eleuatam,candenti ferro adurere opor tet,quousq; ferramentum contraflexum uno impressu duas crustas excitarit,& si magnum intercedens harum spatium fuerit,mucrone scalpelli per ipsas traiecto, aliā in medio crustam faciemus,adurentes usque dum cau-terium scalpello inciderit.Item alias duas Hippocrates iuxta utriusq; dictæ mediam fieri cōsulit,æquali illis spa-tio distantes quadrangulæ figuræ modo.Altius autem cute non penetrabimus,quòd nerui,glandulæ,aliaq́; ad inflammationem creandam procliuia, difficultatemq́; functionum,subiecta sint:curari adusta debent porro cū sale trito imposito,tum aliis præsidiis ad crustas inscri-ptis, postea manu operandum caute fuerit.

DE ADNATIS DIGITIS ET sexto digito. Cap. XLIII.

AD naſcuntur digiti in manu nunc prope maio-res digitos, nunc prope exiguos, raro autem uiſi ſunt iuxta aliorum aliquem. Eorum uero qui ad naſcuntur, alii per totum carnoſi ſunt, alii oſſa in ſe conti nent, nonnunq̃ & ungues. Oſſa habentium, hi ab articu-lo procedunt, cuius commiſſuram alteri digito commu nicant, illi ex naturalium digitorum fiſſura oriuntur: atq; huiuſmodi perpetuo ſunt immobiles: reliqui mouētur nonnunquam. Carnoſorum expedita eſt præciſio. nam ſcalpello quod ſuperuacuum eſt una uice tollimus. Eo rum qui ab articulo prodeunt difficilior eſt tractatio illis qui à digitorum fiſſura originem traxerunt: primum ca ro orbiculatim uſq; ad os excinditur, ipſumq; os exci-ſum aut eraſum, aufertur. Cæterum inter curandum ra-dimus ipſa, & cicatrice obducimus, quemadmodum ēt in oſſium uulneribus declaratum eſt.

QVOMODO PVRVLENTIS aduſtio adhibenda. Cap. XLIIII.

VStio efficaciſſimum purulentis pręſidium inuen tum eſt. Conuenit igitur ferro candenti cruſtas excitare: unam inter clauiculæ compagem cute ſurſum educta, duas autem exiguas iuxta mentum, ſic ut ab arteriis quæ carotides appellātur, recedatur. Duas item ſub mamillis ampliores inter tertiam quartamq; coſtam: alias duas inter quintam & ſextam paulum in poſteriora ſpectantes: aliam, per medium pectus: rurſus aliam ſupra os uentriculi, tres poſterius: per mediū dor ſum unam, utroq; ſpinæ latere duas, quæ in dorſo factā cruſtam excedant non admodum extantes. Alii, ut tra-dit etiam Leonides ferro mucronato candenti per me-dias coſtas qua abſceſſus eſt, adacto, uſq; ad pus uſtio-nem moliti ſunt. Nonnulli etiam hos curare auſi ſunt, tranſuerſa linea quinque aut ſex coſtis per medium di-uiſis paulo infra cutem, atq; deinde ſcalpello membra-na quæ coſtas ſuccingit perforata pus excreuerunt. At-que hi cum illis, qui ferro uſq; ad imum adurunt, aut ſta-

tim mortem inferunt, uitali spiritu confertim unà cum pure euacuato, aut fistulas reddunt insanabiles.

DE CANCRO. Cap. XLV.

Cancer, tumor est inæqualis, oris ꝓtumidis, aspectu teter, liuidus, & indolens, interim sine ulcere, quem Hippocrates latentem nominauit: is si curetur, peior euadit: interim exulceratus: nam cũ ex atra bile ducat originem, magna parte eroditur. Pluribus quidem corporis partibus accidit, præcipue fœminarũ locis, & mammis, q̃ uenas undiquaq; turgidas habent, quemadmodum cancer animal pedes, unde etiam nomen sortitus est. Quæ igitur per medicamenta curatio adhibetur, quarto uolumine abunde explicata est: eius autem cancri qui uuluam infestat, tertio. Quoniam uero partes putrefactæ, aut quæ, ut simpliciter dicam, naturæ modum excesserunt, ablationem sui postulant, uuluæ cancris, nec utiliter manus admouetur, nec potest quidem. Galenus autem solam administrationem quæ per sectionem fit, recipiens, hoc modo scribit: Si quando cancrum scalpello curare audebis, incepisse uacuationem à melãcholici humoris purgatione oportebit, ubi iam totum quod uitiatum est exacte præcideris, sic ut nulla radix supersit, sanguinem effluere sinito, nec celerius eum cohibebis, uerum etiam premendo uicinas uenas, crassiorem ex ipsis sanguinem exprimes: deinde aliorum ulcerum modo curabis. Hęc quidem Galenus memoriæ prodidit. Reliqua uero maligna putridaq; ulcera, nempe phagedænas, gangrænas, & consimilia eodem tractare modo debes.

DE IIS QVIBVS MAMMÆ FOEminarum modo inturgescunt. Cap. XLVI.

Quemadmodum fœminis, ita masculis quoq; pubertatis tempore, mamillæ modice inflantur sed plerisq; rursus subsidunt: in nonnullis sumpto initio crescunt pinguedine subnascente. Cum itaq; indecora hæc corporis figura muliebris habitudinis no

repræsentet, digna est cui manus admoueatur. Lunata per imam mamillæ partem linea ducitur cute detracta: ademptaq; pinguidine, suturis committetur. At si forte mamilla partibus ipsius ob magnitudinem ad ima, ut in mulieribus, inclinauerit, lunatas duas plagas in extremis inuicem coeuntes iniiciemus, ut minor à maiore comprehendatur. Cute quę intercedit cum pinguedine adempta, similiter fibulis utemur. At si aberrantes minus exciderimus, tunc eo quod superest rursus adempto, suturas iniiciemus, & medicamentum cruentis idoneum accommodabimus.

QVOMODO IECVR ADVratur. Cap. XLVII.

SI dolor cum grauitate iis oboriatur, quibus iecur abscedit, carnea ipsius substantia uitiata ostenditur. Si acutus dolor magis urgeat, puris in tunica collectio: adurere hoc modo oportet. ferrum candens mucrone tenui, paulo supra inguen qua iecur desinit, iniicitur: ut crustam unam excitet: Vbi uero totam cutē adusserit & usq; ad tunicam penetrauerit, pus excernetur. Ab euacuatione omphacomel utiliter adhibetur, tum ea quæ mulsa & speciebus ad carnem creandam componuntur: postea uero ēt cicatricem ducētibus utemur.

QVOMODO LIEN ADVratur. Cap. XLVIII.

CVtis quæ lieni incumbit, hamo eleuata, oblongo ferro candenti per totum ipsa aduretur, ut unico impressu duę fiant crustę, quo omnes crustas numero sex habeas. Marcellus autem tridente, quā triænā Græci dicunt, aut tridenti simili ferramento utens uno adactu crustas excitauit.

QVOMODO STOMACHVS aduratur. Cap. XLIX.

IN longis stomachi defluxionibus, recentiores usi sunt adustione. Alii ferro mucronato candenti tres crustas moliuntur, unā iuxta cartilaginem mucrona

tam quæ Græcis uocatur xiphoeides: alias duas infe-
rius trianguli figura, altas ut cutem diuiderent: Alii unā
duntaxat adhibent, ampliorem ſupra ipſum os uentri-
culi. Sunt, qui ne ferro quidem urant, ſed iſcis appella-
tis: ſunt autem hæ ſpongioſa quædam corpora in quer
cubus & corylis naſcentia, barbaris magis uſitata. per-
mittunt autem uulnera ſine cicatrice diu manere, imo ēt
prius diuidunt, ut maiore per ipſa difflatu os uentriculi
ab influxionibus immune permaneat.

10

QVOMODO AQVA HYDRO-picis emittatur. Cap. L.

Quomodo aqua intercus contrahatur, quot ſint
ipſius differētiæ, quæ cauſa, quæ notæ, quodq́;
remedium, tertio uolumine ſumus executi: ubi
15 & demonſtratum eſt, illud ſolum aquæ inter cutem ge-
nus quo in uterum aqua confluit, aſciten dicunt, manus
operam poſtulare. Atque eam hoc loco explicabimus.
Itaque rectus homo ſtatuitur, ſin minus „in ſedili collo-
catur: ſi ne hoc quidem fieri poteſt, attingi non debet,
20 cum adeo ſit inualidus. Stante recto homine miniſtris
retro aſsiſtentibus, iubebimus ut tumorem ad pubem
digitis premant depellantq́;. Nos ſcalpello, ſi ex parti-
bus iuxta inteſtina ſitis originem contraxerit, ſub umbili
co tribus digitis interpoſitis abdomen aduſq; tenuem
25 membranam quæ peritonæos uocatur, diuidemus. Sin
autem primario iecoris affectui malum fertur acceptū,
à ſiniſteriore umbilici parte diſſecabimus. ſi à liene ui-
tium trahit originem, in dextra. non enim in illa parte
ſectionem moliemur, cui incumbent. Ac cute quæ
30 ſuperiacet acie inſtrumenti excoriata, membranam quæ
finit abdomen, peritonæos uocatur, diuidemus, quouſ-
que ſcalpellum inania penetrauerit. Deinde per foramē
illius membranæ æneam fiſtulam ſcriptoriis calamis
acie ſimilem demittemus, & per hanc humor effun-
35 dendus eſt pro cuiuſque uirium ratione, quam ex
pulſus tactu deprehendemus. Deinde exempta fiſtula

humor sisti debet. sistetur aũt statim uicissim icisa linea. At nos securitatis gratia linamentũ tortile per solã abdominis diuisionem dimittimus, ægro recumbente recreatoq́; per insequentẽ diem rursus momentum humoris quantũ uirtus exigit fistula euacuabimus, atq; ita deinceps faciundum est, quousq; minimum humoris supersit, ita tamen, ut ubiq; subitam uniuersamq́; uacuationẽ uitemus multi siquidem imperite manum admoliti unà cum humore uitali etiam spiritu uacuato subito hominem iugularunt: qui uero securius rem agunt, modico humore educto, ut uirtus magno leuaretur pondere, reliquum medicamentis aquam ducentibus, saburratione in sabulo, sole, siti, & cibis desiccantibus cõsumpserunt. Iam uero ustione super stomachum, iecur, lienem, imũ uentrem & umbilicum usi sunt, quinq; crustas adhibentes. Alii ferro tenui candenti: alii iscis nuncupatis, aut aliquo ex alia huiusmodi materia: & plerique hac curandi ratione magis consanuerunt, interim nullam in totum compunctionem (quam paracentesin uocant) experti.

DE VMBILICO PROMINENTE. Cap. LI.

VMbilicus indecore prominere solet, quod uitium Græce exomphalon dicitur, interim membrana qua abdomen finit, peritonæum appellaui, illic dirupta, ac procedente, aut omento, aut intestino interim colluuie otiosi humoris sub umbilico contracta, interim uero carne subnata, aliquando sanguine irrumpente, propter uenæ, aut arteriæ rupturã, ut in aneurysmatis, interdum non sanguine, uerum spiritu solum irruente. Si igitur omentum prociderit, circa umbilicum tumor concolor, mollis tactu, indolens & inæqualis apparet. Si intestinum prolapsum est, præter commemorata, etiam inæqualis magis tumor est, & digitis impressis cedit, euanescitq́;, nonnunquam strepitũ elidens, balneis, & distentionibus magis increscit. At si humor collectus est, mollis similiter tumor apparet: pressus

autem non cedit,neq; decreſcit, neque tamen augetur. Quod ſi autem accedat ſuperioribus ſignis, ut tumor ſit liuidior,carneq; ſubnata durior,etiam tactui renitetur, & eadem in magnitudine manet. Si ex inflatione emi-
5 net,tumor mollis ad tactum ſubſequetur,qui digitorum impulſu ſonum quendam reddit,& preſſus aboletur. Hunc in modum curabitur: erecto homini iubemus ut ſpiritum contineat, quo in omnem partem diſtendatur: deinde omnem umbilici excreſcentiam orbiculatim a-
10 tramento ſcriptorio notabimus, reſupinatoq; homine ſcalpello tumorem, qua nota atramenti eſt exaſperabi-mus: deinde medium hamo eleuatum, lino aut neruo qua exaſperatio eſt,circum aſtringemus (hoc enim pa-cto continebitur ne deuoluatur) anſulam ſupra nodum
15 ponentes,poſtea tumore conſtricto iuxta uerticem adaperto digitum indicem demittemus, tentabimusq; dili-genter num inteſtini implexus, aut pars omenti ſimul fuerit conſtricta. Ac ſi quidem inteſtinum fuerit relictum laxata funiculi anſula,id introrſum pellemus: ſi uero o-
20 mentum ſit,eo retracto, quod ſuperuacuum eſt ampu-tabimus,uaſe quod(ut ueriſimile eſt)coincidit,deligato mox duplici acu ſimplex linum ducente, hiantia per in-ciſionem cutis factam traiectamus, & anſulis linorum præciſis, quemadmodum in aneuryſmate dictum eſt
25 ex quatuor initiis conſtrictionem moliemur. Vbi corpo ra lino deuincta computruerint exciderintq;,linamentis curatio abſoluetur,ſi cauam magis cicatricem fieri ſem per cupiamus. Hæc quidem ad omenti,aut inteſtini affe ctum pertinent. At ſi caro,aut humor,aut ſanguis uitium
30 crearit,tumoris medio circulatim præciſo: deinde quod incidet extra peritonæum ſublato curationem in umbi lico carni generandæ dicatam tentabimus. Porrò ſi um bilicus emineat aut ex uenæ adapertione, aut ſpiritus interpoſitu attingi non debet, quemadmodum etiam
35 aneuryſmata.

DE INTERIORE ABDOMINIS membrana conuulnerata, item de intestini, aut omenti procidentia. Vbi etiam tracta-tur, quomodo uentris uulnera sar ciantur ex commentariis Ga leni. Cap. LII.

QVomodo interioris abdominis mēbranæ uul-nera optime queas manu curare, deinceps ue-nit considerandum. Si igitur paruum adeo uul-nus extiterit ut inflatum iam quod procidit intestinum remittere non liceat necessarium est, aut flatum elicere, aut uulnus ampliare. Satius autem fuerit meo iudicio qnod prius dixi agere, si modo id consequi posſis. At qua magis ratione id consequare, q̄ si causam unde inte-stinum infletur, è medio sustuleris: Quæ igitur ea est: ni mirum, ambientis nos aeris refrigeratio: quare etiam re medium ex calore petetur. Itaque spongia, molli aqua calida madenti, mox expressa calefacere intestinum o-portet. Præparetur autem interea uinum austerum cali-dum etenim hoc magis q̄ aqua calefacit, ac robur inte-stino adiicit. At si per hæc intestini inflatio non cesserit, tanta peritonæi pars incidi debet, quanta, id quod exci-dit, opus habet. Idonea uero ad eiusmodi sectionem habentur ea quæ Græci syringotoma uocant, id est, q̄ ad fistulas incidendas sunt accommodata. Scalpelli ue-ro quibus acies utrinque est, aut quibus cuspis acuta ha betur, omnino uitari debent. Situs laboranti appositus fuerit, cum in inferiori parte uulnus factum est, si sursum uergat: cum in superioribus, si deorsum, & si in dextris uulnus sit, in contrariam partem corpus incumbet, si in sinistris, in dextram, atque hoc tum magnis, tum exiguis uulneribus commune est. Cęterum cum intestina in ꝓ-prium reponi locum debent ex magno uulnere colla-psa ministro dextro opus est: oportet enim ipsum, ubi manibus suis totum uulnus à foris apprehenderit, intro repellere, constringere ac exiguum semper fuenti denu

dare quinetiã id qđ consutum est,mediocriter cõprime
re,quoad totũ ꝑsuatur,Porro q̃ idonea suendi abdomi
nis ratio existat,deinceps dicamus.Q m̃ coire abdomẽ
cum interiori ipsius mẽbrana nempe peritonæo conue
5 niet,incipiendum qdẽ à cute est,atq; ab extremo intror
sus acus demittitur ubi iam & cutẽ & rectũ musculũ to
tũ transierit,p̄terito qđ ei subiacet peritonæo , ꝑ reliquã
huiuspartẽ eã ab interno extrorsum,atq; inde ꝑ reliquũ
abdomen traiectabis:ubi hoc penitus ꝑtransierit, rursus
10 ab externo introrsum,idem abdomẽ ꝑforãdũ est:mox
ubi peritonæum quod illi quoq; subest p̄terieris, & ad
cõtrariũ ꝑueneris,id quoq; ab interno extrorsum ꝑpun
gi,unaq́; cũ eo totũ ipsi cohærẽs abdomen debet.Dein
de ab hoc rursus incipiẽdũ,atq; id cũ cõtrario ꝑitonæo
15 cõsuendũ.Ac rursus uicina ẽt cute traiecta , iterũ ab ea
parte acus introrsum est iniicienda, cõsuendumq́; id cũ
cõtrario peritonæo,inibi quoq; uicina cute transmissa:
atq; hæc iterũ iterũq; facienda sunt,quoad totũ uulnus
similiter cõsuerimus.Interuallũ uero suturaꝝ qđ ad cõ
20 pescenda ea q̃ subsunt ꝑtinet,breuissimũ esse postulat.
Q đ aũt ad firmitatẽ reqritur,inter suturas cutis ne alibi
rũpatur,utiliter breue nõ est.quare uitato utriusq; absces
su,eligenda mediocritas est.Iam hoc quoq; oĩum ulce
rũ cõe quodãmmodo est sicuti ẽt ipsius quo suuntur, fi
25 li ratio.Q đ.n.durius est,cutẽ rũpet:qđ mollius , cõfe
stim ipsum rũpitur.pari modo si ꝓxime oras summas
acũ transegerit,qđ reliquũ est eutis,qm̃ minimũ est, dũ
uiolenter abducitur,rũpi cogitur. Sin plurimũ ab iis re
cesseris,nõ paꝝ cutis ĩglutinatũ reliquet.Hæc licet oĩm
30 sint ulceꝝ cõia,maxime tñ seruanda in abdomine suen
do arbitror.Porrò ipsum abdomẽ,aut quẽadmodũ est
expositũ,cõsuetur,huc diligentia adhibita,ut peritonæũ
abdomini coalescere possit:qđ uix sperare audeas , cũ
neruosũ existat:aut sicuti qdã factitant, q q̃ cognatæ na
35 turæ sunt,ea committunt , utpote peritonæum perito
næo,abdomen ebdomini.Id autem fiet in eũ modum,

A uicino nobis abdomine incipitur, atque ab externo introrsum per id solum acus traiectatur post præteritis utrisque peritonæi labris, ex obiecta parte à foris introrsum per utrũque eius labrum acus reuocatur: dein hæc rursus reducitur, atque ab interioribus foras per aduersum abdomen transmittitur. Hic modus à communi, & ex prompto, quo nimirum uno adactu per quator labra acus traiicitur, id differt, quòd peritonæum totum intra abdomen prorsus recondit. Cæterum medicamenta ad hæc idonea materiæ esse debẽt, cuius sunt ea, quæ cruentis iniiciuntur. Vt autem nulla pars principalior cõsortii, lege doleat, lanam conuenit mollem oleo medio criter calido mbutam toti, quod inter inguina, & axillas est, circundare. Præstiterit autem si per clysterem intestinis aliud simile infundas. Si uero nonnihil in ipsis quoque intestinis conuulneratum sit: quod iniicietur, uinum nigrum, austerum & tepens erit, eoque magis si totum usque ad interiorem meatum pertusum sit. Facile igitur curationem recipiunt intestina crassa: secus habẽt tenuia: ieiunũ uero omnibus insanabile est, tum propter uasorum magnitudinem multitudinemq́; tum quod tunica eius prætenuis neruosaque existat. accedit huc qđ etiam bilem synceram totam recipiat: adde quòd omnium maxime iecori uicinum habeatur. Ventriculi porro imæ partes carnosæ curari cum fidutia debent, siquidem fieri potest ut res bene succedat, non solum quod hæ crassiores sint, sed etiam quod sanantia remedia facile hoc ipsius loco subsistant. At ulcerum quæ os infestant curationi sensu illius acumen aduersatur. Cum autem peritonæo rupto omẽtum prolapsum aut liuescat aut nigruerit, fune exceptum antequam nigrescat, ne sanguis profundatur, præcidere conuenit id quod post uinculum habetur, atque ut in imo fine iam commemoratæ abdominis suendi rationis uinculi fines pendeant, curabimus, quod scilicet facile eos cum ex uulnere suppurante eructentur, eximamus.

AD TEGENDAM GLANDEM colis si nuda est. Cap. LIII.

IN quibus glans colis penuria cutis non contegitur, aliqui indecoris gratia duplicem administratiōismo-
5 dum excogitarunt, nunc in superiore colis initio cutem orbiculatim secantes, ut facto ipsius diuortio, inferior cutis attrahatur, donec glans occultetur: nunc subtus interiorem cutem à glandis radice scalpello excoriantes, inde inferiorem trahentes, mox linteo quodam
10 molli ambiens præputium deligantes, ita ut linteolum aliquod qua cutis excoriata est, interponatur, ne præputium cum glande coalescat. Hunc modum Antyllus magis recipit, longiore ipsum oratione exponens. Nos autem summatim dixisse contenti sumus, quoniam ra-
15 ro inter artis opera huiusmodi administratio requiritur, tum quòd affectus nullam muniis obnundis difficultatem pariat, tum ꝙ neq; tantum indecoris afferat, ut eo magis glandem aliquam ex cuirurgia deligas.

QVOMODO GLANS PENIS CON-
20 tecta aperiri possit, uitium dicitur hypospadiæon. Cap. LIIII.

PLerisque glans ab origine non perforata est: uerum sub cane appellato qua glans suspensa est, foramen habetur: unde neque urinam facere anteri-
25 us possunt, nisi particulam admodum pubem uersus inclinent, neque iberis dare operam, cum semen ipsorū in uterum recta non possit eiaculari. Omnium itaque simplicissimus tutissimusque curationis modus est, qui fit per abscisionem. Itaque resupinato homine glans si-
30 nistræ manus digitis ualide attolletur: deinde eadem scalpelli acie iuxta coronam præcidetur plaga nō obliqua, sed sculpturæ simili, ut per medium eminentia q̄dam glandem repræsentans appareat. Quoniam uero sæpe sanguis profundi solet, si fieri potest medicamen-
35 tis ei retinendo dicatis sistemus, sin minus tenuibus ferramentis aduremus.

DE PHYMO. Cap. LV.

DVplex phymi causa est: aliquando enim sic glã-dem præputium tegit ne nudari possit: aliquando retrorsum deducta reduci non potest. Hæc species proprie periphymosis dicitur. Prior itaque dif-ferentia, aut ex cicatrice quæ in præputio concreuerit, aut ex carnis incremẽto q̃ illic coaluerit. Altera genitaliũ inflammationibus fertur accepta, quoties deducto præ putio glans intumuerit, nec ultra reducto operiri ea pos sit. Si igitur prima phymi causa fuerit, curationem hoc pacto tentabimus figurato homine, ut par est, præputiũ in anteriorem partem attrahemus, demissisq́; in sum-mum ipsum hamulis tribus, quaternisve, ministris conti nendum exhibebimus, iubentes, ipsum quantum fieri potest, diducant aperiantq́;. deinde sic ex cicatrice exte-rior collectio fuerit creata, scalpello ab interiore parte præputium in tribus quatuorve locis incidemus lineis directis & æquali inuicem spatio distantibus, idq; intrin-secus: est autem duplex in glande præputium: os igitur ipsius ab interiori parte diuidemus, sic enim contractio-ne quæ ex cicatrice coaluit, dissoluta, præputium super-inducemus. At si caro ab interioribus adnata phymum produxerit, carne tota ferro scarificata, præputium nu-dabimus: carnem inter lineas eminentem rademus, po-stea plumbeam solenam glandi uniuersæ circundabi-mus, inuoluta ipsi papyro sicca. Habeat autem solena foramen undique æquale, sic enim huius circumpositu præputium adductum rursus coalescere prohibebitur, dum & à plumbo & papyro inuoluta distentum serua-tur: intumescens enim ex deligatura magis adhuccutẽ diducet. Hoc igitur faciundum est, siue ob cicatricem, si ue carnis processum phymo generato manum adhi-buerimus. Sin autem periphymosis appellata creetur, ue tustate temporis committitur, & curationem non reci-pit, nisi quis eo modo uelit tractare quem ad tegendam glandem usurpamus. Sin autem nondum coaluerit, ui-

bicibus super ipsum rectis tribus, aut quatuor, aut etiam pluribus circulatim excitatis, oleo copiosiore tepido superfuso extrorsum attrahemus.

SI PRÆPVTIVM GLANDI adhærescit. Cap. LVI.

Glans & præputium inuicem committuntur ex ulceratione præcedente. Conuenit igitur subtus cute, quantum licet, excoriata, acie scalpelli, aut spathula polypo accommodata, ea quæ resistunt, dissoluere id potissimum conantes, ut glandem pure à p̄putio adhærescente discernamus: qđ si nō fuerit expeditū, glandis potius nōnihil ad p̄putium assumere, q̄ econtrario: cū.n. p̄putium tenue sit, facile perforatur. Vbi commissuram dissolueris linteū tenue aqua frigida madens, glandi & p̄putio interponendum, ne rursus coalescant, uino astringente cicatricem ipsis obducemus.

DE CIRCVMCISIS. Cap. LVII.

Non de iis qui religioso gentium more circunciduntur, nunc uerba faciemus: sed de iis quibus affectu naturalium oborto, præputium nigrescit Itaque in iis totum quod nigruerit, orbiculatim præcidi debet, deinde squama cum melle utēdum, uel etiam malicorio, & eruo medicamenti instar quod linteolis illinitur. Si uero sanguis quandoque profluat ferramentis lunatis utendum, quę utrisque simul iniicietur, & ipsi sanguinis profluuio, & uulneri depascenti. At si tota interim glans absumpta fuerit, exiguam è plumbo solenam imponentes meatui, per ipsam ægrotum urinam reddere iubebimus.

DE THYMIS NATVRAlium. Cap. LVIII.

Thymi carnosa sunt tubercula, nunc in glande, nunc in præputio concrescentia. Ex his, alii contumacis, alii facilis curationis sunt. Mitiores itaque scalpelli acie deradere conuenit, & chalcitidem ipsis inspergere: in malignis, eo quod uitiatum est, exciso

adoſtione utendum. At ſi contra ſe mutuo in præputio fiant thymi, hi, intra ipſum: illi, extra, oportet omnibus ipſis confeſtim manum admoliri, ne præputium ſtructura tenue, imprudenter pertundamus. Sed primum interiores auferre conſilium eſt, iisq́; cicatrice obductis, tūc quoq; exteriores aggredi. Nonnulli uero recentiorum forfice ipſos auellentes equino pilo deligatos curare ſolent, quemadmodum alii refrigerato ferro cādenti eoſdem deurunt.

DE RECTO SYPHONE qui catheter dicitur, & clyſtere ueſicæ. Cap. LIX.

CVm urina non redditur, quod iter ipſius obſtructum ſit, aut concreto intus ſanguine, aut calculo aut alia quadam cauſa, recto ſyphone id quod ſuperfluum eſt eximemus, quem modum Græci cathetériſmon uocant. Sumpto igitur eiuſmodi ſyphone, ætati & ſexui conuenienti, in rectum ita ipſum dirigemus, q̄d hoc modo fiet: lana exigua lino deligata per medium, linoq́; ex acuto iūco per catheteris fiſtulam traducto lanam foramini adaptabimus, iuxta catheteris mucronē, ac præciſo forfice quod ex lana eminet, catheterem in oleum demittemus, ægro in ſubſellium prius irroratū, ſi nihil prohibet, collocato, & catheterem in rectum inferemus uſque ad colis baſim: deinde naturalia ad umbilicum intorquebimus: etenim ab hac parte obliquus ueſicæ meatus exiſtit, deinde ſic cathetera adigemus. Quum uero in pene prope ſedem id euenerit, rurſus genitalia impoſito inſtrumento deflectemus, in naturalem reducentes figuram (nam à peritonæo ueſicæ meatus ſurſum tendit,) propellemusq́; catheterem uſque dum ueſicę ſinum penetrauerit: ſecundum hoc, linum catheteri iniectum retrahemus, quo urina ſimul cum lana attracta ſubſequatur, quemadmodum in ſyphonibus accidit: atque talis demittendi catheteris modus eſt. At quia ſubinde exulcerata ueſica collui deſiderat, ſi quidē

oricularii

oricularii clysteres enema possint trāsmittere, illis in prædictum modum utemur, in uesicam demissis: si fieri nequit, per catheterem pelle, aut uesica bubula adaptata, enemate colluemus.

5

QVÆ CVRATIO CALCVLOsis adhibeatur. Cap. LX.

CVm alibi demonstratum sit qua ex causa calculi generentur, tum quòd pueris in uesica magis: prouectioribus, in renibus crescant, nunc rationē exponemus, qua excindi possint, ubi notas prius eorū q in uesica nascūtur, designauerimus. Vrina igitur aquosa est, quòd in eis subsidet, arenosum: pudendum continuo uexatur pruritu, laxatur sine ratione, rursusq; arrigitur, crebro id contrectant irritati ægri, & maxime pueri. cum calculus in ceruicem uesicæ incidit, etiam repente urina supprimitur. Porrò inter eos quibus calculus excinditur, pueri quidem usque ad quatuordecim annos propter corporum mollitudinem, facile curationem recipiunt: senes, quod corpus ipsorum contumax sit, uix consanescunt: mediæ horum ætates etiam in hoc, medio quodammodo habent. ac rursus facile sanātur qui maiores calculos habēt, quòd inflammationibus assuerunt: qui minores, difficulter sanantur, contrarias ob causas. Hæc cum ita se habeant, ad chirurgiam profecti, cō quassatione utemur prius, interim per famulos, interim ipso ægroto ex alto quodam loco desilienti, quo calculus ad uesicæ ceruicē propellatur, deinde figurari æger debet ceu rectus in sedili, manibus subter femora porrectis, quo in angustum uesica compellatur. Si igitur cōtingentibus nobis calculus in penem procidat, quassatu exturbatus, ferrum inde tentabimus. Sin minus sublabatur, indicem sinistræ manus digitum, si puer sit qui ægrotat, uel etiam medium, si ætatis sit prouectioris, oleo inūctum, in anum demittemus, & supinis digitis perquirentes, calculumq; illapsum paulatim traducentes, in uesicę ceruicem impingemus: & digito uno, pluribusq; pro-

pellentes ipsum in exteriora impactum, ministro altero manibus uesicam premere iusso, alteri præcipiemus dextra manu testiculos sursum teneat, sinistra penem extendat in alteram partem, qua sectionem moliemur: ipsi assumpto scalpello ad calculos aptato, inter anum & testi- 5
culos, non per medium penem, sed in alteram partem iuxta finisteriorem clunem obliquam super lapidem q parti secandæ supponitur, ducemus lineam, quæ extrinsecus latum habeat spatium, intus non amplius, q̃ ut calculus per id queat excidere. Interim siquidem digitis 10
super anum innixis, aut digito unà cum sectione sine euulsione calculus clementer exilit. sin minus exilierit, uulsella superiniecta huic accommoda eximemus. Calculo iam ablato, medicamentis sanguinem coercẽtibus ex manna thuris, aloe, symphyto, uel etiam misy, & con- 15
similibus sanguinis profusionem sistentes, lanas, aut linamenta implicita, œnelæo madentia imponemus, & ligaminibus septem costarum ad calculos accommodatis utemur. At si profluuii sanguinis metus sit, linamentum implicitum ex posca, aut hydrorosato iniiciendum est, 20
& ægro decumbente crebrius locum perfundemus. Postq̃ tertio die solueris, & hydrelæo copioso irroraueris, tetrapharmaco linteolis illito utendum, ita ut frequẽtius ipsos dissoluas curesq; propter urinæ acrimoniam. At si inflammatio quæpiam superuenerit, cataplasmatis 25
& superfusionibus ad eam inscriptis adiuuabimus, ac in uesicam rosaceum aut chamæmelinum, aut butyrum nisi aliqua nos inflammatio impediat, demittemus. similiter etiam si ulcus pascẽdo aut alio quodam modo serpat, aut maleficum fuerit singulis congruentia adaptabi- 30
mus. cum ulcus inflammatione caret, lauacrum adhibetur, inde emplastrum dia chylon, tum lumbis tum imo uentri superaccommodatur. Per totum uero curationis curriculum, femora simul conuenit deligare, & cum remediis requiescere. Sin exiguus calculus coli inciderit & 35
per urinam reddi nequeat, præputium ualide in anterio

ra attractum deligabimus supra glandis summitatem, item post pudẽdum colem uinciemus, iuxta terminum ad uesicam spectantem constrictione adhibita: deinde in fra calculum diuidemus, super lapidem qui illi exciden- do subiicitur. flexo autem cole illũ eiiciemus, solutisq; uinculis ulcus sanguine cõcreto uacuabimus. Posterius itaque uinculum iniectum est, ne calculus retrorsum re- currat: anterius, ne post lapidem exemptum præputii so luti cutis in oppositum recurrens diuisionem contegat.

DE TESTICVLORVM PAR- tibus. Cap. LXI.

NAturæ testiculorum finitiones, cum ad ramicũ incidendorum rationem conferant, priusq; ad illam ueniatur, proponendæ sunt. Igitur testicu- lus substantia quædam est glandulosa fragilis, ad genitri cem seminis uim effecta. At nerui testium, quos Græci parastatas & cremasteras ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependent, spinalis medullæ ex, cerebri membrana propagines sunt, cum uenis arteriosis ad te sticulos pertinentes per quos semen in naturalia perme at. Seminaria autem uasa, uenæ sunt à caua uena in testi culos sinuosis anfractibus pertingentes unde testiculi ali mentum capiunt. item tunica naturæ neruosæ in orbes implicata, in gibba quidem parte, atque anteriori, à testi- culo libera est: in concaua & posteriore, ipsi adhærescit, ex interiore abdominis membrana originem trahens. Vocant autem partem hanc qua testiculo adnata est, posteriorem prosphysin quasi dicas adnexum. Darti ue ro membranæ sunt, quæ exteriorem testiculi cutem cõ glutinant, iuxta tunicam erythroidem dictam ei adhæ- rentes: quibus partibus & illa post testiculos tunica adunitur. Hæc autem ipsa cutis exterior rugosa te- stibus circundata, scrotum nobis Græcis oscheon di- citur.

DE AQVOSO RAMICE, HY- drocele dicitur. Cap. LXII.

HVmoris otiosi in parte aliqua corporum scrotũ implicantium colluuies, tumorem excitans sensibilem hoc nomen sortita est. Colligitur itaque humor magna ex parte, in tunica erythroide appellata, circa anteriorem testiculi regionem, qua potissimum membrana illa à testiculo separatur. Raro extra membranam hanc erythroidem uitium contrahitur. Subinde peculiari tunica humor comprehenditur, uocantq; hoc mali chirurgici in superuenienti ortum. Quare si ob causam præcedentem, exempli gratia, particularum imbecillitatem uitium oboriatur, sanguis alimenti ratione adductus, in aquosam serosamq; substantiam mutatur: si ex ictu, sanguinea, aut fœculenta substantia comprehẽditur. Communis nota est, tumor indolens, firmus, ac stabilis in scroto, quacunq; tandem occasione non euanescens, sed in iis qui modicum continent humorem, cedens: in illis qui copiosum habent, non item. Ac in quibus erythroides tunica humore distenta est, tumor rotũdus paululum, & oui modo longiusculus apparet. His testiculus in conspectum non uenit, ut qui undequaq; sit implicitus. si extra erythroidem membranam sub dartis habeatur, per pauca corpora sublabitur. At si humor ex superuenienti coierit propter cõtractionem ex omni parte, & rotunditatem, tumor alterius testiculi imaginẽ exhibet: & cum aquosus humor extiterit, tumor concolor pellucet: cum fœculentus aut sanguineus, aut rubicũdus, aut liuidus apparet: cum autem in utraq; scroti parte hæ notæ apparuerint, duplicem ibi ramicem esse cognosces. hoc modo scalpello curantur: derasa pube & scroto, nisi puer fuerit, ægrum sup sedile resupinabimus, podici panniculo multiplici subiecto, scroto autẽ spongia iustæ magnitudinis: ac sedentis à sinistra ægrotantis, ministro qui ad dextram sedebit, iubebimus ut genitale in alteram partem protendat, & cutem scroti ad abdomen eleuet, nos scalpello scrotum à medio iuxta longitudinem usque ad pubem fere recta linea incidemus,

quæ uicina ſit lineæ ſcrotum per medium ſecanti, diuidemusq́; tunicam erythroidem. Porrò ſi humor ex acceſſorio in adnata membrana hæreat, qua uerrex eiuſdem tunicæ eminet, illac diuiſionem moliemur. Hamulo au-
5 tem oræ uulneris diducentur, & cultro ad hydrocelicos aptato ſcalproq́; membranis detractis tunica erythroides nudatur, mox eadem per medium ſcalpello finditur, per illas potiſſimum partes, in quibus à teſticulo recedit, humore iam toto, aut maiore ipſius portione in
10 uaſe aliquo excreto, erythroidem membranam hamulis eximemus, utpote tenuiſſimam ipſius partem. Inde uero Antyllus ſuturis & medicina cruentis accommodata utitur: recentiores ea: quæ quod carnem inducat, ſarcotice appellatur. At ſi teſticulus putredinem exper-
15 tus aliove modo uitiatus deprehendatur, uaſa cum neruo, qui ab inguinibus dependet, cremaſtere dicto fune excipiemus, ipſoq́; cremaſtere præciſo teſticulus eximitur. Item in iis qui duplici laborant ramice, ſimiliter bifariam curationem moliemur utrinq; per ſcroti partes ad
20 inguina lineas incidentes. mox ſpecilli mucrone per diuiſionem deorſum ad ſcroti extremum demiſſo, ipſoq́; ſcrotum extollentes, acuto ſcalpro lineam qua humoris eſt emiſſarium, incidemus, ut & ſanguinem concretum, & pus per eā excernamus, ipſo uero ſcalpelli mu-
25 crone linamentum in longitudinem implicitum ſuperiori diuiſioni inſeremus, & uibicibus per ſpongiam deterſis lanam oleo madentem per inferiorem teſticulum inſinuabimus, extriſecus alias lanas œnelæo imbutas ſcroto, imo uentri, inguinibus, peni & lumbis ſupiniiciemus,
30 linamentum triplex ſuper hæc explicitum deligamus uinculo in ſex coſtas porrecto, congruisq́; ligamentis: deinde homo decumbet lanis ſcroto ſubiectis, ut conquieſcat, pelleq́; ſuper ipſas molli explicata, quo fomenta excipiant. Cæterum ſuperfundemus oleum calens.
35 poſt hoc ubi ſolueris tetrapharmaco linteolis illito in uulnere uteris, linamentum ex fariuaceo polline immu-

tans,extrinsecus fomenta rursus propter inflammatio-
nem usque ad diem septimum iniicientur, inde medica
mento quod linamentum contineat utemur. Vulnere
expurgato,& carne iam mediocri obducta,deinceps ét
lauacris adhibitis linamentum auferri debet, & reliqua 5
curationis parte subsequente quemadmodum prius ex
plicatum est,utemur. At si inflammatio quępiam fuerit,
aut sanguinis profluuium,aut aliquid eiusmodi interea
superuenerit,conuenienter unicuiq; occurrere conuenit,
ne semel dicta iterum repetam. Si uero ustioné potius 10
in aquoso ramice,sicut recentioribus uisum est,adhibea
mus omnia quæ ante chirurgiam,& post eã dicta sunt,
exequemur,ipsum uero chirurgiæ opus sine ferro solũ
& diuisione per humoris emissarium fieri debet. De-
cem itaque aut duodecim ferramentis literam Græco- 15
rum Γ imitantibus,& duobus gladiolis primum scro-
tum ferro Γ referenti per medium aduremus,cultello
autem,aut obtuso hamo membranas excoriantes ferra
mento ensi simili,has ceu præcidentes aduremus. Nu-
data uero tunica erythroide,facile autem cum alba & 20
tenuis existat cognoscitur,acie ferramenti instar Γ literę
facti perurentes humorem excernemus , postea totam
ipsam detectam hamulis attollentes,ferramento gladio
lo simili auferemus.

DE CARNOSO RAMICE & tophaceo. Cap. LXIII. 25

CAro in parte aliqua corporum quæ scrotum im
plicant succrescens carnosum ramicem produ-
cit. Nascitur autem ea ex causa latente , testiculo
fluxionem experto induratoq;,aut ex ictu, aut imperita 30
post ramicis succisionem curatione : subsequitur autem
hos color ubique sui similis cum duritia. Si auté tumor
in scirrum coalescat,nullus nec color,nec sensus adest:si
maligni referat naturam,dolor urget punctorius . Itaq;
ferrum admouentes ægro,figurabimus ipsum , sicut & 35
prius diuidemusq; similiter,& si quidem ex concreta te

sticuli carne uitium creatum sit, & darton membranam & erythroidem consimiliter discindemus, deinde testiculo eleuato, eoq; extra erythroidem exempto, cremastere segregato à uasis, hæc quidem constringemus, illũ
5 uero nempe cremasterem amputabimus: testiculum uero qui cum aliorum carne coaluerit, ceu alienum eiiciemus. Sin hæc concretio in tunica aliqua, aut uase subnascatur, scroto diuiso subiectisq; carni membranis, totũ quod in carnem cõcreuit auferemus. quòd si posterior
10 commissura carne fuerit glutinata, iis quæ ambiunt ipsam ademptis testiculum simul cum ea excipiemus: quippe fieri nequit, ut testiculus sine hac permaneat. Cæterum tophi & in testiculo & in membrana erythroide occalescunt, renixu multo, duritie, & inæqualitate à car-
15 noso ramice & aquoso discreti. His igitur manum sicut etiam carnoso ramici admoliemur.

DE VARICOSO RAMICE & uentoso. Cap. LXIIII.

20 Vasa in scroto, aut dartis membranis dilatata uarices simplici uocabulo nominant. Alia uero quæ testiculum nutriunt, si uaricum more dilatentur, uaricosum ramicem, Græci cirsocelen uitium nũcupant. Notæ horum euidentes sunt. quippe pars affe-
25 cta tumidior, obliqua modice uuæ in modum, & testiculi relaxatio apparet, tum aliæ nonnullæ difficultates, maxime in cursu, exercitio, & itinere. Hoc modo curamus: ubi commode ægrũ figuraueris, scrotum manu ꝑmulcetur, neruus cremaster in partem inferiorẽ repelli-
30 tur. Facile aũt dinoscitur, ut qui tenuior uasis sit, solidior renitensq; seu potens ualidusq;: æger quoq; ad depressionem ipsius indolet, & iuxta colem turbatur: uasa aũt digitis nostris & ministri excepta ĩ scroto, ualideq; distẽta, acie scalpelli obliqua adacta supra instrumentũ quod
35 uasis cedendis supponitur secabimus. deinde ꝑ hamulos ea q̃ cuti subiacent eleuata excoriantur. uasis ut in

capite de angiologia & aneurysmatis disputatum est, denudatis, acus duplex linum trahens transmittitur, ansaq; lini abcisa, uasa & in prima ipsorum dilatatione & inferiori extremo fune deligabimus: & per medium recta incisa linea, & sanguine qui coierat euacuato, medicina ipsos curabimus quæ pus moueat, ut etiam funiculicum uasis sua sponte excidant. Leonides autem præcipit, quod si aliqua ex uasis testiculum nutrientibus dilata fuerint, hoc modo esse faciendum: si omnia, testiculum cum ipsis capi oportere, ne uasis alentibus destitutus contabescat. Porrò uentosus ramex, quum genere aneurisma existat Leonidi quidem non attingendus uidetur, propter periculum quod in uaricibus ab incessabili sanguinis profluuio accidit. Recentiores autem quũ duplex ipsius sit generatio, alia ex quatuor uasis testiculum alentibus, alia ab arteriis darton membranam & scrotum inter currentibus: hunc quidem ceu desperatæ salutis, repudiant: illum priorem scalpello curant. discernimus autem ipsos, quòd qui ab arteriis enascitur, facile ad digitorum constrictionem euanescat, qui à uenis testiculum nutrientibus, aut neutiquam, aut cum multo metu. Cæterum curamus ipsos, ut in uaricosis ramicibus comprehensum est, singulas uenas fune excipientes deligantesq;.

DE INTESTINORVM RAMICE. Cap. LXV.

INtestinorum ramex, quem Græci enterocelen dicunt, est in scrotum intestini deuolutio. Fit aut peritonæo circa ilia dirupto, aut eodem extenso. utraq; igitur, ruptura, dico, & extensio ex uiolenta quadam occasione præcedente proueniunt, nempe ictu, aut saltu, aut clamore. At qui ualidæ tensioni fertur acceptus, proprie, & ptopter relaxationem, & alias corporis imbecillitates, accidit. Notæ utrique cõmunes sunt: conspicuus in scroto tumor: item quòd in exercitiis, itinere, spiritus retentione aliisq; occasionibus, idem maior quàm

prius euadat: compressus, tarde quidem recurrat, celeriter autem rursus deuoluatur, superne intestinum resupinatis in loco permaneat, donec erigantur. Stercus autẽ in scrotum receptum periculum subinde ipsis intulit: dolent enim nonnunquam etiam impressis digitis sonitũ elidunt. Peculiaria ramicis ad extensionem relati indicia sunt, quòd nõ uniuersim, sed particulatim temporis spatio & ob causas quaslibet, nonnunquam intestinum deuoluatur, tumor æquabilis & profundus appareat, intestino quod deuolutum est interiore abdominis membrana, peritonæon uocant, constricto. Ex ruptura facti ramicis signum est proprium, quòd uniuersim ab initio intestinum deuoluatur, idque ob causas uiolentas duntaxat: tumor immensæ magnitudinis, inæqualis, & per sũma protinus in cute emineat: quod intestina extra peritonæum elabantur. Si igitur rupto peritonæo omentũ duntaxat in scrotum inciderit, uitiũ omenti ramex, Græcis epiplocele appellatur: si intestinum quoque delabatur, omenti intestiniq; ramex, Græce epiploenterocele dicitur: si uero & aqua in tunica à rubenti colore erythroide dicta apparuerit, composita ex tribus quoque appellatio sumitur. Cæterum neque hos, neque ex ruptura intestinorum ramicem chirurgiæ subiicimus, solũ uero ex intensione ramicem intestini manu curamus, hunc in mòdum: homine resupinato & cute iuxta inguina per ministrum eliuata, transuersam lineam incidimus ut in angiologia explicitum est. Nonnulli uero non trãsuersam, sed rectam lineam ducunt, hamuloq; defixo diuisionem explicant, quæ testiculum suprà iectum mensura adæquet, deinde rursus hamulis per quartam cutẽ transmissis quot ad uulneris magnitudinem sufficiant, retuso hamo, aut cultro membranas & pinguedinem subtus excoriantes scalpello præcidimus. detecto autẽ undequaque peritonæo, demissoq; indice digito ad posteriorem scroti partem inter peritonæum & dartum membranam, posteriorem connexũ soluemus, deinde

dextra manu extremum implicantes,ad interiora scroti simulq; sinistra peritonæum retrahentes ad diuisionem excipiemus testiculum una cum membrana rubenti,ac ministro uni iubebimus testiculum eleuet,ipsi uero posteriorem adnexum ex toto simul cum membrana rubenti dissoluentes,explorabimus digitis num intestini inuolutio quædam in tunica erythroide relicta sit, & infra hanc ad aluum propellemus,deinde acu bonæ magnitudinis linum ducente duplex decies implicitum ad peritonæi terminum qui diuisionem respicit,per mediũ transuemus.Succisis autem linis quatuor faciemus, initia,atque his per uinculum rursus implicatis, utrobique peritonæum ualenter destringemus,iterumq; initiis circumuolutis,astringemus quidem strenue, ut nullum ex uasis nutrientibus adhuc posit cedere, ne inflammatio inde concitetur : item secundum extrinsecus uinculum iniiciemus,minus quàm duos digitos à priori distans. Secundum hæc uincula digiti instar ex peritonæo relinquentes,totum ipsum orbiculatim præcidemus, auferẽtes simul & testiculum:rursus diuisione iuxta emissariũ scroti adhibita,linamentum longum iniicitur,& fomentis oleo imbutis uinculisq;,ut in aquoso ramice iniectis omnia quæ restant,quemadmodum illic expositum est perficiemus.Nonnullos autem non imperitos chirurgos noui,qui membrana erythroide excisa,ferramentis candentibus extremum ipsius adurerent,sanguinis profluuii metu,ut est uerisimile. Hi autem ipsi post scalpelli administrationem ęgros protinus in solio oblongo ligneo,cui aqua inesset calida ad septimum diem usque lauabant,quinquies per diem noctemq; id facientes, p̃sertim in pueris,& mirifice res processit:nam citra inflãmationem ipsi secabant,& funiculi una cum corporib⁹ protinus decidebant. Interea uero dum ægri lauabant, prædictæ superfusiones iniiciebantur. Alius quispiam præter commemorata,etiam pipere trito cum oleo ceruicem ipsorum eodem tempore infricabat.

DE INGVINVM RAMICE, bubonocele uocatur. Ca. LXVI.

INteſtini ramicem ex intentione creatum, inguinum hernia præcedit: primum enim peritonæo intenſo, inteſtinum laxatum tunc quidem in inguina abſcedit facitq́; ramicem, quem Græci bubonocelen dicunt. Hunc uetuſtiores in eum modum ſcalpello curant, linea tranſuerſa per inguina intumeſcentia, tres digitos longa inciditur. Hinc membranę & pinguedo eximuntur, mucro autem ſcalpelli per mediū peritonæo detecto, qua faſtigiatur adigi debet, is enim inteſtina in altum repellit. Itaque peritonæi eminentias utrinq; factas per ſcalpelli mucronem ſuturis inuicem committemus, deinde mucronem extrahemus, neq; peritonæum præcidentes, neque teſticulum, neq; aliud quippiam retinentes, ſed præſidio cruentis idoneo perſanantes. Quoniam uero recentiores uſtionem potius in inguinum ramicibus probarunt, hanc quoq; non incongruenter trademus. Homo mediocriter moueatur, tuſſi uiolenta, intenſione, ſpirituq́; retento: ubi tumor in inguinibus apparuerit locū qui uri debet, atramento ſcriptorio aut collyrio figura triangula circumſcribemus, tranſuerſam lineam per inguina ſurſum ducentes, iniiciemusq́; ſignum per trianguli medium. poſtquam æger decubuerit, candens ferrum per mediam notam imprimemus, primum clauatum, inde per trianguli coſtas Γ literæ figuram repræſentans, tertio in laterꝭ aut lenticulæ modum factis, totum triangulum exæquabimus miniſtro per totam uſtionem ſaniem panniculo extergente: tā alte uero aduremus, quo uſq; pinguedinē pertingamus, idq́; in habitu corpꝭis moderato, neq; .n. in gracilibus ob ſiccitatem ferrum altius admouendum eſt, ne imprudentes peritonæum aduramus, neq; tamen in craſſioribus pinguioribusq́;, in quibus uel ante iuſtam uſtionem pinguedo apparet. Sed q̄tum uri conueniat artificioſa deprehēdem⁹ cōiectura. Secundum uſtionem ſal unà cum porro tritus cruſtæ

insinuabitur,& inguinario in literæ X similitudinem ligamento utemur, per insequentes dies remediis quæ crustam adimunt, nempe omphacomelite & similibus curabimus.

CVM SCROTVM ATTRITIS uestimentorum fragmentis similiter attenuantur. Cap. LXVII.

LAxata scroti cute sine interioribus ipsius corporibus uitium maxime indecorum gignitur, quod Græci racosin appellant. Leonides igitur resupinato homine, quod in ea superfluum erat scalpello super asserem, aut durum corium, quod incidendis subiicitur excidebat, orasque uulneris suturis committebat. Antyllus autem tribus etiam quatuorve suturis superfluum cutem prius punctam forfice acuta aut scalpello post suturas auferebat, suturisque adunitam ut cruenta curabat.

QVOMODO FIANT EVnuchi. Cap. LXVIII.

CVm ars nostra huc tendat, ut corpora à statu qui præter naturam est, in naturalem deducat, eunuchos faciendi ratio, quam Græci eunuchismum dicunt contraria promittit. uerum quia & inuiti subinde à præpotētibus quibusdam eunuchos facere cogimur, explicandus compendiose modus est, quomodo illis satis faciamus. duplex itaq; est, alter contusione, alter excisione perficitur, & prior quidem in hunc modum: Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ solium collocantur: deinde ubi corpora eodem solio fuerint relaxata, digitis testiculi premuntur, usque dum aboleantur & euanescant, dissoluti non amplius ad tactum sublabantur. Excisione hac ratione efficitur: Resupinatur in sedili qui eunuchus fieri debet, & scrotum cum testiculis sinistræ manus digitis premitur quo facto duas lineas rectas unam per alterum testiculum scalpello incides: ubi exilierint testiculi cute detracta execabuntur, ita ut tenuissimū

solum naturale uasorum commercium relinquatur, atque hic modus, eo qui per contusionem fit magis probatur. Nam qui contusionem testiculorum sunt experti, nonnunquam uenerem appetunt, parte aliqua, ut ue-
5 risimile est, testiculorum inter contundendum delitescente.

DE HERMAPHRODITIS. Cap. LXIX.

Hermaphroditon uitium ex compositione. Mer-
10 curii & Veneris appellatum est, multum utrique sexui adferẽs indecori. Cum enim quatuor, Leonide authore, differentiæ existant, tres quidem in uiris, una in mulieribus constituitur. In uiris siquidem aliàs iuxta penem, aliàs in medio scroto muliebris pudendi pi-
15 lis obsiti forma apparet. Tertia uero adhæc accedit, in qua nonnulli per scroti ueluti pudendum urinam profundunt. In mulieribus supra pudendum iuxta pubem uirile frequenter genitale inuenitur, tribus quibusdam extantibus corporibus uno tanquam cole, duobus autem
20 ueluti testiculis. Tertia itaque uirorum deformitas qua urina per scrotum excernitur, curationem non recipit, reliquæ tres curantur corporibus superuacuis è medio sublatis & ulcerum modo tractatis.

QVOMODO NYMPHA EX-
25 cidenda sit, & cercosis emendanda. Cap. LXX.

Caruncula in sinu mulieribris pudendi subsultãs, Græcorum lingua nymphæ dicitur: quibusdam immensæ magnitudinis efficitur, & non decentis
30 inuerecundiæ notam prę se fert. Quemadmodum uero nonnulli memoriæ produnt, sunt quæ per hanc partem etiam erectæ uiris similiter consistunt & in uenerẽ ruũt. Quapropter resupinata muliere specillo nymphæ superfluum prehensum scalpello excindimus: diligen-
35 tia adhibita ne alte ipsam penetremus: unde fluidus affectus, rhyada uocant, excitetur. Porrò cercosim, cum

ſit carnis ab uteri ore propago q̃ muliebre pudendum repleat, interim foras caudæ modo procidat, nymphæ conſimiliter auferemus.

DE MVLIEBRIVM LOCOrum thymis condylomatis & hæmorrhoidibus. Cap. LXXI.

THymus eminentia eſt à reliqua cute recedens, nunc rubens, nunc alba, plurima parte ſine dolore thymi corymbis ſimilis: condylomata uero, excreſcentiæ ſunt in callum induratæ, quemadmodum hæmorrhoides iis quæ in ano ſunt reſpondentes, interim & ſanguinem profundũt. oẽs itaq; eiuſmodi in mulieribus excreſcentias, q̃ in conſpectum ueniunt, inter detegendum ſpecillo comprehenſas, ferramenti quod ex dimidio ſpatham refert, acie excindemus, utemurq́; galla leuigata, aut ſciſſo alumine. Nam deligaturam in his maiores chirurgi non admittunt.

DE NON PERFORATIS & phymo. Cap. LXXII.

GEnitales mulierum partes clauduntur, interim ex natura, interim ex acceſſorio morbo quodam p̃cedente, aliàs in imo, aliàs in ſummo ore, ſæpe etiam in medio ſpatio, idq́; aut ſecundum naturam aut ex obſtructione. Quod autem foramen interſepit intercluditq́;, uel caro uel membrana eſt. Cæterum hoc mali graue fit impedimentum, modo in coitu, modo in conceptu uel puerperio, aliquando menſium purgatione, ſi quæ loca obſtruit caro totum ſpatium occupauerit, in quibuſdam .n. mediũ foramine pateſcit. Cauſa igitur inuenta, uel ex prõptu, uel etiam demiſſo ſpecillo, ſi q̃dem cõmiſſura ſolũ fuerit, hác recta linea ſcalpello fiſtulis accõmodato diſſoluemus: ſin aũt diſtẽtio hamulis p mediũ corp' ſiue id mẽbrana, ſiue caro exiſtat trãſfixis eleuatũ, ſcalpello diuidem', ac ſanguinis fluore medicamẽtis ſine roſione ſiccãtib' ſuppreſſo, iis q̃ cicatricẽ ducũt utemur, inſtrumẽto priapi inſtar facto iniectis, in q

bus potissimũ nõ alte admodũ administratio est adhibi ta,qđ ea de causa fiet,ne particulæ rursus coalescant. Iã phymus in ostio uuluæ succrescens pari mõ curatur.

DE ABSCESSV VVLVÆ. Cap. LXXIII.

5 VBi abscessus circa os uuluæ prouenerit q manu tractari queat nõ prõpte ad sectionem properare consilium est,sed cum affectus fuerit absolutus,inflammatio plurima parte increuerit,corpora quæ 10 humoribus incumbunt,attenuata,idq; propter uteri excellentiam. Inter agendum uero mulier in sella resupinabitur cruribus ad abdomen & femina contractis, inuicẽ diuaricatis:cubiti ipsius sub poplitibus subiicientur & funiculis cõgruentibus ad ceruicẽ deligabuntur, medicus 15 aũt ex dextra sedens tentabit specillo, quod dioptram dicunt ætati accõmodato.cõuenit aũt specillo sinus muliebris altitudinem metiri,ne maiori specilli spatio uterũ premi cõtingat,& si amplius illud sinu reperiatur, linamenta implicita summis oris imponũtur, ut super ipsa 20 specillum firmetur. Cæterum conuenit specilli trifolium testulam habens in superiora demittere, & specillum à medico contineri,testulã à ministro cõuerti, ut laminis trifolii diductus sinus aperiatur. Iam uero si abscessus sublapsus mollis & tenuis existat,quod digitorum tactu 25 subsidet,iuxta uerticem diuidetur spathula,aut scalpello ori uuluæ pure uacuato, linamentum in longitudinem implicitum, lemniscon dicunt, tenerrimum ex oleo rosaceo imponetur,uel potius extra diuisionem sinui muliebri sine compulsu inseretur. Extra uero sum 30 mas oras & super pubem lumbosque lanæ succidæ aut puræ, oleo madentes accommodabuntur. Tertio die insidebit mulier in hydrelæum calidum, aut maluæ decoctum:abstersis sudoribus linamentum in longitudinem implicitum in fissuram tetrapharmaco per 35 se, uel cum discocto melle inunctum leniter insinuabis:erit autem solutum butyro aut rosaceo, exterior

regio cataplasmatis obducetur dum inflammatio cessauerit, & uulua abscessu purgata fuerit. Sin autem difficulter expurgetur, collui debet oriculario clystere ex iridis decocto, aut aristolochię, aut melle. Cicatrix duci debet medicamento ex cadmia, soluto uino per linamentum irroratum. At si intra os uuluæ abscessus fuerit, attingi non debet. 5

QVA RATIONE PARTVS ex utero excutiatur excidaturque. Cap. LXXIIII. 10

Quomodo ægre parienti succurratur tertio uolumine tradidimus: sin autem eo nihil proficiatur, ad chirurgiam merito diuertimus, id primũ notantes, mulier superstes ne futura sit, an minus: & si q̃dem salus speratur tunc manum admoliemur: sin contra, attingi non debet. Quæ igitur perniciem sui portendunt, inexpugnabili dormiendi necessitate premuntur, resolutæ sunt, & uix possunt excitari, ac si excitentur inclamatæ, imbecilliter respondentes, rursus graui somno sopiuntur. Nonnullæ conuulsionis modo contrahuntur, aut neruis conturbantur, aut alimentum non sentiũt, pulsus ualide inturgescẽs deprehenditur, sed languidus & imbecillis: quæ incolumes futuræ sunt, nihil eiusmodi patiuntur. Oportet igitur resupinam mulieriem in lecto sic collocare, ut figura ipsius magis sit decliuis, crura ipsius exporrecta mulieres utrinque contineant, aut quædam ministræ. Si uero non adfuerint, mulieris thoracem uinculis quibusdam lectulo adfirmabunt, ne corpus attrahentes sequens, attractionis uim dissoluat, ac sumis uuluæ oris diductis, per ministrum sinistram manum contractam conualentibus digitis inunctam, in ostiolum inseremus, idemque pertentabimus, & oleo infuso relaxabimus, disquirentes ubi uncum quo fœtus extrahetur defigi conueniat. Idonei uero loci sunt quibus iniicietur, si in caput conuersus infans descendit, oculi, occiput, os iuxta palatum, mentum, clauiculæ, & 15 20 25 30 35

sub

ſub coſtis ſitæ regiones, ad hæc præcordia, quæ Græci hypochondria appellant: ſi in pedes conuertitur, oſſa ſuper pubem extantia, intercoſtalia, claiculæ rurſus & deinde uncus dextra manu continebitur, flexu ipſius digitis occultato, ſiniſtra manu leniter inſeremus, & particulæ cuipiam ex prædictis uſque ad uacua tranſmittemus. huic alter opponetur, quo attractio recta procedat, neq; alteram in partem inclinet, deinde æquabiliter trahetur non ſolum recta, ſed etiam in latera, quemadmodum in dentibus eximendis fieri ſolet, & tenſionem interea remittere iterum non conuenit, poſtea uero indicem digitum unctum, aut etiam plures demiſſos inter os uuluæ & corpus impactum, orbiculatim circumagere, ueluti excoriando: ſi autem iuxta ratione uncus ſubſequatur, in ſuperiora transferre conueniet, atque ſic agere dū perfecta fœtus ſit extractio. Si autem ſecunda obiecta fuerit, nec propter obſtructionem queat conuerti, circūpoſito pāniculo, ne deuoluatur, modice attrahere oportet, ac prolapſum totum ab humero abſcindere, idemq; facere etiam ſi duæ ſecundæ prociderint. ſimiliter etiam pedes procidentes corpore reliquo non ſubſequente, ab inguinibus amputari oportet: deinde reliquum corpus diſtorquere conandum. At ſi caput iuſto maius obſtructionem pariat, & aquam ſubter cutem capitis infans collegerit, ſpathula polypis dicata, aut ſcalpro, aut cultro quod ſcolopomacherion dicitur, inter digitos occultato, caluariam diuidemus, ut uacuata concidat. quod ſi naturaliter amplum ſit caput, ſimiliter diuiſam caluariam forpice qua dentes aut oſſa extrahuntur, cōprimemus. Si oſſa emineant, hæc quoq; auferre ratio eſt. At ſi capite ad thoracem adacto obſtructio prouenerit, eodem inſtrumento clauicularum compages uſq; ad interiora ſpatia diuidentur, ut humore uacuato thorax concidat & collabatur, quòd ſi non concidat, diuiſas etiā clauiculas ipſas auferemus, tūc enim collabetur. Porrò ſi imus uenter mortuo fœtu ſit inflatus, aut aquam ſubter cutē

collegerit, eadem ratione ac uia eum uacuare cum ipsis interaneis aggrediemur. Cæterum si in pedes deferuntur, inclinatio facile ad uteri os dirigitur: quod si iuxta thoracem aut imum uentrem fuerit impactus, linamento ipsum attrahemus, eodemq; modo ea quæ ambiunt diuidemus. At si reliquis ablatis caput reuersum inhæserit firmius, sinistra manus demittetur in uterũ, & si os ipsius pateat, manum in ima transferemus, ac caput inuestigatum digitis ad os deuoluemus: deinde uncum unũ aut alterum defigentes, propter orificii inflammationem nõ propellemus, sed infusionibus piguibus copiosisq; utemur: item insessibus, fomentis, & cataplasmatis, ut diducto ore auferatur, quemadmodum superius comprehẽsum est. Porrò quum in latera educitur fœtus, siquidem dirigitur, prædictis utemur rationibus: sin minus, totum ipsum intus dissectũ particulatim eximemus, cura adhibita, ne particula quæpiam ipsius nobis nesciis intus relinquatur. Postquam manu scalpelloq; administrationẽ obierimus, remediis ad inflammationem inscriptis utendum est. quod si profluuium sanguinis oboriatur, huius quoq; curationem accepisti.

SI SECVNDÆ FVERINT relictæ. Cap. LXXV.

FOetu excusso frequenter accidit, ut uelamentum illius in utero firmiter adærescat, quod nostri secũdas, Græci chorion, & deuterion appellant. Diducto igitur uuluæ octio, secundæ, quæ inibi relictę sunt, et in partem aliquam orbiculatim conuersæ, facile educũtur. Manu siquidem sinistra calida, inunctaq; in fundum demissa, secundas sublabentes oportet eiicere. Si autem fundo uteri fuerint adnatæ, demissa similiter manu comprehendentes tendemus, neque in rectum, ne uulua procidat, neque uiolenter admodum, sed leniter primum deducemus, huc illuc circumagentes, deinde paulo ualentius. hoc enim pacto obsequuntur & à connexu dissoluuntur. Quòd si uuluæ os conniuere fuerit depre-

hensum,remediis ad hoc commemoratis utendum est. Si uires non fuerint inualidæ, etiam quæ sternutamenta prouocant,& aromatum halitu ex fictili uaporari conueniet:& si os uteri diductum sit,manu inserta,secundas ut dictum est,extrahere conabimur.At si ne sic quidem exemptæ fuerint,negotium facessere non oportet,secundum paucos enim dies putrefactæ & in saniem resolutæ excidunt.Quia uero grauitate odoris & caput opplent & stomachum peruertunt, suffitus conuenientes excitabuntur,ad eos autem cardamomum & ficus aridæ commendantur.

QVOMODO COXENDICES adurantur. Cap. LXXVI.

QVemadmodum humerus,ita etiam coxa propter humiditatis copiam nonnullis excidens, ustionem postulat,quod Hippocrates his uerbis testatur:Quibus coxa ex diuturno ipsius cruciatu loco suo mouetur,crus contabescit & claudi fiunt, nisi ustionem experiantur.Conuenit igitur tũc illum præsertim locum adurere,è quo articulus excidit,sic enim humor redundans desiccabitur,&locus cicatrice densatus non amplius os suscipiet,quare etiam penitius illic ustionem moliri conuenit. Recentiores autem tres crustas adhibent,unam retro urentes in acetabuli sinu, alteram supra genu extrinsecus,& tertiam supra exteriorem talum,qua est carnosior.

DE FISTVLIS ET CERIIS. Cap. LXXVII.

CVm locus postulet de ani fistulis differere, nihil mali fuerit prius generatim de omnibus fistulis uerba facere. Itaque fistula sinus est callo obductus,aliquatenus indolens,in pluribus nascens particulis,magna uero parte ex abscessibus oritur parum dextre curatis.Callus autem continua quædã caro est, albida,madoris expers,eoq; etiam doloris neq; uena, neq; neruo ad ipsum pertinente.Interim sinus siccus,in-

terim humidus eſt,nunc humor incontinenter fluit, nũc certis quibuſdam temporibus remittit,ore ipſius opple to iterumq; adaperto. Aliàs fiſtulæ in os deſinunt, aliàs in neruum aut aliam quampiam principem particulam, uel recte intus tendentes uel oblique,item uel uno ore, uel pluribus peruiæ. Quę igitur in grandes arterias, aut neruos aut tendines notatu dignos,aut membranã co‑ ſtas ſuccingentem,aut aliquam principalem particulam deueniunt,uel nequaquam uel certe cum multa artificio ſaq; diligentia attingere debemus,reliquis hunc in mo dum manum admoliemur.primum tentabimus, ſi qui‑ dem recte intus tendant cultro exciſorio ſi oblique, ſpe cillo inflexo. Huiuſmodi autem ſunt quæ ex ſtagno fiũt item ex ære tenuisſima. In quibus autem duæ pluresve oræ habentur,notationi per ſpecillum non obtemperã tes,ſinu per unum ipſius orificium aduſto ex clyſteris in reliquas oras tranſitu deprehendemus,num una fiſtula ſit pluribus oris dehiſcens,an plures:ac ubi tentatũ eſt,ſi quidem per ſumma habeatur ſinus,arctusq; ſit,demiſſo ſpecillo explicantes,ſcalpello figura commodiore callũ tollemus,aut unguibus,aut acie ſcalpri deradentis: at ſi latitudinem habeant corpora ſuperflua, circum adimi debent:ſin autem non ſumma occupauerit,ſed penitius recte tendat eo quatenus licet, in alto diuiſo, orbicula‑ tim totum callum auferemus:quod ſi reliquiæ ipſius ali quæ remanſerint,medicamento adurente eas conſume mus. Porro ſi amplius quum ſit medicamento non ce‑ dat,ferro candente cruſtas ei inducemus. Cæterum ſi fi‑ ſtula in os terminatur hoc quidem quod integrum eſt, duntaxat rademus:ubi uero cariem aliamve quandam corruptionem experitur,quod uitiatum eſt,totum exci‑ ſoriis aciem inter ſeſe oppoſitam habentibus tollemus, ſi opus ſit,prius terebra pforatũ,ſiue ad pſpiratũ dunta‑ xat,ſiue ad medullã uſq; fuerit uitiatum. At ſi os quoq; emineat caulis modo porrectũ,ſera ipſum adimemus. Sumptis itaq; duobus loris,unius qdẽ mediũ oſſi emi‑

nenti subiiciemus, ipsumq; per ministrum attollemus: al terius autem quod crassius est, uel ex lana quoq; factũ, similiter medium carni quæ ossi subiacet adaptantes, initiaq; infra prehendentes, per ipsum lorum carnem deorsum iubebimus detrahi, ne ipsa serræ dentibus perradatur, atq; hoc pacto nos excretionẽ molimur. Vbi uero particula quæpiam princeps subiecta est, exempli gratia, membrana costas inuoluẽs, aut spinalis medulla, aut eiusmodi aliqua, inter excidendum aut serra concutiendum os, laminam, quæ quòd mẽbranã cerebri custodit meningophilax græce dicitur, subiiciemus: non uitiato autẽ osse, totũ orbiculatim carne nudum serra eodem modo deradetur. Fieri nãq; haud potest, ut ossa circulatim implicita carne obducantur. Simili ratione si ossis terminus prope articulum fuerit uitiatus, idem serra auferri debet. At si totum subinde os, nempe cubitus aut radius aut tibia aut eiusmodi aliquod contabuerit, totũ adimetur. Femoris autẽ caput, aut coxa, aut spinalis medullæ uertebra affecta, attingi non debet, periculi quod ex arteriis adiacentibus accidit euitandi gratia. Hoc igitur modo ac uia faciendum est, in singulis ubiq; particularum uitiatarum situ, uicinitate, & naturæ cõsortio inspecto, item morbi magnitudine, & laborantis uiriũ robore considerato. Cerion aũt quum sinus sit fistulosus, mellea diffluens humiditate, eandem administrationem curationemq; cum fistulis & aliis sinibus requirit.

DE ANI FISTVLIS.
Cap. LXXVIII.

ANi fistulæ latentes quidem notantur inde quòd ore non apparente dolor ipsis oboriatur, et purulenta humiditas per anum profundatur. Pluribus abscessus quoq; indicia præcesserunt: manifeste autem cultro excisorio, aut seta porcina demissa noscuntur. Nã instrumentum ad ima penetrat, & digito indice in sedem transmisso sublabitur, fistula nimirum ad interiora pforata. At in iis q perforatæ non sunt, instrumẽtũ

digito neutiquam similiter occurrit, sed per mediũ corpore nõ perforato. Tortuosas autem & labirynthi modo flexuosas agnosces inde, quod instrumentum paululum procedat, pus autem ad illarum portionem copiosum efferatur. At quæ prope intestinum oriuntur fistulę, agnitionem sui præbent, quod nonnunquam & lumbrici & stercus per orificium erumpat. In omnibus autem fere callus aliquis in orificio prominet. Itaq; fistula insanabilis est, quæ uesicæ ceruicem perforauerit, aut quæ ad femoris articulum fit, aut ad ipsum longanonem tendat. Aegre uero consanescit, quæ orificio caret, tum quę delitescit & in os terminatur, multifariamq; fissa est: reliquæ in uniuersum facile curantur, administratione hunc in modum adhibita resupinato homine, ut cruribus sursum porrectis femora ad uentrem inclinent, quemadmodum fit in iis quibus clyster in aluum mittitur, si fistulæ extremum in summo sublabitur, culter, aut specillum per orificium demittitur, subiectaq; cutis simplici linea exciditur: si autem alte intra sedem fistulæ terminus finiat demisso per orificium cultello, siquidem perforatam ipsam inuenerimus, demisso opposite affecto anulo, manus indice digito eiusdem scalpelli initium adigẽtes & deflectentes, ipsum foras reducemus, ac corpora quę incumbunt, cultello simplici diuisione liberabimus. At si nondum fistula perforata reperiatur, in altum uero ani duntaxat terminetur & tentantibus nobis indici digito sublabatur, corpus intercedens quod squamosum membraneumq; est, uehementius mucrone cultelli perforabimus, traductoq; per sedem cultro, rursus scalpello corpora quæ incumbunt resoluemus, quẽadmodũ prius explicatum est. Si igitur terebræ aut scalpelli ad fistulas accommodati acie sinus fundum iuxta sedem perforauerimus, ipsum instrumentum per anum inserentes, illinc totum quod interiacet acie terebelli pertundemus, & post excisionem specillo aut forcipe corpora diuisionem ambientia (calli autem sunt) prehensa ex toto adi

memus, musculum qui anum constringit, sphincter di-
citur, ubique uitantes. Nonnulli siquidem rudius dum
in alto sectionem molirentur, ipsum conuulnerarunt, at-
que inde inuoluntaria stercoris excretio homini acci-
5 dit. At si qui timidiusculi chirurgiam fugiant, Hippocra
tica uti debent deligatura. Iubet siquidem Hippocra-
tes, linum quintuplex crudum per cultrum foratum uel
specillum fistulæ demittere, & lini principia coniungi, ac
quotidie cõstringi, donec corpus totum quod duabus
10 oris intercedit, dissectum, linum eructet. Si uetustatem
malum contraxerit, quum dissolues etiam psaro aut
eiusmodi quodam arido illito linum oportet extrahe-
re. Sunt qui foramini terebræ fistulis dicatæ insertum li-
num iuxta prædictam rationem propellunt, quod meo
15 iudicio non conuenit. Dum enim chirurgiam uitant,
præter quòd hanc requirunt, etiam curationem remo-
rantur. de latentibus autẽ fistulis Leonides hunc in mo
dum tradit: Quũ aũt imum stringentis musculi fistula
sit occupatũ, quæ uel à sede incipiat, uel lõgius ꝓcedat,
20 post notas indicatas, instrumẽto q̃d ad sedẽ diducendã
sit aptatũ, dico aũt quod Græci dioptrion appellãt, mu
liebris sinus modo, anus distendetur, atq; quũ fistulæ os
clare apparuerit, ꝑ ipsum specilli mucro demittetur, pro
pelleturq; in imum: lamina uero subiecta tota fistula
25 super eam diuidetur semispathula, aut spatha fistulis in-
cidendis peculiari. Nos autem quum in talem incidisse
mus affectum, hoc administrationis modo uti non po-
tuimus, quòd ductus fistulæ in conspectum non ueni-
ret. Nam inter anum & eius fibulam dextra parte si-
30 ta erat, instrumentum uero quod ei diducendæ erat im
positum, magis operationem adumbrabat, at per digi-
tos distendentibus anum nobis, rima quædam inter
unam quandam ani rugam ceu fistulę emissarium appa
rebat, etenim pus per ipsam emanabat, per eandem ue-
35 ro cultelli mucronem in fistulam ceu ab ea manu ducti
demittebamus, deinde dextræ manus indice digito,

ani fibulæ inserto, quum inuenissemus quoddam inter digitum & instrumētum tenue corpus, uiolentiusq; cultellum digito adegissemus, fundum fistulæ sursum conuersum perforauimus, quumq; digito mucronem instrumenti foras traiectassemus, conspicuum nobis factū totum corpus quod inter fistulæ oras habebatur, dico autem earum quæ initio ad humoris emissarium sitæ erant, & earum quæ nunc à nobis factæ sunt, scalpello præcidentes dissoluimus.

DE HÆMORRHOIDIBVS. Cap. LXXIX.

CVm hæmorrhoidum notæ, ex ipso quod uacuatur innotuerint, antequam manum admoliamur, clystere utemur copiosissimo, simul intestini superuacua inanientes simul & anum, ut promptius inuertatur & extrema ipsius pars exeat, irritantes. Resupinato igitur ægrotante aduersus lumen clarum, si quidem constrictione usi fuerimus, linum quintuplex ferramento quo ora uenarum in ano extantia adurūtur, uel quo uuæ labris hæmorrhoidum circumponentes unāquanq; hoc fune astringemus, una duntaxat relicta, qua sanguis superfluus emanet, quod etiam Hippocrates præcipit. Post astrictionem linamēto implicito oleo madente, & ad sedē accōmodato ligamine, usi, ægro quietē indicemus, oleo tepido, aut mulsa uentri medicātes, deinde postea cataplasmate ex micis panis & croco utemur. Vbi hæmorrhoides exciderint uino cicatrix ducitur. Leonides aūt nō deligat, sed focipe prehensas ampliter hęmorrhoidas scalpello excindit. A chirurgia, māna utendum & amylo, chalcitide, uel eo medicamento quod usta spongia simul & pice constat, item pastillo faustino ad absolutam adustionem. Alii uero instrumenti quo uuæ uruntur utriculo, medicamine qđ adurat repleto, quēadmodū uuā, sic etiā hæmorrhoidas usserūt.

DE CONDYLOMATIS, TVberculis, & rimis. Cap. LXXX.

ANi condyloma loco ſolum ab eo quod mulie-bres locellos infeſtat, differt occaleſcens & ip-ſum ſedis tuberculum, aut inflammatione, aut ri-ma quæ dicitur rhagas præcedente. Primum itaque tu-
5 berculum appellatur, occalleſcens autem, condyloma: quare conuenit, quemadmodum illa, ſpecillo apprehē-ſa excindere, & medicamentis cruſtam ducentibus cura re. rimas autem à ſtercore potiſſimum indureſcentes, et cicatrice ſpatio temporis occalleſcentes, recentes facie-
10 mus, uel unguibus uel ſcalpello radentes, & cicatricem ut par eſt, inducemus.

DE ANO NON PERFORATO. Cap. LXXXI.

PVeris recens natis, anus ex natura non perfora-
15 tus interim inuenitur, membrana uidelicet obſtru ctus. hæc igitur ſi fieri poteſt, digitis ipſis dirumpe tur: ſin minus, acie ſcalpelli eam excindentes, uino cura-bimus. Quoniam uero & prouectis ſubinde ob ulcus non dextre curatum anus committitur, conuenit hanc
20 unitionem inſtrumento conuenienti diruptam curare, fi ſtula plumbea, aut obturamine quodam ano uſque dum in totum conſaneſcat, commode impoſito, ne rurſus co aleſcat. Porrò obturamentum medicamine quodam ci catricem ducente oblini debet.

25 QVOMODO VARICES EXcindantur. Cap. LXXXII.

VArix uenæ dilatatio eſt aliquando in tempori-bus, aliquando in ima uentris parte ſub umbili-co, nonnunquam etiam circa teſticulos, ſed ma
30 xime in cruribus. Hic igitur originem plurima parte ex materia melancholica trahit. eorum autem qui teſticu-lis oboriuntur curationem per ſcalpellum iam in capite de uaricum ramice tradidimus, atque his ſimiliter crura infeſtantes aggrediemur, ab interiori femoris parte inci-
35 pientes, ubi etiam origo ipſorum magna ex parte inue-nitur, inferius enim, in plures, diſtributi propagines diffi-

cilius tractantur. Loto igitur homine, tuniculum superiori femoris regioni circundamus, iubemusq; ut inambulet. inde repletam uenam atramento scriptorio aut collyrio notabimus iuxta uaricis situm, trium digitorum, aut paulo ampliori spatio interposito, decumbente ægro cruribus extensis, alterum funiculum supra genu iniiciemus. Elata autem in uerticem uena scalpello scindimus, qua atramenti nota est, tam alte, ut cutem duntaxat scalpellum penetret, ne uenam diuidamus. ubi oras uulneris hamulis diduxerimus & membranas cultro ad radicem aquosum accommodo excoriauerimus, uena detecta & undequaq; explicata femoris ligamenta soluemus, uase per obtusum hamum suspenso, acum duplex linum trahentem subiicientes, habenulam amputabimus & diuisa scalpello per medium uena, detrahem' sanguinis quantum usus postulat deinde funiculo superiorem uasis partem constringentes, rectumq; crus eleuantes manuum expressu, sanguinem qui in crure est euacuabimus, deinde infra rursus uas deuincientes, uel id quod inter uincula est abcissum, à uena adimemus, aut manere id sinemus usque dum sua sponte cum funibus excidat, & uulnere siccis finamentis oppleto splenium œnelæo madens iniectum deligabimus, medicamentoq; ad pus faciundum apto quod linteolis illinatur persanabimus. Noui autem ueteres nonnullos, funibus nõ usos: alios inde uas denudatum excindere: alios alte ipsum eleuatum cum uiolentia extrahere abruptum. Verum omnium tutissimus chirurgiæ modus, quem supra diximus. Porrò uarices in imo uentris suborientes consimiliter tractabimus: item eos qui tempora infestant, quemadmodum in angiologia comprehensum est.

DE DRACVNCVLO. Cap. LXXXIII.

De dracunculo quomodo medicamentis potissimum emendetur, quarto libro peregimus.

DE EXTREMARVM PARtium uitio, acroteriasmon appellant. Cap. LXXXIIII.

SVmmis partibus nonnunquam putredine cõsumptis, nempe manu aut pede, ut etiam ossa ipsa contabuerint, uel causa exterius adueniẽte, uel fractura, uel præsertim putredinem experta, & excisionem ipsorum quæ serra fit postulent, ante hanc necesse est corpora ossibus circundata primum diuidere. Verum quia dum hoc primum fit, deinde longiore temporis spatio illa serrantur, sanguinis profluuii metus subsequitur, recte Leonides non omnia primum corpora pertundit, priusquam ex toto putredine contabuerint, sed partem, ubi non plures neq; grandiores esse uenas aut arterias existimet principio celeriter usque ad os resecat, deinde os protinus serra execat, panniculum lineum partibus præcisis circumponens, ne serra per ipsa tracta dolores pariat, reliquo exciso, ferramenta candentia uasis iniicit, & sanguinis fluore suppresso linamentis insertis & conuenienti deligatura adhibita, remedio utitur quod pus moueat.

DE VNGVIVM PTERYGIIS. Cap. LXXXV.

PTerygium in unguibus carnis incremẽtũ est, partem unguis operiens. Fit autẽ in pedis manusq; potissimum pollicibus: in pedibus quidem, ex offensione plerunq;: in manibus autem, ex neglecta reduuia, & post inflammationem in pus mutata. Siquidẽ hoc spatio temporis unguis radicem exedit, ipsumq; corrumpit, subinde totum abolet, sæpe medium unguis ad modum infestat. Iuxta unguis autem radicem ipsam, nonnullã ipsius partẽ putrefactã, aliquando totam radicem à rosione immunẽ relinquit. Est quũ & os corrumpat, odor edatur grauis, digitus p summa dilatetur, magisq; liueat. his igitur manus debet admoueri, ita ut totã unguis ptẽ relictã acie scalpelli resecemus auferamusq;

deinde exulceratam incisamq; partem ferramentis adu ramus. Etenim pterygium genere depastio est, quæ nome Græce dicitur, neque subsidet, uisi adustum, ut si negligatur, digitur corrumpat. At si osse & ungui à uitio immunibus, exterior unguis angulus qui delitescit, & carnem ipsi agnatam pungit, inflammationem excitet, conuenit pũgentem unguis particulam tenui cultro aut eiusmodi quodam subiecto sublimen eleuatam, acie scalpelli adimere & quod eminet medicamento crustis faciundis idoneo consumere. Plerique hoc modo administrationis consanuerunt. Si amplius fuerit uitium, primum scalpello circum adimemus, mox remedium ex medicamentis petemus.

DE VNGVE CONTVSO. Cap. LXXXVI.

QVoniam uero subinde ex appulsu unguibus cõtusis dolores subsequuntur, qui ad manus operationem nos pertrahant, satis est. Galeni uerba hic apposuisse, quæ sonant in hunc modum. Vnguibus contusis præsens plane remedium ad dolorem auferendum sanguinis detractionem experti sumus, quum pulsus doloresq; uehementissimi oboriuntur. Cęterum linea obliqua non recta in imum superne deorsum scalpello acuto debet incidi, ut sanie excreta, secta hæc unguis particula ueluti operculum quoddam subiacentiũ efficiatur. At si in rectum superne carnis excrescentiam incidas, aliud corpus carne quę ungui subiicitur per mediam diuisionem suppullulante gignitur, inde rursus dolores prehendunt, quos in reduuiis nominauimus, carne quæ sub ungue succreuit, contusionem experta. Eiusmodi igitur sectione dolorem protinus ægro adimi uidere licet. per dies insequentes commodum est, nobis subsectam unguis carnem leuiter attollentibus, unguis saniem excernere, ac rursus subsectæ carni quemadmodum dixi, unguem operculi modo imponere, reliqua digiti totius medicina uti conuenit quæ le-

niat discutiatque.

DE CLAVIS, MYRMECIIS, & uerrucis. Cap. LXXXVII.

CLauus circinatus in orbem callus est, coloris candidi, clauorum capitibus similis: toto corpore, sed pedum solo digitisq; præcipue enascitur, dolor sequitur, & incessus impedimentum. Itaque circun scarificatus specilloq; apprehensus, scalpro acutæ aciei, aut quo uenæ scinduntur, radicitus eximetur. Nonnulli ne rursus succrescat, candenti ferro utuntur. Myrmecia uero cutis tuberculum est exiguum, callosum, rotundũ & crassum, ad basim insidens, & ad frigora sensum formicarum morsibus similem excitat. Hæc quoque totũ corpus, præsertim autem manus infestat. nonnulli igitur, inter quos & Galenus est, præcipiunt scarificata extrema parte, fistula pennæ durioris, quales sunt ueterum gallorum, anserum, & aquitarum, in imum adacta, ex basi myrmeciam auferre. Alii ærea aut ferrea fistula idem faciunt. Recentioribus satis est, scarificatam specilloq; apprehensam, scalpro, clauorum modo, excindere. At uerruca, quæ acrochordon Græce dicitur, exigua cutis eminentia est, doloris expers, callosa, rotunda plurima parte basim habet angustam, ut suspensa esse uideatur. Nominata uero sic est, quod chordæ nexui respondeat. producta igitur ea eminentiam excindimus: sin autẽ hoc non fiat, lino saltẽ aut pilo deligabimus. Noui plerosque & has & prædictas omneis excrescentias ferramento extincto, ut dicunt, consumpsisse.

DE TELIS E CORPORE extrahendis. Cap. LXXXVIII.

CHirurgicæ partem telis extrahendis dicatam maxime necessariam esse, poeta Homerus his uersibus innuit:

Vir medicus multis aliis præstantior, ut qui
Corpora tela trahens, medicamine uulnera curat.

Primum itaq; telorum differentiæ enumerari debent,

differunt autem tela: materia, figura, magnitudine, numero, habitu, uiribus. Materia quidem quatenus ea quæ imponuntur aut lignea sint, aut arundinea. Ipsa uero tela, aut ferrea sunt, aut ærea, aut stannea, aut plumbea, aut cornea, aut nitrea, aut ossea, aut arundinea, uel etiam eadem lignea, tot enim differentiæ potissimum apud Ægyptios reperiuntur. figura autem, quatenus alia sunt rotunda, alia angulosa, nempe triangula, alia sulcata, quæ & gonchota dicuntur: alia trisulca, atque alia cuspidata, alia cuspidibus carent. ac cuspidatorum, hæc cuspides posteriora spectantes habent, ut dum extrahuntur, contra defigantur: illa in anteriora, ut propulsata idem faciant: quædam obuersas cuspides habent, fulminis instar, ut dum ipsa trahuntur propelluntur q;, in obiecta infigantur. Sunt quæ mota cardine cuspides habent contractas quæ dum in trahendo explicantnr, telum extrahi prohibent. Magnitudine uariant tela, quatenus alia magna sunt, ut trium digitorum longitudinem expleant: alia parua, ut unum digitum æquent. quæ sane & myiata apud Ægyptios uocantur, alia medium inter hæc locum occupant. Numero autem, quatenus nonnulla simplicia sunt, nonnulla composita. tenuia siquidem ferramenta ipsis imponuntur, quæ in teli extractione in imo delitescunt. Habitu, quatenus alia ferrum acutum ligno habent insitum, alia concauum: ac quædam firmiter ligno infixa sunt, quædam negligentius, ut in extractione separata intus remaneant. Viribus differunt, quatenus ueneno quædam sunt oblita, quædam non. Atq; hæc sunt telorum discrimina. Nunc dicamus quomodo extrahantur in conuulneratis, & in bello, & extra bellum sponte, & inuito, quacunq; occasione, ac qualibet ex materia cōfecta. Cæterum dupliciter tela in carne extrahuntur, tū euulsiōe tū ꝓpulsatu. In qbus. n. ꝓ sūma telū īpactū est, euulsione eximi debet. similiter etiam quæ alte inhærēt, obiectæ uero partes si conuulnerentur sanguinis profluuio aut dolore ex consortii lege periclitantur. At propulsatu utimur in quibus alte telum infixum est, & par-

tes obiectæ breue ſpatium continent,neque neruus, ne-
que os, neque eiuſmodi aliquod diuiſionem impedit:
oſſe autem conuulnerato,euulſorium modum aſſumit.
Si igitur telum conſpicuum fuerit, inde extractionem
5 moliemur:ſi occultatum eſt, conuenit authore Hippo-
crate modo uulneratus posſit, in ea figura conſtitutum
notare in qua etiam uulneratus eſt:ſi non posſit, iacen-
tis certe quatenus licet modo figurantes ſpecillo tenta-
bimus.& ſi quidem in carne fixum eſt telum, manibus
10 extrahemus,aut eius impoſitorio quod etiam attracton
appellant,niſi exciderit,ligneumq; id potisſimũ ſit:ſi ex
cidat,forcipe qua dentes radicesve euelluntur,aut ferra-
mento quod à telo extrahendo belulcum Græci uocãt,
aut alio quopiam inſtrumento accommodo, extractio-
15 nem moliemur,nonnunquam etiam carnem prius inci-
dentes,ſi uulnus inſtrumentum non recipiat. At ſi etiam
in oppoſita telum proceſſerit,nec illac ipſum posſit ex-
trahi qua infixum eſt,diuiſis ſis quæ oppoſita ſunt, per
illa ipſum eximemus,uel euellentes ut dictum eſt, uel
20 per eam partem in quam retendit propellentes,uel ſi id
quod imponitur exciderit,demiſſo inſtrumento propul
ſorio ita ut neruum,aut tendinem,aut arteriam,aut eiuſ-
modi aliquod neceſſarium uitemus, protrudere opor-
tet.turpe ſiquidem eſt,dum telum extrahimus,peius eo
25 malum efficere. Et ſi quidem acumen, quod οὔραχοι
uocant,telum habeat(hoc autem ſpecillo deprehende-
mas)fœmina ꝓpulſorii inſtrumẽti demiſſa accõmoda
taq; telũ ꝓpellemus:ſi cõcauitatẽ,mare.Cæterũ telũ exi
met,ſi crenas quaſdã habere appareat,ceu alia tenuia fer
30 ramẽta eis posſint iponi,ac ſpecillo rurſus uſi illa ſi inue
niamus,eadẽ rõne & uia auferemus:ſin oppoſitas cuſpi
des,ut uériſimile eſt,telũ hñs nõ exilierit, uicinus ei loc⁹
diſſecari debet,ſi nulla ꝑs neceſſaria cõtigua ſit,detectũ-
q; telũ ſuſtẽtãtes modeſte extrahem⁹. Nõnulli uero exi
35 gua arũdine cuſpidib⁹ ipſis circũpoſita ſic telũ euellũt,
ne carnes à cuſpide radantur, & ſi uulnus inflammatiõe

uacauerit, suturis usi cruētorum modo curabimus, si in flammationem experiatur, fomentis, cataplasmatis, & consimilibus medebimur. Porro si uenenato telo quis ictus est, totam carnem quæ ueneno iam mutata est, si quidem fieri potest, præcidemus. Agnosces autem eā quòd à sana carne differat. pallida enim, subliuida, & ue luti emortua apparet. Aiunt autem Dacos & Dalmatas cuspidibus elenium & ninum dictum oblinere, idq; ubi sanguini uulneratorum obuenerit, hominem occidere: comestum uero ipsis innocuum esse, & nihil mali efficere. At si telum ossi inhæserit, rursus instrumento experiemur, & si quidem caro impediat, hanc adimemus aut diducemus: si uero etiam alte in osse demersum est, qđ cognoscimus si firmiter id infixum nulla ui commoueatur, excisorio cultro osse quod iuxta est exempto, aut etiam terebra prius perforato, si crassum sit, telum liberabimus. Porrò si in principem aliquam particulam telū defigitur, exempli gratia, cerebrum, aut cor, aut guttur, aut pulmonem, aut iecur, aut uentriculum, aut intestina, aut renes. aut uuluam, aut uesicam, quum iam notæ lethales apparuerint, & euulsio præsertim multum cruciatum uexationemq; accersitura est, nihil tentabimus, ne præter quod nihil sumus profecturi, etiam conuitiandi occasionem id otis prębeamus. Si uero quæ ad basim sunt, in conspectum tunc non prodeant, præfati periculum, opus aggrediemur. Multi siquidem abscessu quoque in aliqua uitæ necessaria parte oborto, præter opinionem consanuerunt, quum & iecoris fibram, & omēti partem interiorisq; abdominis membranæ, peritonæi dico, & totam uuluam subinde ademptam fuisse, nec mortem inde subsequutam, memoriæ prodatur. Est quum guttur de industria subinde in anginis diuidamus, ut in capite de ipsius incisione dicebamus. Telum itaque si in his relinquatur, in præsentaneam mortem præcipitat, præter quod artem etiam inhumanam ostendat: si eximatur forte etiam salus subsequitur. Porro principa-

lium

sium particularum uulneratarum agnitio non est diffi-
cilis, ut quæ ex accidentium proprietate, excrementis, &
particularum situ, inueniatur. Si igitur cerebri membrana
uulnus accepit, dolor capitis ualidus subsequitur, oculi
5 feruent, rubentq; lingua agitatur, mens desipit. Si cere-
brum percussum est, ægri concidunt, uox nihil sonat, fa-
cies peruertitur, bilis uomitus sequitur, sanguis per nare
is erumpit, p aurem humor albus pulticulæ similis ema
nat, sanies per uulnus exit. At si in uacuã thoracis regio-
10 nem telum defigatur, salua spatiosa intus laxitate, spiritus
erumpit. Corde uulnerato iuxta mamillam sinisteriorẽ,
telum apparet non penetrans, sed ceu alteri impactum,
ac nonnunq̃ pulsatilem motum edens, sanguis niger ef-
fertur, si transitus pateat, extrema frigescunt, sudor ema-
15 nat, animus deficit, & sine mora exitium subsequitur. Pul
mone icto, si spatiosa laxitas est, sanguis ex plaga spu-
mans uacuatur: quum non est, ore magis per uomitum
redditur, ceruicis uasa attolluntur, lingua alium colorem
assumit, multũ spiritus attrahunt ægri, frigidi appetẽtes.
20 In septo transuerso, telum iuxta spurias costas defixum
apparet, inspiratio aũt magna oritur, cum gemitu et do
lore per totam humeri partium compagem. Quòd si
abdomen uulnus acceperit, id ex recremẽtis innotescet,
quum latum intus spatiũ existat, uel etiã telo exempto,
25 uel eo quod imponitur intus fracto, succus ex uentricu-
lo euacuatur, ex intestinis stercus, interim & omentum,
uel intestinum procidit. Vesica aũt uulnerata, urina ex er
nitur. Itaq; in cerebro eiusq; membranis ictis, caluaria p
forata telum eximimus, quemadmodum in capitis fra-
30 cturis mox dicetur. in thorace autem, nisi telũ subsequu-
tum fuerit, per mediocrem intercostalium incisionem,
uel etiam una excisa costa, lamina quæ reliqua tueatur
subiecta, euellemus. Similiter in uentre, uesica, cæterisq;
in alto particulis, si quidem telum subsequatur, citra ne-
35 gotium eximemus: sin minus, rursus diuisione adhi-
bita medicina utemur, quæ cruentis conueniat.

In uentre, si res postulet, ét suendi eius ratio, quæ gastroraphia dicitur, accōmodabitur, quē in modum cōprehēsum est. At si in grandiore quodā uase, exēpli gratia, in iugularibus uenis quæ in imo latent, aut arteriis quas carotidas appellant, aut ét magnis arteriis quæ alas uel inguina intercurrunt, telum defixum, copiosius sanguinis profluuium propter exemptionem minetur, ratio est hæc funibus antea ex utraque parte cōstringere, deinde teli euulsionem moliri. At si particulæ plures confixæ fuerint, uerbi causa, brachio cum thorace coniuncto, uel cubito cum aliis corporis particulis, uel pedibus inuicem, si quidem nō per totas utrasque partes telum penetrauerit aut hasta, apprehensa hæc extrinsecus, uelutietiam in una euellemus: sin ambas penetrauerit, dimidia ligni parte serra resecata, particulatim singula faciliori figura extrahimus. Quoniam uero & lapides subinde uel buccina, uel plumbum, uel simile quippiam ex funda mittitur, tū ui, tum quòd angulosa sunt defiguntur. Agnosces igitur ea, quòd moles aspera & inęqualis illabatur, item quòd non omnino in rectum tendit diuisio, sed amplior, & caro ueluti contusa liuidaque appareat, ad hæc, quòd cum grauitate dolor affligat. Hæc igitur conuenit agitata instrumento quo quid attollimus, aut aduersa scalpelli parte, aut uulnerario specillo recipere. si autem fieri potest, etiam forcipe extrahemus. Multis autem infixa tela integra intus insederunt, quæ uulneribus cicatrice obductis, deinde longiore temporis spatio partem eam abscessu occupante & dirupto, exiliere.

DE FRACTVRIS, ET QVOT ipsarum sint differentiæ. Cap. LXXXIX.

PRoximum fuerit tradita carnis uitiorum manu scalpellove curandorum ratione, etiam de ossiū fracturis, dico sane etiam luxationibus sermonē instituere, quoniam & ipsæ chirurgiæ generi subiiciuntur. & primum de fracturis agam iisque prius quæ in ca-

pite fiunt, tum quòd inter carnis & ossium chirurgiam medium locum obtinent, tum quòd omnibus partibus caluaria præcellit. In uniuersum igitur fractura ossis est diuisio, aut ruptura, aut præcisio à uiolentia quadam ex-
5 trinsecus accidens. Cæterum plures fracturarum sunt differentiæ, alia siquidem dicitur fieri raphanidon, hoc est ad raphani speciem, alia schidacidon, alia εἰς onicha, alia alphitidon, alia cata apothrausin, id est, iuxta refractionem. Raphanidon igitur ruptura ossis est trãsuersim
10 per crassitudinem facta, quę etiam sicyedon & cauledõ nonnullis appellatur, ex cucumerum & caulium fractorum similitudine. Schidacidon autem quasi assulæ modo, est oblonga ossis fissura. eis onycha, quasi dicas in unguem, iuxta partem aliquam recta est fissura in extre-
15 mo lunata: quæ etiam calamidon appellatur. Alphitidon, ad farinæ similitudinem dicta, est quum os in multas tenueis parteis finditur, quæ & ipsa caryedon à quibusdam uocatur. Refractio autem, quæ apothrausis dicitur, uel etiam præcisio, est quum pars ossis per summi
20 tatis rupturam aufertur, ut ablata superinnatet. Atq; tot fracturæ constant differentiis.

DE FRACTVRIS CAPItis. Cap. XC.

FRactura in capite peculiariter caluarię est diuisio,
25 nunc simplex, nunc multifida, à ui quadam exteriore facta. Porrò differentiæ capitis fracturarum hæ numerantur. Rhogme, id est fissio, Eccope hoc est excisio, Ecpiesma, quod est effractio, Engisoma, id est, corporum appropinquatio. Camarosis hoc est testudi-
30 natio, in infantibus etiam Thlasis quod est contusio. Rhogme igitur caluariæ per summa est diuisio, aut rima profundior, in qua nequaquam os uitiatum foras emouetur. Eccope caluariæ fissura est cum ossis offensi ruptura. At si à reliquo osse pars offensa discesserit,
35 aposceparnismon nonnulli uitium appellant. Ecpiesma in multas parteis caluariæ effractio est, in qua ꝓfundius

ossa descenderint, & cerebri membranam contactu suo premant. Engisoma caluæ ictus est, in quo os uitiatum ad interiorem cerebri membranam descenderit. Camarosis diuisio caluariæ est, in qua pars affecta cameræ modo exaltata relinquitur, ut Galenus tradit, ac intro à sanis fracturæ partibus ossa magis recedunt, membranæq; innituntur quemadmodum in ecpiesmate. sic enim ille existimat. Alii etiam trichismon, quasi dicas capillationem, his adnumerarunt. Est autem trichismus arctissima rhogme, sensum plerunque fallens, eoq; latens: quæ quia non facile se ostendit, mortis causam sæpe adfert. Thlasis caluariæ diuisio non est, eoq; nec fracturam recte dixeris eiusmodi affectionem, uerum est ossis caluæ in interiorem partem impulsio, aut inflexio, concauitatem integra caluæ continuitate tantum efficiens, ut licet in plũbeis æneisq; uasculis si foris percutiantur illidanturve cõspicari. Porrò contusionis huius duæ existunt differentiæ: uel enim calua per totum sui affectum contunditur, ut frequenter etiam cerebri membrana abscessu occupetur: uel omnino à caluaria hæc per totum aut nõ per totum premitur, sed iuxta exteriorem duntaxat, superficiem usque ad laminam secundam deprimitur. Sunt q his differentiis apechema, quasi dicas ab Echo responsionem, addiderint. Ea est, à cõtraria ictus parte facta caluariæ fractura. At falluntur hi, quoniam non fit in hominis calua quemadmodum in uitreis uasculis fieri illi docent, illa siquidem uacua sunt, ideoq; id patiuntur, calua autem hominis undique plena & alioquin solida est, fitque in hoc ictu, quod in capite aliis ex causis fieri uidetur, in quo integra cutis cõtinuitate factus abscessus, quũ sectus ferit, offensam illic hominis caluariam fuisse innuit: sic etiam & in hoc malo factus contraria in parte abscessus, illic fidisse os credi postulat. atq; hoc uitium quemadmodum prima dicta rhogme curatur. Si igitur fractura capitis facta fuerit; speciem ipsius ex corpore quod percussit, deprehendes, si acutum fuerit, aut graue

aut durum, aut uiolenter impactum. Item ex ſympto-
matis quæ ictu ſuperueniunt, exempli gratia, uertigini-
bus, uoce amiſſa, aut ſubito collapſu, præſertim in engi-
ſomate, aut contuſione, aut ecpieſmate, aut interiori ca-
5 maroſi cerebro compreſſo: item ex notis quæ à ſenſu
capiuntur. Si enim ampla cutis fuerit diuiſio, per ipſam
prompte cognoſcemus: ſin autem diuiſio non per to-
tum ierit, aut anguſta ſit, fracturam tamen eſſe ſuſpice-
mur, cute diuiſa, & oculis, & ſpecillo demiſſo eam per-
10 noſcemus. Si enim ex aliis quæpiam fracturis fuerit, in-
de manifeſtum euadet: at ſi rhogme ſolum anguſta &
piloſa ſenſum fugiens, medicamento aliquo nigro, liqui
do, uel etiam ipſo attramento ſcriptorio infuſo, os rade
mus, ipſa nanque rhogme nigra oſtenditur, conuenitq́;
15 raſuræ tam diu inſiſtere, quouſq; ſignum rhogmes abo
leatur. Si ad cerebri membranam uſque peruenerit fra-
ctura, non rademus, ſed agnoſcere conabimur utrum
membrana ab oſſe receſſerit, an affixa permaneat. Si
enim ipſa manet, inflammatio nulla uulnus infeſtat, æger
20 paulatim febri liberatur, & pus coctum apparet: ſi receſ
ſerit membrana, augentur dolores, & febris ſimiliter, os
alium ſumit colorem, pus tenue & crudum effertur, &
ſi medicus rem negligentius tractet, nec perforatione
utatur, hoc grauiora oboriuntur ſymptomata, nempe
25 bilis uomitus, conuulſio, mentis delirium, febris acuta,
in quibus manum admoliri non oportet. Quòd ſi his
abſentibus membrana cerebri non abſceſſerit, rhogme
autem duntaxat fuerit, etiam ſolo raſorio curatur, uel ſi
uſque in altum penetret. Sin autem tantum uſque ad la-
30 minam ſecundam quæ diploe dicitur, fractura peruene
rit, eouſq; radendum eſt, uel etiam confractum os exi-
mendum, quemadmodum docebitur. At ſi in tenuia
fruſta os fuerit comminutum, etiam hæc diligenter in-
ſtrumento idoneo auferentur, etiam ſi membrana non
35 abſceſſerit. Ab initio autem quum uulneratum ſuſce-
peris, hyeme quidem ante diem quartumdecimum

omnino os auferre tentato: æstate, ante septimum, priusquàm commemorata oboriantur symptomata. Cæterum manum hoc modo admolieris.

CALVARIÆ FRACTÆ CVRATIO.

Deraso super uulnus capite, duas lineas iuxta rectos angulos mutuo se secanteis, quæ literæ X figuram accipiant, incidemus. harum autem alteram esse cõuenit, quæ iam præcessit, deinde quatuor in uertice angulos excoriantes, ut totum os, quod perforabitur nudum existat: si quidem sanguis fertur, linamentis ex posca obiectis cohibebimus: sin minus, siccis deinde implicito linamẽto ex œnelæo iniecto, conuenienti uinculo utemur. sequenti die, nisi recentius aliquod symptoma prohibeat, perforare os uitiatum aggrediemur. Collocato igitur in sedili ægroto, aut recumbente prout uulneri conuenit, auribusq; ipsius lana obturatis, propter sonitum qui ex appulsu redditur, uinculum aliquod uulneris soluemus, linamentis omnibus exemptis, & spongia detersis sordibus, iubebimus ministris duobus, ut tenuibus fasciolis circumpositis, quatuor angulos corporum quæ fracturæ incumbunt, attollant, & si quidem os fuerit imbecillum, aut natura, aut fracturæ uitio, id scalpris excisoriis acie inter se aduersis, auferemus, primum cauis excisoriis scalpris, quos Græci cycliscos uocant, à latiore incipientes, mox angustioribus, deinde specilli modo angustis, malleolo sensim adactis, ad capitis concussionẽ utemur. Si autem ualidum os fuerit, prius eo terebellis quæ mergi nõ possint, quas ab argumento abaptismos dicunt, perforato, (eiusmodi uero sunt, quæ paulo interius q̃ cuspis acuta est, eminentias habent, quæ ipsas ad cerebri membranã demergi prohibeant) per scalpra circuncisione usi, id quod uitiatum est, auferemus, non uniuersim, sed particulatim. si quidem fieri potest, digitis: si non, forcipe, aut uulsella qua uel ossa uel pili apprehenduntur, aut eiusmodi quodã instrumento. Locus autem

qui inter foramenta est,tantum spatium continebit,quantum maximi mucronis specilli longitudo.tam alte uero descendet,ut interiorem ossis superficiem accedat cura adhibita,ne membranam cerebri terebra attingat.Quare etiam terebram ossis crassitudini respondere conuenit,compluribus id genus ad hoc præparatis. At si fractura caluariæ usque ad secundam laminam duntaxat peruenerit,ad hanc etiam usque solum foranda est.Osse iam ablato,asperitudinem quæ ab excisione caluariæ prouenit,rasorio aut quodam scapello excisorio adæquabimus,laminam quæ membranæ custos est, subiicientes, ac ossiculis quæ remanserant,ut uerisimile est, aut spiculis ingeniose ablatis,linamenta inseremus,quem modũ diamotosin appellant. Hæc ratio chirurgiæ cõmunior simul & promptior est,& periculo uacat. Item modus qui per lenticulatum excisorium scalprum fit, mirum in modum Galeno cõmendatur,sine foratione, post insculptionem cycliscis salpris factam, ipsum adhibenti. Scribit itaque hunc in modum.Si uero unam semel partem nudaueris,ac scalprum qui in cuspide præfixam habet retusam leuemq; lenticulæ speciem, aciem uero per longitudinem erectam,submiseris,ubi latam partem lẽticulæ super membranam defixeris,malleolo feries, diuidesq; sic caluariam.ita siquidem agentibus , omnia quę requiruntur,euenient.Nam membrana,ne si dormitans quidem agas,latæ tantum lẽticulæ parti occurrens uiolari non potest.Quòd sicubi adhæreat caluariæ membrana,huius quoque adhærentiam in noxie dirimit rotundum lenticulæ extremum , subsequitur autem præeuntem eam à tergo ipse scalper caluariã secans.Quare nec qui minore cum periculo,nec qui celerius perficiatur,forandi modum inuenias. At quæ administratio serris & modiolo,quem chœnicion siue chenicida Grçci uocant,peragitur,recentioribus,ceu noxia,improbata est,sed administrationem quam in rhogme exposuimus,probant,Idẽ uero modus ossium excidendorum

conueniet in reliquis etiam caluariæ fracturis. Quantum uero excidete conueniat, Galenus nos docebit, hunc in modum manifesto scribens. Quòd uehementer est confractum, id totum auferri debet: si uero ab eo fragmenta quædam longius excurrant, quemadmodum aliquando cernitur accidere hæc persequi ad extremum non oportet, illud probe scientes, nullam inde noxam sequuturam, modo reliqua omnia rite sint confecta. Post chirurgiam panniculo simplici lineo, uulneri æquali, rosaceo madenti, cerebri membranam operiemus, exiguamq; lanæ stuppam similiter rosaceo imbutam præd cto panniculo imponemus, deinde linamentum implicitum duplex in œnelæo aut ipso rosaceo tinctum, toti uulneri circumponemus, diligentia adhibita ne cerebri membrana grauetur, postea latiore utemur ligamento, neque hoc astringentes, uerum ut linamenta solum retineat. Victus adhibebitur qui inflammationem arceat, & febribus peculiaris est, membrana cerebri crebrius interea rosaceo superfusa. Post tertium diē ubi uincula dissolueris, & sordes spongia deterseris, remedium induces quod cruentis iniicitur, & inflammationem repellit, superaccommodans membranæ aliquod ex cephalicis dictis aridis, usque dum carne oppleatur. Nonnunquam os radetur, si hoc res postulet, propter quasdam summitates extantes, aut etiam propter ipsius carnis productionem. Reliqua medicamentorum materies, ut in uulneribus comprehendimus, admoueri debet.

DE CEREBRI MEMBRAnæ inflammatione.

Quoniam frequenter cerebri quoq; membrana post chirurgiam, inflammationem experitur, ut non solum caluariæ crassitudo, sed etiam cutis ipsius excedat cum renixu, & naturalis ipsius motus pulsatilis impediatur, quæ potissimum & conuulsio aliaque grauia symptomata uel ipsa mors subsequitur.

Origo inflammationis aut ex acuta quadam osfis emi-
nentia pungente ducitur, aut ex linamentorum grauita
te. aut perfectione, aut multo esu, aut uini potione, aut
alia quadam occasione latente. Si quidem ex manifesta
5 occasione inflammationem contrahat membrana, ea
protinus amputanda est: sin ex latenti, magis pugnare
conuenit, utpote sanguinis dimissione, si causa non ob-
stiterit, uictu qui inflammationi congruat. Item loco in-
duci remedia debent, calentis rosacei fomentum, & al-
10 theæ decoctum, aut fœnugreci, seminis lini, chamæme-
lorum, similiumq́; superfundi: cataplasmata uerò ex cru
da polenta, aut lini semine, cum prædicto decocto &
gallinarum, adipe, adhæc fomentum ex lana adhibebi-
tur. Capiti & occipitio meatuiq́; auditorio oleum ali-
15 quod inflammationem prohibens instillabitur, ita ut uí-
scerũ cura habeatur, cataplasmatis adhibitis, itẽ toti cor-
pori prospicere consilium in calidam id aquam, ut par
est, collocantes inungentesq́;. Si perseuerat inflammatio
& nihil aliud prohibet medicamento quod bili ducen-
20 dæ est, purgare ipsos Hippocrates præcipit.

SI MEMBRANA CEREBRI NIGRVERIT.

Cerebri membrana si quidem per summa ex medica-
mentis in id efficacibus nigruerit, mel triplum rosaceo
25 miscentes & per linamenta id applicantes, curabimus,
deinceps & reliqua admouentes. At si nigrities sua spon
te prouenerit, idq́; in imo potissimum, cum aliis graui-
bus indiciis, attingi tunc non debet, ut quæ natiuum ca-
lorem emortuum innuat. Noui quendam qui post an-
30 num quam affectu conflictaretur, caluaria perforata su-
peruixerit. erat enim fractura in sincipite ex telo facta,
emissariumq́; habens per quod etiam membrana ab af-
fectu immunis conseruata est.

DE NARIBVS FRACTIS CON-
35 tusisq́;, Cap. XCI.

NArium pars ima, quum sit cartilaginosa, frangi non solet, sed contundi, sima fieri & peruerti: superior quæ ossea est, nonnunquam frangitur. In his autem deligaturam damnat Hippocrates, ut quæ magis resimas efficiat & distorqueat, præterquã in his quæ 5 appulsu quodam per medias nareis emineant, hic enim conuenientem habenam cum medicamine imposito assumit, ut compressæ nares naturalem figuram recipiant Fractis igitur naribus, in ima quidẽ parte, indice aut paruo digito demisso in exteriora dirigentur: in interiore, 10 etiam scalpelli mucrone id faciundum est, primo statim die, aut non multo post. Quum uerò decimo die naris ossa continentur, extrinsecus indice magnoq́; digito hãc efformare congruit. Vt aut figura quam fingis non concidat, duo obturamina tortilia ex panniculo inuoluta, 15 naso impones, unum singulis nasi foraminibus. & si altera duntaxat naris pars sit peruersa, eaq́; sinere, donec os aut cartilago contineat. Nonnulli fistulas ex anserum pennis panniculis replentes, naribus insinuarũt, quò figura custodiatur, & respiratio non impediatur. quod 20 non necessarium puto, quum spirius per os trahatur. At si inflammationem nares sentiant, medicamentum aliquod quod eam arceat indemus, exempli gratia, ex succis inscriptum aut quod oxelæo constat, aut eiusmodi aliquod uel ex triticea simila & thuris fuligine seu gũ 25 mi unà incoctis cataplasma iniiciemus, tũ propter inflãmationem, tum ut nares contineantur. Quod si in alteram partem nares declinantur, Hippocrates postquàm commode eas figuraueris, oblongam habenulam digitali latitudine iubet circundari, alterum ipsius extremum 30 taurino glutine, aut gummi illitum summæ narium parti agglutinari, ex latere quo inclinant. ubi illa exaruerint, habenam transferre per aurem oppositam uersus occiput, & frontem oportet, deinde ipsi sub altero habendæ pribcipio affirmabitur, ut nares in latera retra 35 ctæ ad mediam dirigantur figuram. quod non admo

dum recentioribus placuit. Porrò minutim confractis narium ossibus diuidere ipsas, aut superiorem ipsarum partem conuenit, ac fragmenta osficulorum uulsella au feremus, suturis diductas partes committentes, accommodantesq; ipsis remedium quod cruentis ap tum est, & conglutinat. Sin autem extra nares ulcus fuerit excitatum, linamentis in lõgitudinem implicitis curabimus. Sunt qui plumbeis canalibus, quas solenas Græci dicũt, usq; dum cicatrix fuerit obducta usi sunt, ne caro ex ulceribus super crescat.

DE INFERIORE MAXILLA confracta, & aure contusa. Cap. XCII.

DE aure contusa tertio libro tractatũ est, tanquam huiusmodi affectus ad fracturas non pertineat. Inferior maxilla multas ob causas frangitur. Si igitur extrinsecus solum offensa non per transuersum fissa introrsus cauata fuerit, promptum est cognoscere. Opus autem est altera manu, si quidẽ dextra maxilla fracta fuerit, dextra: si altera, sinistra. indice igitur & medio digito in affecti os demissis, interiorẽ fracturę extantiam probè foras compellere conuenit: altera manu foris eã excipiente. Rectitudinem uero maxillæ ex eiusdem dentium æqualitate deprehendemus. Quòd si fractura per transuersum facta fuerit, primum tensione: deinde retractione, quam antitasin uocant, partis in contrarium usus ministro eam continente, ut dictum est, dirigere aggredieris: porrò denteis in parte cõfracta diductos, inter se, ut Hippocrates præcipit auro deligare, nempe lino ab auro chrysolino dicto aut chrysonemate: quoniam uero huius facultas non omnibus conceditur, lino ualido, aut bysso, aut pilo equino, aut id genus aliquo. Verum si quidem cum ulcere fractura euenerit specillo tentandũ, nũ quandoq; etiam refractio ossis facta sit. atq; si exigua diuisione facta, os unum refractum aut plura remanserint, idoneo instrumento auferentes, suturis oras

ulceris committemus, & medicamento cruētis apto usi deligabimus: sin autem citra ulcus contigerit, ceratum simplex maxillæ impositum conueniēter deuinciemus. fasciæ mediū per occiput dispensabitur. habenulæ utrinque per aureis ad summam maxillā, inde rursus ad occiput, mox ad mentum, inde per genas ad sinciput, inde rursus sub imam occipitii partem, distribuentur, ubi & fasciam desinere oportet. Super hæc rursus uinculum aliud fronti circundatum, quod epidesma Græci dicunt, post caput coniungetur, omnes prædictæ fasciolæ id circum astringent. Alii uero tenuem ferulam, quemadmodum alii uasculum profundius paris longitudinis impositum maxillæ, deligant, ut commemoratum est: reliqui deligatura, quam Græci dicunt phorbiam, utuntur. At si utraque maxilla in summo mento auellatur, qua etiā parte coeunt, ambabus manibus parum inuicem distantibus, rursus adaptato, & denteis adunitos, quomodo diximus, deligato: ac congrua usus ligatione tenui ac sorbili alimento ægrotantem nutriri iubeto. Nam mandare ipsi inimicum est. Si aliquid emotum à figura conuenienti putaueris, tertio die soluens, iterū illigato, quod tam diu facies, quam callus fracturam firmarit. firmatur autem maxilla intra treis potissimum septimanas, quoniam laxa & medullæ plena est. Quod si inflammatio aliqua superuenerit, ne aduersus hanc quidem, tum fomenta, tum cataplasmata negligere oportet. Quod in omnibus ex æquo obseruatum abs te cupierim.

DE IVGVLO CONfracto. Cap. XCIII

IVgulum, quod etiam clauicula dicitur, quum naturaliter figuratum est, interiore, ipsius extremo, cū pectore committitur: exteriore, cum summi humeri cōpage, seu articulamento adunitur. eoque si humerum, aut ipsum sustinens brachium, fracturam quacunque tādem parte experiatur, quà humerum suum spectat, plerunque infra interius extremum fertur unà cum brachio

detractum. Præstiterit autem per transuersum potius quam assulatim, aut arundinis modo clauiculam frangi quod uulgo receptum est. Nan transuersim confracta, extensione compressioneq; digitorum prompte in naturalem figuram reuertitur, cætera eminentias habent, quę ægre possint coaptari. Si igitur per totam ipsius crassitudinem quocunque modo, ingulum fractum fuerit, duo ministri, unus ad humerum eiusdem lateris fractæ clauiculæ manibus circuminiectis, brachium ad exteriora simul & sursum trahens, alter oppositum humerum, aut certe ceruicem attrahens, retractionem à se, quam Grę-ci uocant antitasin, molientur: medicus suis digitis fracturam diriget, prominentiora pellendo, ima foras attrahēdo. Quod si maiorem retractionem à se desideret, orbiculum bonæ magnitudinis ex panniculo, aut lanis, aut eiusmodi aliquod corpus alæ subiiciens, cubiti gibberum lateri indidē adiget, ac reliqua sicut dictum est, exequetur: si autem id nequeat, extremum clauicule iuxta humerum in alto, situm ad superiora ægrotante resupinato educet, ceruicali quodā mediocri, dorso subiecto, ministro humeros duos ad ima deprimente, ut os clauiculæ qđ in imo est, reuocetur, rursur digitis suis fracturā conformabit. Porrò si partem aliquam iuguli refractā, instabilem, aut etiam pungentem percipiamus, salpello in rectum diuisam eandem auferemus, ac reliqua salpris excisoriis, lamina quæ integra tueatur, aut alio scalpro propter firmitatem clauiculæ subiecto, exæquabimus, si quidem inflammatione careat, suturis: sin aliter est, linamentis utemur. & spleniis diuersis præparatis, ad ossis eminentis inclinationem: maiora ex eis & crassiora superaccommodabimus, si inflammatio infestat, oleo imbuta: si minus, arida ac mediocri ex lana orbe propter alam subiecto, conbenientem inducemus deligaturam, per axillas, affectam clauiculā, scapulasq;, prout res exigit, fasciantes. & si quidem ad ima tetenderit pars clauiculę humero proxima, latioris habenulæ dimidiū, eius-

dem cubiti gibbero subiiciẽtes, totum brachiũ ex collo suspendemus: altero autem uinculi dimido, manum. quemadmodum in iis fit quibus ex cubito sanguis detractus est. At si uersus superius extremum inclinauerit, quod rarum est brachium suspendi non debet, uerum resupinus æger decumbit, & tenui nutrietur uictu. si uero opus est, etiam fomentis adiuuabitur, sed pro ratione, usq; dum callus eam consolidet. firmatur autem plurima ex parte clauicula diebus uiginti.

DE SCAPVLIS Cap. XCIIII

SCapulæ quà latæ sunt & mensæ figuram repræsentant, non franguntur: iuxta spinam uero fracturam sustinent, nunc compressæ, nunc rupturam simplicẽ expertæ, aliàs etiam refractæ. Compressionem itaq; tactu cognoscimus, si caua occurrat, stuporem proximi brachii, & dolorem pulsatilem inducat. Ruptura ex tractus asperitudine & loci dolore deprehenditur: ambo autem ratione qua inflammationem arcemus, curantur. Refractio & ipsa tactu agnoscitur. Porrò quiescẽtes scapulæ fascia conuenienti adaptantur: si autem pleniora sint & pungant, per sectionem auferemus, & suturis, ut prius dictum est, utemur. Fasciæ autem & hic similiter ut in clauicula, iniicientur, incubitus oppositi lateris conueniet.

DE PECTORE. Cap. XCV.

MEdium pectus, diuiditur imprimiturq;: summũ, refringitur. Rupturã itaq; p mediũ factã dolor loci & inæqualitas sequitur, & strepitus digitis innixus eliditur: impressionem uero dolor uehemens, spirandi difficultas, tussis, membrana quæ costas incingit dispuncta, nonnunquam etiam sanguinis eruptio, partis confractæ cauitas, & incedendo facilitas. Curationem eam adhibere oportet, quã in scapulis prodidimus. In impressione autẽ adaptatio Hippocratis adhibebitur. q̃ ille in clauicula quæ foras processerit, usurpat, per incubitum supinum ceruicali dorso subiecto, scapulisq; con

strictis, ita ut costæ utrinq; manibus simul contrahantur. Iam uero costis lana obtectis circularem adhibebis deligaturam, loris prius in rectum subditis, postea duorũ initia inuicem excipiuntur, quæ orbiculares fascias deci
5 dere prohibeant.

DE COSTIS. Cap. XCVI

EX costis & spathis dictis, osseæ quidem in omni parte ruptura sustinent: spuriæ autẽ, in ea tantum quæ spinæ adiacet. nam hic solum osseam habent
10 naturam: in exteriore parte in cartilaginem degenerantes, contunduntur, nullam fracturam percipiunt. Notæ ipsarum non sunt difficiles, etenim inæqualitas digitis explorantibus occurrit, strepitusq; & ad confractum peruersio. Quòd si intro spectauerint, dolor uehemens pũ
15 ctorius seqtur, eo qui in costis prouenit grauior, quæ aculei modo membranam costas integentem cõuulneret, itẽ ægra respiratio, tussis, eruptio sanguinis, subinde comitatur. & reliquas utiq; immutationes digitis licet conformare, at eã quæ intro spectat, nequaquã, quod tendi ne
20 queat. unde alii cibum flatulentum uberemq; assumi iubent, quo fractura ex inflatione & tensione foras propellatur, quod necessarium non esse puto. Nihil enim commune ad hoc inter se habent, tum thorax, tũ uiscera nutritoria, præter quod inflammatio etiam ex
25 repletione augeatur. Alii cucurbitulam agglutinant, quæ à ratione & uia curandi alienum non esset. nisi corpora ex contractione congregata, fracturam amplius ad interiora propellerent. Quapropter Soranus hunc in modum scribit: Lanis oleo calido madentibus partes
30 contegentur, & linamentis implicitis intercostale replebitur, ut deligatura æqualis iuxta orbicularem circundu ctum ueluti in pectore fiat. Omnia uero ut in pleuriticis fieri debent, ad magnitudinis proportionem. Porrò si magna quædam necessitas compellat, quòd membra
35 na costas cingens uehementer compungatur, cutem di uidere conuenit, & fractam costæ partem detegere, de

inde lamina, ne tunica costas tegens couulneretur, prius subiecta ossicula quæ pungūt ingeniose excindere ac eii cere oportet. postquam hoc feceris, ea sane quæ inflammatione carent coniunges &, cruentorum modo curabis: quæ autem illa affliguntur, linamentis oleo madidis operis uictum curationemq; adhibens inflammationi dicatam. Decumbent ægri ea figura quam facilius tulerint. 5

DE COXARVM ET PETINIS ossibus. Cap. XCVII. 10

Coxarum aut ilium ossa raro quidem franguntur sed easdem cum scapulis differentias sustinent. Franguntur enim in extremis, rumpunturq; in longitudinem, & per medium finduntur. Comites notæ ipsorum sunt, dolor partem affectam affligens, punctionis pulsusq; sensus, cruris subitus stupor propter fissuram. adaptationem scapulis similem postulant, auersantur autem solam ex chirurgia eius quod fractum est, exemptionē per exteriora corpora, ut quæ si opus sit, digitis conformentur. deinceps autem etiam aliam curationem moliri oportet, fomentis utendo, & concaua ilium linamentis adimplendo, quo deligatura ceu fasciis circularibus superiniectis, æquabilis efficiatur. Eadē etiam dicenda sunt, de pectinis ossibus nihil, enim peculiarius de ipsis dicere habemus. 15 20 25

DE VERTEBRIS, SPINA DORSI, & sacro osse. Cap. XCVIII

Vertebrarum complexus interim sane contusionem, raro uero & fracturam experiuntur. propter quæ contusis spinalis medullæ membranis, uel ipsa etiam medulla, nerui in doloris consortium adducuntur, & mors præceps subsequitur, magisq; si ceruicis uertebras affectus infestarit, unde præfatus periculum, si quidem fieri potest, audebis etiam sectione ossiculum quod premit eximere: si minus, ratione qua inflammatio propulsatur, ipsas lenies. At si processas uer- 30 35

tebrarum

tebrarum aliquis unde ſpina conſtat, fuerit refractus, di-
gitis tentantibus prõpte ſublabetur, dum refractio mo-
uetur, rurſusq; in locum tranſponitur. Conuenit autem
id quod refractum eſt auferre, cute extrinſecus inciſa: ſu
5 turisq; commiſſa, remedio cruentis idoneo uti. Cæterũ
oſſe ſacro cõfracto, index ſiniſtræ manus digitus in anũ
demittendus eſt, dextra manu quod cõfractũ eſt, quate-
nus licet, in naturalẽ figuram reducere oportet. Si aũt ali
quid refractũ ſentiamus, hoc quoq; diuiſo, deligaturam
curationemq; congruam adhibebimus.

DE BRACHIO. Cap. XCIX.

IN brachio confracto Hippocrates quidem inten-
tionem hoc pacto molitus eſt: Lignum, inquit, ob-
longum colũnulæ modo per ſumma fune deliga-
5 tum, obliquum ex trabe quadam ſuſpendere oportet:
collocato autem homine in ſublimi quodam erectius,
uel iuxta figuram quæ à recta ſeſſione orthocatheuton
dicitur manum ipſius ſuper commemoratum lignum
traducere, ut medium ligni alæ eius tranſuerſim adapte-
tur, manum aũt inflexo iuxta rectum angulum cubito
miniſter procumbens continebit, deinde graue aliquid,
exempli gratia, lapidem aut pondus plumbeum uel
eiuſmodi aliquid ex cubito ſuſpendens, ſinensq; pende
re ſublime, ita fracturam conformabis: uel loco ponde
ris, famulus ad ima brachium detrahat. Nonnulli uero
loco columnulæ gradu ſcalæ uſi ſunt. Soranus hunc in
modũ tradit: ægro in ſedili collocato, uel, quod ſatius
eſt reſupinato quo minus moleſtiæ ſentiat, manu fune
ligata iuxta cõpagem qua ipſa cũ brachio coniungitur,
& ex ceruice ſuſpenſa, ut anguloſa ipſius figura ſerue-
tur, miniſtris duobus iubebimus, huic, ſupra fracturã, illi,
infra digitos circũponant, atq; ſic tenſionem perficiant.
Q đ ſi ualẽtiore opus ſit tractatione, duos funeis æqua
leis brachio circundamus, unũ, ſupra fracturã: alterũ, in
5 fra, atq; uni famulo ſup ægrotantis caput cõſiſtenti, alte
ri iuxta pedes, capita funium tradẽtes, iubebimus in di-

uersa brachium distendere. At si summus humerus fra-
cturam senserit, dimidio uinculi, quod ciria dicitur, alæ
subiecto, reliquã partem iuxta caput teneri iubentes, alio
quod oppositum est retrahente, antitasin, hoc est, à se re-
tractionẽ uti dictum est, moliemur. quemadmodũ sane 5
si cubitus confractus fuerit, illi uel iuncturæ manus cum
brachio funis iniicietur. Ossibus iam fracturæ probe co
aptatis, distentio quidẽ remittetur, sed iuxta Hippocrati
cam consuetudinem deligabitur. Porrò si fractura inflã
matione uacet, recensq; sit, lineis utendum fasciis oblon 10
gis abunde, circa treis quatuorve digitos latis, aqua ma-
dentibus, aut etiam posca: si inflammatio adest, lanis te-
nuibus mollibusq;, oleo imbutis: & si quidem in medio
brachii fuerit fractura, initium fasciæ super fracturam inii
cietur: ubi bis terve illigaueris, sursum fasciã ducere con 15
uenit, ut (quemadmodum inquit) sanguinis influxiones
excipiantur, atq; illic finiatur. Iam uero & secunda fascia
uti oportet, initium eius similiter supra fracturam iniiciẽ-
do, atque alia eo modo quo in priori: rursus autem su-
perne deorsum, atque iterum sursum reuocare, illic etiã 20
sic terminabitur. Porrò constrictio mediocris esto, tum
nostri sensus, tum ipsius ægrotantis iudicio. At si iuxta
summam humeri compagem contigerit, priore fascia
illam & scapulas & pectus comprehendes, ut deligatu-
ra fiat quam Græci geranida appellant, perq; secundum 25
usque ad cubitum dispensabis, ac inde ad suprapolita
recurres, cum summo humero scapulas pectusq; com
prehendens, primæ fasciolæ similiter. Quòd si gibbero
fractura obuenerit, etiam cubitum colligare expedit, ita
ut anguli figura conseruetur. similiter in aliis quoq; artu 30
bus, nimirum cubito, femore, tibia, cum fractura in parte
aut etiam iuxta articu um & non in medio membri exi-
stit, post articulum fasciam iniicere expedit. Recentiores
itaque secundum deligaturam protinus ferulas etiam
iniiciunt, ut adaptationis figura contineatur, constringen- 35
tes ipsas prout sensus & tumor ex inflammatione po-

ſtulat:ueteres autem,à die ſeptimo ferulas accommo-
darunt.nam intra hunc inflammatione declinante mem
brum redditur tenuius. At Hippocrates tertio die liga-
menta ſolui iubet,ne tenſio quæpiam, aut motus præ-
ter ſolitum contectæ particulæ obueniat, aut eius quod
iam infixum fracturæ eſt,perſpiratus prohibeantur,pro-
pter quos non ſolum noxius pruritus quibuſdam acci-
dit,ſed etiam eroſa à ſaniei acrimonia nonnunquam cu
te,exulceratio concitatur.Itaque aquæ temperatæ tan-
tum ſuperfundere ratio eſt, quantum ſaniem diſcutere
ſufficit.Poſt ſeptimum diem,ex maiore interuallo ſolue
re conuenit,ceu partes non amplius ſaniem excernere
deſiderent,imo etiam calli obfirmatio hoc modo feli-
cius prouenit.Cæterum ferulæ iuxta ſequentem ratio-
nem debent iniici.Splenia triplicia oleo imbuta ſuper
faſcias circundantur.ſi igitur membrum craſsitudine fue
rit æquabile,ſimiliter:ſi inæquale,partibus magis conca
uis per ſplenia repletis, æquæ craſsitudinis membrum
ferulis accommodandis efficiemus. deinde lana aut
ſtuppa ferulas mediocriter inuolutas,in orbem fracturæ
circundamus,non minore q̃ digiti ſpatio inuicem diſtā-
teis,easq; moderate conſtringemus:ita tamen,ut quate
nus fieri licet,articulum propius accedere ferulas prohi
beamus,præſertim iuxta interiorem flexus partem. ul-
cera ſiquidem in ipſis nonnunquam & neruorum inflā-
mationes pariunt.uerum illic laxiores ipſas eſſe opor-
tet,quemadmodū ualētiores,ubi fractura curuatur. Præ
ſtiterit autem thoraci etiam brachium mediocriter colli
gare,ne ipſum loco motum figurā peruertat.At ſi quā-
doq; inflammatio fuerit,(eam uero agnoſces ex ambiē
te tumore ac rubore,& quòd membrum nunc multo
magis quàm prius ſtringatur) uel ſi confractum mem-
brum diſtortum ſit,& nihil horum appareat,ſed ligamē
ta laxa,uel econtrario ſtrictiora,quàm par eſt, inuenian-
tur, ſolutis ipſis deligatura inſtauranda eſt. Reſu-
pinari igitur ægrotus debet, ita ut ſuper ſtomachum

manum contineat: brachio subiicietur molle aliquid pellem super se habens, ut superfusionum influxus excipiat. Superfundetur autem quotidie oleo calido, præsertim quum urget inflammatio, quando etiam ci- bus tenuis exhiberi debet: postea mediocris, ad calli ge- nerationem. quies indicitur usque dum fracta occallue- rint. occallescunt autem brachium & tibia, diebus cir- citer quadraginta, post quos ubi solueris fascias, & laua cro usus fueris, emplastris ad fracturas factis persanare conuenit. hæc tractandi ratio omnibus aliis prope mo- dum confractis artubus conuenit.

DE CVBITO ET RADIO. Cap. C.

CVbitus radiusq;, interim uterq; iuxta eundem locum frangitur, interim alter duntaxat, uel in medio, uel in parte qua gibberum spectat, aut brachiale. Omnium itaq; deterrimum est quum ambo eadem parte franguntur, deinde etiam cubitus solus. At radius fractus, aliis facilius curatur. siquidem maior cubi to non est, sed illum ipsum subiectum habet, ut ueluti in sideat. Porrò si ipsorum alter duntaxat fractus fuerit, in illo maxime intentionem ualidam moliemur: si uterq;, similiter intẽdemus manu anguli modo figurata, ut pol lex omnium digitorum altissimus, exiguus digitus hu- millimus habeatur. sic enim cubitum radio subiici con- tinget. At si ualentiore opus sit intentione, ambobus po tissimum confractis, non solum manibus, sed etiam fu- nibus intendere aggrediemur, ut in capite de brachio comprehensum est. Cæterum omnis deligatura, & reli- qua præsidia unà cum ferularum iniectione, hic adhibẽ da sunt, dum callus eos firmarit. Firmatur autem cubi- tus diebus plurimum triginta. Ac repositio ipsius simi- lis erit ei, quam brachium fractum uendicat, præter ea quæ ipsi subiiciuntur.

DE SVMMA MANV, ET ipsius digitis. Cap. CI.

VOlæ & aduersæ eius partis, & in digitis articulorum ossa, quum laxa fistulosaq; natura sint, contunduntur quidem plerunq;, raro autem franguntur. Aegro igitur in alto sedili collocato, medicus in altero quodam æquali aduersus sedebit, priusq̃ manum disponat: ac tensis per ministrum iis quæ fracta sunt, duobus digitis ipsa conformabit, pollice & indice digito prius compressa. deligatura utetur, quo tempore urget inflammatio. Nam propter laxitatem facile in ipsis callus amplior concrescit. At si acies digitorum, aut digitus simpliciter confractus est, si quidem magnus & pollex appellatus fuerit, post commodam deligationẽ ab inferiore parte, ipsum utiq; cum manu ligabis, ne dimoueatur: si ex aliis quispiam, uel index uel paruus digitus, proximo colligabitur: sin aliquis ex mediis, iis qui utrinq; habentur, uel etiam omnes deinceps ligari una debent, melius enim conquiescunt. quemadmodum si etiam ferulis fracti colligentur.

DE FEMORE. Cap. CII.

EAdem de femore dicenda sunt, quæ de brachio prodidimus. peculiariter autem magis femur fractum, in anteriorem partem & exteriorẽ promouetur. etenim in his naturaliter dilatatum est, instauratur autem manibus, funiculis, & antennis æquiualentibus, una, supra fracturã posita: altera subter. Quòd si in parte fractura euenerit, idq; iuxta femoris caput, dimidio fasciæ lana circundato, ne corpora incidat iuxta inguina disponemus, & initia ad caput reducta, famulo ut partem contineat, trademus: infra autem fracturam fune circumposito initia ad intentionẽ alteri ministro exhibebimus. Quòd si ad genu fractura habeatur, funem sanè supra fracturam iniicimus, initia eius ad eleuationem dispensamus, genu etiam ipsum implicito quodam fune continemus hanc autem partem restituimus ægro decumbẽte, & crure exporrecto, quæ pungunt ossa ut subinde dictum est, eleuata, superius tollemus, reliquam curationẽ

in capite de brachio exposuimus. cæterum callo firma tur femur quinquaginta circa diebus. At quomodo reponi debeat, post totius cruris disciplinam, comprehensum est.

DE PATELLA. Cap. CIII.

Patella os laxum est ac molle, ualide corporibus superiore & ima parte comprehensum. frequenter sane contunditur, raro autem frangi solet. sustinet autem rupturam per crassitudinem, & in tenuia fragmenta finditur, cum uulnere, uel sine uulnere. Nota uero conspicua (motus enim sublabitur,) continuitatis, & cauitas & sonitus. Instauratur autem pars cruris extensa nam tam diu bifariam fissa digitis committitur, donec fracturæ labra supra sese contingant, & inuicem iungantur: quæ in tenuia fragmenta fissa est, manu cõformatur. etenim callo non generato, eo quod pars utraque super musculos neruosque cognatos à femore & tibia non retrahatur, tamen multa distentio contrahet & functionis difficultatem affectis inducet. neque enim laborantibus ipsis largius genu sustinet, & obambulãdo impediuntur præsertim ascensuri, siquidem in æquabili motu actionis difficultas occultatur: in pausatione autem, eo quod nõ inflectatur genu, in cruris initio, & situ deprehẽditur. atque hic osiculum pungens eleuatum ubi exemeris, curationem sequentem admouebis.

DE TIBIA. Cap. CIIII.

Tibia cubito respondens eandem curationem obtinet, etenim illa duobus ossibus fulta, altero crassiore & cognomini, altero tenui, quod ex similitudine perone Græcis, quasi fibula, Latinis sura dictũ easdem fracturarum differẽtias recipit. in omnem enim partem prolabitur, quum ambo ossa confracta fuerint: in treis autem, quum alterum, intra & extra: tibia quidẽ, retro: sura, anterius. quapropter etiam ipsa similiter restituitur manibus, aut funiculis superioribus, quæ fracturæ funes sunt, interim ipsi tibiæ circundatis, interim femori.

Nam quum genu sit ualidius, articulum integrum per tentionem seruabimus. Similiter & inferiore fracturæ funiculo, ut in cubito dictum est: reliqua ut in capite de brachio tradidimus.

5 DE PEDE SVMMO. Cap. CV.

Talus nequaquã frangi solet, eo quod undequaque tibia, sura, & osse quod ob tesserę similitudinem uocatur cyboides, custodiatur muniaturq;. At os quod à scalphæ figura dicitur scaphoides, & su-
10 pernæ pedis regionis, item pedis digitorum ossa, ipsumq; cubicũ, similiter iis quæ in uola & opposita eius parte manusq; digitis sunt, franguntur: quare etiam quę de illis diximus, ne eadem repetantur, illinc huc transferre consilium est.

15 QVOMODO CRVS REPONI debeat. Cap. CVI.

Femore fracto, aut tibia, non minori cura repositionem ipsius, q̃ reliquam curationem obibis. Nam partium cõfractarum æqualitas, hac potissimum
20 probe administrata, conseruatur. Nonnulli igitur canali, quam solenam Græci dicunt, nũc lignea, nunc fictili mẽbrum fractum, aut etiam crus ipsum reposuerunt: alii uero sola ea quæ cum uulnere fracta sunt, eo quòd hæc ferulis nequeant constringi, in totum uero solenarum
25 usum posteriores damnarunt, multis sane de causis, sed præcipue, quòd ipsarum duritia partibus negotium facesseret. Neque tamen alienum est, artus cum uulnere fractos ferulis excipere, ut ostendemus. Aeger itaque resupinabitur, ac indumentum aliquod crassum cruri
30 æquale, in longitudinem utrobique contractum & inuolutum, ut canali per mediam concauitatem oblongam proportione respondeat, subiicietur: pellis super ipsam molliuscula explicabitur, quæ superfusiones excipiat, deinde in longum crus concauitati huic canalem
35 referenti, insinuabitur: à lateribus alia uestimenta laxe apponentur, ne membrum in latera declinet,

pedis autem ima pars asserculum rectum pannicu-lo circundatum, propter mollitiem assumet. ac maio-ris securitatis gratia, media fasciarum duarum triumve, uestimento canalis modo præparato subiicientes, fractum membrum ipsi leuiter deligabimus. At si æger non tolerans conetur pedem totum contrahere, conuenit id facere quod in superiore pedis parte dictum est, deinde blande cum asserculo deligare, ne inuiti inter dormien-dum, ut uerisimile est, pedem contrahant. Aliqui uero et stragula lecti per medium pertundunt, ut ipsi sint immo-biles, & per foramen urina & stercus reddatur, usque dum callus coalescat.

DE FRACTVRIS QVÆ CVM uulnere incidunt. Cap. CVII.

FRactura cum uulnere facta, si quidem sanguis profundatur, hunc prius sistemus: si inflammatio fuerit, præsidiis in eam efficacibus utemur. Carnibus contusis, partem affectam scarificabimus, metu, ne in gangrænam incidat, sublato: at si illa quoque accesserit, aut alia quæpiam serpens putredo, conuenienter occurre-mus. habes autem horum singulorum curationem quar-to uolumine explicitam. At si nihil horum adfuerit, ne-que ossa largiter denudata sint, hamulis suturisque usi, re-medio cruentis apto, his medebimur, sic, ut ossicula re-fracta, ut uerisimile est, & pungentia implentiave primum auferamus. Quòd si magnum aliquod os emineat non commissum propter magnitudinem, in intensione huic prospicies. Siquidem Hippocrates femore & brachio confractis ossa excidentia uniuersim imponere dehor-tatur, periculum his futurum prædicens ex inflamma-tione, quam tensio crearit, uel etiam conuulsione, ut credibile est, musculorum neruorumque. Tempus uero nonnunquam administrationem commodam inuenit. In quocunque igitur osse elapso tractationem molimur, nequaquam in inflammatione ipsam aggre-diemur, sed primo statim die antequam inflamma

tione occupetur:aut nono,inflammatione iam finita. Adaptamus uero ferula quam Græci mochliscon uocant,est autem qa instrumentum ferreum septem octo ue digitos longum mediocriter drassum,ne inter com-
5 mouendum inflectatur,acutum in summo latumq́;, & leuiter inflexum,cuius acutum extremum superposito ossis tuberculo subiicientes,iuxta alterum occurrentes simul,& mediocri intensione membri facta:inter se fine is fracturæ committemus,quod si facere nequeamus,
10 scalpris excisoriis obseruas acies habentibus quod emi net auferemus,aut serra subsecabimus, quemadmodũ in fistulis docuimus: ossiumq́; asperitudine adæquata, & membro directo,linamentis curabimus.Maxime au tem animum adhibere oportet in membris coniunctis,
15 aut disiunctis appellatis,altero autem in ipsis osse parti culatim serra absciso,ut membrum incontractum maneat:etiam intensione accurata utemur. deligatura uero hoc modo adhibenda est.Circulares itaq; fasciæ.parti bus uulneris utrobiq; inilici debent :obliquæ uero, per
20 ulceris longitudinem,ut iuxta hiatum occlusio ex omni bus fiat.Si sordidum adhuc ulcus est,purgantia adhibe bimus:si purum,quæ carnem inducunt, linteolis illita, aliamq́; comprobatam usu materia. Hippocrates pissera emplastro in linteolis utitur.id autem esse dicunt te-
25 trapharmacum basilicum. Vbi caro increuerit,ferulæ iniicientur.aliqui uero per initia ipsa accõmodant,ulceris locum uitantes,& pro usu urgente ipsas constringentes,uel rursus remittentes. In quibus autem squama repletura est,notabimus qdem hoc, inde quod copiosus
30 humor & tenuis excernatur,caro autem ulceribus uacua inanisq́; facta attollatur:deligatura quidem laxiore ad curationem utemur,hamulo autem, aut eiusmodi quopiam squamam euellentes,iterum ualidiore deligatura utemur. porrò per totum ulceris tempus, medica
35 men aliquod ex iis quæ inflammationem arcent linamentum continens,uulneri incumbet, ac simplices fa-

ſciæ iniicientur, quæ ſingulis curationibus ſolui debent, quum aliæ ſupra dictæ maneant, ut in capite de brachio expoſitum eſt.

SI PRÆTER MODVM FRActuris callus obducatur. Cap. CVIII.

IMmodici fracturarũ calli indecoram omnino ſpeciem efficiunt, nonnunquam etiam functiones impediunt, ſi propter articulum coaluerint. Si igitur recẽs adhuc callus coierit, remediis admodum aſtringentibus utemur, faſciis ipſa aprimentes. Nonnunquam uero & plũbea impoſita lamina, id quod requiritur effecimus. At ſi lapidoſus ſolidusq; fuerit incidentes ipſum radamus, id quod eminet ſcalpris auferentes: ſi res exigat, etiam terebris uſi.

SI DISTORTVM MEMBRVM callus firmarit. Cap. CIX.

QVibus membrum diſtortum, callus firmauerit, difficultate functionum obeundarum haud exigua ſubſequẽte, præſertim ſi in pedibus fuerit, repoſitionis quidem modus non recipiendus eſt, ut qui extrema inferat diſcrima. uerum ſi callus nondum radices egerit, laxãtibus ſuperfuſionibus, & cataplaſmatis ex ficis pinguibus & columbarum ſtercore, aliisq; medicamentis quæ a callo ſoluendo porolytica dicuntur, utimur. In ſuper per manus frictione, & confractione hunc diſſoluemus. Quod ſi lapidoſus euaſerit, ſcalpello ſuperficie diuiſa, exciſoriis ſcalpris conſortium oſſe liberabimus, deinde fracturæ medebimur, ut ſuperius à me dictum eſt.

SI FRACTVRÆ CALLO NON firmentur. Cap. CX.

FRacturæ nonnullæ ſine callo permanent, ſupra definitum naturæ tempus, aut ob continuas reſolutiones, aut immodicas ſuperfuſiones, aut motum intempeſtiuum, aut faſciarum copiam, aut quia totum corpus alimentum non percipit, in quibus etiam tenu

ſus fieri membrum contingit,itaq; cum alias occaſiones tum corporis inediam tollere conandum eſt, partim per calidiora alimenta materiam particulæ diſtribuendo,partim cibum ſubminiſtrando ſufficientem, item lauacra,& reliquas animi uoluptates. Porrò notæ eos qui callo iam firmantur comitantes,hæ inter alias ſunt præcipuæ,ſi faſciolæ cruorem referant,etiam non oborto uulnere,quod forſan accidit,calli ſubſtantia quando coaleſcit fiſtulis osſiũ inſpſas ſanguinis guttas extundente.

DE OSSIBVS LVXATIS, Cap. CXI.

QVum luxationes fracturis proxime ſint, de iis uerba facere aggrediemur. *Luxatio igitur eſt*, ut ſummatim dicam,quum articulus à proprio ſinu,ad inſolitum excidit,in qua motus arbitrarius impeditur.differentias ipſius alias dicere nõ habemus, niſi eã dũtaxat q̃ ex maioris minorisq; ratione ſumitur.quũ enim articulus in totum exciderit,communi generis uocabulo affectus Græcis exarthrema,Latinis luxatio dicitur:quum autem aliquatenus duntaxat emotus eſt, aut uſque ad tuberculum ẽ ſinu elapſus,pararthrema.

DE MAXILLA INFERIORE. Cap. CXII.

RVrſus à ſuperioribus incipiẽtes de inferiore maxilla dicamus. Nam quum ſuperior ſit immobilis,luxatione non periclitatur.inferior aũt toto loco non mouetur,quod capita ipſius ſuperiori maxillæ firmiter ac tuto inſinuata ſint:modicá uero peruerſionẽ quá pararthrema uocauimus ſubinde experitur, qđ ob muſculos qui ipſam cnntinent ex continuo madẽdi loquẽdiq; exercitio in mollitiem elangueſcenteis, quaslibet de cauſa facile laxetur,quod uerbum apud Hippocratem σκᾶται dicitur,in quibus ſine aliqua difficultate articulus ſponte in proprium locum. reuertitur uerum de maxilla in totum luxata, ſatis eſt illius uerba exponere, quæ compendioſa, integra & perſpi-

ctua existunt. Scribit itaque hunc in modum. Excidit quidem maxilla raro, laxatur autē subinde oris hiatu, quomodo etiam aliæ plures musculorum immutationes neruorumq́ue id efficiunt. Clarum itaque hinc potissimum est quandocunque exciderit. Nam inferior maxilla in anteriora propellitur, & ad contraria eius unde prolapsa est peruenit, ossisq́ue tuberculum iuxta superiorem maxillam tumidius apparet, difficulter ęgri maxillas committunt. Talis autem repositio manifesto ipsis congruit, alium enim continere caput oportet, alium comprehendentem ab interiore parte & exteriore digitis iuxta mētum hiante homine quantum potest, primum quidem maxillam commouere, temporis interuallo huc illuc manu diducere, ipsiq́ue homini iubere ut laxam maxillā habeat, simulq́ue diducat & concedat, ut potissimum repente laxetur, tribus figuris simul, mente adhibita. Ratio siquidem est illam ex inuersione in naturalem statū tum reducere. Oportet autem inferiorem maxillam posteriora propellere, item maxillas committere neque hiare. Insertio igitur hæc etiam in aliis figuris fieri non poterit. medicina autem modica sufficiat, splenium appositum ceratum fascia laxiore deligare. tutius autem est, resupinato homine firmare caput ipsius puluinis subiectis, quam plenissimis, ut quam minime cedat. Cæterū uulnerati caput aliquis continebit. Si autem utraque maxilla eluxata fuerit, curatio quidem hæc adhibebitur. Committere autem æquale hi os possunt, etenim prominentiores ipsis maxillæ sunt. rectitudinem autem maxime cognosces, dentium & superiorum & inferiorum terminis, quos secundum ordinem confert quam citissime inserere. quomodo autem inserentur, expositum est. Si aūt periculum de anima non inciderit ex febribus continentibus. & torpido Caro, musculi alterantur, & p̄ter naturā intēduntur. uēter solet his biliosa deiicere, uel syncera pauca, & si ētuomant, indiscreta eiiciunt. hi igitur & moriuntur, at hoc potissimū modo iniectionis nos subinde

usi sumus, fomentis prius ex hydrelæo calido per spon giam super luxatam genam adhibitis, quum maxime contumaciter ingressui repugnet, homine humi collo- cato, post ipsum nos sedentes, quemadmodum ab Hip pocrate traditum est, operamur.

DE CLAVICVLA ET SVM- mo humero. Cap. CXIII.

Clauicula in partem interiorem non excidit, ut quæ pectori committatur. unde ne mouetur qui- dem in ipso. At si uiolento quodam ictu & acri extrinsecus auellatur, quemadmodum fractura ipsius, instaurari debet. Pars autem quæ humero inseritur, non admodum, sanè excidit, a bicipiti musculo summoq; humeri tuberculo prohibita. imo neq; uiolento quodã motu clauicula priuatim agitatur, nisi propter solam tho racis factam separationem. Vnde homo solus inter ani mantia clauiculam obtinet: quam si in palæstra, ut uerisi- mile est, peruerti contingant, conformatione per ma- nus dirigitur, & spleniis multiplicibus accommodatis una cum deligatura decenti. eadem curatione etiam summus humerus peruersus in propriam sedem reuer- titur. Est autem ossiculum cartilagineum quod clauicu- lam scapulis colligat, si resiccatis mortuorum cadaueri- bus occultatum, quod loco motum, imaginem imperi- tis exhibet, brachii caput excidisse. etenim in hoc exte- rior humeri pars acutior apparet: concauum aût, id un- de excidit. uerum notis quas deinceps subiungam ipsa discernentur.

DE HVMERO LVXATO. Cap. CXIIII.

Brachii caput scapularum sinui insertum, excidit quidem frequenter, uerum neq; in superiorem partem, ut quod scapularum processus ancoræ similis impediat: neq; in posteriorem, propter ipsas sca- pulas: neq; tamen in anteriorem, ob musculi bicipitis tendinem, ipsumque humeri tuberculum. Sed raro qui

dem interiorem exterioremq́; prolabitur, continuæ ue-
ro, præsertim macilentioribus, ad ima atq; his sanè faci-
le & excidit & rursus inseritur: multa autem carne præ-
ditis contra, raro quidē elabitur sed ægre in sedem suā
compellitur. Quibusdam itaq; etiam non luxatis, ex 5
ictu frequenter elapsi loco membri suspicio oritur, eo
quod ualida inflammatio subsequatur. Porrò quibus in
imam partem luxatus humerus est, hoc modo agno-
sces: affectus humerus si cum sano conferatur multum
differt, quum exterior eius pars unde excidit concaua 10
appareat, ut in tuberculo humeri eluxato diximus,
quod acutius quā naturaliter esse debet apparet, & bra-
chii caput elapsum in alam manifesto subsidit, ac manus
nus huius cubiti gibbber à costis magis recessit, quibus
quidem costis si ipsum adigas, cum dolore admouetur, 15
neq; ægri manum extenso cubito ad aurem possunt re
ducere, neq; alium motum multiplicem per eam moli-
ri. In pueris itaq; uel in quibus recens nec ampla facta
est eluxatio, etiam nodo medii digiti flexi eminente me
dici manus, uel affecti sanæ, si non puer, sit frequenter 20
restituta est, ut inquit Hippocrates. ualentius autem hoc
modo luxata inseruntur. Homo lotus & supfusionibus
laxandi uirtute præditis usus resupinari hum: debet, &
pila mediocris uel coriacea, uel alia quæpiam non ad-
modum mollis, alæ accommodabitur, ac sedens medi- 25
cus aduersus ægrum, iuxta latur affectum, siquidem dex
ter humerus luxatus sit, dextri pedis calcem superponet
pilæ alæ suppositæ: si sinister, sinistri, ac affectam manum
prehensam ad pedes trahet, simulq́; calcaneo alam in
diuersum propellet, ita ut aliquis post caput ad alterum 30
humerum resistat, ne corpus circum diuellatur. Est &
alia ratio immitendi, quæ humero subnixo perficitur,
quod Greci κατωμίζειν dicunt. Adolescens, aut longior
ægrotante, aut altius consistens iuxta affectum latus,
ægri indidem collocati alæ suum ipsius humerum subii 35
ciet, & manum eleuatam ad uentrem suum attrahet, ut

reliquum ægri corpus posterius imo maius sublime pẽdeat. At si æger leuior fuerit, alius quispiam puer leuis ex ipso suspendetur. Nam manu ac reliquo corpore in contraria detractis ad ima, subiectus alæ humerus facile elapsum articulũ reponit, atq; hoc etiam spathula q̃ Græci hyperon dicunt efficimus. Est autem lignũ oblõgũ, rectum, quod in pauimento super aliud quoddã solidum ponitur. huius igitur summum extremum rotundũ, qnod non admodũ crassum neq; tamen tenue est, alæ ægri aut stantis, aut sedentis, subiicietur, iuxta totam ipsius longitudinẽ, ac manu per spathulã porrecta & detracta, reliquo autem corpore contra inferius uergente uel sua spõte, uel alio quodã trahenterestitutio fiet. atq; hoc etiam in scalæ gradu fieri debet, quemadmodum in confracto brachio per tensionẽ fieri dicebamus, hic autẽ rotundũ quoddam corpus super gradum deligatur, quod ægrotantis alæ possit adaptari & brachii caput propellere. Porrò si ob uetustatem affectus, aut corporis duritiẽ, repositio nobis facessat negotium, utemur etiam ratione quæ per amben appellatam fit. Est autẽ ambe lignum quod longitudinem duorũ cubitorũ habet, latitudinem quatuor digitorum, crassitudinem instar digiti, alterum extremum rotundũ, quod etiam prompte in alæ sinum ingreditur, spathulæ ligneæ extremo consimiliter. hoc itaq; extremum panniculo circundatũ quo lenius existat, capitulo brachii iuxta alam accommodabimus, totam uero manum ad lignum intensam cum eo deligabimus, iuxta brachium, cubitũ, & eius extremum. deinde ligno obliquo inter duas columnulas rectas adaptato, uel rursus supra scalę gradũ manu traiecta cũ ligno, ut ala ꝑ trãsuersum gradui accõmodetur, manũ infra trahẽtes, sinemus in alterã partẽ reliquũ cor corpus in sublimi pendere. tũc.n. articulus ingredietur. Vbi fuerit repositus, mediocris ex lana pila si q̃dẽ inflãmationẽ pars nõ sentiat, sicca, si sentiat, oleo madẽs alæ iniecta, deligabitur. ꝑ hãc aũt & humeri & alterius alæ

iuxta hiatũ pręsertim fasciç deligaturis apparentibus, ut hiatus affectũ humerũ excedat, brachiũ cũ costis deligare conuenit, ipsumq́; cubiti gibberum & summam manum ex ceruice deuincire, ne rursus de integro articulus excidat. Post septimum diem uel tardius ubi fascias dissolueris, mediocri uti frictione prestat eo quod corpore solidiore facto, articulus ita firmetur, ut non facile prolabatur. Quod si autem cerebro prolabatur, autem humiditatis uitio, aut ob aliam quampiam iam diu factã elabendi uiam, ad ustionem ueniendum est, sicut supra comprehendimus. Quum autem uel in antibus in utero aut editis in lucem adhuc increscẽtibus, particula fuerit luxata necdum reposita, in humero quidem carnes nihil à naturali figura deficiunt, neq; enim manus quodcunque opus perficere impeditur, os autem brachii breuius permanet, non augescens, ac tales nominantur galiancones. In femore etiam os incrementum non sentit & totum crus contabescit, quum enim pondus corporis ferre nequeat, non exercetur, ac in aliis membris luxatis manentibus, quæ subiiciuntur, omnium iniuriæ exposita sunt.

DE CVBITI GIBBERO. Cap. CXV.

QVanto cubiti gibberi articulus humero magis uarius creatus est, tanto plus negotii prolapsus exhibet: & tardius quidẽ excidit, sed difficilius reponitur, propter tuberculorum sinuumq́, frequẽtiam. Nonnunquam igitur solum aliquatenus detorquetur, quem casum pararthrema dixi, sæpe uero etiam ex toto in omnem partem prolabitur, præcipue in priorem & posteriorem, quod facile dignoscitur, eo quod excidit oculis & tactui obiecto, ex quocunque prolapsum sit, & sinu unde excidit apparente. Hæc uero potissimũ sani gibberi inspectio coarguit. Conuenit autem protinus membrum reponere priusquam inflammatione occupetur; siquidem eam expertum, difficulter curatur.

Quædam

Quædam etiam nullam prorsus curationem recipiunt, maxime si in posteriora prolapsa sint. Hæc enim luxatio omniũ quæ in cubiti gibbero fiunt maxime dolorifica est, & periculosa. Quod si modice articulus inuersus sit, moderata etiam intensione restituitur, sic ut ministri manum exporrectam iuxta brachium cubitumq; contineant, & in aduersa retrahant, medicus autem suæ manus palma qnod excessit in suam sedem compellat. Hippocrates autem, in priora luxationem subito manus inflexu instaurat: ut palma ipsius humerum iuxta rectum pulset: in posteriora uero, subita rursus & diutius facta extensione, quoniam luxatio in priorem partem, uiolenta potissimum extensione efficitur, quæ in posteriora flexu similiter uehementi. Quod si luxatio perseueret, etiam ualidam magis intensionem usurpabimus, eiusmodi uero est potissimum quam Hippocrates in brachio confracto exposuit, ubi columnulam adhibeat. Porro recentiorem aliqui hunc in modum adaptant. ministris duobus manum, ut dictum est, intendentibus, ita ut alter sursum ad axillam contineat, alter deorsum iuxta brachiale, medicus aduersus ægrotanti consistens, duabus palmis iuxa articulum, brachium circundat, ac ubi iusserit uestimentum contractum in oblongum uel latam fasciam manibus ipsius simul & ægrotantis brachio circundare, & in exteriora imaq; propter summam manum retrahere, ipse deinceps cũ tensione constrictas ipsas trahit, donec cubiti articulum excedat. Cæterum manus prius oleo illini debet, ut lubrica fiat & facile medici palmis deducatur. Sic enim prolapsa, si pertrahentium manum ui prematur, in propriam sedem reuertuntur. Postquam sunt reposita, in anguli modum figurata manu expleniis & conuenienti deligatura curationem petemus.

DE BRACHIALI ET DIGITIS LUXATIS. Cap. CXVI.

BRachialis digitorumq; luxatio nullum facessit negotium, per se, nisi cum ulcere facta fuerit. de hac igitur in capite de luxationibus quæ cum ulcere fiunt tractabitur. At sine ulcere luxatis, mediocri intensione, & remediis quæ inflammationem pellunt, medebimur. 5

DE VERTEBRIS SPInæ. Cap. CXVII.

VErtebræ spinæ si ex toto prolabũtur excidũtq;, præcipitem mortem inferunt. Medulla siquidem ipsius spinæ uel quamlibet compressionẽ non sustinet, quum & solus ex ipsa neruorum processus si contundatur, hominem in periculum perducere sufficit. Perruersionibus autem subinde affligitur, nunc in priorem partem distorta, ac uitium lordosin Græci appellant: nunc in posteriorem, & cyphosin à loco gibbato uocant: interim uero in latera, quod scoliosin nuncupant. Quum igitur multæ simul uertebræ in arctissimũ peruersæ fuerint, plurium simul peruersio apparet, iuxta circularem flexus rotunditatem facta, ac putant nonnulli decepti, ab una uertebra ampliter peruersa id fieri. Nam magna distorsio non angulo similis hunc spinæ flexum molitur, quando etiam magis periculum subsequitur. Si igitur introrsum spina est peruersa, restitutionis spes nulla est eo quod per uentrem, anterius oppositio fieri nequeat. qui enim in scala sic affectos intendunt, aut cucurbitulas admouent, aut sternutamenta aut tussim aut flatus excitant, quid tandem promouere putati sint, Hippocrates abunde coarguit. Quoniam uero subinde cuiusdam ossiculi spinæ refractio facta, cauum locũ ostendit, quemadmodum in capite de fracturis comprehensum est aliqui uitium lordosin esse crediderunt, deinde hoc celerius persanato (prompte enim callo firmatur) lordosin curatu facilem existere pronunciarunt, & si nullam curationem admittat aut certe diffi-

culter. his etenim urina supprimitur, aluus non respon-
det, corpus inhorrescit, postea etiã sine uoluntate excre
menta prorumpunt. Hæc autem eueniunt, neruis &
musculis consortii lege lacessitis, ac celeriter ægri mo
riuntur: præsertim si superiores & ceruicis uertebræ af-
fectum fuerint expestæ. Cui uero iam inde à paruulo
potissimum uertebræ gibbatæ protuberant, uitium lon
gum esse neq; celeriter mortem sed morbum accersi-
re, & insanabile Hippocrates prodidit. At quibes re-
cens hic gibber ex casu prouenerit, machinæ quidem
per scalam & rectam ægri suspensionem ac uteri infla-
tionem adhibitæ, ridiculæ sunt. sola autem Hippocra-
tis adaptatio sufficiet. Conuenit enim, inquit, lignum,
magnum quod tanta longitudinem ac latitudinem ha
beat, ut hominem excipiat, aut scamnum huic æquale
prope parietem deponere, ac iuxta hunc ita extendere,
ut in longitudinem pede non amplius absit, & uestimen
ta quædam super ipsum explicare, ne hominis corpus
infringatur, (erit autem hic lotus antequam super li-
gnum scamnum ue, insideat,) deinde loro pectus ipsius
bis circundatum, per alas iuxta deorsum uincire, initia
lori ligno oblongo pistillo simili deligare, atq; hoc su-
per pauimentum iuxta ligni aut scanni subiecti extre-
mum constituere, & ministro post ægri caput stanti ex
superiore parte continendum tradere, ut imo quidem
extremo contra fixo, altiore supra caput tracto, oppor-
tuna fiat intensio: altero autem loro pedes simul & su-
periores malleolorum partes deligantes, & rursus alio,
ea quæ inter coxas & lumbos habentur, cõmissura, hu-
ius inibi facta, iterum fasciarum extrema coniungemus
alii autẽ ligno pistillo respondenti similiter prædicto illi
gãtes, statuemus in ligni aut scamni extremo pedes spe
ctanti pistillum iuxta prioris similitudinem, deinde famu
lis iubebimus ut per ligna retractionẽ in diuersa moli-
antur. Quidam uero asellis dictis hanc efficiunt. sunt au
tem hi axes qui contra rectum lignum uertũtur: utroq;

huius magni ligni aut scanni latere iuxta extrema ad pedes caputq; sita lora defiguntur. Quum autem sit intensio ipsa administratur, manus palma gibberum constringemus: si autem usus postulat, etiam super ipsum insidebimus, nullum ueriti periculum. At si ne sic quidem spina istauretur, & æger pressionem ferat, utile est parietem adiacentem in longum canalis modo exculpere è regione gibberi, ut sculptura cubiti longitudinem habeat, neq; altior sit ægrotantis spina, neq; multo humilior imo sculpturam prius præparatam esse oportet. huius enim causa etiam lignum ab initio prope parietem poni maluimus. deinde asseris mediocris alterũ finem ad ima comprimemus, donec sensibiliter spina dirigatur. uerum ut inquit Hippocrates, sola intensio citra asserem, rursusq; per asserem sola curatio, id quod requiritur potest efficere. Quod si hoc uerum est, non alienum etiam in lordosi & scoliosi per initia intensionẽ prædictam, sine constrictione uidelicet, moliri, post adaptionẽ, lamina lignea quæ latitudine treis digitos æquet longitndine gibbero respondeat & aliquam ex sanis uertebris comprehendat, loro lineo aut stuppa propter duritiem inuoluta, uertebris ipsis imponi & conuenienter deligari debet. uictus adhibebitur tenuis. At si post hæc quædam gibberi reliquiæ remanserint, laxantibus emollientibusq; remediis cum laminæ appressu, perdiu utendum est. aliqui uero plumbeam laminam usurparunt.

DE COXA LVXATA.
Cap. CXVIII.

Quum alia corporis ossa interim peruertantur, interim toto loco excidant, coxæ humeriq; articulus solus ei luxationi opportunus non est, qua tota sede promouetur, atq; ex his magis coxæ articulus. quoniam sinum & rotundum & profundum possidet, ad hæc, quod altioribus tuberculis munitus sit. At

si quandoq; articulus ob uim quandam uehementem
sinu suo exciderit, etiam multæ luxationis iuxta minoris
maiorisq; rationem differentiæ proueniunt, quatuorq;
modis imo locis coxa luxatur, uel enim in interiorem
5 partem, uel exteriorem, uel priorem, uel posteriorem,
prolabitur: uerum intro quidem & extra continue, &
multo frequentius intro: in anteriora autem & posterio
ra, rarius. Quibus, itaque in interiorem partem coxa
prolapsa est, iis crus affectum si cum sano conferas, lon
10 gius spectatur, & genu prominentius, & ad inguina crus
inflectere nequeunt, & iuxta penem tumor manifestus
occurrit. tanquam femoris capite illic desidente. Qui-
bus autem in exteriora promota est, iis contrariæ notæ
eueniunt, siquidem crus breuius apparet, & iuxta penē
15 regio in sinum dehiscit, clunes inturgescunt, & genu inte
rius demergitur, crus inflectere possunt. Si in prio-
rem partem prolapsa est, crus sine dolore genu exten-
dunt, non autem ad interiorem partem inclinare pos-
sunt, incedere conantes, urina his supprimitur, inguina in
20 tumescunt, nates rugosæ excarnesq; apparent, calci in-
ter ambulandum innituntur. Porrò quibus in posterio-
ra excidit, non aut poplitem, aut genu extendunt, neq;
inflectere prius quam inguina possunt, atq; his crus bre
uius, inguina laxiora apparent, & per nates femoris ca-
25 put eminet. Quibus sane iam inde à pueritia, aut certe
longiore temporis spatio ariculus prolapsus curæ non
fuit, etiam præsidium nihil promouerit, membro iam in
orbem coacto. Quibus autem continenter excidit, hi
curationem Hippocratis assument, quapropter statim
30 reponi luxata debent uetustæ siquidem coxæ luxatio-
nes, nullo modo consanescunt. Communiter itaq; in
quatuor luxationibus, concinnatio congruet, tum quæ
conuersione articuli & circunductu fit, tum quæ intensio
ne. Si enim affectus recens fuerit, & æger iuuenis, nonnū
35 quam femur continentes circumagentesq; huc illuc ar-
ticulum reposuimus, Quod si interiorem partem luxa

cio declinauerit, etiam crure solum subito & ualenter ad inguina quàm intime flexo, id quod requiritur effecimus: sin autem his non cesserit, intensione utendum, primum per manus adhibita, quæ crus ab inferiore parte trahant ac per iecur tibiamq; constringant, ex superiore autem parte, sub alas corpus circundent. Quod si etiam ualentior desideretur intensio, funibus contextis aut implicitis, uel loris crus deligare, omnino quidem supra malleolum: ut autẽ genu nihil patiatur, hoc quoque superius oportet: at pectoris regionem uincire necesse non est, uerum, ut dictum est, manibus subter alas comprehendatur, loriq; mollis & ualidi medium iuxta penem adaptatum in humeros reducemus anterius per inguina & clauiculã: posterius, per summas partes, duoq; lori capitula ministro trademus, deinde omnes simul trahentes, ut ægrotantis corpus eleuetur, intensionẽ moliuntur. hic quidem intendendi modus communis est quatuor femoris luxationum differentiis, priuatim autem in singulis modus quo ossa ferra in sedem suam compelluntur, Græci mochlian dicunt, euariat. Intenso homine siquidem in interiorem partem articulus exciderit, lori iuxta penem siti medium inter femoris caput ipsumq; penem dispensari conuenit, referri autem lorum per inguina adiacentia & clauiculam expedit. At adolescẽs quidam duobus cubitis affectum femur, qua crassius est, circundatum, in exteriora ualenter extrahet. Atque hic modus inserendi aliis expeditior est, cui si articulus non cesserit, aliis quoque utendum, uariis quidẽ magis, sed eo efficacioribus. intendi etenim hominem super lignum grandius aut scamnum oportet, in quo ẽt spinæ gibbero uitiatos intendimus. Insculpentur autem per totum fere oblongæ quædam ceu fossæ, quæ latitudinem altitudinemq; trium digitorum, non maiorem habeant, dissidentes inuicem non magis quàm digitos quaternos, ut sera iuxta extremum in ipsis resistente, in quancunq; partem conueniat, restituatur membrum.

Per medium autem lignum aut scamnum, aliud impin gatur lignum pedalis longitudinis, columnulæ modo crassum, ut sub hoc intenso homine, lignum inter penē & femoris caput perueniat. Simul enim corpus iis qui à
5 pedibus trahunt porrigi prohibebit, eoq; ne usu quidē sæpe uenit in contraria ex superiore parte intēsio: simul autem intenso quoque homine ipsum lignum femoris caput foras propellet. ac intensio iuxta superius dictum modum administrabitur, præsertim pedis. Quòd si ne
10 sic quidem in sedem suā redierit, impactum lignum re- ctum auferri debet, ex latere autem huius situs utrinque singula ligna infigentur, tanquam limina, non minus q̄ pedalis longitudinis. his aliud lignum adaptabitur gra- dus scalæ modo, ut trium lignorum figura H literam
15 repræsentet, nam paulo inferius summis medium lignū accommodabitur. Deinde in sanum latus iacente homi ne, sanum quidem crus inter hæc limina subter gradum quodammodo ducemus, affectum autem crus ex supe riore parte super hunc ponemus, ut ipsi femoris capiti
20 accommodetur, substrato prius ei multiplici uestimen- to, ne femur contundatur. aliud autem lignum medio- criter latum tantam habens longitudinem ut à femoris capite usq; ad malleolum subiectum pertineat, intrinse- cus cruri alligabitur. Vbi iam facta est hæc intensio,
25 aut per pistillum, ut in gibbero prius diximus, detrahe- re ad ima crus cum alligato ligno oportet, ut uiolentia hac femoris caput in propriam sedem reuertatur. Cæ- terum est & alius reponendi modus sine intensione per lignum, ab Hippocrate commendatus. Manus
30 enim, inquit, ægrotantis molliter costis alligare opor- tet, & pedes utrosque ualido loro molli per malleo- los & super genu fasciare, ut quatuor digitorum spa- tio inuicem distent: intenso autem affecto crure duo- bus digitis magis quàm alterum hominem suspen-
35 dere, ut caput cubitos duos à terra absit. Adolescens uero aliquis peritus cubitis suis femur affectum com-

prehendens qua breuissimum est, ubi & caput femo-
ris,& ex rheda suspendens hominem facile compellet
articulum ingredi. Atque hic reponendi modus aliis
quidem simplicior est,ut qui non multo apparatu pera-
gatur,sed ueluti miserabilem ipsum, uulgus abomina- 5
tur. Porrò si in exteriora membrum fuerit luxatum, ho
mo superius intendi debet, lorum autem iuxta penem
per oppositas parteis ferri conuenit,inguina dico & cla
uiculam:medicum ab exteriore parte introrsum agita-
re iuxta conuenientem foueam ex iis quæ insculptæ 10
sunt,ministro quodam uectem ad sanum clunem ne ce
dat,obiiciente. Sin autem in priora promotus est articu
lus,homine intenso uir quidam ualidus dextræ manus
palmam affectis inguinibus imponens, altera compri-
met,simul ad ima,simul ad genu constringet. At si in 15
posteriora prolapsum est articulamentum,non opus est
quidem hominem in altum usque intendi, sed in firmo
iacere, quemadmodum etiam si in exteriora articulus
exciderit. Sicuti autem in gibbero dicebatur,super lignũ
aut scamnum homo pronus intendetur, uinculis non 20
per ilia,sed in crure,ut nuper dictum est,porrectis. Iam
uero uti conuenit constrictione per asserem adhibita,
iuxta clunium regionem,ubi & articulus excidit. atque
hæc sane de coxendice ex causa foris adueniente lu-
xata,dicta sint. quoniam uero propter copiam humi- 25
ditatis, ueluti humerus,sic etiam coxa prolabitur,ustio-
ne utendum est,quemadmodum in capite ipsius com-
prehendimus.

DE GENV ARTICVLO. Cap. CXIX. 30

GEnu in treis parteis promouetur,interiorem ni-
mirum,exteriorem, & iuxta poplitem. in prio-
rem enim prolabi opposita patella prohibetur.
Eiusdem igitur intensionis utentes modis, interim per 35
manus solas,interim etiam funibus, decenter deligabi-

mus,reliquamq; adferemus curationem, hoc spectãtes ut particula diutius immobilis conseruetur.

DE MALLEOLI ARTICVLO, ubi etiam de pedis digitis agitur.

5 Cap. CXX.

TAli articulus si paulum excessit, modica etiam intensione curatur: si toto loco mutatus est, uehementiore indiget auxilio. Tentandum itaque & hic per manus ualidiore intensione uti. Quòd si nõ
10 reponitur, homine humi resupinato extensoq; longũ aliquem & ualidum palum inter duo femora iuxta penem in imam humum rectum defigemus, ut corpus aduersus eum renitens ad pedis intentionem non cedat, imo prius defigetur, q̃ homo decumbat. Quod si ma-
15 gnum illud lignum adest, quod pedale aliud lignum ꝑ medium habere defixum diximus, super hoc intensionem moliemur. ministro uno femur continente retrahenteq;, alter manibus aut loro pedem trahet, medicus luxatum manibus diriget, alterumq; pedem alius ad
20 ima continebit. A repositione deligari, tuto pes debet, fasciis ad superiorem pedis partem, aliis ad talum, distributis, cura adhibita ne posterior tendo iuxta calcem cõstringatur. In hoc casu usq; ad dies quadraginta in quiete homini perseuerandum est. nam incedere ante abso-
25 lutam curationem tentantes, particulam reddunt inutilem. A si quis ex saltu, ut fieri solet, calcis os peruerterit, uel etiam aliam quampiam inflammationis dispositionem fecerit, blanda quadam intensione, conformatione fomentis inflammationi contrariis, & fasciis firmis id di-
30 rigendum est, homine similiter usq; dum consanuerit, in lectulo perseuerante. Cæterum digitorum peruersio ut in manibus dicebamus, non difficulter moderata tensione emendatur. In omnibus autem luxatis peruersisq;, postquàm instaurata sunt & conquierint, inflammatio-
35 nem in atticulis, ut uerisimile est, remanentem, aut tumorem, quæ etiam diu membra à functionibus im-

pediunt, mollientibus remediis persanabimus, quorum materiem nullus qui in artis operibus uersatur ignorat.

DE LVXATIS CVM VLCERE. Cap. CXXI.

IN luxatis cum ulcere multa requiritur prudentia. Dum enim hæc inseruntur, extrema pericula, nonnunquam & mortem inferunt. inflammatis enim ex tensione iis qui adiacent neruis & musculis dolores ualidi, conuulsiones, & febres acutę oboriuntur, præsertim in cubiti gibbero, genu, & superpositis partibus. Nam quo principalibus sunt uiciniora, hoc maius periculum concitant. Hippocrates itaque horum repositionem, ualentioremq́; deligaturam omnino auersatur. solis autẽ quæ inflammationem abigunt leniuntq́; præsidiis, per initia uti præcipit. Sic enim ipsis superesse forsan licebit. Quod autem ipse in solis digitis consulit, id nos reliqs etiam articulis facere tentabimus, ac inter initia statim quum pars adhuc inflammatione caret, prolapsum articulum mediocri intensione reponemus. quod si iuxta animi institutum euenerit, persistemus, sola ratione quæ inflammationẽ arcet, utentes: si inflammatio quæpiam, aut conuulsio, aut aliquid prædictorum contigerit, rursus eiicere ipsos necessarium est, si quidẽ citra uim porrigantur. at si hoc quoque discrimen metuamus, (non enim porrigentur forsan inflammata) satius est per initia in maioribus quidem articulis repositione supersedere. ubi uero inflammatio declinauerit, (id autem fit post septimum nonumve diem) præfati etiam periculum, quod ex repositione futurum sit, tum quòd si non repositum fuerit, claudi omnino superuiuent, conabimur tuto administrationem obire, utentes, propter commoditatem etiam ferula. Porrò ulceris curationem ut in fracturis cum ulcere dictum est, administrabimus.

DE LVXATIONE CVM fractura facta. Cap. CXXII.

AT si luxatio sine ulcere cum fractura euenerit, communi intensione & per manus conformatione utendum est, ut in simplicibus fracturis docuimus: cum ulcere autem rursus, ex fracturis cum exulceratione & luxationibus priuatim expositis, congruam administrationem petemus.

PAVLI ÆGINETÆ LIBER SEPTIMVS,

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete.

DE TEMPERAMENTIS, QVÆ per gustatus qualitates deprehenduntur. Cap. I.

DE SENSILIVM CORporum temperamento, coniecturam ex odoratu aliquam sumere, haud est securum. Nam inodora, substantiis crassa, quidem sunt, sed non ita constat quo sint calore, & frigiditate prædita: odora uero, & tenuia quodammodo sunt & calida, sed quatenus id sint, neutiquam ostenditur, quòd substantiam habeant inæqualem. Multo adhuc minus ex coloribus exacte quid licet colligere, cum in singulis calida, frigida, humida & sicca reperiantur. Verum in gustatu omnes similiter particulæ corporum gustabilium, ut hoc uocabuli usurpem, linguæ obiiciuntur, sensumque mouent, ut manifesto ex ipso quoque temperamentorum uires deprehendamus. Quod igitur astringit, contrahere, obturare, densare, repellere, incrassare, atque

ante hæc omnia, refrigerare, ſiccareq́; eſt idoneum. Acidum, incidere, diuidere, extenuare, aperire, & perpurgare citra calefactionem poteſt. Acre, ſimilem acido effectum præſtat, extenuando purgandoq́;, ſed acidum refrigerando euariat: acre, calefaciendo: præterea illud repellit, hoc attrahit, diſsipat, *rumpit, cruſtas inducit. Pari modo etiam amarum meatus expurgat, abſtergit, extenuat, incidit ſuccorum ſpiſsitudinem, ſine calore manifeſto. Aquoſum frigidum incraſſat, cogit, contrahit, obturat, mortem ſtuporemq́; inducit. Salſum contrahit, ſtringit, conſumit, ſiccat, citra inſignem caliditatem frigiditatemve. Dulce laxat, cõcoquit, emollit, rarefacit, oleoſum humectat, emollit & laxat.

*Impreſſum hẽt ἐκρήσσει

DE ORDINE ET INTERVALLO temperamentorum. Cap. II.

MOderatum ſane medicamentum ita ut temperatura ei reſpondeat cui admouetur, inde quod nec ſiccet, nec humectet, nec refrigeret, nec calefaciat, ipſum neque ſiccum, neque humidum, neque frigidum, neque calidum, nominare conuenit. Quod autem ſiccius eſt, aut humidius, aut calidius, aut frigidius, à præpollente appellatur facultate. Præſtat autem in unoquoque exceſſu, quatuor, quantum ad uſum ſpectat ordines ſtatuiſſe: calidum quidem nominãtes in primo ordine quod utique nos calefacit, ſed non euidenter, ut illius rationali quadam demonſtratione indigeat. Simili ratione, frigidum, & ſiccum, & humidum, quodcunque demonſtrationem requirat, nondum actionem ualidam euidentemq́; ſortitum. At quæ manifeſto iam ſiccare uel humectare uel calefacere uel refrigerare poſſunt, ad ſecundum huiuſmodi ordinem referentur. quæ uehementer iam ſed non ſumme id faciunt, tertio annumerantur. quæ uero ſic calefaciunt ut cruſtas inducant, quarti ſunt ordinis. ſimiliter quæ refrigerant, ita ut mortis habitum concilient, hæc quoque ad quartum relegantur. Porrò ſiccius medicamentum nullum eſt in-

uenire quarti ordinis, si non urat. Nam si quod summe exiccat, id plane urit: huius notæ sunt, chalcitis, misy & calx. Tertii uero ordinis siccantium potest aliquod esse etiam non urens, quemadmodum quæ uehementer a-
5 stringunt omnia, è quorum numero est omphacinum, rhus & alumen.

DE PARTICVLARIVM SIMplicium medicamentorum facultatibus. Cap. III.

10

ABROTANVM.

Abrotanum & calefacit & siccat in tertio abscessu, digerendi incidendiq́; facultate præditum, modice uero astringit, totiq́; corpori cum oleo
15 infricatum, rigores circuitu remeantes persanat, stomacho minus amicum est. crematum maiores in siccando uires acquirit, quàm quod ignem non est expertum. Capillorum defluuia quas alopecias uocant cũ tenui quodam oleo inunctum explet.
20

AGALLOCHVM.

Agallochum lignum est q̃d adhuehitur ex India thyiæ ligno simile, odoratum. Mansum animæ suauitatem cõmendat. Item in suffitum adhibetur. Radix eius pota denarii pondere, languidum ex humore uentriculum, re-
25 solutumq́; confirmat. Ad hæc iecinorosis, dysentericis, pleuriticisq́; opitulatur.

AGARICVM.

Agaricum radix est ex arborum truncis prognata, corpore fungoso, quæ ex aeria terrestriq́; substantia coalue-
30 rit, uis eius est digerere crassos humores & incidere. Vnde etiam uiscerum maxime obstructionibus purgãdo medetur.

AGERATON.

Ageraton uim habet digerendi, & præter id inflamma-
35 tionem leniter arcet.

Vitex, qui Græce agnus uel lygos appellatur, in tertio ordine tum calefacit tum siccat, substātia tenuis est, eoq; flatus abolet, castitati conseruandæ facere creditur, non modo commanducatus potusq;, uerum etiam in cubitum substratus. semen ipsius facit iecori obstructo lieniq; potum. frictus autem uitex minus inflat, & facile digeritur. 5

AGROSTIS, GRAMEN.

Gramen Parnasi maxime utile est, siccat, modice refrigerat, tenuis substantiæ & subacerbæ: eoq; uulnera cruenta glutinat. decoctum eius uesicæ calculos confringit. 10

ANCHVSÆ QVATVOR.

Quatuor sunt anchusæ, non eiusdem omnes facultatis. Nam onoclææ appellatæ radix astringendi uim habet & quiddam subamarum, ad lienis renumq; dolores efficax, itidem cum polenta illita erysipelatis succurrit, folia autem minus radice refrigerāt desiccantq;, hinc ad alui profluuiū bibuntur. Quæ dicitur lycopsis, astringens quodammodo efficacius, similiter erysipelatis conuenit. Onochelos uero seu Alcibiadios nuncupata medicacior quodammodo, uiperarum morsibus succurrit in cibo potuq;, & alligato. Quarta omnibus aliis breuior, sine nomine propemodum, maiore quam Alcibiadios, amaritudine donata: latis alui lumbricis instar acetabuli pota benefacit. 15 20 25

ADARCE.

Adarce ueluti spuma quædam est aquæ salsæ in cremis & arundinibus concreta, tantum uero acrimoniæ habet & caloris ut extrinsecus cū aliis imposita fere urat: intro eam assumere nulli licet. 30

ADIANTVM.

Andiantum siccat, extenuat, & modice discutit, calore ac frigiditate medium est: Alopetiis igitur medetur, tumores digerit, calculos potu confringit, reiectiones pulmonis desiccat, alui profluuium sistit. 35

AIZOON.

Aizoon duplex est,maius & minus: utrunq; refrigerat ex tertio abscessu.desiccat autem astringitq; mediocriter.Idem ualet erysipelatis,& ad herpetas inflammationesq, ex fluxione concitatas conuenit.

AETONYCHON.

De Aetonycho in capite de lapidibus pertractabitur.

ATHERA.

Athera pulticula est sorbilis ezea in tenuissimum pollinem redacta,aut è tritico confecta, infantibus accommodatur.Item cataplasmatis uice illinitur.

ÆGILOPS.

Aegilops discutiendi facultate prædicta est,unde etiam indurescentibus inflamationibns & ægilopi quæ oculorum fistula est,opitulatur.

AEGIROS, POPVLVS NIGRA

Populus nigra in primo ordine calefacit,modice siccat, & tenuis est substantiæ,cuius folia cnm aceto illita podagricos dolores sopiunt,Q uæ uero ex ea distillat resina, floribus calidior miscetur acopis et malagmatis,fructus cum aceto potus comitialibus auxiliatur.

AEDAEON, HOC EST, PVDENdum,masculi cerui.

Pudendum cerui masculi tritum atque ex uino potū, uiperarum morsibus subuenit,miscetur autem compositis facultatibus.

AETHALE, FVLIGO THVRIS.

Aethale et lygnys in litera L,exponetur.

AETHIOPIS.

Aethiopis similia uerbasco habet folia,radicis decoctū, potu datur ischiadicis,pleuriticis et sanguinem excreantibus,item faucium asperitates cum melle lenit.

AIMA, SANGVIS.

Sanguis frigidus nullus est,uerum suillus, humidior, et minus calet,humano maxime temperamento similis. Columbarum uero,palumbi& turturis,tēperatus quo

dammodo,oculorum liuores ex ictu , hyposphagmata dicunt,medicatur,si calidus instilletur.Item crassiori cerebri membranæ infusus,in his quorum calua perforata est inflammationem arcet. Noctuæ sanguis cum uino aut aqua potus,spirandi difficultatem adiuuat . Vespertilionum,uirginum mamillas tuetur , & pilorum incrementa illitum prohibere dicunt . Similiter sanguis, ranarum,chamæleontis,& ricinorum qui in canibus hęrentes inueniuntur,sangis facit.Galenus autem hæc facto rei experimento falsa esse pronuntiat.Caprarum uero siccitatis nomine aquas cutem subeuntes cum melle potus iuuat,renumq; calculos conterit . Gallinarum cohortalium sanguinis è cerebri membrana profluuia coercet.Agninus comitialibus prodest: hœdinus nuper coagulatus circa heminæ dimidium cum pari aceto contra cruẽtas pectoris excreationes bibitur. Vrsorum, syluestrium caprarum,hyrcorum & taurorum,abscessus maturare fertur.Terrestris crocodili,oculorum claritatẽ efficit.Equorum admissariorum septicis miscetur facultatibus.At antidotum ex sanguinibus,in lethalia medicamenta efficax est.Item anatis,hœdi & anseris,in antidota miscetur.

AERA, LOLIVM.

Lolium calore & siccitate ad tertium ferè ordinem pertingit,iridi facultate simile.

ACACALIS.

Acacalis fruticis,in Aegypto nascentis fructus est , cuius dilutum collyriis claritati oculorum efficacibus miscetur.

ACACIA.

Acacia tertii quidem desiccantium ordinis est, primi uero refrigerantium,at si elota fuerit, secundi. Est autem acerba & terrestris.

ACALYPHE, QVÆ VRTIca latinis dicitur.

Vrticæ & fructus & folia tenuem habent substantiam,

citraq;

citraq; rosionem siccant, tumores discutiunt, abstergunt, uentrem subducunt, mediocriter flatulenta, quare etiam ad uenerem incitant.

ACANTHVS.

5 Acanthum alii à nigro colore foliorum melamphyllō appellant, alii pręderotē, uis eius est discutere & siccare.

ACANTHIVM.

Acanthium tenui calidaq; natura præditum, conuulsis auxiliatur.

10 ACANTHA LEVCE, QVAE spina alba Latinis nuncupatur.

Spina alba radicem siccantem & modice astringentem obtinet, eoq; & stomachicis, & sanguinē expuentibus, dentiumq; doloribus succurrit: semen tenue calidumq; 15 est, qua ui conuulsioni quoque medetur.

ACANTHA, ID EST, SPINA ægyptia, uel arabica.

Spina Aegyptia, secundum alios Arabica, astringit siccatq; impense, unde & sanguinem, & alias defluxio- 20 nes retinet.

ACINVS.

Acinus ocimo similis, mediocres astringendi uires habet, ideoq; aluum & menseis pota sistit, illita uero panos & sacros ignes persanat.

25 ACONITVM.

Aconitum, quod quidem pardalianches dicitur, excedentem lethalemq; uim habet, quam ob causam intro non assumitur: extrinsecus tamen in carnibus quas exedi oporteat, uti licet quod uero à lupis lycoctinon dici- 30 tur, simileis priori uireis sortitum, priuatim lupos, ut illud pantheras enecat.

ACORON.

Acoron in tertio abscessu calefacit & desiccat, radice ipsius ad ciendam urinam, lienemque induratum uti- 35 mur: cæterum membranæ oculorum, ob cornus similitudinem ceratoidis dictæ, crassitiem extenuat.

ACRIDES, LOCVSTÆ.

Locustæ urinæ angustiis præsertimq; mulierum, suffitu prosunt. At quæ alis caret, contra scorpionis morsus cũ uino salutariter bibitur.

ACTE, HOC EST, SAMBVcus, & chamæacte, id est, ebulus.

Sambucus, & magnus, & ebulus, qui chamæacte dicitur, quasi humilis sambucus, uterque desiccandi facultatem obtinet, modice digerit & conglutinat, potus autẽ & manducatus, aquam per aluum educit.

ALS, SAL.

Sal quilibet uim habet uehementer siccam & astringentem, unde quicquid in corporibus humidum est, id oẽ depascit, reliquum astrictione confirmat, leuiterq; cõtrahit, *qua ratione ad salsamenta omnia adhibetur, putredinemq; arcet: crematus uero sal magis discutit.

Oribasius unde carnes eo cõditas à putredine conseruat.

ALTHÆA.

Alhæa seu ebiscus species est maluæ syluestris, uis eius discutit, laxat inflammationem abigit, lenit, & phymata concoquit, radix autem & semen reliqua sane intensa habet, uerum *exterit uitiligines abstergitq;, præcipue autẽ semen calculos quoq; confringit.

*Nõ male addetur proprie.

ALIMON.

Alimon dissimilarium partium est, salsum gustu & leuiter astringens, maxima ipsius pars calore temperata cum humiditate insuperabili est, & lactis ubertatem conciliat.

ALCÆA.

Alcæa syluestris maluæ & hæc genus est, in uino pota intestinorum torminibus & *crosiõibus medetur, multo magis ipsius radix.

* Græce est δήξεις nimirum deprauatum, pro ῥήξεις, id est rupturis sic enim habet Dioscorides.

ALCYONIVM.

Alcyonii genera omnia quidem abstergunt, discutiũtq;, acri qualitate prædita, sed milesium (est autem uermiculum purpureumq;) cæteris præstat: quare combustum, pilorum defluuia, quæ alopeciæ dicuntur, impeti-

genes,uitiliginesq; abstergit. Porrò quòd in superficie leuorem habet & uehementer acre est, non modo abstergit, uerumetiam excoriat. Postremo, quod lanis succidis respondet, omnium est, imbe-
5 cillimum.

ALME, QVÆ MVRIA DICITVR.

Muria nulli alteri mixta substantiæ, similes habet salsi uires, sed imbecilliores aqua contemperata: at salsorum pi-
10 scium oliuarumq; colymbadum muria ualentius abstergit, contra intestinorum tormina & coxendicum dolores clystere iniicitur.

ALOE.

Aloe calefacit in primo, siccat in tertio ordine, stoma-
15 cho etiam amica est, abstergit dissipatq;, aluum subducit, lota uero minus detergit, sed stomacho gratior est, inflammationem prohibet, & ulceribus cicatricem inducit, præsertim sedem & naturalia infestantibus.

ALOS ANTHOS, ID EST,
20 salis flos.

Flos salis liquidum est medicamentum sale concremato tenuius, acre, & satis digerens.

ALOS ACHNE, ID EST, salis spuma.

25 Salis spuma lanugo salis spumosa est, tenuior quidem illo magisq; discutiens, sed minus contrahit.

ALSINE, ID EST, AVRIcula muris.

Alsine, quam alii muris auriculã uocant, uim habet hel-
30 xinæ similem quę refrigerat humectatq;, quapropter ad feruentes inflammationes conuenit.

ALYPON.

Alypi semen bilem atrem per inferiora purgat pari epithymo mensura sumptum cum sale & aceto, ueruntа-
35 men intestina leniter exulcerat.

ALYSSON.

Alyſſon quod à cane rabido morſos iuuet, ſic appellatum eſt, cæterum ſiccatoria, diſcuſſoria, abſterſoriaq́; ui præditum, renum meatus aperit, ephelidem, quæ aſpera diſcolorq́; cutis eſt, exterit.

ALOPEX, ID EST, VVLPES.

Vulpes uiua aut mortua tota in oleo decocta, diſcutiendi uim oleo conciliat, adeo ut humores alte fixos in cutem extrahat, hinc articularii in ſolio eo repleto diutius immorati, incipientem quidem affectum finierunt inueteratum uero moderatiorem reddidere.

AMARACVS.

Amaracus tertio in ordine calefacit, ſecundo deſiccat.

AMARANTVS, QVOD EST centarium minus.

Amarantus extenuat, incidit, menſeis cum uino potus educit, ſanguinis grumos diſſoluit cū mulſo, omneisq́; fluxiones deſiccat, ſtomacho inimicus.

AMBROSIA, QVÆ ROMAnis caper ſyluaticus dicitur.

Ambroſia emplaſtri modo impoſita uim habet aſtringendi, reprimendi, retundendiq́;.

AMI.

Ami ad tertium calefacientium ſiccantiumq́; ordinem refertur, tenue, diſcutiens, & urinæ mouendæ efficax, ſemen ipſius longe utiliſſimum eſt.

AMIANTVS LAPIS.

Amiantus lapis in Cypro naſcitur alumini ſciſſo ſimilis, qui in ignem coniectus accenditur quidem inflammaturq́;, ſed non comburitur, utuntur eo nonnulli in deſicantibus pſilothris.

AMMOS, ID EST, ARENA.

Arena litorum maris affatim deſiccat, cādens feruensq́; ſole aquas ſubter cutem exiccat, corporibus hydropicorum in ea coopertis: torretur eadem ad ſicca fomenta in ſalis & milii uicem.

AMMONIACVM THYMIAMA, quod Latinis ammoniacum suffimen, & ammoniaci gutta dicitur.

Ammoniacum thymiama, liquor est tanta molliendi uirtute præditus, ut scirros & tophos discutiat.

AMVRCA.

Amurca secundi calefacientium siccantiumq; ordinis est, eiusq; intensi, sicca enim in aridis corporibus ulcera curat, in reliquis intendit irritatq;.

AMPELOPRASVM, HOC est, agreste porrum.

Ampeloprasum, seu porrum syluestre acerrimum est calidissimumq; in summo ordine, quamobrem etiam* exulcerat, inciditq;, uiscerum meatus recludit, stomacho inimicum.

*Impressum exẽplar κα- κοῖ habet pro ἕλκει

AMPELOS AGRIA, ID EST, uitis syluestris, quæ Latinis labrusca quoque dicitur.

Vitis syluesttis racemi & germina ipsa abstergẽdi facultate pollent, item nonnihil astringens obtinent.

AMPELOS HEMEROS, ID est, uitis satiua.

Vitis satiuæ facultas respondet syluestri, sed imbecillior est.

AMPELOS LEVCE, ID EST, uitis alba, quæ & bryonia dicitur.

Vitis albæ, quam & bryoniam & psilothron appellant, germina sanè ceu stomacho grata eduntur, urinæq; ciendæ sunt, radix abstergit, tenuis natura & mediocriter calida, unde fit ut lienes etiam potu consumat, extrinsecus autem cum ficis illita scabiei & lepræ medetur.

AMPELOS MELÆNA, ID est, uitis nigra.

Vitis nigra, quæ & ipsa bryonia nuncupatur, superiori consimilis est, nisi quòd inefficacior.

AMYGDALA.

Amygdala quæ quidem amara sunt extenuant, uiscosos crassosq; humores altius hærentes meatus recludẽdo educunt, tum in cutem erumpentes abstergũt: arbor eandem uim repræsentat: at dulcia amygdala moderato calore donata sunt. 5

AMYLON.

Amylon ex puro tritico aqua sub caniculæ æstu macerato conficitur, quæ (aquam dico) quinquies in die mutatur: quum autem tenerrimum euaserit, colo traiecta aqua quam superfuderis furfures secernere siccareque ad solem oportet protinus ante quàm acescat. Cæterum uis eius est refrigerare mediocriter, & siccare, & acria lenire. 10

AMOMVM.

Amomum acoro uirtute respondet, sed illud quidem siccius, hoc autem maturat expeditius. 15

ANAGALLIS.

Anagallis utraque uim habet abunde abstergentem subcalidam & attractricem nonnullam, ut etiam aculeos euellat, item succus ipsius naribus instillatus caput purgat. 20

ANAGYRIS.

Anagyris frutex est grauis odoris acrisq; calefacit & discutit, semen tenuius, & uomitui ciendo est.

ANDRACHNE, HOC EST, portulaca. 25

Portulaca tertio quidem abscessu refrigerat, secundo autem humectat, qua de re etiam causone laborantes uentriculo imposita iuuat, & fluxiones repellit, lentore suo dentium stuporem ex acidis contractum corrigit: ob astrictionem, & intestinorum tormina, & sanguinis profluuia coercet. 30

ANDROSÆMON, ID EST, humani sanguinis herba.

Androsæmi duplex genus est, alterum ascyrrhon uel ascyrrhoides nominatur specie hyperici alterum diony- 35

ſias fructus ipſorum purgat,folia aũt magis deficcant.

ANDROSARCES.

Androſarces amara acrisq; herba eſt,uis eius eſt diſcute re & deſiccare:potu tum ipſa,tum fructus ipſius urinam 5 promouet.

ANEMONÆ.

Anemonæ omnes uim habent acrem abſterſoriamq;, item extrahendi & oris uaſorum recludendis idoneam qua pituitam per os purgant,lepras tollunt appoſitu,& 10 lactis faciunt ubertatem.

ANETHVM.

Anethum calefacit in ſecũdo ordine intenſo, ſiccat pau lo remisſius,quod in oleo excoctum digerit , dolorem ſopit,ſomnũ conciliat,& crudos tumores maturat, uſtũ 15 tertii calefacientiũ ſiccantiumq; ordinis efficitur,humen tibus ulceribus utiliter illinitur:uiride quoniã humidius minusq; calidum eſt,non ita maturat.

ANTHYLLIS.

Anthyllis duplex quidem eſt , ſed utraq; ulcera perfic- 20 cat,quæ chamepityi reſpondet,tenuior eſt, quare etiam comitialibus competit , cæterum efficacius eadem abſtergit.

ANISVM.

Aniſi ſemen acrius eſt,in tertio abſceſſu calefaciens ſic- 25 cansq;,hinc utiq; & urinam mouet & flatus diſcutit.

ANTIRRHINON VEL anarrhinon.

Antirrhinon ſiue anarrhinon per ſimilem inguinariæ uim obtinet ſed minus efficaciem,atq; ex illo hoc quo- 30 que cognoſces.

ANONIS VEL ONONIS.

Anonis ſiue ononis calida facultate eſt, p̃ſertimq; eius radix cuius ſuccus cum uino potus urinam ducit,calcu- los conterit,cruſtas rumpit & dentes mitigat.

35 APARINE.

Aparine,quam alii philantropon,alii omphacocarpon

appellant, modice abstergit & desiccat, item tenue quippiam in se continet.

APIOS, QVAM LATINI PIrum domesticam appellant.

Apios temperatura inęqualis est, terrestre aliud sortita, aliud aquosum, ob quod manducata stomachum iuuat sitimq; arcet, illita uero siccat refrigeratq; mediocriter.

APOCYNON VEL CYNOcrambe, id est, canina brassica.

Apocynon ceu cynocrambe, dicitur autem & cynomoron quod celerrime canes enecet, eademq; ui maleficium & lethalis homini est, fœdi admodum odoris est, & calida citra siccitatem, unde etiam digerendi facultatem illita repræsentat.

APOCHYMA VEL ZOPISSA

Apochyma pix est uetus quæ à nauigiis, deraditur, tumores diffundit, siccat & discutit.

ARACHNE, ID EST, ARANEVS.

Araneus in emplastrum emollitus impositusq; fronti et temporibus tertianarum febrium circuitus finit, ut Dioscorides memoriæ mandauit, tela ipsius applicata sanguinis fluores sistit, & ulcera in summa cute ab inflammationibus tuetur.

ARGEMONE.

Argemonæ facultas est abstergere simul & discutere.

ARISARVM.

Arisarum multo breuius est aro, acriusq;, radicē oliuæ magnitudine obtinet.

ARISTOLOCHIA, QVOD latini malum terræ dicunt.

Aristolochia omnis calida, tenuis, abstergens, amara, & subacris, ad medicinas utilissima, at rotunda, tenuior & in omnibus efficacior est, clematitis odorata quidē sed imbecillior, longa uero pręter alia, media harum est sed non minus calida, quam rotunda.

ARCEVTHOS, HOC EST, IV-niperus.

Iuniperus calefacit & siccat in tertio ordine, fructus autem calefacit quidē similiter, sed in primo gradu siccat.

5 ARCION.

Arcion siue prosopites folia habet cucurbitis maiora, durioraq́; discutit quidem siccat & astringit, quapropter & folia ipsius uetusta ulcera persanant.

ARCTION.

10 Arction uerbasco simile est, radicem habet teneram, cādidam, & dulcem, uis eius est tenuis, siccans, & mediocriter astringens.

ARMENIACVM.

Armeniacus lapis uim habet abstersoriam simul cum
15 modica acrimonia & minore astrinctione, hinc etiam ocularis facultatibus miscetur, & alendis palpebrarum pilis usum habet.

ARNABO.

Arnabo ex aromatis habetur, ob quod unguentis potis-
20 simum temperatur, calida siccaq́; potentia præditum in tertio ordinæ, cassie & caperfio simile, unde Posidonius ubi cinamomi copia non datur, hoc utendum esse censet.

ARNOGLOSSVM, ID EST,
25 plantago.

Plantago refrigerat pariter & desiccat in abscessu secundo, temperata ex aquea & terrestri substantia, cui etiam astrictionis nonnihil adsit, quo nomine ad maligna ulcera, fluxiones, putredinesq́; accommodata est, tempera-
30 menti moderatione, sanguinis quoq; profluuia cohibet & plurimis congruit, etenim siccitatis quæ nequaquam rodit compos est, & frigiditatis quæ nondum stuporē inducit.

ARON.

35 Aron calore & siccitate primi est ordinis, ex terrestri calida et astringente substantia et hoc generatum, radices

ipsius calidiores sunt, dracunculo inferiores.

ARSENICVM, QVOD AVRI-
pigmentum Latine dicitur.

Arsenici uis est caustica, utuntur eo & in pilis abolendis, quod si cui diutius adhæserit, eam ipsam depascit, ustū uero tenuius redditur.

ARTEMISIÆ.

Artemisia utraq; secundo in ordine calefacit, siccat in primo, tenuis adeo substantia est ut renum calculos comminuat, & uteri fomentis recte accommodetur.

ARTOS, ID EST, PANIS.

Panis illitus intensius digerit quam triticum, ceu & salis & fermenti particeps. Nam ad extrahendnm ea quæ al te hærent, fermentum idoneum est.

ASARVM.

Asarum similem acoro uirtutem habet, sed magis in-tensam.

ASBOLE, HOC EST, FVLI-
GO PICTORVM.

Fuligo qua pictores utuntur: ex uitrariis officinis sumi-tur, uim habet digerentem, adeoq; acrem, ut & urat & exedat, cæterum *adusta cum rosaceo cerato ad cicatricem perducit.

* Dioscorides κατάγματα hoc est rupta.

ASCALABOTES, ID EST, STEL-
lio transmarinus.

Ascalabotes animal ad reliqua sanè inutile est, sed scorpionum ictibus impositum opitulari ipsum tradunt: miscetur etiam uehementibus medicinis.

ASCLEPIAS.

Asclepias calida, sicca, & tenuis substantiæ, torminibus cum uino pota competit, uenenatorum autem morsi-bus & maleficis mammarum muliebriumq; locorum uitiis illinitur.

ASCYRRHON.

Ascyrrhon in androsæmo expositum est.

ASPALATHVS.

Aſpalathus diſsimili conſtat uirtute acri & aſtringente, & utraq; ſiccante, idcirco & putredini & fluxionibus utilis eſt.

ASPARAGVS.

5 Aſparagus petræus, aut myacanthinus abſtergit utique, ſed calore & frigiditate medius eſt, renes & iecur obſtructa recludit, præſertimq; radices & ſemen. Item dentium doloribus medetur.

ASPLENON.

10 Aſplenon tenue quidem eſt uirtute, nõ tamen calidum, hac utique ratione & calculos confringit, & lienes conſumit.

ASTAPHIS, ID EST, VVA paſſa, quæ ſtaphis etiam dicitur.

15 Aſtaphis domeſtica concoquit ſimul & aſtringit, & leuiter diſcutit, ſylueſtris autem acris adeo eſt, ut pituitã per os educat, & uehementer abſtergat.

ASTER ATTICVS, SIVE inguinalis herba.

20 Aſter atticus, quam alii herbam inguinalem uocant, ob hoc ipſum quòd non tantum emplaſtri modo impoſita, uerum adalligata etiam bubonibus prodeſſe creditur mixtæ eſt uirtutis, digerentis & refrigeratoriæ.

ASTRAGALVS.

25 Aſtragalus frutex eſt exiguus cuius radices aſtringunt, ipſe non ignauiter deſiccat, ulcera itaq; uetuſta ad cicatricem perducit, & aluum fluentem radix in uino pota ſiſtit: plurimus in Phęneo Arcadiæ naſcitur.

ASPHALTVS, BITVMEN.

30 Bitumen ſiccat calefacitq; in ordine ſecundo, quare ulcera cruenta glutinat.

ASPHODELVS, QVÆ HAſtula regia dicitur Latinis

Aſphodeli radix uim habet detergentem diſcutientẽq;

35 concrematæ autem ipſius cinis calidior, ſiccior & tenuior euadit, quo fit ut pilorum defluuiis medeatur.

ATRACTYLIS, QVAM ROmani Forcitunicam dicunt.

Atractylis seu cnicum syluestre ex spinosorum genere habetur,ui siccante et mediocriter calida.

ATRIPLEX.

Atriplex humectat sanè i secũdo,refrigerat in primo ordine,qua de causa uentrem quoq; emollit:semen ipsius ui pollet abstersoria unde,ictericis ex iocinoris obstructione accommodatum est. 5

APHACE.

Aphace lenticulæ modo astringit,sed manducata ægrius concoquitur,ualentius siccat, mediocriter calefacit. 10

APHRONITRVM.

Aphronitri uis est discutere et abstergere,ut non solum sordida exterat,sed etiam pruritui (quippe saniem dissipat) medeatur,potum uero stomacho nocet.

Oribasius Galenusq; ob adiiciunt.

APROS, ID EST, SPVMA NITRI. 15

Spuma nitri proximam nitro facultatem obtinet ,sed tenuior substantia, ob quod et leuis, farinæ modo existit.

ACHRAS, QVOD PIRVM agreste dicitur. 20

Pirum agreste eandem piro domestico uirtutem habet, sed magis intensam,quapropter,magnis uulneribus glutinandis est.

ABSINTHIVM. 25

Absinthium calidum primo abscessu est, siccum tertio astringenti,amara & acri simul donatum qualitate: quæ biliosos in uentriculo humores per aluum & urinas inanit,quibus autem pituita redundat, hos propter astrictionem nihil iuuat:succus ipsius, herba multo calidior est. 30

Enumeratio eorum quæ à B incipiunt.

BALANVS MYREPSICA, hoc est,glans unguentaria. 35

Quæ intra m unguentariam glandem ceu carnosa sunt,

abstergendi incidendiq; cum astrictione uim habent, eamq; ob causam denarii unius pondere cum mulsa pota, facile uomitiones cient, & inferiorem uentrem subducunt, cum posca uero laxandis extis accommodata sunt. item cutis uitia cum aceto peruncta exterunt. Cortex alioquin egregia astringendi uirtute pollet.

BACCARIS.

Baccharis odorata est herba similis cinamomo, coronaria et acris: huius radicis decoctum meatus obstructos aperit, urinam et menseis citat, folia ipsius quum sint astringentia, fluxionibus opitulantur.

BALAVSTIVM,

Balaustium syluestris punicæ flos est, ualide astringens, sicca & frigida facultate præditum, itaque summæ cutis ulcera ad cicatricem perducit, & destillationes cohibet.

BALSAMVM.

Balsami, quod ueluti lignum est, siccat & calefacit in secundo ordine, subtilemq; habet substantiam, liquor autem multo tenuior est, fructus proxime hunc uirtute accedit, sed minus tenuis est.

BALLOTE, MARRVBIVM NIGRVM.

Ballote quod alii marrubium nigrum dicunt, acris est & abstersoriæ facultatis, impositum cum sale rabidi canis morsibus medetur.

BATVS, RVBVS.

Bati fructicosum, abunde abstringit & siccat, qua de causa & uulnera committit, & defluxiones sistit, radix autem prӕter astrictionem, non parum etiam subtilis est, unde renum calculos confringere est idonea. fructus si maturus est, magis calefacit, simulq; mediocriter astringit, ac ideo cibo idoneus est, immaturus autem et acerbus est et ualide siccat, præsertim retorridus. Eadem etiam flos efficit.

BATRACHION, RANVNculus herba.

Ranunculi quatuor ſunt genera, omnia excellenter calida, ſicca, acria, urentia, adeo ut ulcus cum dolore excitent, quibus ſi modice utaris, cutis uitia tantum exterunt, 5
radix autem arida ſternutamentis ciendis eſt medicamentum.

BATRACHI, RANÆ.

Ranæ aduerſus uirulentorum morſus in iuſculo coctæ eduntur. Crematarum ranarum cinis maxime ſic- 10
cans redditus, ſanguinis eruptiones ſiſtit, & capillorum defluuiis cum pice liquida medetur.

BDELLIVM.

Bdellium tũ Scythicum tum Arabicum ſcirros emollit, præſertimq́; recentes, Arabicum uero urinæ ciendæ 15
eſt, calculos comminuit maturatq́;.

BETONICA.

Betonica herba eſt ramulis exilibus pulegio ſimilibus ſed tenuioribus, & propemodum ſi guſtes, nullam qualitatem referentibus. Naſcitur potisſimum locis petro- 20
ſis, qua & in renum medicinis utuntur. Eſt autem apud Romanos alia quædam betonica dicta, quam Dioſcorides nominat ceſtron, alii uero pſychrotrophon, eo quòd frigidis locis gaudeat, nihil ſimile cum prædicta habet, præter actionem: at ultra quòd urinam ciet, eti- 25
am aliis multis benefacit. potisſimumq́; radix ipſius, cũ hydromelite pota uomitionem mouet, folia autem aluum ſubducunt.

BECGIVM, TVSSILAGO.

Tusſilago: quę Græcis bechion ſiue bechicon inde dici- 30
tur, quòd tuſſes recta ceruice ſpiran es ſuffitu iuuet, conſtat ex calida aquoſaq́; ſubſtantia.

BLITVM.

Blitum eſculentum olus eſt, humidum frigidumq́; in abſceſſu ſecundo. 35

BVLBVS

Bulbus esculētus amari simul et astringentis, modice cō pos est, siccat glutinatq; uulnera, et abstergit. Qui aūt uomitum cit, multo calidiorem uim repræsentat.

BOTRYS.

Botrys, quam alii ambrosiam, alii artemisiam dicunt planta est insigniter odorata, hæc cum uino pota, subrecta ceruicem spirantibus quos orthopnoicos appellant, succurrit.

BVBONIVM, INGVINALIS HERBA.

Bubonium in Attico astere dictum est.

BVGLOSSVM, LINGVA BVBVLA.

Buglossum humidū calidumq; temperamento est, eáq; ob causam uino iniectum lætitiā animi cōciliare dicitur

BVNIVM.

Buniū qđ alii arctiō appellāt, calidū est, urinę et mēsibus educēdis accōmodatū, huic respōdet et pseudobuniū.

BVPRESTIS.

Buprestis animalculum est cantharidi simile, reponitur itaque sicut et illa.

BVTYRVM.

Butyrum maturat digeritq; mediocriter in teneris corporibus, bubones igitur et parotides iuuat, gingiuas extenuat, et præsertim in infantibus * dentientibus, item humores ex inflammatione pectori infarctos, linctum concoquit.

* Oribasius: infantiū dentitiones si gingiuæ eo illinantur, sine dolore promouet.

BVPHTHALMON, QVASI dicas bouis oculum.

Buphthalmon similem habet chamæmelo florem, sed multo maiorem acrioremq;, ideo et discutientem, adeo ut cerato mixtum duriitias remolliat.

BRATHY, HERBA SABINA

Sabina cupresso similis calefacit siccatq; in tertio ordine, tenuissimaq; est, extenuat & digerit pota, tum in putredines cupresso similiter efficax est.

Britannica astringit & conglutinat, syluestri lapatho specie similis, succus ipsius putredines os infestantes persanat.

BROMVS, VRENA.

Auena similem hordeo obtinet facultatem, siccat autẽ & modice citra corrosionem discutit, iam & nonnullius astrictionis compos est, unde & alui profluuiis subuenit.

BRYON THALASSION.

Bryon thalassion refrigerat simul & astringit, eoq; feruentes inflammationes illitum adiuuat.

BRYON.

Bryon, quod alii sphlanchnon dicunt, in quercubus & populis albis, piceisq; inuenitur, distrahendi simul & molliendi uim moderatam obtinet, potissimum quod cedris adhæret.

BRYONIA.

Bryonia dicta est uitis alba.

INITIVM LITERÆ G.

GALA, LAC.

Lac omne tribus constat substantiis, caseosa, serosa, & pingui, quam copiosissimam bubulum obtinet, unde ẽt butyrum efficitur. Serum ipsius uim habet abstergendi, unde & aluum subducit, si ipsum per decoctionem secernas, id quod caseum refert & crassum est, magis obstruit, atque ideo acrimoniam obtundit: coctum uero lac aut marinis calculis ignitis in ipsum iniectis, aut alio quodam modo, præsens fit remedium dysenteriæ, & acrium in uentrem defluxionum. Cæterum lac totum ad acres oculorum fluores aliasq; acrimonias conducit. At temperatissimum lac, muliebre est, mox caprillũ, hinc asininum, ouillumq;, postremo uaccinum.

GALE, MVSTELA.

Mustelæ concrematæ cinis abunde digerit, ex aceto igitur illitus podagricos, & articularios dolores: iuuat inarefact

refacta autem inueterataque mustela comitialibus auxiliatur.

GALION.

Galion à coagulando lacte dictum est, aparinæ simile, 5 siccandi uim, mediocremq; acrimoniã habet: flos eius ad sanguinis ex naribus eruptiões & ambusta cõgruit.

GALOPSIS, VEL GALIOPSIS.

Galopsis, quam alii galibdolon appellant, urticæ similis herba est, uerum maiorem habet *leuorem & odorem 10 grauem, scirrosos tumores dissipat & emollit, item ad ulcera serpentia facit emplastri modo imposita.

*Dioscorides hoc ad folia refert.

GARVM.

Garum calefacit exiccatq;, ac ideo aduersus ulcera putrida extrinsecus eo utuntur, præterea contra intestino- 15 rum tormina & coxendicis dolores ex partibus inferioribus iniicitur.

GENTIANA.

Gentiana radix efficax admodum est extenuare, perpurgare, abstergere, & meatus infarctos aperire.

20 GERANIVM.

Geranium id quod foliis respondet anemonæ, radicem habet esculentam, quæ cum uino denarii modo pota uteri inflationes dissoluit. altera geranii species ad medicinam inutilis est.

25 GE, TERRA.

Omnis terra desiccat: quæ uero alterius substantiæ expers est, etiam sine morsu id facit, at si ignea quædã ipsi qualitas admixta sit, lotione hanc quoque deponit. Inter cultas igitur terras quælibet pinguis omnium parti- 30 cularum quæ siccari postulant, curationi accommodata est: Aegyptio igitur luto utuntur contra aquas cutem subeũtes, & lienes induratos, item ad fungosos, laxosq; tumores euidenter proficit. Ex terris medicatis lemnia rubrica, quæ sphragis dicitur, siccat pariter & astringit 35 mediocriter, contra lethalia medicamenta præsentis antidoti uires habet, ulceribus malignis cũ aceto aut uino

medetur, sanguinis profusionem quamlibet sistit, intestinorum tormina finit, & depascentem dysenteriam intestino mulsa prius, deinde muria per clysterem eloto, per sanat. Synopis rubrica uehementior quàm lemnia, emplasticis miscetur medicinis, & pota lumbricos interemit, sed multo lenior est samia, ceu glutinans & uiscosa, quare utendũ ea est in his quæ leniri oporteat: omneis sanguinis excreationes, quacunque parte erumpat, compescit. Selenusia & chia maiore abstergendi uirtute pollet, ideoq; mulieribus ad nitorem cutis & læuorem in facie utilis est, ulceribus carnem & cicatricem inducit, præsertim ambustis. Cimolia mixtæ facultatis est refrigerantis discutientisq;, idq; simplex & illota. lota uero magis refrigerat, & ambustis ex posca medetur. Ampelitis à uineis appellata est, quòd innascentes ipsis uermes enecet, siccat & discutit egregie citra erosionem. Cretica aeria est, & sine morsu abstergit. Erethrias euidenter astringit, concremata uero sine rosione deficcat, præstantior uero est cinerea. Pnigitis similes cimoliæ uires repræsentat, sed colore nigrescit. Armenia, quam ét bolum nominant, summe deficcat, unde intestinorum torminibus, alui profluuiis, sputo cruento, tabi, spiritus difficultati ex humiditate, ulceribus humidis & pestilentialibus uitiis strenue opitulatur. Cæterum cum uino tenui diluto bibitur: si febris adsit, cum aqua. Alana autem gleba armeniæ uim obtinet. Ochra uim habet discutiendi exedendiq;, reprimit igitur supercrescentia ulcera & caua cum cerato mixto replet.

GERAS, SENECTVS ANGVIS.

Senectus anguis affatim siccat: aceto igitur subferuefacta, dentium doloribus medetur. Aspidis exuuium cũ melle tritum delitumq;, oculorum aciem maxime iuuat.

GES ENTERA, TERRÆ interteſtina, seu uermes terreni.

Lumbrici terræ detriti neruorum uulneribus impositi,

repente euestigio mirabile adferunt præsidium.

GIGARTA, NVCLEI ACINORUM UUÆ.

Nuclei acinorum uuæ desiccant ordine secundo, refrigerant primo. quum itaque abunde sint *acerbi omnibus alui uitiis fluidis, conueniunt.

*Græcū ψυχρὰ habet, quod est frigidi, pro στρυφνὰ, hoc est acerbi, sic enim Galenus uidetur legere.

GINGIDIVM.

Gingidium calorem non adeo manifestū sortitum est, cæterum siccat in abscessu tertio, & astringit, qua de causa & stomacho utile est.

GLAVCIVM.

Glaucium astringit, sed ita ut etiam non nihil gustanti sit ingratum, manifeste refrigerat, eaq; ui sacris ignibus nō ualidis succurrit.

GLAVX.

Glaux herba calida & humida temperamento est, unde ad lac generandum efficax est.

GLECHNON, PVLEGIVM.

Pulegium calefacit, & extenuat uehementer, unde si illinatur ruborem excitat, & crassos uiscososq; humores è thorace & pulmone emolitur.

GLOEOS, SORDES BALNEORVM.

Sordes balneorum calefaciunt modice, emolliunt, discutiunt, rhagadibus & condylomatis accommodatæ.

GLYCYRIZA, DVLCIS RADICVLA.

Glycyriza tepidi humidiq; temperamenti est, alicuius etiam astrictionis particeps, eoq; nō modo fauces exasperatas læuigat, sed etiam uesicæ scabiei medetur eadē sitim arcet.

GLYCYSIDE, PÆONIA.

Glycyside quam alii pentameron, nonnulli pæoniam uocant, radicem habet acrem & leuiter subamaram & siccantem, cui etiam astrictionis nonnihil inest, quapropter menseis ciet, renes & iecur purgat

instar amygdalæ pota cùm uino: at si hoc austerum fue rit, alui quoque fluores coercet, adalligata uero puero morbum comitialem abigit.

GNAPHALIVM, CENTVN CVLVS.

Centunculus dictus est gnaphalium. quòd foliis ipsius teneris loco tomenti, gnaphalon dicitur, utamur. sunt au tem calida & modice astringentia, atque hinc ad intesti norum tormina cum uino austero bibuntur.

CONGYLIS, RAPVM.

Rapi & radix & semen flatulenta & semini creãdo sunt, uenereḿq; excitant.

GORDYLON.

Gordylon alii seseli appellant, calidum est, urinæ & men sibus educendis habile, radix ipsius cũ melle lincta, quæ in thorace hærent, educit.

GYRIS, POLLEN FARI NACEVS.

Pollen uirtute respondet amylo, sed calidior est.

GYPSVM.

Gypsum uim habet siccantem opplentemq;, propter quam ad sanguinis ex naribus eruptionem conuenit temperatum cum candido oui liquore, ustum uim op plendi non similiter retinet, uerum magis siccat & repel lit præsertim cum posca.

QVÆ A D INCIPIVNT.

DADES, TEDÆ.

Tedæ acre quiddam habent, item uim concoquendi, & abstergendi nonnullam, unde aceto incoctæ den tium doloribus si hoc aceto colluantur, succurrunt: at si mel adiectum fuerit, pituitam per os educunt, mixtæ etiam eclegmatis faciles è thorace excreatus reddunt.

DAMASCENA.

Damascena, quum ad pruna uentum erit, exponam.

DAMASONIVM.

Damasonium abstersoriam quandam uim obtinet, qua

calculos conterit, & *aquas in uentre collectas educit.

DAVCVS.

Daucum, quod & staphylinon dicitur, duplex est, cuius radix flatulenta est, & uenerem mouet. Syluestris dauci semen minime flatus creat, sed urinam & menseis citat, quemadmodum & herba ipsa.

*Græce habetur οὖρα quod est urinas nimirum pro ὕδατα hoc est aquas.

DAPHNE, LAVRVS ARBOR.

Lauri arboris folia siccant & calefaciunt insigniter, magis quoque fructus: radicis cortex amarus & leuiter astringens calculos comminuit, & iecinorosis opitulatur cũ uino odorato triobolari pondere potus.

DAPHNE HERBA, LAVrus, alexandrina.

Daphne herba, quæ & Alexãdrina dicitur, calida, acris, & subamara est, idcirco menseis & urinas commouet: laureola uero, quæ daphnoides græce nuncupatur, eiusdem facultatis est: tum chamædaphne, quasi dicas humilem laurum, quæ & ipsa commanducatur.

DERMA, PELLIS.

Pellis ouina recens detracta, calens adhuc iis qui flagris cæsi sunt circumposita, mirifice auxiliatur. At hipoppotami pellis combusta & cum aqua læuis imposita phymata discutit. At uiperæ pellis detrita impositaque, pilorum defluuia mirabiliter reficit.

DERMATA, HOC EST, PELles seu coria ueterum calceamentorum.

Coria ueterum calceamentorum crematorum cinerem reddunt siccatorium, unde ex calceis pedum attritibus nondum inflammatis, ambustis intertriginibus, & tubeculis medentur.

DICTAMNON.

Dictamnum tenuius est uirtute pulegio, cætera simile. quod autem uocatur pseudo dictamnõ imbecillius est.

DIONYSIAS.

Dionysias dicta est in androsæmo.

DIPHRYGES.

Diphryges mixtæ est facultatis: habet enim quippiam astringens & mediocriter acre, ideoq; malignis ulceribus præsens est remedium.

DIPSACOS, QVOD LAbrum ueneris dicitur.

Dipsaci spinæ radix in secundo ordine desiccat, nonnullam uero abstergendi uim simul obtinet.

DORYCNIOM.

Dorycnion simile temperamento est papaueri & mandragoræ, immodice refrigerans: si quidem modicum torporem inducit: copiosius assumptum interimit.

DRACVNTIVM, DRACVNCVLVS.

Dracuntium simile quiddam aro habet, sed eo acrius, amarius, calidius, tenuiusq; est. Item astrictionis nonnihil habet coniunctum. Radix ipsius pota uiscera purgat & peruicacium seu malignorum ulcerum excellentissimum est remedium: folia respondent: fructus ualentior est.

DRYOPTERIS, FILICVLA.

Filicula dulcis, acris, & leuiter amara est: radix acerba est, cæterum uim habet exedētem, qua & pilos abolet.

DRYS. QVERCVS.

Quercus & folia & fructus siccante & tepida ui pollēt, quamobrem uulnera recentia glutinant, inflammationibus incipientibus medentur: at quod sub glandis corio & circa fructus carnem membranæ simile includitur, ualentius astringit: eoq; ad fluxum muliebrem, aliosq; fluidos morbos exhibetur.

QVÆ AB E INCIPIVNT.

EBENVS.

Ebeni ligni uis est excalfactoria, detersoria & subtilis, quapropter quæ pupillas obscurāt abstergere creditur, aliisq; oculariis miscetur medicinis.

ENCEPHALOS, CEREBRVM.

Cerebrum leporis coctum confricatum, comestumq́; infantium dentitionibus utile esse fertur: nonnulli uero tremoribus succurrere manducatum, literis prodiderũt. At galli cerebrum cũ uino potum ad uenenatos morsus efficax esse Dioscorides pronuntiat, et sanguinis è cerebri membranis eruptionem cohibere. Cameli cerebrum Galeno authore siccum cum aceto potum, comitiales persanat. Idem facit mustelæ cerebrum. Hirundinum cum melle in oculorum suffusiones efficax est. Cerebrum ouillum similiter præparatum infantium dẽtitionibus exacte opitulatur.

ELÆA, OLEA.

Oleæ ramusculi quantum astringunt tantum etiam refrigerant, fructus qui exacte ematuruit, moderate calidus est, immaturus maiorem tum astringendi tum refrigerandi uim repræsentat.

ELÆA, HOC EST OLEA, æthiopica.

Oleæ æthiopicæ lachryma ammoniaco tenui similis, uires habet extersorias, quare ad cicatrices, albugines, hebetudinesq́; oculorum ea utuntur, et ad dentium dolores, si cauis ipsorum iniiciatur, efficax est: nonnulli uero syluaticam esse hanc oleam asserunt.

ELÆON, OLEVM.

Oleum ex oliuis drupis dulce calidumq́; mediocriter est magis humectans: at quod immaturis oliuis exprimitur, Græci omotribes appellant, astrictionis particeps est tantæ quantæ etiam frigiditatis. Elotum uero oleum morsu ac rosione caret. uetus quanto diutius reseruatum tanto acrius calefacit discutitq́;, præsertim si iam inde ab initio tenue extiterit: iudicatur autem id, si purũ sit, pellucidum: si paucum magnam corporis partem inungat, & ex facili cutem penetret cõbibaturq́;: huiusmodi nimirũ est Sabinũ: quod aũt ex agresti olea funditur, abstergit simul et astringit, squalidissimumq́; id est in omni oleorum genere, ricininum uero æquales ueteri ui-

res obtinet:reliqua uero nempe ſeſaminum aut raphaninum & quæ eius ſunt generis,pro ſubſtantiis ex quibus conſtant,uires quoque diuerſas præ ſe ferunt.

ELAEOMELI, OLEOMEL.

Oleum in Syria ex trunco quodam arboris emanat craſsius melle & dulcius,quod inſtar duorum cyathorum potum cum aquæ hemina,crudos humores bilioſosq́; ex aluo educit:qui uero id bibunt, torpeſcunt, quod extimeſcendum non eſt,ſed excitari ipſi debent. 5

ELATERIVM.

Elaterium ſuccus ſylueſtris cucumeris fructus appellatur,in ſecundo ordine,calefaciens, quod menſeis prouocat,fœtus appoſitu propter ſummam amaritudinem necat,euacuationem etiam ex naribus cum lacte inſtillatum molitur:ab inferioribus partibus inditum,pituitam nonnunquam etiam ſanguinem extrahit. 10 15

ELATE, ABIES.

Abies arbor calefacit ſiccatq́; nigræ populo ſimiliter: de reſina ipſius in reſinarum ſermone agemus.

ELATINE.

Elatine herba eſt parietariæ ſimilis, mediocri frigiditate & aſtrictione donata. 20

ELAPHOBOSCVS.

Elaphoboſcus uirtutis eſt calefactoriæ &ſiccę in ſecundo abſceſſu ſubſtantia tenuis, 25

ELELISPHACVS, SALVIA.

Saluia euidenter calefacit & leuiter aſtringit.

H.ELENIVM, INVLA CAMPANA.

Helenium calidum eſt & ſiccum cum excrementitia humiditate,quare & eclegmatis temperatum infarctos thoraci hnmores educit,ac particulæ ex eo ruborem contrahunt. 30

ELEOSELINON, PALVSTRE APIVM.

Eleoſelinon in aquoſis natum locis idem poteſt quod 35

hortenſe apium,licet maius ipſo exiſtat.

ELEPHANTVS

Elephanti ex ungue ramenta ſi illinantur, reduuis proſunt:item osſium dentiumq; ipſius quum ſint ſiccæ facultatis & abſterſoriæ, huiuſmodi miſcentur medicamentis.

HELCYSMA, ARGENTI recrementum.

Helcyſma argenti eſt excrementum,uiribus plumbagini reſpondens:quippe aſtringit ſimul atq; extrahit, quo fit ut emplaſtris fuſcis & iis quæ cicatricem ducunt,adiſceatur.

HELLEBORVS, VERATRVM.

Veratrum utrunq; calefacit & deſiccat in tertio abſceſſu,item acre eſt & abſterſorium,unde etiam ad leproſa cutis uitia conuenit:nigrum uero, ſi fiſtulis inſeratur tribus diebus callum exterit.

HELICHRYSON.

Helichryſon alii chryſanthon, alii amaranthum appellant,coronarius eſt frutex,coma aurum referente, quæ cum uino pota urinæ anguſtiis, ſerpentium morſibus, coxarum dolori,& ruptis accommodata eſt, menſeis educit,ſanguinem coactum ex mulſo pota diſſoluit, & deſtillationibus auxiliatur.

HELXINE, PARIETARIA.

Helxinem alii perdicium,alii parthenium, quidam ſideritim,quidam heracliam nuncupant,uis eius eſt abſtergere,ac leuiter aſtringere,cum humiditate ſubfrigida.

HELXINE.

Helxine quæ & ciſampelus dicitur, uim habet diſcutiendi.

ELYMVS, QVÆ ET MELI ne dicitur Latinis panicum.

Panicum ſimile eſt miiio,ſiccans refrigeransq; extrinſecus illitum,cæterum & alui fluores deſiccat.

EMPETRON.

Empetron, quod ab aliis prasoides nominatur, pituitam & bilem purgat. est etiam salsum, quare abstersionibus accommodatur.

EPITHYMVM.

Epithymum in tertio abscessu siccat & calefacit, thymo efficacius.

EPIMEDIVM.

Epimedii uirtus est mediocriter frigida cum humiditate aquosa, quod si illinatur, mammas rectas conseruat, dicitur etiam sterilitatem potu facere.

EPIMELIS.

Epimelis, quæ etiam ab Italicis rusticis uocatur unedō, malus est syluestris, cuius fructus acerbus & stomacho inimicus est, capitiq; dolorem mouet.

EPIPACTIS.

Epipactis, quæ & elleborine appellatur, aduersus uenena & iocinoris affectus bibitur.

EREBINTHVS, CICER.

Cicer consuetum legumen flatus creat, ualentis materiæ, aluum facilem reddit, urinam mouet, lacti seminiq; generando accommodatum, idem menseis elicit: at crios appellatum, hoc est arietinum, aliis magis urinæ cienda est, decoctum ipsius præsertim nigri calculos quoque in renibus conterit, quod orobiæum ab eruo uocatur, calidius his est & subamarum. Syluestria quouis modo domesticis sunt ualidiora.

ERIA, HOC EST, LANÆ SORDIDÆ.

Lanæ sordidæ respersionibus utiles sunt, nam pinguedo ipsarum, quam œsypon Græci appellant, butyri modo concoquit: at quæ sordibus carent materiæ rationem duntaxat obtinent: concrematæ uim habent acrē calidam, siccam simul et tenuem, ut etiam flaccidas cum humiditate: ulcerum carnes protinus absumant.

ERICE

Erice ui pollet discutiente citra rosionē, sed flore ipsius

potissimum,& foliis utendum est.

ERINOS, QVOD LATINE ocimum aquaticum dicitur,

Erinos aquatica herba est,cuius seminis denarii duo cũ
5 mellis denariis quatuor illiti,oculorum fluxiones sistunt,
succus aurium doloribus benefacit.

HERMODACTYLVS.

Hermodactyli radix et per se,et ipsius decoctum uim
habet purgandi priuatim et arthriticis tunc quum hu-
10 mores defluunt exhibetur uerum stomacho nimis quã
aduersatur.

HERPILLVM, SERPILLVM.

Serpillum calefacit, ut et urinam et menstrua com-
moueat.

15 ERYTHRODANON, QVAM romani rubiam passiuam uocant.

Erythrodanon rubra tinctorum radix est acerba ama-
raq;,lienem,iecur et renes ita purgat,ut cruenta quoque
per urinam et menseis euocet: ac cutis uitia rancida
20 abstergit.

ERYSIMON.

Erysimi semen igneum calefactoriumq; est,nasturcio si-
militer,quare infermento tostum, thoracem purgat in
eclegmatis assumptum,duritiasq; emollit,et cæcos can
25 cros illitu adiuuat.

EVZOMON, ERVCA.

Eruca et ipsa priori similis temperamento, flatulenta
est, ob quod ad uenerem instigat, semen ipsius urinam
30 quoque mouet. Cæterum siluestris domestica ualen-
tior est.

EVPATORIVM.

Eupatorium tenuem uim et incidentem sine conspi-
cuo calore habet,qua iecur obstructum expurgat, est
35 et nonnullius astrictionis particeps.

EVPHORBIVM.

Euphorbium adurentem uim sortitum est subtilemq́;, aliis liquoribus similiter.

EPHEMERON.

Ephemeron non uenenum illud sed quod iris syluatica nominatur, mistæ potestatis, est, & repellentis [& discu- 5 tientis per halitum.]

[Additũ ex Galeno.

ECHIDNA, ID EST VIPERA.

Viperæ carnes calidæ & sicce temperatura euidenter existunt, quæ corpus totum per cutem expurgant, hinc multi quos elephantia male habebat, esu potuve ipsa- 10 rum consanuerunt: quæ in maritimis aliisq́; locis aridis degunt, magis ad sitim faciundam sunt efficaces.

ECHINVS, HERBA.

Echinus herba quædã acerba est, quæ repellat & siccet.

ECHINVS, ERINACEVS. 15

Erinacei terrestris fel, pilos defluentes glutinat, caro eius inueterata ualide discutit exiccatq́;: pota igitur elephanticis, malo habitu preditis, & aliis plurimis auxiliatur: pellis ipsius concremata uehementius siccat & digerit capillorum defluuia cum pice liquida peruncta sanat. 20 Marini erinacei quod esui idoneum est, urinam citat, & aluum reddit facilem: testa cremata, terrestri respondet.

ECHION.

Echion alii doriada, nonnulli alcibiadion uocant, spinosa herba est, quæ non modo à serpente commorsis cũ 25 uino pota auxiliatur, sed præsumentes quoque percuti non patitur.

HESPEMA, SAPA, SEV PASSVM.

Hespema mustum decoctum, quod alii siræon appel- 30 lant, calefacit modice & concoquit, est autem medicamentum et emplasticum, et rosionis expers.

QVÆ A Z INCIPIVNT.

ZEA. 35

Zea tritico uiribus respondet, medium inter calorem

et ſiccitatem obtinens, leuiter exiccat, necnon obſtruit.

ZINGIBER.

Zingiberis radix impenſe quidem calefacit, ſed non primo ſtatim occurſu, quòd ineuictæ cuiuſdam et craſſioris humiditatis particeps ſit, propter quam etiam facile perforatur, firmam autem conſeruat caliditatem.

ZYTHVS.

Zythus conpoſitæ eſt ſubſtantiæ, etenim acris eſt, ceu ex putredine procreatus, et frigidus, ex qualitate acida, eoq́; praui ſucci habetur.

ZYME, FERMENTVM.

Fermentum et ipſum cõtrariis cõſtat qualitatibus, quippe acoris cuiuſdam frigidi, ac è putredine nati caloris, tum eius qui ex ſalis et farinæ natura contrahitur, compos eſt: quare non mediocriter calefacit atque diſcutit.

ZOMOS, PISCIVM IVS.

Recentium piſcium ius eſculentum aluum et per ſe et cum uino potum deiicit, priuatim uero in hunc uſum conficitur ex phycidibus, ſcorpionibus iulidibus, percis, et ſaxatilibus aliis teneris nec uirus olentibus: coquũtur in aqua, oleo, anetho, et ſale. Item eorum quæ teſtacea cute integuntur, tellinarum, hiatularum, conchularum, et ueteris galli cum ſale diutisſime ex cocti iuſculum, uentrem ſubducit, econtrario gallinæ ius comprimit.

QVÆ AB H INCIPIVNT,

quod latini in e longum uertunt.

HEDYOSMVS, MENTA.

Menta in tertio ordine calida, tenuis, acris cum humiditate ſemicocta exiſtit, cuius cauſa etiam in uenerem incitat: ſed amari quoque nonnihil obtinet quo lumbricos enecat. Qua uero acerba eſt, recentes ſanguinis eruptiones coercet.

HEDYSARVM.

Hedyſarum aut pelecinos amarum eſt, leuiterq́; aſtringit, unde potum ſtomacho gratum redditur, cæterum

uiſcera obſtructa repurgat.

HELIOTROPIVM.

Heliotropium maius, quod et ſcorpiurum uocant calidam, ſiccam, et abſtergentem uim præ ſe fert, cuius decoctum potu educit pituitam, bilemq́ʒ: illitu fructus ipſius myrmecias et huius notæ uitia perſiccat. Minus autem heliotropium et hæc abolet et lumbricos interimit, ſi cum fructu, nitro, hiſſopo et cardamomo bibatur.

HELECTRVM.

Electrum populi albæ lachrymam dicunt, quæ iuxta amnem Eridanum deſtillat, et in ſpiſsitudinem coit, aureo colore, quod ſi læuigatum bibatur ſtomachi, et alui fluxiones et ſanguinem compeſcit.

HEMEROCALLES.

Hemerocallis radix uiribus lilio reſpondet, ſimiliter illi ambuſtis opitulatur.

HEMIONITIS.

Hemionitis aſtringens ſimul et amara eſt, idcirco lienoſis cum aceto pota ſuccurrit.

HEPAR, IECVR.

Iecur rabidi canis toſtum aſſumptumq́ʒ, iis qui ab eo commorſi ſunt ſubuenire fertur. Caprilli iecoris toſti humor tenuis, ſanies ve luſcioſos iuuare inſtillata, uaporq́ʒ eius decocti oculis recipi iubetur: idem iecur aſſum mãducatum, comitiales coarguit. Idem preſtare et hircinum ferunt, Ad hæc lacertæ iecur dentibus corroſis impoſitum, dolorem ſopit. Item lupinum, medicamini hepatico quod conſtat eupatorio iniicitur. Aſininum toſtum comitiales, ſi ieiuni id manducent, adiuuat. Apri iecur recens inarefactum tritumq́ʒ cum uino, ad ſerpentium morſus bibitur. At mergi hepar ſiccum epotum, calculos eiicit.

ERIGERVM, SENECIO HERBA.

Senecio mixtas habet uires, refrigerat et modice diſcutit.

ERYNGIVM.

Eryngium calefacit quidem non manifesto, siccitatis autem haud obscurę nec modice particeps.

QVÆ A TH INCIPIVNT.

5 THALASSION HYDOR

aqua marina.

Aqua marina acris calfactoria mediocriter, desiccans, et pota stomacho contraria est, uentrem turbat, pituitamq; educit, si calida superfundatur, extrahit et digerit.

10 THALIETRVM.

Thalietrum siccandi uim sine rosione habet, hinc ulcera inueterata cicatrice obducit.

THAPSIA.

Thapsia acris est, et ualenter cum humiditate calefacit: 15 ex alto igitur trahit insigniter, attractúq; eadem discutit.

THEION, SVLFVR.

Sulfur trahendi et ipsum uim obtinet, calidum et substantia tenue, ut aduersus pleraq; uirulenta animalia resistat, præsertim turturem marinum, draconemq;, uel sic 20 cum inspersum, uel saliuæ quoque mistum, uel urinæ pueri, uel oleo, uel melli: item scabiosa corporis uitia mirifice persanat.

THERMOS LVPINVM.

Lupinum: esculentum quidem obstruendi uiribus pol- 25 let: amarum, abstergit, dissipat, et sine morsu desiccat, lumbricos occidit illitum et potum, uiscera purgat cũ ruta et pipere, potu etiam cutis uitia extergit, tumores dissipat, cum oxymelite illitum: syluestre autem amarius est omni ex parte satiuo ualentius.

30 THELYPTERIS.

Thelypteris, quam nonnulli nympheam uel ptellin appellant, filici similis facultate, quæ cum uino pota latos et teretes uentris lumbricos interimit, fœtum in utero corrumpit: folia ipsius manducata aluum emolliunt.

35 THLASPI.

Thlaspi semẽ est uiribus acre, ut ĩtestinos abscessu potu

rumpat,menſeis prouocet:ab inferioribus partibus inie ctum coxarum dolores finit,cruenta uacuat,ac alioquin ſupra infraq́; biliosa instar acetabuli potum, expurgat.

THRIDAX, LACTVCA

Lactuca olus est non ſumme frigidum humidum ue, ſed pro fontanæ aquæ temperamento,quapropter cali- dis inflammationibus conuenit,præterea ſitim potu re- ſtinguit, & geniture fluorem cohibet:Syluestris lactu- ca hac minus & refrigerat & humectat,uerum ſucculen tior exiſtit.

THYMVS.

Thymus in tertio ordine calefacit & deſiccat, glutino- ſos craſſosq́; humores incidit.

THYMBRA.

Thymbra agreſtis quidem eadem quæ thymus præſtat hortenſis autem in omnibus quidem imbecillior, ſed ad cibum laudatior.

THYMELÆA.

Thymelæa,unde granum cnidium fit, ſimileis ei uireis obtinet.

QVÆ AB I INCIPIVNT.

IDAEA RADIX.

Idæa radix guſtu acerba & uiribus,ſanguinis eruptioni- bus & rehumaticis affectibus,tum pota,tum extrinſecus impoſita accommodatur.

HIDROS, SVDOR.

Sudor per ſe contrahere efficax eſt, miſcetur autem in palæſtris exercitantium ſordibus,quibus aſtringendi uis duntaxat ineſt,ac redditur totum diſcuſſorium. Mam- mis igitu inflammatione tentatis efficax eſt remedium & feruori ipſarum reſtinguendo: bene facit etiam bu- bonibus:at ſi fuerint ſicciores,cum cyprino,aut roſaceo emolliri debent.

IXOS, VISCVM.

Viſcum calefacit cum acrimonia,humores ex alto uali

de elicit,

de elicit,& thapsiæ modo discutit,hac tamen multo est ignauius.

ION, VIOLA.

Violæ folia aquea frigidaq; substantia præpollenti con
5 stant.

IOS, ÆRVGO.

Aerugo acrem gustu qualitaté præ se fert,item digerit, consumit,inciditq; nõ teneram modo,sed duram quoque carnem:at si momentũ ipsius cerato copiosiori mi
10 sceas,medicamentũ fiet qđ citra rosionem abstergat.

HIPPOCAMPVS.

Hippocampus marinum animal est, cuius concremati cinis cum liquida pice pilorum defluuia, Græci uocant alopecias,explet.

15 HIPPOLAPATHVM, GRANDIS RVMEX.

Hippolapathum in palustribus locis nascitur, lapatho consimile.

HIPPOMARATHRON.

20 Hippomarathrum cachryi proximum,magis quã marathrum desiccat,unde & aluum fluentem sistit,& calculos confringit,menseisq; mouet:semẽ ipsius coriandro respondet,sed illo imbecillius est.

HIPPOPOTAMVS.

25 Hippopotami,quod est equi fluuiatilis testiculus aridus potus ad serpentium morsus efficax est.

HIPPOSELINON.

Hipposelinon cum apio domestico uirtute conuenit,nisi esset imbecillus.

30 HIPPVRIS, CAVDA EQVINA.

Hippuris astringentem cum amaritudine qualitaté possidet,eoq; ualenter simul & sine morsu desiccat, ac uulnera maxima committit, intestinorum ramicibus opitulatur,& uitiis fluore infestãtibus cũ uino pota medetur.

35 HIPPOPHÆS, LAPPAGO.

Hippophæs,quod alii hippophyes uocant,quo uesteis

expoliunt surculosus frutex est, è cuius radice thapsiæ modo liquor colligitur, qui cũ erui farina instar denarii datus, bilẽ ac pituitã purgat: item totus ipse frutex siccatus ad purgationes accommodatur.

IRIS.

Iris affatim calefacit, extergit, & maturat, tenuis substantia, *tussi utilis, humores in pectore contumaces extenuat, torminibus medetur, sordida ulcera purgat, cum mulsa pota aluum inanit.

*Impressum exẽplar ῥήξει pro βήξει.

ISATIS.

Isatis domestica qua tinctores utuntur, siccandi uireis & astringendi habet. his etiam magna uulnera in duris glutinat corporibus, sanguinem erumpentem compescit, laxos tumores discutit, ac omnibus malignis ulceribus resistit. Syluestris autẽ quum magis rodat, magisq; ideo siccet, ualentius aduersus humanas putredines pugnat, ad cætera deterior, ut quæ immoderatius mordeat: cæterum ob uirium uehementiam lienosis quoque utiliter adhibetur.

ISOPYRON, AVT PHASIOLVM.

Isopyrum phasiolumve semen amarũ ac modice acerbum occupat, ob quod crassos glutinososq; humores & abstergit & incidit, sic ut corpora contrahat stringatq; hinc etiam quæ alte desident expurgat, excreationibus sanguinis non efficax.

ITEA, SALIX.

Salicis & folia & flos facultate constant quæ citra rosionem siccet, tum quæ nonnihil etiam astringat, cortex autem paulo siccior est, cuius perusti cinis ex iis habetur quæ uehementer exciccent, quippe clauos & myrmecias, cum aceto exterit.

ICHTHYOCOLLA, GLVten piscium.

Ichthyocollæ uis est opplere & siccare, recte miscetur emplastris glutinantibus, & iis quæ ad lepras, & irruga-

tionem leuoremq; uultus conficiuntur.

QVÆ A C INCIPIVNT.

CANCANVS.

Cancani radix modice siccat,& sine morsu, illitionibus
5 accommodata,quare cum uino subacta tragacanthæ &
dulcis radiculæ modo,linctaq;,arteriæ scabritiē iuuat.

CANCAMVM.

Cancamum lachryma est arboris in Arabia, myrrhæ si-
milis,odore grato,qua etiam ad suffitum utuntur. uis
10 eius est obesos extenuare, abstergere, & apetire ob-
structa.

CADMIA.

Cadmia utraq; siccat, sed quæ botryitis quasi acinosa
appellatur *crassioris est substantiæ,placitis autem di-
15 cta,tenuioris.Cæterum concremata cadmia sine morsu
desiccat,abstergit,concaua ulcera explet,oculisq; & toti
corpori utiliter adhibetur:at humida maxime ulcera in
corporibus molliusculis,eiusmodi cadmia sanat, in du-
rioribus efficacium magis usus est.

*Galenus botryitin tenuiorē, placitin crasiorē ponit.

20

CACALIA.

Cacalia uiribus & usu cum cancano conuenit.

CALAMAGROSTIS, GRA- men arundinaceum.

Calamagrostis siccat,hinc succus decoctumq; radicum
25 ipsius ocularijs miscetur medicinis, semen urinam cit,
& stomacho benefacit.

CALAMINTHA, NEPITA.

Nepita tertio ordine calida & sicca temperamento est,
tenuis acrisq;,menta longe ualentior, siquidem est ue-
30 luti syluestris menta : facile igitur quæ alte hærent ad
se trahit , sudores mouet , totum corpus digerit, ac
rigores febrium qui circuitu remeant , finit , extrin-
secus cum oleo infricata strenue . quinetiam coxarum
dolores soluit,& uitiosos humores in cutem erumpen
35 tes abstergit.

CALAMVS.

Calamus odoratus in ſecundo ordine calefacit & ſic-cat, ineſt ei quippiam & ſubtile & aſtringens, urinam ita que citat, & ſtomachicis, tum quæ utero & iecinori fa-ciunt medicinis temperatur. Calamus autem phragmi-tes extergit, folia ipſius uiridia mediocriter refrigerant, cortex crematus calefacit ſiccatq; in tertio abſceſſu: ra-dicem cum bulbis illitam ſpicula & aculeos extrahere aſſerunt.

CAMPÆ, ERVCÆ OLERVM.

Erucæ olerum cum oleo inunctæ, tutos à uirulentorũ animalium morſibus conſeruare dicuntur.

CANTHARIDES.

Cantharides quæ in tritico reperiuntur luteis tranſuer-ſim cingulis inuolutæ, aceti feruеſcentis uapore ſuffoca tæ, ad plurima utiles redduntur, quippe ungues ſcabros tum cerato eiiciunt, clauis ſcabioſisq; affectibus opitu-lantur, iam uero & exedentem urentemq; uim habent: nonnulli uero etiam medicamentis urinam prouocanti bus momentum ex ipſis admiſtum exhibuerunt.

CANNABIS.

Cannabis ſemen flatus diſcutit, itaq; ſiccat ut & geniturã exarefaciat, ſuccus ipſius uiridis ad aurium dolores ex obſtructione creatos efficax eſt.

CANOPON.

Canopon ſambuci flos eſt, de quo prius dictum eſt.

CAPNION, SECVNDVM alios capnos, fumaria.

Fumaria inde nomen ſortita eſt quòd ſuccus ipſius co-pioſas lachrymas eliciat, etenim oculorum facit clarita-tem acris amaraq; eſt, unde urinas bilioſas liberaliter ꝓ-uocat, iecinoris obſtructioni languoriq; medetur, ſtoma chum confirmat & aluum emollit.

CAPPARIS.

Capparis radix extergit, probe purgat, incidit, diſcutitq; tum amaritudine, tum acrimonia: at acerbitate cõtrahit, ſtringit, & dẽſat, quapropter lienes induratos & pota &

extrinsecus imposita, iuuat menseis promouet, pituitā per os educit, maligna ulcera sanat, dentium dolores sopit, tumores digerit, & uitiligines, quas alphos dicunt, auriū uermes enecat: folia autem & fructus similem quidem,
5 sed imbecilliorem uim possident.

CARDAMVM, NASTVRTIVM.

Nasturtii semen sinapis modo urit, unde etiam illitū cutem exasperat: cæterū crassos humores, cū aliis potum incidit, herba uero arida uiribus respondet, humida mo
10 deratior, ideoq; crudam ipsam assumunt.

CARDAMOMVM.

Cardamomum acre quidem & ipsum est, uerum nastur tio inualidius: compos est etiam nonnullius amaritudinis, qua lumbricos interemit, & scabiem cum aceto
15 exterit.

CARIS.

Caris in pollinem detrita & cum radice bryoniæ pota, lumbricos occidit.

CANCRI.

20 Cancrorum concrematorum cinis, fluuiatilium sane siccat, erinaceorum & cochlearum modo, at totius substātiæ proprietate canis rabidi morsibus potu mirabiliter efficax est: marinorū cinis eximia donatus siccitate his quidem non conuenit, sed iis qui magis siccari deside
25 rant, proficit, fluuiatilis cancer tritus si illinatur, spicula & aculeos eiicit.

CAROS.

Cari semen & siccat & calefacit in tertio fere gradu, flatus digerit, urinam mouet, idq; non semen duntaxat, sed
30 etiam tota planta.

CARPESIVM.

Carpesium odoratum est & tenue, uiscera obstructionibus liberat, urinas mouet, et renes calculo laborantes purgat.

35 CARYA, NVCES.

Nucis arboris coliculi aliqd habent qd astringat, pluri

mum iuglandum calyx puluinatus. succus itaq; eorum decoctus cũ melle, stomaticũ fit medicamentũ: interius inde putamen carinatum ustum extenuandi uim acqrit, & sine rosione siccat, quod in eo clauditur edendo aptũ natura oleosum, facile bilem auget, confectũq; ex eo oleum extenuandi tumores, & putredines, quas sepedonas dicunt, discutiendi uim obtinet. Flaccescentes itidem uetustate nucis mẽbranæ, cutis uitia abstergunt. At auellanæ, quas & ponticas uocant & leptocarya, frigidiores sunt & austeræ, in cæteris, iuglandibus æquales.

CARYOPHYLLON.

Caryophyllon, quasi dicas nucifolium, non eam habet substantiam quæ nomine prætenditur, sed ex India ueluti flores cuiusdam arboris festucacei & nigri sunt, longitudine pollicari propemodum, odorati, acres, subamari, calidi & sicci in tertio ordine: qui multiplicis usus sunt, tum in faciei medicamentis, tum in aliis.

CASSAMVM.

Cassamum hoc nonnulli balsami fructum esse dicunt, de quo supra egimus.

CASSIA.

Cassia calefacit & siccat in tertio fere abscessu, tenuis abunde, acris & modice astringens: incidit igitur simul & discutit, roburq; instrumentis adiicit, postremo & mẽses euocat.

CASTORIVM.

Castorium calefacit siccatq; cum extenuandi uiribus eximiis, quibus præter alias actiones, etiam neruorum qui ex copia humorum male habent, affectibus, congruit, & refrigeratos facile excalfacit, & extrinsecus applicatum & potui datum, idq; ita, ut nullam aliam offendat particulam etiam si mediocriter febris affligat, quẽadmodum in torporibus & lethargis: sed mensibus retentis proficit, & secundas expellit. at in cerebri & pulmonis uitiis etiam suffitus castorii inspiratu haustus, præclare opitulatur.

CAVCALIS.

Caucalin alii daucum syluestrem appellant, quòd dauci modo calefaciat, siccet, urinam moueat, & salsamento ad repositionem condatur.

CENCHROS, MILIVM.

5 Milium refrigerat in primo abscessu, siccat in secundo, habet etiam modicam extenuandi facultatem: extrinsecus igitur in sacculis ad fouendum adhibitum, & illitũ, desiccare consueuit.

CEDRVS.

10 Cedrus & frutex iunipero similis, & arbor est: ambo calefaciunt siccantq; in tertio ordine. cõfectum ex eis oleũ quod cedræam, seu liquorem cedrinum appellant, ẽt quartum attingit, subtilis admodum substantiæ: hinc teneras carnes expedite & citra dolorem exedit, duras au-

15 tem præsertimq; demortuas siccat & à putredine asserit, pediculos, pulices ascaridas, & aurium uermeis interficit, aliaq; plura facit.

CENTAVRIVM.

20 Centaurii maioris radix acris, calida, & terreæ astrictionis compos est. menseis itaq; promouet, fœtus corrumpit, mortuos eiicit, uulnera glutinat, sanguinem spuentibus, & reliquis pectoris uitiis præsens est remedium. Minoris centaurii radix inefficax est, coliculi ualide &

25 citra morsum *siccant, unde non solum ad quæ maius centaurium ualet, sed etiam coxendice laborantibus, ipsius decoctum inferius iniectum, biliosa uacuat, nonnũquam et cruenta, quum plus proficit.

*Impressum exẽplar, calefaciunt. Galenus scripto consentit

CERAS, CORNV.

30 Cornu caprillum hircinumq; concrematum denteis nitidos reddit, gingiuas humenteis compescit. Cerui cornu cum uino maceratum tritumq;, deinde circumlitum mobileis sistit denteis, crematum: mox lotum, intestinorum torminibus cœliacis, sanguinem expuentibus, et

35 felle suffusis, duorum cochlearium instar auxiliatur: miscetur etiam ocularis medicinis. Taurinum cornu cum

aqua potum, sanguinis eruptiones cohibet.

CERASIA.

Cerasia dulcia quidem citius dilabuntur, austera stomacho utiliora sunt, acida uero, ob incidendi uim quã habent pituitosis excrementosisq; stomachis prosunt, gũmi uero cerasi arboris fauceis exasperatas leuigat, & calculo laborantibus cum uino potum succurrit.

CERATONIA ARBOR.

Ceratoniæ fructus q̃ ceratia dicũtur, siccandi et * refrigerandi uirtutis, nonnullius ẽt dulcedinis particeps est.

* Galenus astringendi.

CEPHALE CAPITA.

Menarum salsarum capita cremata, uim siccandi non admodum acrem acquirunt, hinc sedis rimas et guttur diu induratum sanant. Smaridis caput totum combustũ ad pilorum defluuia cum adipe ursino proficit. Idem præstat etiam muris caput crematum cum melle. Milui aridum sine plumbis, modo qui tribus digitis comprehendi queat, cum aqua potum ani dolores finit. Lacertæ uero caput aculeos educere tradunt, myrmecias, uerrucas, et clauos exterere.

CECIS, GALLA.

Galla omphacitis, id est, immatura medicamentum est affatim astringens, eamq; ob causam siccat, fluxiones repellit contrahitq;, laxa stringit, et partes imbecillas firmat, fluidisq; omnibus affectionibus accõmodata est: ponitur autem in tertio siccantium ordine, secundo refrigerantium. Altera quæ flauo colore inanis magnaq; est, non tantam in siccando et astringendo habet efficaciam, sedis inflammationes et procidentias excocta iuuat: gallæ uero combustæ et aceto restinctæ, sanguini supprimendo sunt.

CEPÆA.

Cepæa portulacæ similis est, folia ipsius contra uesicæ scabies utiliter bibuntur, radix cũ asparago, quem myacanthinum appellant, pota, urinæ stillicidia, quæ oppleto urinario meatu fiunt abigit.

CERA.

Cera quum temperata sit, reliquorum medicamentorũ materia efficitur, ipsa uero per se ex iis est, quæ leuiter abstergunt, nam & digerentem & calidam uim exiguã obtinet.

CERICES, BVCCINA,

Buccinorum testa concremata excellenter desiccat citra rosionem, unde ulceribus maleficis accommodatur, at in iis quæ putredinem experiur, cum aceto, aut uino, aut oxymelite ipsis utendum est. oleum in quo ueluti caro ipsorum adhuc uiuentium ex cocta sit, aurium dolores si instilletur, discutit.

CICI, RICINVM.

Ricini fructus quemadmodum purgat. abstergit, digerit, sic etiam folium, sed imbecillius: de oleo tractatũ est.

CINNABARIS.

Cinnabaris acris mediocriter uires habet, item nonnihil astringentes.

CINNAMOMVM.

Cinnamomi uis est summe tenuis, non item æque calida, sed tertii ordinis, nihil autem ex iis quæ parem ipsi calorem referunt adeo siccat propter substantiæ tenuitatem. Cinnamomis autem ueluti inualidum quoddam cinnamomum est, quod nonnulli pseudocinamomum uocant.

CIRCÆA.

Circææ radix calida est & odorata, quæ cum uino pota fœminarum locos purgat: semen in sorbitione sumptum lac generat.

CISSERIS, PVMEX.

Pumex abstersorius est præsertim dentium, non modo uiribus, sed etiam scabritie, coniicitur autem in medicamenta quæ carni ulceribus inducendæ sunt, item in ea quæ cutis labes exterunt. Crematus tenuior quidem sed mordax redditur: lotus, id quod mordet, deponit.

CISTOS.

Ciſtos aut ciſſaros frutex eſt aſtringens & modice frigi-dus uirtute, folia ipſius & germina adeo ſiccant, ut etiam uulnera conglutinent: at flores quum in ſecundo fere gradu ſicciores ſint, inteſtinorum torminibus, aliiſq; flui dis uitiis accommodati ſunt: extrinſecus illiti, putrida ul cera compeſcunt.

CISSOS, HEDERA.

Hedera contrariis cõſtat uiribus, ut quę aſtringat & refri geret. Item acris eſt & callida, aqueæ ſubſtantiæ & te-pidæ quum uiridis eſt: particeps: cuius folia uino inco-cta uulneribus glutinandis, ambuſtis & lienoſis ſalutari-ter adhibẽtur, ſuccus ipſorum naribus ad pituitam edu-cendam infunditur. item diuturnis aurium defluxioni-bus ſuccurrit: lachryma hederæ, ut quæ acrior ſit pedicu los enecat, & pilos abolet.

CITRIVM, QVOD ET MA-lum medicum dicitur.

Citrii medium acidum aut qualitatis expers eſt, in quo ſemen tertii refrigerantium ſiccantiumq; ordinis habe-tur, cortex ſiccat in ſecundo quidem abſceſſu, ſed non item refrigerat, acri uirtute præditus: caro ipſius craſſi ſucci eſt, pituitæ generandæ apta, & frigida: ſemen dige-rit, & in ſecundo ordine deſiccat, folia arbori ſiccandi di ſcutiendiq; uim repręſentat.

CICHORIVM, INTYBVS SYLVESTRIS.

Cichorium picris ue tanquam ſyluatica ſeris eſt, refrige-rans ſiccansq; in primo abſceſſu: habet etiam uim aſtrin gendi, qua ad hepaticas dyſenterias conuenit.

CLEMATIS.

Clematis quibuſdam daphnoides, aliis myrſinoides, nõ nullis polygonoides, ſarmenta habet oblonga, craſſitu-dine iunci quem holoſchœnum dicunt, folium uero lauri, ſiccandi uirtute pollet, qua alui fluores, quam diar-rhiam dicunt inteſtinorum tormina, & dentium dolores finit: contra uenenatorum morſus recte imponitur.

CLEMATIS ALTERA

Clematis altera arboribus smilacis hederæ modo circũ uoluitur, acri & caustica facultate donata, huius fructus cum aqua potus, pituitam & bilem per inferiora educit, 5 folia autem ad lepras arcendas illinuntur.

CLINOPODION.

Clinopodii uis est calida siccaq;, nondum uero adurẽs, sed tertii fere ordinis.

CNECVS.

10 Cneci semine ad purgandam aluum duntaxat utimur si quis extrinsecus eo utatur, tertii siccantiũ ordinis erit.

CONCHYLIA.

Conchilia buccinis facultate proxima sunt.

COELIA, VENTER.

15 Venter mergi, aut recens coctus, aut inarefactus, esu stomacho utilis esse dicitur: similiter etiam gallinarum interior alui membra sicca potui data: uerum Galenus experimento falsum utrunq; se inuenisse scribit. Palũbi uero auis uentrem paulatim potum calculos per urinam eli20 cere, testis est Dioscorides. Mustelæ aluus pota contra quælibet uenenata amuletum dicitur,

COCCOS CNIDIOS, GRANVM GNIDIVM.

Granum gnidium fructus est thymelææ, non chamelęę 25 ut quidam opinati sunt acri & adurente facultate præditus, purgat autem per aluum cum aqua potus.

COCCOS BAPHICOS, GRANVM TINCTORIVM.

Granum tinctorum leniter siccat, unde magis uulneri30 bus, & neruorum itidem cum aceto aut oxymelite, læuigatum, commode imponitur.

COCCYMELÆA, PRVNVS

Pruni fructus uentrem subducit, recens magis, aridus minus: decocto ipsius faucium & gutturis inflammatio35 nes utiliter colluuntur. Gummi quod ex arbore destillat, inciendi uim extenuandiq; testatur, ob quod nonnul

li frangendis uesicæ calculis esse cũ uino potũ affirmãt: ex aceto, puerorum impetigines persanare. Syluestrium prunorum baccæ euidenter astringunt, uentremq́; reprimunt. Nominatur hæc planta in Asia prumnum, domestica uero pruna apparent, quæ Damascena appellantur, quemadmodum Galenus memoriæ mandauit. 5

COLLA, GLVTINVM

Gluten quod ex simila & polline conficitur, emplasticã uim & concoctricem repræsentat.

COLOCYNTHA, CVCVRBITA. 10

Cucurbita humidi frigidiq́; in secundo abscessu temperamenti est, unde tota si imponatur, calidas refrigerat inflammationes.

COLOCYNTHIS, CVCVRBITA SYLVESTRIS. 15

Cucurbita syluestris ualidam purgandi uim obtinet: uiridis ipsius succus infricatus coxendicum doloribus auxiliatur.

COMAROS, ARBVTVS.

Arbutus & arbor & fructus acerbæ qualitatis est, uocant eum memycelon: cæterum stomacho aduersatur, & capitis dolorem facit. 20

COMMI, GVMMI.

Gummi siccante ui & emplastica pollet, & nimirũ asperitatibus medetur. 25

CONIA, LIXIVIVM.

Lixiuium ueluti cineris lotium nominatur, omnium maxime abstersorium & siccans est, quod ex fici & tithimalli cinere præparatur, ac fere iam exedens, quòd si calx etiam cineri addatur, lixiuium redditur adurens: quod iam protostacton, quasi dicas, quod primum destillauerit, nuncupant, eluentibus potissimum medicinis accommodatur. Antecellit autem omnibus uehementia, quod ex sola calce conficitur. 30

CONISA, CVNILA. 35

Cunila utraq; siccat & calefacit in tertio ordine, hinc

etiam oleum in quo decoquitur rigores febrium circul tu remeantes discutit: flores idem præstant, quorum de coctum menseis citat, & fœtus extrahit: q̃ uero in humi dis regionibus nascitur, odore grauior & inefficacior est

5 COPROS, STERCVS.

Stercus quodlibet calefacit, maxime siccat & digerit: ua riat autem pro animantis quod ipsum reddit tempera- mento, & uictus ratione. itaque canum quum ossa uo- rauerint fimus inarefactus tormina intestinorum cum

10 scisso lacte, quod Græci schiston uocant potus, sanat: idem uetusta ulcera reficit, si medicamentis in ea efficaci bus misceatur. Hoc anginæ, tonsillarumq́; inflammatio nes cum melle inunguntur. At infantium qui simpliciter nutriti fuerint stercus huic malo magis prodest. Lupo-

15 rum quod candidius in fruticibus reperitur, coli dolori- bus strenue succurrit, non potum modo, sed corpori etiam adalligatum: alligetur autem ex lana ouis à lupo enectæ, aut pelle ceruina. Caprillum stercus acrius ma- gisq́; digerens, scirrosos tumores illitum discutit, præ-

20 sertim in duris corporibus: crematum uero ualentius abstergit exenuatque Bubulum extrahendi quandam uim obtinet, ideoq́; *uesparum & apium ictibus mede tur: quinetiam toti corpori in sole oblitum aquas inter cutem præclare iuuat. Columbarum sylueftrium, quas

25 palumbes latini dicunt, aliis longe acrius cum nasturtii semine cutem exulcerat. Auium cohortalium ex oxy- melite, aut aceto, aut mulso potum, uomitione strangu- lantes fungos educit, pręsensq́; est remedium hoc quo que colico dolore conflictantibus potui quidam exhi-

30 bebant. Nonnulli uero & ciconiarum fimum recta cer- uice spirantibus potum auxiliari asserunt. Murium fi- mus reliquis abstergit efficacius, eoq́; pilorum deflu- uia curat, & infantium sedi appositus, ad excretionem proritat. Sturnorum qui oryza pasti fuerint, abstergendi

35 exterendiq́; uim præ se fert, qua cutis asperitates, quas ephelidas Græci uocant, exterit, Terrestrium crocodilo

* Oribasius addit crabronũ

rum fimus utiligines, quas alphos dicunt, extergit: quemadmodum *fluuitalium, oculorum albugines extenuare creditur.

*Nimirũ Nili.

CORALLIVM.

Corallium ueluti arborea planta est in lapidis duritiem coalescens, crescit non in terra, sed in alto maris, colore rubrum, lapidi simile, siccandi ualidam, astringendi mediocrem uim possidet ideoq; cruentis sputis & intestinorum torminibus utile.

CORIS ANIMAL CIMEX.

Cimex acri uirtute pollet. Scribunt igitur quidam cum aceto potum hirudines elicere.

CORIS HERBA.

Coris herba, quam alii uocant hypericon, acris est & odorata, semen eius ad urinam & menseis ciendos bibitur: succurrit & phalangioriũ morsibus: item ad opisthotonon cum oleo inungitur.

CORIANVM SEV CORIum. coriandrum.

Coriandrum ex contrariis uiribus compositum est, tenuis substantiæ, terrenæ, amaræ aquosæ autem humiditatis tepidæ particeps, habetq; modicam uim astringendi quapropter inflammationibus, erysipelatis non admodum feruentibus conuenit, tumores molliusculos cum quodam in id efficaci discutit. Semen modice quidem cum passo bibitum, lubricos pellit liberalius autem sumptum mentem tentat.

CORYDOS AVT CORYDALlus galerita siue alauda.

Alauda auis simplici iure elixa, coli cruciatibus opitulatur: assumi autem continue & sæpe cum ipso iure debet.

CORONOPVS, PES CORNICIS.

Coronopodis radix & ipsa ad colicos cruciatus proficere manducata creditur.

COSTVS.

Costus modicum quidem amaritudinis, plurimum uero acris & calidæ qualitatis habet, unde in quibus uel calefacere particulam quampiam cogites, uel ex alto in summ humorem aliquem elicere, ad costum confugiendum est: urinam igitur et menseis ducit lumbricos enecat. Q uum uero & flatulenti cuiusdam particeps sit, uenerem cum mulso potu stimulat, coxendicum doloribus, resolutis, febrium rigoribus ante accessiones, cum oleo infricatus, conducit.

COTILEDON, ACETABVLVM.

Acetabulum refrigerat, repellit, abstergit, & dissipat: folia ipsius cum radice manducata calculos comminuere & urinam ciere creduntur.

COCHLEA.

Cocleæ concrematæ impense siccant, & mediocriter calefaciunt, conferunt intestinorum torminibus, in quibus ulcera nondum computrescunt, si misceantur harum partes quatuor, piperis albi pars una, gallarum partes duæ. At quæ ignem non sunt expertę, si totæ in pollinem coactæ uentri imponantur, aquam subter cutem exinaniunt, prosunt item articulariis doloribus applicatæ, quoad sua sponte deciderint: in uniuersum humorem alte insertum ualide desiccant.

CRANIA, CORNVS.

Corni arbori fructus acerbus, si edatur ualide uentrem astrinstit, folia autem & germina acerbitate uehementer siccant, adeo, ut maximis durorum corporum uulneribus glutinandis sint.

CRAMBE, BRASSICA.

Brassica quæ edendo est siccat, & manducata et à foris imposita, non tamen acrem conspicue uim ostendit, eoq; uulnera glutinat: et dolosa malignaq; ulcera, ac tumores solui contumaces persanat: habet etiam nonnihil abstersorium, quo lepras exterit. Semen ipsius po-

tum lumbricos occidit, præſertim Aegyptiæ caulium crematorum cinis adurente ui cõſtat, cum adipe longis laterum doloribus utilis. Syluestris autem braſsica ſatiua in omnibus ualidior eſt, unde nec intra corpus citra noxam ſumitur. Marina, ſubſalſa leuiterq; amara, aluum ſoluit.

CRATÆOGONOS.

Cratæogoni herbæ ſemen & acre guſtanti depræhenditur & frigidum, milio ſimile.

CRETHMON.

Crethmon ſalſum eſt ſimul & amarum, ſed modice, quare & uis ipſius eſt abſterſoria & deſiccans.

CRITHE, HORDEVM

Hordeum refrigerat ſiccatq; in primo abſceſſu, uerum nonnihil etiam extergit: ceterum fabarum lomento ſiccitate præcellit, minus flatulentum eſt polenta hordeo multo magis ſiccat ptiſana præter quod largius humectat, etiam abſtergit uehementius.

CRIMNON.

Quod in tritici & zeæ farina craſsius eſt, crimnon appellatur, ualidius nutriens quàm polenta: ægrius autem conficitur crimnon poltos, ſeu poltarion, quod Romani pulticulam appellant.

CRINON, LILIVM.

Lilii flos temperamento mixtus eſt, ex tenui ſubſtantia, terreſtri & nonnulla aquoſa temperata: quapropter oleũ quoque ex eo confectum diſcutiendi uireis, molliendiq; repræſentat, uuluæ inflammationibus accommodatum. Radix ac folia ſiccant, abſtergunt, diſcutiuntq; mediocriter, quo fit ut ambuſtis conferant: ſuccus ipſorum & neruorum uulneribus cum oxymelite prodeſt.

CROCODILION.

Crocodilii ſemen & ſuccus calidam, ſiccam & diſcutientem uim præ ſe fert, urinas itaque & menſeis mouet radix excreationes è pectore iuuat, item ſanguinem per nareis ducit.

Crocus

CROCVS.

Crocus ad secundum calefacientium ordinem primum siccantium refertur, astringit et concoquit.

CROMMION, CEPA.

Cepa ex quarto calefacientium ordine habetur, substantiæ crassioris, quamobrem hęmorroidas appositu aperit: item abstergit: uitiligines, alphos dictas, cum aceto exterit, defluos capillos ocyus alcyonio restituit, succus oculis suffusis aut crassi humoris uitio hebetibus auxiliatur.

CYAMOS: FABA.

Faba non multum à medio temperamento recedit, siue refrigerando, siue siccando: caro ipsius nonnullius etiã abstersoriæ qualitatis est, excreationibus è thorace & pulmonibus utilis: quum autem cortex fabæ nonnihil quoque astringat, tota ipsa imposca decocta cœliacis & dysentericis conducit, illita uero inflammationibus & tumoribus medetur, lac in mammis extinguit.

CYANOS.

Cyanos acrem habet uim detrahendi, & discutiendi maiorem q̃ cinnaberis: astrictionis quoque particeps est.

CYCLAMINVS.

Cyclaminus uarias uireis habet: etenim extergit, incidit, aperit, attrahit, & dissipat: succus itaque ipsius hæmorrhoidas sedi admotus aperit, duritias cum aliis discutit: cum melle suffusis proficit, per nareis purgat, abdomini inunctus aluum subducit, fœtus corrumpit: radix autem tota succo quidem est imbecillior, sed & ipsa uehemens adeo est, ut cum mulsa instar trium drachmarum pota, interanea expurget: cæterum cutis uitia exterit. Altera cyclaminus, quam etiam cissanthemon uocant, radice donata inutili, semen habet efficax, ut potum priori similia faciat.

CYMINVM, CVMINVM

Cuminum in tertio ordine calefacit, urinam mouet, & flatus discutit.

CYNOSBATOS, RVBVS CANINVS.

Rubi canini fructus non instrenue astringit: folia id præstant mediocriter. at quod in fructu lanæ speciē præ se fert, ceu arteriæ inimicum caueri debet. 5

CYPARISSVS, CVPRESSVS.

Cupressi galbuli & turiones siccandi uiribus pollent, nullo calore conspicuo: quapropter uulnera magna in duris corporibus conglutinant, & in flaccidis putridisq; ulceribus in alto fixas humiditates, citra noxam depascuntur, intestinorumq; ramicibus opitulantur. 10

CYPERVS, IVNCVS QVADRATUS seu angulosus.

Iuncus quadratus calefacit siccatq; citra morsum, hinc etiam humidioribus ulceribus cicatricem mirabiliter inducit, ac oris ulcera persanat: habet & uim quandam incisoriam, qua calculos comminuit, urinam & menstrua promouet. 15

CYPROS.

Cypri folia & surculi mixtis constāt uiribus, discutiente & astrictoria, tum ea quæ sine offendiculo & morsu siccet: ideoq; decoctum ipsorū ambustis superfusum prodest, ac igneis inflammationibus congruit. Item oris eruptiones, quas aphthas uocant. ipsa arbor commanducata persanat: item medicinis lieni dicatis miscetur. 20 25

CYTISVS.

Cytisi folia discutientis leniter, & tepidæ naturæ sunt, quemadmodum et maluæ.

CONIVM, CICVTA.

Cicutæ uires summe refrigeratorias esse omnibus constat. 30

CONOS, PINVS.

Pini cortex & folia piceæ uiribus respondent, sed acriora efficacioraq; sunt: fructus, quem etiam strobilon appellant, uiridis, amarum quiddam & acre, cum humiditate posidet, quare thoracis affectibus ad facilē ex crea 35

tum accommodatur: esculentus in aqua maceratus ut acrimoniam exuat, temperatus redditur, rosionis expers, opplens unguine suo obstruensq; ut etiam asperitates leuiget.

5 QVÆ AB L ORDIVNTVR.

LAGOPVS.

Lagopus siccæ facultatis est, qua alui fluores desiccat.

LADANON.

Ladanon ex cistho [cyprio] frutice ladone dicto, nascitur, quem capræ pascentes barbis & fœmoribus quod pinguius & liquori simile est, ab eo auferunt, idq; collectum ladanon est medicamen præstantissimum, in secundo ferè abscessu calidum, natura tenue, emolliens mediocriter, discutiens & maturans, eoq; uteri affectionibus peculiariter conuenit: habet præterea nonnullas astringendi uireis, quibus defluos capillos confirmet.

[Deest in impresso exēplari.

LATHYRIS.

Lathyrin & ipsam tithymali speciem esse dicunt, quod eius succus, illius modo purget, semen autem huius præcipuam purgandi uim habet.

LAPSANA.

Lapsana manducata stomacho nocet, illita uero nonnihil abstergit discutitq;.

LAPATHVM, RVMEX.

Rumex mediocriter discutit, acuta rumex, quæ oxylapathum dicitur præter id etiam pauxillum repellit: semen autem præsertim oxylapathi, astringens alui profluuia, diarrhœas dicunt, & intestinorum tormina persanat, folia uero semini contraria faciunt: hæc etenim comesta aluum mouent, illud potum ipsam comprimit.

LEMONIVM.

Lemonii fructus austerus cum uino cœliacis, dysentericis, & sanguinem spuentibus datur, item ad fluorem muliebrem acetabuli mensura.

LICHEN HERBA.

Lichen herba in petris naſcens muſcum repræſentat,uis ei eſt exterendo purgare mediocriter ſiccare,& refrigerare:impetigines ſanat,inflammationes arcet,& ut Dioſcoridis uerbis utar,ſanguinis eruptiones ſiſtit.

LICHENES EQVORVM.

Lichenes equorum triti cum aceto,comitialibus,et omnium uenenatorum morſibus mederi feruntur.

LEONTOPETALON.

Inſtauratum ex Galeno.

Leontopetali radix & ſiccæ ┌ & calfacientis ┐ in tertio ordine facultatis eſt,nec non diſcuſſoriæ.

LEPIDION·

Lepidion,quam & hiberiada uocant ex tertio calefacientium gradu eſt,naſturtio proximum uiribus, minus autem eo deſiccat.

LEPIS, SQVAMA.

Squama omnis ualide ſiccat,aſtringit,nec ignauiter mordet,sed æris amplius ſiccat,extenuatq;:cui nonnihil æruginis adeſt,magis q̃; ea quæ ex Cypriis clauis raditur, quam propterea etiam helitim quaſi claualem appellant. At ferri ſquama liberalius aſtringit, atque hac magis ſtomomatis,quapropter ad contumacia maligna ve ulcera præſtantior eſt,ſed æris,carnem magis purgat & conſumit.

LEVCACANTHVM.

Leucacanthi,quod alii polygonatum, alii iſchiada uocant,radix incidit quidem,& iu tertio ordine ſiccat, in primo autem calefacit.

LEVCAS.

Leucas calefacit ſiccatq; in tertio ordine,acrimonia uero præpollet.

LEVCOION, VIOLA ALBA

Albæ uiolæ totus frutex abſtergendi extenuandiq; uireis poſſidet magis autem flores , & ex eis,ſicciores:idcirco & menſeis ſtimulant, fœtus corrumpunt expelluntq;,ac ſiquis aquæ miſtura uim ipſorum obtundat, etiam inflammationibus conducent,præſertim uteri: ra

dices eadem præstant, crasſiore magisq; terreſtri natura præditæ: ex aceto inflammationibus in ſcirrum coaleſcentibus imponuntur.

LEVCE, POPVLVS ALBA.

5 Populus alba aquoſa, repida terreſtriq; conſtat ſubſtantia uiribus abſterſoriis.

LIBANOTIDES.

Libanotides tres numerantur, una ſterilis, duæ fructum ferentes, uires illis extergendi, incidendi, diſcutiendi: & 10 emolliendi, ſuccus earum oculis ex humorum crasſitie hebetibus ſalutariter ex melle imponitur, coronariæ uero libanotidis decoctæ ius, regio morbo laborantibus recte bibitur.

LIBANOTOS, LACHRYMA 15 THVRIS.

Lachryma thuris in ſecundo ordine calefacit, in primo ſiccat, habet et modicam quandam uim leuiter aſtringẽtem: cortex ipſius manifeſto aſtringit, ſiccatq; in ſecundo abſceſſu abſolute. crasſior thure et minus acris: hinc 20 ſanguinem ſpuentibus, dyſentericis, cœliacis, et ſtomachicis, tum foris impoſitus, tum intro aſſumptus, ſalutaris eſt. Surculus ipſius calefacit ſiccatq; tertio in abſceſſu atque nonnihil extergit: quo circa oculorum ulcera et purgat et explet.

25 LIGNIS, FVLIGO.

Fuligo ſpecierum quarundam concrematarum, nempe lachrymæ thuris, myrrhæ, terebinthi, ſtyracis, picis liquidæ, cedri, ueluti puluis quidam eſt, qui Græcis æthale dicitur cum fumo aſcendens. obtinet quidem ſiccantẽ 30 et terreſtrem tenuemq; ſubſtantiam. particulares autem ipſius differentiæ iuxta materiæ combuſtæ rationem fiunt. Vtuntur ea potisſimum in medicinis ocularіis, et ad honeſtandas palpebras accommodatis. at thuris fuligo omnibus eſt utilior, ut quæ mitior: contra piceæ, pini, 35 et tede ualentior eſt, quo fit ut ad glabreſcentes palpebras aliis ſubnaſcentibus, diſtillantes et eroſos oculos

rum angulos, illachrymantesq́;, recte adhibeatur.

LIGYSTICVM, LIGVSTICVM.

Ligustici & radix & semen adeo calefaciunt ut menseis citent, flatusq́; probe discutiant.

LITHARGYROS, ARGENTI SPVMA.

Argenti spuma medii inter metallica ordinis est, eoq́; ceu materie ipsa aliis medicinis mista subinde utimur, siccat tamen mediocriter, abstergit & astringit: inde femorum attritus persanat. 10

LITHI, LAPIDES.

Lapides omnes terræ modo desiccant, sed hęmatites astringit & abunde siccat, quare etiam oculorum asperitates exterit, quum quidem inflammatione carent, ex aqua: quum uero illa tentantur, ex ouo: cęterum ad sputa cruenta bibitur utiliter, ulcera supercrescentia compescit. Schistos lapis superiori quidem consimilis est, sed imbecillior, mox galactites, id est, lactarius sequitur. Melitites cuiusdam etiam caloris compos est. Morochthus quem alii à candore lactis, leucographida uocant, quo prædictis omnibus mitior est (nullas enim habet uireis efficaciores) eo moderatior, magisq́; dolorem lenit, eamq; ob causam in teneris corporibus cum cerato ad cicatricem ulceribus obducendam eo utuntur. Iaspis qui subuiridi colore est quum efficacior sit, oculorum cicatrices & pterygia extenuat: uiridis autem iaspis adalligatus & in anulo gestatus cibum in stomacho non cõtinentibus confert. Iudaicus dictus renum calculos conterit, unde etiam recentiores tecolithon appellant. Pyrites ualide discutit tumores, sanguinemq́; in grumos concretum: cuius quum facultas non est, molari utuntur. Phrygius præter quod ualenter desiccat, nonnihil etiam astringit roditq́;, unde & repellere & digerere potest, eoq́; ocularíis miscetur remediis. Ageratus astringendi discutiendiq́; uirtutis compos, gutturis inflammationem curat. Asiæ petræ flos tam subtilem naturam

(Margin line numbers: 5, 10, 15, 20, 25, 30, 35)

habet,ut humentes & flaccidas carnes citra rosionem absumat. Gagates affatim siccans inflationibus præsertim diuturnis expedit. Magnes, quem & Heraclium lapidem uocant, æquales hæmatiti uireis repræsentat.
5 Arabicus ebori similis, siccandi repurgandiq; uireis habet. Alabastritæ combusti cinerem stomachicis nonnulli bibendum exhibent. Smyris extergit, dentifriciis accommodatus. Qui in spongiis inueniuntur lapilli, renum calculos frangunt. Similes his uireis habent qui in
10 Argæo Cappoadociæ monte nascuntur. Similiter & ophites dictus, qui adalligatus contra uiperarum morsus confert. Ostracites, hoc est, crustaceus, & geodes à terra quam intra se complectitur appellatus, abunde siccare feruntur, ideoq; inflammatis tumoribus mederi.
15 Naxiæ cotis detrimentum uirginum mammis & puerorum testiculis utile est, ne nimium crescant. Quod uero ex olearia cote detritum fuerit abstersoria ui donatum alopecias explet. Hieracitin & Indicum lapidem alligatum contra hemorrhoidas ualere perhi-
20 bent. Sapphyrus potus, scorpionum ictibus aduersatur. Aphroselenes, comitialibus potui datur. Armeniacus, inferiorem uentrem purgat, sed stomacho nocet.

LITHOSPERMON.

25 Lithospermon, quod alii diosporon, alii heraclion uocant, herbæ aetonichi dictæ semen est lapideum, album, quod cum uino albo potum calculos frangit, & urinas eiicit.

LINOSPERMON, LI-
30 NI SEMEN.

Lini semen ex primo gradu calidum est, inter humectantia siccantiaq; medium, manducatum flatibus creandis est, uel si frictum fuerit.

LINOZOSTIS, HERBA MER-
35 CVRIALIS.

Herba mercurialis aluum liberaliter subducit, illita

discutit. ⌊Sciendumq́; est eius semen infricatum corporis excrescentias præter naturam, quas uulgus uocat naphia, abolere, sicut experientia comprobatum est. Sed uiride semen esse oportet, et frequenter ipsum tuberculis illis infricare.⌋ 5

⌊Hæc in Græco exēplari superiori medicamēto per perā ascripta erant

LITRVM, NITRVM.

Litrum medium inter aphronitrum et salem uirtute est, crematum magis extenuat discutitq́;, et si intro sumatur, crassos uiscososq́; humores plus cæteris incidit et extenuat. Chalastreum uero (est autem Chalastra Thessaliæ 10 locus) acrius siccantiusq́; est, quare ad capitis destillationes et articularios cruciatus eo utuntur.

LONCHITIS.

Lonchitidis, cui semen triangulum est lanceæ simile, radix dauco æqualis, urinam mouet: eius uero quæ scolo 15 pendrio respondet, folia uiridia uulnera glutinant, sicca uero cum aceto pota lienibus induratis medentur.

LYCOPSIS.

Lycopsis radix quum sit astrictoria, cum polenta illita sacris ignibus authore Dioscoride conuenit: si leuis cum 20 oleo inungatur, sudores elicit.

LYCIVM.

Lycium ex diuersis genere substantiis constat, calida, tenui et discutiēte, terrestri uero frigida et leuiter astringente, ut in secundo abscessu desiccet, calefaciendo refrige- 25 randoq́; medium est, hac de causa ceu abstersorio in oculis obscuratis eo utuntur: tanquam astringenti, in cœliacis, torminibus intestinorum, et maleficis ulceribus: at contra inflammationes, ut discutienti cæterum primas obtinet Indicum. 30

LYSIMACHIVM.

Lysimachium uim habet excellenter astrictoriam, qua et uulnera glutinat et sanguinem compescit, tum ipsum tum ipsius succus, intestinorum tormina et potum et ab inferioribus partibus iniectum sanat. 35

LYCHNIS.

Lychnidos coronariæ semen calidum est & siccum in secundo abscessu,eoq; absoluto.

LOTVS HERBA.

Lotus domestica,quam nonnulli triphyllon appellant, abstersorias uireis obtinet & modice siccanteis, calore temperata est. At syluestris loti semen ad secundum calefacientium ordinẽ refertur,habet autem nonnihil etiã abstersorium. Aegyptiæ semen in panes quoque effingitur.

LOTVS ARBOR.

Lotus arbor extenuat,siccat & mediocriter astringit,qua de causa ad fluxum muliebrem,alui fluores pota cum uino aut aqua,aut etiam in aluum data salutaris est,pilos defluos confirmat.

QVÆ AB M AVSPICANTVR.

MACER.

Macer cortex est qui ex India importatur,tertio ordine siccat,inter calorem & frigiditatem medium obtinet:est etiam astringens tenuisq;,unde cœliacis & intestinorum torminibus auxiliaris habetur.

MALOBATHRON.

Malobathri folium æquales spicæ nardi uireis repræsentat.

MALACHE, MALVA.

Malua syluestris mediocriter discutit & emollit:hortensis autem,ceu humidior etiam imbecillior est:semen tanto uiribus præstat,quanto & siccius est.

MAMIRAS.

Mamiras ueluti radicula herbæ cuiusdam est ceu geniculis frequentibus nodosis,quæ cicatrices & albugines extenuare creditur,exterendi nimirum facultate prædita.

MANDRAGORAS, MANDRAGORA.

Mandragora tertii refrigerantium ordinis est: mala ipsius caliditatem quampiam & humiditatem referunt,un

de soporem grauem homini possunt accersire: at radicis cortex uehementissimus, non refrigerat modo sed etiam siccat. *interior eius pars imbecillior est.

MANNA THVRIS.

Manna thuris simileis thuri uireis habet, sed remissas & sensim astringentes.

MARATHRON, FOENICVLVM.

Fœniculum calefacit in tertio ordine, in primo siccat, hinc etiam lacti generando est, & suffusis auxiliatur.

MASTICHE.

Mastiche, Chia quidem calefacit siccatq; in primo abscessu, cæterum compositæ est facultatis, astrictoriæ simul & emollientis: hanc ob rationem stomachi uentris, intestinorum & iocinoris inflammationibus recte accommodatur. Aegyptia, nigriore colore quodammodo, siccat magis & discutit, minus astringit, hinc furunculos quoque dissipat.

MELAN, ATRAMENTVM INDICVM.

Atramentum Indicum authore Dioscoride in genere leniter *astringentium est, quæ inflammationes laxosq; tumores, œdemata uocant, rumpunt, ulceraq; purgant.

MELANTERIA, CRETA SVTORIA.

Creta sutoria impense astringit extenuatq;.

MELAN, ATRAMENTVM scriptorium.

Atramentum quo scribimus abunde & ipsum desiccat, solutum uero posca ambustis si illinatur, præsenti est remedio.

MELANTHION, NIGELLA.

Nigella in tertio ordine calefacit & desiccat, est etiam tenui natura prędita, unde destillationibus in nareis, olfactu prodest, intus assumpta discutiendis flatibus singularis est: quinetiam amari partices deprehenditur, quo lũ

*Græce habebat τὸ δὲ δὲ ἐνδον οὐ τῆς .i. arboris ipsius pro τὸ δὲ ἐν τοῦτος. sic .n. Galenus & Oribasius habent.

*Impressum exēplar ψυχόντων. uerum oēs Dioscoridis codices συφόντων hñt.

5 10 15 20 25 30 35

bricos interficit: abstergit & incidit, hinc quoque recta ceruice spirantibus commode exhibetur, item lepras exterit, myrmecias eiicit, & menstrua incitat.

MELI, MEL.

5 Mel calfacit & siccat ordine secundo, abstergitq; insigniter: coctum minus quidem acre redditur, detersorium & uentri subducendo accommodatum, uerum magis nutrit. Amarum mel, sicut & id quod in Sardinia fit, mistas habet uireis, terrestrē & calidā. At mel sachar quod 10 ex felici Arabia conuehitur, minus dulce nostro est, sed æqualis uireis obtinet, præter quod nec stomacho noceat, nec sitim faciat, quemadmodum hoc nostras.

MELIA, FRAXINVS.

Fraxinus nota arbor est, folia eius pota uiperarū morsi 15 bus succurrūt: cortex crematus, illitusq; ex aqua lepras separat, ligni uero ramēta si bibātur, lethalia esse ferunt.

MELILOTOS, SERTVLA CAMPANA.

Sertula campana diuersis facultatibus pollet: astringen 20 di, discutiendi & concoquendi.

MELISSOPHYLLON, APIASTRVM.

Apiastrum uiribus marrubio per omnia respondet.

MEMÆCYLOS.

Memæcylos* arbuti fructus, in litera C cōprehēsus est.

*Male est in græco κρανίας, hoc est corni ꝑ κομάρου. quod est arbuti.

25 MESPILA.

Mespila, alii tricocca quasi trigrania uocant, fructus est affatim acerbus, & uix esculentus, aluumq; continens: germina foliaq; mespili impense acerba sunt.

MEDION.

30 Medii radix uireis semini contrarias præ se fert, quippe austera est & fluxiones comprimit, ideoq; muliebrem fluxum sistit: semen quum tenuis incidentisq; sit facultatis, menseis quoque proritat.

MECON, PAPAVER.

35 Papauer multiplex est: hortēsis qdē, quod etiam thylacitin ceu utricularium uocāt, semen est esculentum, si cū

pane assumatur, mediocriter somnum concilians. At rhœas appellatum, inde quod semen ipsius celeriter de fluat, ualidius ipsum hortensi est: manducatur itaque nõ per se, sed mométum copiosiori melli mixtum. Quod ueluti decidenti, ac depresso calyce est, nigrum semen habet & medicatum, nimis quam frigidum. Quod pro lixiore & proceriore constat calyce, medicatius uniuer sis est, quapropter stuporem inducit quousque interi mat. Nam & ipsum & eius lachryma, quam per excel lentiam opion nuncupant, quarto refrigerantium ab scessui asscribuntur. Cornutum papauer astringendi ui reis sortitur, ideoq; radicis ipsius decoctum potu ioci norosis auxiliatur: folia aũt & flores perquam sordida ulcera expurgant, crustasq; tollunt. Heraclion & aphro des id est spumosum papauer dictum, semen habet pi tuitæ purgandæ accommodatum.

MELA, MALA.

Malis omnibus frigida & excrementicia inest humidi ditas: & quæ in eorum censu tenera & aquosa sunt, frigi ditate cæteris & humditate prestant: dulcia aquosa qui dem, non tamen manifeste frida sunt: austera dulcibus quidem frigidiora, sed minus humida: acida frigida qui dem & ipsa, uerum incidendi humores uentriculo inhę rentes uim testantur: acerba cuiusmodi cotonea & stru thia sunt, frigido & terrestri donata tempeamento, uen trem supprimunt, uulnera glutinant pari modo folia, suc ci, & cortices arborum inter se differunt.

MELEA, MALVS PERSICA.

Mali Persicæ surculi & folia euidenter amara sunt, eoq; concisa tritaq; umbilico imposita lumbricos enecant: frnctus autem ipsius, nempe Persicum hoc esculentum in secundo ordine frigidum humidumq; existit.

MELEA, MALVS ARME NIAACA.

Mali armeniacæ fructus, quæ nunc uocant mala præco cia, consimiles Persicis uireis refert.

MEON.

Mei radices in tertio ordine calefaciunt, in secundo siccant, ideoq; urinam & menseis cient: liberalius meon assumptum, capitis facit dolores.

5

MILAX.

Milax tam læuis quam aspera, arbores amplexa, calidã acremq; facultatem possidet.

MISY.

Misy medicamentum est ex iis quæ crustam faciunt & adurunt, ualenterq; astringunt, minus autem quam chalcitis erodit, quoniam tenuius ea est: cæterum chalcitis & sori uetustate in misy mutantur, à superficie incipiente statim mutatione.

10

MOLYBDAENA, PLVMBAGO.

15

Plumbago argenti spumæ uireis habet, à medio temperamento ad frigidius digressa.

MOLYBDOS, PLVMBVM.

Plumbum refrigeratoriæ uirtutis est, habet et humidæ substantiæ plurimum, quod ex frigore coaluerit. Trito igitur in eo aut uino, aut immaturo oleo, aut quoddam succo refrigerante, ad naturalium et sedis ulcerosas inflammationes excellentissimum erit remedium: lamina uero plumbea super lumbos gestata, ueneris insomnia cohibet. Item bractea tenuis ganglio imposita, ipsum dissipat. Concrematum plumbum ualidius quidem siccat, sed et acrimoniæ nonnihil obtinet: si eluantur, tum sine rosione siccat, tum maleficis ulceribus præsentaneum est remedium.

20

25

MORÆA, MORVS.

30

Mori fructus maturus quidem aluum subducit et medicamentis * stomaticis aliis quæ moderatam requirunt astrictionem utiliter miscetur, immaturus ubi exaruerit, perquam obstruens fit medicamentum: cortex autem radicis arboris etiam amaritudinis cuiusdam particeps purgare potest, eoq; latos lumbricos occidit: foliorum autem surculorumq; uis, subducentium et comprimen

35

* Græce est στομαχικοῖς pro στοματικοῖς, instauratũ ex Galeno.

tium media quodammodo existit.

MYAGROS.

Myagri semen pingue est.quod in eo oleosum habe-tur,opplendi uireis repræsentat.

MYACES, MYTVLI.

Mytuli combusti,eundem cum buccinis effectum præstant,proprie uero eloti palpebrarum asperitatem & albugines cum melle exterunt,caro ipsorum canum morsibus utiliter imponitur.

MYARON.

Myaron,quam alii melampycnon appellant,herba ferulacea est & pinguis,uidetur autem ipsius pinguitudo corporis asperitates læuigare.

MYELOS, MEDVLLA.

Medulla facultatis est quæ indurata ac in scirrum con-crescentia corpora emollit. Laudatissima est ceruina, mox uitulina,taurina,hircynaq; acrior est,magisq; siccat & quæ in artubus cõtinetur pinguior est magisq; emollit:quæ de spina elicitur,durior squalidiorq; est.

MYCETES, FVNGI.

Fungi frigidi & humidi admodũ temperamento sunt, nonnulli ipsorum manducati, etiam exitium adferunt, præsertim qui inter ipsos natura constant putride quali-tatis participi.

MYOSOTE, MVRIS AVRICVLA.

Muris auricula dicta est alsine.

MYXA.

Myxa arboris fructus est minor quidem prunis,faculta-te uero consimilis.

MYRICA, TAMARIX.

Tamarix incidit extergitq; ita ut manifeste non siccet, sed astrictionem quoque nonnullam obtineat, qua de causa decoctum ipsius potum lienes adiuuat,item den-tium doloribus medetur:fructus autem & cortex ipsius

gallæ uirtute proximus est: cinis arboris uehementius exiccat.

MYRIOPHYLLON, MILLEFOLIVM.

5 Millefolium tantam siccandi uim possidet, ut uulnera conglutinet.

MYRRHA, VEL MYRRHIS.

Myrrha in secuudo ordine calefacit, ac nonnihil etiam extenuat, radix ipsius odorata dulcisq; est, mẽsibus mo-10 uendis, & humoribus è thorace & pulmone repurgandis idonea.

MYRRHINE, SEV MYRSINE, MYRTVS.

Myrtus ex diuersis composita est substantiis, pollet in ea 15 terrestris frigiditas, qua ualenter siccat: at myrtula trunco et ramis ipsius adnascens tumida, maiore ui in astringendo et siccando scatet, iam uero et folia aridiora uiribus magis siccant: item fructus succusq; tum foris applicatus, tum intus assumptus, persimileis 20 uireis præ se fert.

MOLY.

Moly, quod nonnulli rutam syluestrem, alii armanam dicunt. Syrii besasam, tertio calefacientium ordini annumeratur, suastantia tenue, hinc crassos humores uisco-25 sosq; incidit, discutit et urinam promouet.

QVÆ AB N INCIPIVNT.

NAOCANTHON.

Naocanthon, sunt qui nacaphthon dicunt, Indicum est 30 odoramentum, qnod ad astrictos fœminarum locos suffitu uaporetur.

NAPY, SINAPI.

Sinapi calefacit siccatq; in quarto abscessu.

NARDOSTACHIS, SPICA 35 NARDI.

Spicæ nardi radix calfacit ĩ primo, siccat in sc̃do ordine

particeps est etiam astringentis cuiusdam qualitatis, acris et subamaræ, iocinori prodest et stomacho, extrinsecus admota et ebibita, urinam mouet et interaneorum fluxiones desiccat: sed Indica ualentior est quàm Syriaca et nigrior. 5

NARDVS GALLICA.

Nardus gallica superiori uireis habet æqualeis, sed imbecilliores, præterquam ad urinam ciendam, calidior enim est quàm illia, minusq; astringit. 10

NARDVS MONTANA.

Nardus montana, quæ nonnullis thylacitis, pyritisq; dicitur, commemoratis est infirmior.

NARTEX, FERVLA.

Ferulæ semen extenuat calfacitq;: medulla ipsius uiridis adhuc, astringit, eoq; sanguinem spuentibus et cœliacis 15 accommodata est.

NARCE, TORPEDO MARINA

Torpedo marina uiuens capiti imposita dolores eius arcet, idq; forsan eodem illo torpore quem membris eã 20 contingentibus inducit: oleum in quo uiua decocta fuerit, ad acriores articulorum cruciatus leniendos inungitur: eadem torpedo anum procidentem coercere apposita fertur. 25

NARCISSVS.

Narcissi radix adeo desiccat ut maximis uulneribus sit glutinandis, imo etiam tendinum præcisionibus confert, cæterum abstergendi et attrahendi uim quandam habet. 30

NEVRAS, SEV POTERION.

Neuras, quod ali poterion uocant, sine rosione desiccat, ut et ipsa neruos præcisos iglutinet: radices autem potissimum hunc effectum præstant, & impositæ, et potæ.

NERION, AVT RODODAPNE. 35

Nerion extrinsecus illitum uim refert discussoriam: si intus

intus assumatur, occidit.

NYMPHÆA.

Nymphæa uireis habet sine rosione siccas, quibus & uẽtrem reprimit, & genituram arefacit: uerum alba radice donata ualentior est, eoq́; fluxum muliebrem cum uino nigro & austero pota persanat: quæ nigram refert, detersoria quoque ui nonnulla pollet, eaq; uitiligines, alphos dictas cum aqua exterit: pilorum defluuia cum pice liquida illita replet.

QVÆ AB X ORDIVNTVR.

XANTHION, AVT PHASGANION.

5 Xanthion phasganiumve fructum fert discutiendi uiribus præditum.

XIRIS, AVT XIRIS.

Xiris natura tenuis est, discussoriç, & extrahentis, ac nimirum siccatoriæ, præcipue semen, quod & urinam cit

10 & lieni indurato medetur.

XIPHION, GLADIOLVS.

Gladioli radix trahit: discutit, & siccat.

QVÆ INITIVM HABENT AB O.

15 OE, SORBVS.

Sorbus arbor cuius fructus oa, à nonnullis ὄα dicitur, astringendi uim obtinet, sed minorem mespilo.

OTHONNA.

Othonnam, alii herbæ esse succum in Arabia ad Aegy-

20 ptum nascentis asserunt, alii lapidem Aegyptium: detergit autem eroditq́;, omnia quæ claritati oculorum officiunt, exterens.

OENANTHE, LABRVSCÆ VITIS FLOS.

25 Oenanthe syluestris uitis flos est, usus plurimi, quoniam insigniter astringit, stomachumq́; & aluum maxime firmat: Dioscorides autem aliam describit œnanthen cõ-

trariis donatam uiribus, unde secundas eam eiicere, & urinæ stillicidio, morboq; regio mederi tradit.

OENOS, VINVM.

Vinum calore & siccitate insita, secũdi ordinis est: quod admodum uetustum est, tertii: Mustum uero primi. 5

OESYPVS, LANÆ PINGVEDO.

Oesypus in sermone de lanis explicata est.

OLYNTHI, GROSSI.

Grossi acrem & discussoriam uim obtinent, liquoris gratia qui in ipsis continetur. cocti igitur duros tumores dissipant: crudi myrmecias & thymos exterunt. 10

OLOSTEVM.

Olosteum siccat astringitque. hinc eo ad rupta utuntur.

OMPHACIVM.

Omphaciũ succus est uuæ immaturæ, astringens egregiæ & siccans in tertio abscessu: eoque fluidis affectibus & præsertim stomachicis, accommodatur. 15

ONAGRA.

Onagra, quam nonnulli onotheram, alio onothurin dicunt, frutex est arboreus, cuius radix illita, ferocientia ulcera mitigat. 20

ONOMA.

Onoma, uel onomis, uel phlomitis, uel ononis, acrem amaramq; uim obtinet, eamq; ob causam folia eius cũ uino pota, fœtus occidunt expelluntq;. 25

ONOBRYCHIS.

Onobrychis ui rarefaciendi & discussoria, tubercula, quæ phymata dicuntur, dissipat, urinæ stillicidio medetur, & sudores prouocat.

ONI, ASINI SEV MVLTIPEDÆ. 30

Multipedæ quæ in humidis locis agunt, & tactæ in orbem se conduplicant, discutiunt siccantq;, potæ cum uino urinæ angustiis & arquato medentur, anginæ itidem cum melle iisdem illinuntur. Item detritæ cum rosaceo calfactæq; in mali punici cortice, auribus dolentibus sa 35

lutariter instillantur.

ONYCHES, CONCHVLÆ INDICÆ.

Onyches conchyliorum Indicorum opercula sunt, quæ suffitu strangulatione uuluarum concidentes fœminas excitant, item comitialeis: potæ aluum turbant.

ONONIS.

Ononis radice constat quę in tertio fere gradu calefacit cortex ipsius extergit, & incidit, unde etiam calculos conterit.

OXOS, ACETVM.

Acetū mixtæ est naturæ frigidæ & calidæ, sed utriusq; tenuis, frigida tñ calidā excellit, cæterū in.iii.ordine siccat

OXIACANTHOS.

Oxyacanthus arbor piro syluestri & figura & uiribus æqualis est, habet & subtile quippiam coniunctum: sed fructus ipsius myrti baccis respondet.

*OPIVM.

Liquores, & Cyrenaicus, & Medicus, & Syriacus per excellentiam opium dicuntur, calidi natura, & perspiratu discutientes insigniter: uerum Cyrenaicus cæteris est calidior tenuiorque.

*Galenus impressus habet ὀπὸς. Paulus & Oribasius ὀπόν.

ORIGANVM.

Omnia origani genera incidendi, extenuandi, siccandi, et calefaciendi uireis in tertio abscessu ostendunt.

OREOSELINVM, APIVM MONTANVM.

Apium montanum uiribus domestico æquale est, sed imbecillius.

OROBANCHE.

Orobanche sicco & frigido temperamento est, iuxta primum ordinem.

OROBOS, ERVVM.

Eruū calefacit in primo gradu, siccat in secundo, amarū q; est, quapropter incidit, detergit, obstructa aperit: liberalius sumptum, sanguinem per urinam expellit.

ORMINON.

Orminon marrubio specie simile est: calidum mediocriter siccum & abstergens, uenerem igitur stimulat, & oculorum crasfities cum melle repurgat, tumores laxos discutit, & extrahit aculeos. Syluestre domestico est ualentius.

ORYZA.

Oryza uim quandam astrictoriam præ se fert: qua etiã uentrem mediocriter cohibet.

ORCHIS HERBA.

Orchis herba (nominatur aũt cynosorchis, id est, testiculus canis) radicem habet bulbosam & duplicem: uis aũt maioris, humida & calida, eoq; ueneri incitandæ est: minoris, calida & sicca, contra igitur uenerem coercet.

ORCHIS, SERAPIAS.

Orchis, quæ & Serapias dicitur, aliis triorchis, priore ualentius desiccat, quare laxos tumores dissipat, ulcera sordida & putredini obnoxia repurgat, herpetas abigit: inarefacta autem magis siccat. Quoniam uero substringere idonea est, aluum quoque cum uino pota retinet.

OSYRIS.

Osyris, ex qua medicamenta ad exterendam leuigandamq; cutem, Græci coremata uocant, fieri solent, amara est, & iecoris laxandi uireis habet.

OSTA, OSSA.

Ossa concremata uehementer discutiunt siccantq; præsertim id facere dicuntur humana: atqui suillus talus cõbustus, inflationibus & circa umbilicum torminibus mederi dicitur. quinetiam ossa cremata si potui quis exhibeat, morbum comitialem & articularios dolores abigunt. Bubulus talus ustus, mobileis firmare denteis prędicatur: cum melle potus, teretes lumbricos educit: cum oxymelite, lienem consumit, & uitiligines, quas uocant leucas, illitus abolent. item ad uenerem commendatur: femora bouis cremata potu sanguinis eruptiones, & alui fluxum compescunt.

OSTRACA, TESTÆ.

Testæ fornacium tritæ siccant exterguntq́; , hinc dentifriciis accommodantur, illitæ cum aceto prurigini, pustulis, quæ appellantur exanthemata, & podagræ conferũt: cerato exceptæ, strumas discutiunt.

OSTREA.

Ostreorum testa cremata æqualẽ buccinis uim, sed minus crassam repræsentat, abstergit igitur faciei labes, & dentibus nitorem conciliat: elota rosionem amittit, ad carnem cicatricemq́; humidis ulceribus inducendam accommodata.

OVRON, VRINA.

Vrina quælibet calida est & acris, sed humana omniũ aliorum animalium exceptis maialibus, infirmior est. cæterum uehementer abstergit, quapropter nonnulli potione eius in peste usi, mortem euaserunt: eadem lepras, ulcera putredinem experta, capitisq́; manantia ulcera, quæ uocantur achores, & furfures persanat. item pedum attritus nondum inflammatione occupatos. At impubis pueri urina omniũ efficacissima est, unde etiã chrysocolla conficitur. Mulorum articularibus doloribus congruit. Caprarum et chamelorum aluum deiicit ideoq́; contra aquam subtercutem bibitur.

QVÆ A P INCIPIVNT.

PANCRATION.

Pancration et specie et uiris scyllæ simile est, uerum imbecillius.

PALIVRON.

Paliuri folia & radix astringunt, eoq́; aluum fluentẽ sistunt, tubercula, quæ dicuntur phymata, non nimis calida discutiunt. Semen eius tam uehementi incisoria uirtute ualet, ut et calculos conterat, et excreationibus è pectore auxilietur.

PANACES.

Panaces Herculeum est, ex quo opopanax dictus conficitur, in tertio ordine calefaciens, in secundo siccans, emolliens, discutiensq́;: radicis cortex liquore imbecil-

lior. habet nonnihil & abstergens, & carni ducendæ ido neum: semen ipsius menseis quoque citat. Asclepion panaces & Chironium priori calidiora sunt, hinc floribus ipsorum & semine ad malefica ulcera & phymata utuntur.

PAPYRVS.

Papyrus ignem non experta, materia quædam efficitur usta, siccat chartæ crematæ modo, uerum papyri cinis uiribus inferior est.

PARONYCHIA.

Paronychia inde nomen accepit, quod digitorum reduuiis quæ dicũtur paronychiæ, medeatur. uis eius est extenuare & siccare, idq; citra rosionem.

PENTAPHYLLON, QVINQVEFOLIVM.

Quinquefolium in tertio ordine desiccat, minime acre, eoq; in multos usus accommodatur.

PEPLON HERBA.

Peplon nonnulli papauer spumeum dicunt: & hic frutex liquorem habet & tithymalorum modo purgat. 20

PEPLION.

Peplion quoque liquorẽ habet, & magna ex parte maritimis locis nascitur, cętera quidem inutile, semen autẽ ipsius feruidi saporis, peplo consimiliter expurgat.

PEPERI, PIPER. 25

Piperis radix, costi uireis refert: fructus nuper quidem germinantis arboris, oblongum est piper, humidius natura & calidum: fructus ueluti acerbus immaturusq; album est piper, nigro acrius, ut quod impendio magis assatum sit: utrunque uero & calefacit & desiccat. 30

PEPON.

Pepon abstergendi facultate efficax est, inde ueluti caro ipsius ephelidas & consimilia faciei uitia exterit, semen renes obstructione liberat.

PERICLYMENON. 35

Periclymeni folia et semen incidendi simul & calefaciẽ

di uis eis obtinent, quapropter urinam cruentam excernunt, ad *quatuor dies pota: ‖item genituram uiri siccant, ‖ quadraginta diebus in potione assumpta: lienosos & ægre spirantes adiuuant.

*Græce ἐ τέτταρα, κὸ ἵλα, male pro τέτταρα sic .n. habet uetusta traslatio Galeni.
‖In impresso desideratur.

PERISTEREON, VERBENACA.

Verbenaca adeo desiccat astringitque, ut uulneribus glutinandis, & sanguinis eruptioni sistendæ sit.

PERSÆA SEV PERSICA.

Persæa arbor est Ægypti, cuius folia & siccant & astringunt, eoque sanguinis eruptionem compescunt.

PETASITES.

Petasites tertio siccantium ordini ascribitur, unde ad maleficia & phagedænica ulcera eam usurpant.

PETROSELINON.

Petroselini semen calidum siccumque est in tertio abscessu, ui incisoria præditum, urinam ciet, menseisque trahit, flatibus discutiendis accommodatissimum.

PEVCEDANVM.

Peucedani liquore & succo affatim calefacienti, discutienti, extenuantique; utimur, tum naribus admoto, tum in potione assumpto, ad pulmonum & pectoris uitia ex humorum crassitudine contracta: item ad lienem induratum: dentibus autem perforatis impositus, dolorē protinus sopit, neruorumque affectibus idoneus est: radix squamas ossium separat, maleficis ulceribus succurrit, in tertio ordine & calefaciens & desiccans.

PEVCE, TEDA.

Teda arbor piceæ uiribus respōdet, sed moderatior est.

PEGANVM, RVTA.

Ruta syluestris ad quartum calefacientiū siccantiūque ordinem refertur: satiua ad tertiū, cuius uis est crassos lentosque humores incidere, & dissipare, urinam mouere, attenuare, & flatus discutere, unde & uenerem coercet.

PISSA, PIX.

Pix arida qdē in secūdo abscessu desiccat, minus calefacit: liqda ecōtrario, imò etiam extergit, maturat, discutit,

acrisq; est: eamque ob causam ungueis scabros educit, impetigines exterit, tumores maturat. Valentior autem est liquida, ut etiam suspiriosis et purulenta ex creantibus, lincta subueniat: sed arida uulneribus magis glutinandis est.

PISSELÆON, OLEVM PIcinum, seu picis flos.

Picinum oleũ, ex liquida fit pice: qua natura tenuius est.

PISTACIA.

Pistaciorum fructus esus stomacho mediocriter conducit, iecur obstructum laxat, præcipue *summi et odorati eorum operimenti ex uino decoctum, prosunt etiam contra serpentium morsus.

*Græce est λεπτῶν, p λεπτῶν. citatur ita a Dioscoridis interprete.

PITYIDES.

Pityides fructus sunt picearum. mistæ facultatis, astrictoriæ et acris. quam ob rem reiectionibus è pectore opitulantur.

PITYOCAMPÆ, PICEARVM ERVCÆ.

Picearum erucæ eiusdem sunt uirtutis cum cantharide et bupresti.

PITYOS PHLOEO'S, PICEÆ CORTEX.

Piceæ cortex astringendi uim eximiam possidet, qua in tertrigines et ambusta illitus persanat, uentrem potus reprimit: folia etiam uulnera conglutinant.

PITYVSA.

Pityusam quoque nonnulli tithymalli speciem asserunt, quoniam et liquorem habet, et purgat illi similiter.

PLATANVS.

Platanus ui humidiore et frigidiore pollet, eaq; de causa folia uiridia ad inflammationes nascenteis proficiunt cortex et pilulæ quoniam maiorem siccandi potentiã habent, in aceto decoctæ dentium dolores sopiunt, ambusta cum adipe persanant. Cortex autem crematus siccat uehementius et abstergit, eoq; lepras pellit, et humi

dis ulceribus medetur.

PNEVMON, PVLMO.

Pulmo agninus suillusq́;,attritus pedū ex calceis cura re creditur:uulpinus sale inueteratus si bibatur,suspirio- 5 sis proficit:marinus recens detritus podagris et pernio nibus commode illinitur.

POLEMONIVM.

Polemonium,quod aliis phileterion dicitur,tenue est, et siccandi uiribus donatum,inde nonnulli contra coxē 10 dicis dolores,intestinorum tormina,lienem induratum, radicem eius cum uino propinant.

POLIVM.

Polium minus,quo et in antidotis utimur, tertii calefa- centium siccantiumq́; ordinis est, itaque omnia uiscera 15 laxat,urinam menseisq́; trahit:uiride adhuc,magna glu tinat uulnera, aridum maleficis inspersum ulceribus proficit.

POLYGALON.

Polygalon folia habet gustu mediocriter acerba: potū, 20 lac quoque generare putatur, calidi humidiq́; tempera menti compos.

POLYGONATON.

Polygonatum uariæ particeps est facultatis, astrictoriæ, acris,amaræ,& cuiusdam gustu ingratæ,quæ uerbis ne- 25 queat exprimi:quapropter in multipliceis usus haud est accommodatum:radicem ipsius nonnulli ad faciei la- bes,quas ptilos dicunt Græci,abstergendas illinunt.

POLYGONON, SANGVINARIA.

Sanguinaria habet sane uim quandam astringendi, sed 30 humiditas in scdo ordine frigida in ea ꝑpollet: stoma- chi feruori frigida inspergitur utiliter,sacris ignibus,inflā mationibusq́; calidis illinitur, ac talis quum sit, fluxio nes repellit,atque hac ratione siccatoria esse putatur:fœ mina autem mas ueh mentior est. 35

POLYCNEMON.

Polycnemon in secundo ordine calefacit & desiccat,

eoque uulnera glutinat.

POLYPODION, FILICVLA.

Polypodium siccat abunde citra morsum: potum, inferius purgationem molitur.

POMPHOLYX.

Pompholyx sine rosione siccat, ideoq; cancrosis ulceribus aliisque maleficis opitulatur, item cum ocularlis medicinis miscetur.

PORPHYRÆ, PVRPVRÆ.

Purpuræ crematæ testis æqualem uim sortitæ sunt, opcula ipsarum cum oleo incocta pilos fluidos confirmant, cum aceto pota lienes tumidos sanant, suffitu foeminas locorum strangulatu concidentes excitant, secundasque eiiciunt.

POTAMOGETON.

Potamogeton refrigerat & astringit, sanguinali herbæ consimiliter, iisdem uirtutibus præditum.

POTERION.

Poterii, quod alii phrynion dicunt, radices concisæ neruos præsectos & uulnera cōglutinant, decoctum ipsius epotum neruorum affectionibus auxiliatur.

PRASION, MARRVBIVM.

Marrubium in secundo ordine calefacit, amplius autem siccat, iecur lienemq; laxat, excreationes è thorace & pulmonibus, menseisq; promouet: illitum extergit, discutitq;, præcipua extersoria incisoriaq; ui præditum.

PRASON, PORRVM.

Porrum mali succi est & acris. ut autē Dioscorides memoriæ prodidit, grauia facit insomnia, aluumq; bonam, urinam, ciet, & extenuat: habet & abstergendi uim aliq̄ qua pectoris excreationes elicit. cæterum semen eius ptisanæ incoctum nephriticis temperatur medicinis, folia etiam nonnihil astringunt, ac eam ob causam succus ipsorum sanguinem supprimit.

PRINOS ILEX.

Ilex simileis quercui uireis hēt, sed multo ea est ualidior

PROPOLIS.

Propolis calefacit quidem in ſecundo abſceſſu, abſtergit autem mediocriter, tenuiſque naturæ eſt, & meatuũ apertoriæ.

5 PTARMICE.

Ptarmicæ folia ſternutamenta mouent, totus autem frutex uiridis ſugillata, liuoresque alios diſiicit, eſt enim herba calida & ſicca, uiridis ſecundi ordinis, arida tertij.

10 PTELEA, VLMVS.

Vlmus ſiccare ualent & abſtergere, eoque uulnera glutinare, cortex autem magis, ſi recens faſciolæ modo uulneribus circumuoluatur, cum aceto lepras quoque tollit: radices idem præſtant, ſi oſſa fracta quæ ſolidari tophacia cicatrice quam poron dicunt, deſiderant, decocti 15 ipſarum iure perfundantur.

PTERIS, FILIX.

Filix uim ſiccandi & amaram repræſentat, eaque fœtus corrumpit, latoſq; lubricos enecat, inſtar quatuor drachmaꝶ cum mulſa pota: quoniam uero modice conſtrin- 20 git, ulcera citra roſionem deſiccare poteſt.

PYCNOCOMON.

Pycnocomõ diſcutiente ui acriq; donatũ eſt, folia igitur panos & furunculos diſſipant, ſemẽ pterea infixa corpori extrahit, radix flauam bilem purgat.

25 PYRETHRVM.

Pyrethri radix adurentẽ poteſtatem occupat, dentium q frigori patuerunt dolores lenit, item ad febrium rigores ante acceſſionem infricatur cum oleo, adhæc iis quorũ corpora ex perfrictione ſtupent, & reſoluta ſunt, efficaciſ- 30 ſime adhibetur.

PYROS, TRITICVM.

Triticum in primo ordine calefacit, uerum ſiccando humectandoq; medium eſt, nonnihil etiam glutinoſum, & obſtruendi efficax obtinet.

35 PYTIA, COAGVLVM.

Coagulum omne naturæ acris est, tenuis, discutientis, & nimirum siccantis, sed leporinum comitialeis sanare cũ aceto potum, literis mandarunt: fluoremq; muliebrem emendat, lac in uentre concretum soluit: similiter etiam cruentas è thorace excreationes cohibere ipsum tradũt: equinum uero coagulum cœliacis & intestinorum torminibus prodesse: phocæ, castorii uireis præ se ferre.

QVÆ AB R INCIPIVNT.

RHACOS, ATTRITÆ VESTIS FRAGMENTUM.

Attritarum è lana uestium fragmenta concremata, simileis eidem lanæ uireis repræsentant. Linei autem panniculi quum adhuc uruntur, tenuem ex se fumum reddũt, qui etiam destillationes discutiat, & uuluæ sursum recurrenti salutaris sit: cremati iam ad lanę uirtutem accedunt.

RHAMNVS.

Rhamnus siccat in secundo, refrigerat in primo abscessu, quare herpetibus & erysipelatis non admodum calidis medetur. sed teneris eius foliis utendum est.

RAPHANVS, RADICVLA.

Radicula in tertio abscessu calefacit, in secundo siccat: syluestris efficacior est [in ambobus,] semen utriusque planta ipsa uehementius, itaque sugillata aliosq; liuores disiicit.

[Deest in impresso]

RHEON, RHA.

Rheon, quod alii rha dicunt compositum est ex terrestri frigida & tenui substantia, aereaq; calida & leniter acri eamq; ob causam conuulsis, ruptis, recta ceruice spirantibus opitulatur: quod discutiendi uim habet, liuores emendat quod astrictoriam, cruentas excreationes, cœliacos, & intestinorum tormina sanat, utraque uero facultate, iocinorosos iuuat.

RHETINÆ, RESINÆ.

Resinæ omnes & calefaciunt & desiccant, uerum terebinthina principatum obtinet, discutientis naturæ, emollientis, tenuis & absterforiæ, eaq; scabiem corrigit: & larix huiusmodi est. Quæ uero è teda destillauerit, atque 5 hac magis adhuc pinea, acrior est, non tamen aut discutit magis, aut attrahit, medium inter ipsas locum tenet, & quæ de picea, & quæ de abiete raditur.

RHODA ROSÆ.

Rosæ mixta constant substantia, aquosa scilicet, calida 10 astringenti & amara: flos autem ipsarum magis adhuc astringit, eoq; desiccat.

RHODIA RADIX.

Rhodia radix calefacit in secundo abscessu, tenui & discutiente ui prædita.

15 RHOEA SIVE RHOE, MAlum punicum.

Malum punicum omne astringendi uireis eximias habet, quibus refrigerat siccatq;, uerum dulce aliis minus: austerum magis refrigerat sicciusq; est & stomacho 20 acidum refrigerat quoque, & maiorem quandam incidendi uirtutem repræsentat uerum acini succo magis astringunt siccantq; : efficacius his adhuc malicorium quod sidion Græci uocant: huic uirtute respondet mali flos qui cytinus appellatur.

25 RHVS.

Rhu coriariæ à medicis dictæ fructus præcipue & succus magno in usu sunt, quum illa astringendi siccandiq; uim ex tertio ordine habeat, detergendi è secundo.

RHYPOS, SORDES.

30 Sordes ex statuis æreis, aut uasis in quibus multũ olei inherescit, detractæ sic ut nonnihil æruginis admixtum sit discutiendi uireis habent, siccandiq; mediocriter & emolliendi, eisq; immatura phymata discutiunt. At de sordibus quę in palestris habentur, quas nonnulli etiam 35 patos uocant, in sudore dictum est. Aurium sordeculæ reduuiis mederi dicuntur.

QVÆ AB S INCIPIVNT.

SAGAPENVM.

Sagapenum,ceu ferulæ liquor est,calidus & tenuis, cui & absterſoria quædam uis ineſt,qua & oculorum cicatricibus & ſuffuſionibus prodeſt.

SALAMANDRA.

Salamandræ uſtæ cinerem nonnulli medicinis exedentibus,tum iis quæ ad lepram & ſcabiem componuntur, admiſcent.

SAMPSVCHVM.

Sampſuchum calefacit,ſiccatq; in tertio abſceſſu: eſt ét tenuis naturæ & diſcuſſoriæ.

SANDARACHA.

Sandaracha adurentis eſt facultatis, quemadmodum & auripigmentum.

SANDYX, VEL SIRICVM.

Sandyx aut ſiricum, extenuat & ſiccat, non tamen calefacit.

SAPROTES CARIES LIGNORVM.

Lignorum caries, Leorum maxime, quæ mediocriter aſtringunt:qualis ⊥ulmus eſt, humentia purgat ulcera & explet.

⊥In impreſſo deſideratur.

SAPO.

Sapo,abſtergendi uim habet.

SARCOCOLLA.

Sarcocolla,perſicæ arboris lachryma eſt:opplendi & citra roſionem ſiccandi uireis ſortita,atq; ideo uulneribus eſt glutinandis.

SARXIPHAGES, SAXIFRAGA.

Saxifraga urinam mouet,& calculos conterit.

SATIRION, TRIFOLIVM.

Satyrion,aut triphyllon humidi eſt temperamenti & calidi,item flatuoſum:unde ueneris appetentiam facit:non nulli opiſthotonis cum uino auſtero potum,ſalutare eſſe tradunt.Galenus in commentario de theriaca, trifolium ait hyacintho ſimile eſſe:quum aere inturgeſcens ſe

men ſylueſtri cnico æquale habet: decocti ipſius ius ſu- perfuſum, phalangii aut uiperæ morſus ſanare: ſano idē potui datum, ſimilem animalium horum ictibus affectū conciliare.

5 SAVRA, LACERTA.

Lacertæ iecur & caput, ſuo loco expoſita ſunt: totum autem caput diſſectum impoſitumq́;, ſcorpionum icti- bus medetur.

SELINON, APIVM.

10 Apium tanti caloris eſt, ut & urinas & menſeis eliciat: ce- terum flatus diſcutit, præſertimq́; eius ſemen.

SERIS, INTIBVM.

Seris, ſubamarum olus eſt: admodum refrigerans hu- mectansq́;, habet ēt nonnihil aſtrictionis.

15 SERIPHIVM.

Seriphium calefacit quidem in ſecundo, ſiccat autem in primo ordine, conſimile abſinthio, minus tamen eo a- ſtringit, magis calefacit animalia uentris occidit, medio- criter ſtomacho aduerſatur.

20 SESELI.

Seſelis radix, magisq́; ſemen inſigniter calefacit, tenuisq́; ſubſtantiæ eſt, urinam quoque ciet, comitialibus & recta ceruice ſpirantibus accommodatum.

SEPIÆ TESTA.

25 Sepiæ teſta perſimilis eſt oſtreo, quod ad uireis attinet, ſed tenuior ſubſtantia & abſtergens, eoq́; in cinerē reda- cta, ungueis cum ſale foſſitio extenuat: ignem non expe- ta ſi infricetur, ficus exterit, & cutis labes abſtergit.

SESAMOIDES.

30 Seſamoidis albi ſemen calefacit, detergit, & rumpit.

SESAMVM.

Seſamum nō parū lētoris, pinguisq́; obtinet idcirco op- plere, mollire, & mediocriter calefacere idoneū eſt.

SEPS.

35 Seps, quam nonnulli chalcidicam lacertam dicunt, in ui- no pota, propriis morſibus ſuccurrit.

SIALON, SALIVA.

Saliua hominis ieiuni maxime discutit & abstergit, eoq́; infantium impetigines illita exterit, & furunculos cum tritico, nimirum manso imposita, maturat, & sugillata delet, feris hominem occidentibus maxime aduersatur.

SIDERITIS.

Sideritis Heraclia & helxine dicta est. Achillea autem sideritis illi quidem consimilis est, sed magis astringit, eoq́; fluidis affectibus accommodata.

SIDEROS, FERRVM

Ferrum aqua restinctum subinde, uehementem desiccandi uim aquæ conciliat, quæ pota lienosis conducit: uinum autem in quo id restinctum est, cœliacis, intestinorum torminibus cholericis, stomacho resolutis auxiliatur.

SICYOS, CVCVMIS.

Cucumis esculentus quidem uiridis, refrigerat humectantq; in secundo ordine, caro ipsius feruidas solatur inflammationes, semen abstergendi incidendiq; uirtute præditum, urinas mouet, et corpus nitidum efficit aridus siccant in primo ordine, uehementiusq́; abstergit, et semen, et radix.

SICYOS AGRIOS, CVCVmis syluestris.

Cucumeris syluatici seminis succus, elaterium dictus est, qui autem è radice et foliis premitur, elaterio similis est, sed imbecillior: radix detergit, dissipat, emollit: succus siccandi uireis habet.

SILYBON.

Silybon spinosus frutex est, albo chamæleonti persimilis esui accommodatus: radicis liquor denarii pondere cum mulsa potus: uomitiones excitat.

SILVRVS.

Silurus salsus si edatur, fauceis humidas expurgat: applicatus corpori, surculos educit.

Silphe

SILPHE, BLATTA QVÆ in pistrinis inuenitur.

Blattæ quę in pistrinis inueniũtur, interanea decocta con tritaq́;, aurium dolores persanant.

SILPHIVM, LASERPITIVM.

Laserpitium probe calefacit, flatulentum est etiam & concoctu peruicax: à foris corpori applicatum, efficacius deprehenditur, magisque liquor ipsius, extrahendi potens, item & superexcrescentia amoliendi.

SINON.

Sinon calidus [& subamarus] est, urinam mouet, cõcoctionem adiuuat, & menseis educit, & uiscera obstructa aperit.

[In impresso omissũ est.

SION.

Sion calidum, urinam citat, & discutit, renum calculos frangit, menseis euocat.

SISARVM, SISER.

Siseris radix cocta, stomacho utilis est & urinæ ciendæ, calida in tertio ordine: semen tenue est, discussorium, ualidumque, idcirco iis quos singultus & tormina male habent, cum uino exhibetur.

SISYMBRIVM.

Sisymbrium sunt qui cardaminem uocãt, cardamo, hoc est, nasturtio assimilatum: aridum quidem calefacit siccatque in primo abscessu: humidum autem in secundo.

SCAMMONIA.

Scammonia calfacit, digerit, & biliosa extergit, magisq́; eius liquor, qui iam & phymata dissipat, fœtus apposi tu corrumpit, lepras exterit, diuturno capitis dolori cũ oxyrhodino utiliter respergitur: radix autem tum ipsa, tum decoctum eius potum, purgat: cum aceto autem & farina hordeacea decocta, coxendicum doloribus illinitur.

SCANDIX.

Scandix syluestre olus est, calefaciens siccansque in se

cundo gradu,urinam propellit, & uiſcera obſtructione liberat.

SCINCOS, TERRESTRIS crocodilus.

Scinci carnes renibus proximæ, naturalibus arrigendis bibuntur,rurſus ſemen lactucæ cum aqua potum,eadē contraria uirium lege uidetur remittere : item lentis decoctum cum melle.

SCYLLA.

Scylla incidit,& calefacit & deſiccat in ſecundo ordine: præſtat autem eam aſſam [aut] elixam ſumere.

SCOLOPENDRA MARINA.

[Deeſt in græ. exēplari impreſſo.]

Scolopendra marina in oleo elixa inunctaq́;,pilos abolet,uſta etiam pruritum excitat.

SCOLOPENDRION.

Scolopendrion aſplenon eſt.

SCOLYMON, CARDVVS.

Carduus calfacit,ſiccatque in ordine ſecundo, radix eius cum uino decocta, urinas fœtidi odoris liberaliter educit, & alarum totiuſque corporis graueolentias corrigit.

SCORDION, TRIXAGO paluſtris.

Scordium uariis pollet facultatibus, ut quod amarum, acerbum,& acre ſit,purgat igitur ſimul & calfacit uiſcera,urinas & menſtrua concitat, & refrigerata omnia excalfacit,uulnera glutinat,repurgatq́; : aridum illitum cicatricem inducit.

SCORODON, ALLIVM.

Allium calefacit ſiccatq́; in quarto abſceſſu: at ſylueſtre allium quod ophioſcorodon,quaſi anguinū allium,& agrioſcoridon dicitur,domeſtico ualentius eſt.

SCORODOPRASON.

Scorodopraſon porri & alii mixtas habet uireis & guſtatum.

SCORPIOIDES.

Scorpioides excalfacit abſceſſu tertio,ſiccat ſecundo.

SCORPIVS.

Scorpius terreſtris crudus impoſitus, aut toſtus in cibo proprii ictus remedium efficitur: marinus autem fel habet oculorum ſuffuſionibus utile.

SCORIA, RECREMENTVM.

Recrementum omne ualide exiccat: ferri ſtercus aliis amplius,quod excoctum & in tenuisſimum pollinem detritum,cum aceto auribus ſuppurantibus mirifice proficit,item iis qui aconitum biberunt,cum oxymelite potum remedio eſt. Plumbi recrementum eidem reſpondet,ſed magis aſtringit.

SMILAX, AVT CACTVS arbor, taxus.

Smilax uel cactus arbor eſt uiroſæ uirtutis.

SMYRNA, MYRRHA.

Myrrha è ſecundo calefacientium ſiccantiumque ordine eſt: capitis igitur uulnera ſi illinatur glutinat item amaram uim obtinet,qua uentris lumbricos & fœtus occidat: ad hæc abſtergit,eoq; oculariis medicinis temperatur,& humores pectori infixos expurgat, ita ut fauceis non aſperet. Bœotica myrrha uireis habet calefaciendi, emolliendi,& diſſoluendi.

SMYRNION.

Smyrnion,quidam hippoſelinon, quidam apium ſylueſtre nominant,calefacit in tertio ordine eodemq; ſiccat, apio duntaxat fortius, petroſelino inualidius, urinæ & menſibus educendis accommodatum.

SONCHVS.

Sonchus aſtringit & manifeſte refrigerat, tum corpori admotus,tum manducatus: exarefactus autem mediocriter calefacit.

SPARGANIVM.

Sparganium ſiccandi & hoc uireis refert.

SPARTOS, GENISTA.

Sparti quo uiteis ligant, & ſemen, & flos cum mulſa

instar quinque obolorum pota,per superiora purgant ueratri modo sine periculo, semen per inferiora quoque purgat, uirgulæ ipsius ad coxendicum dolores proficiunt.

SPECLARIVM, LAPIS specularis.

Specularium,alii per ph scribunt speclarium, quo nonnulli loco uitri in fenestris utuntur,eoq; diaphanes à perspicuitate appellatur,substantia gypseum,uireis habet cõcrematis testis aut ostreis simileis.

SPONGOS, SPONGIA.

Spongia recens quæ marinum odorem adhuc reseruat si cum aqua aut uino aut posca imponatur,uulnera glutinat.cremata,acris est uirtutis & discussoriæ cum bitumine autem & pice liquida usta opposita& ex igne,sanguinis eruptiones compescit.

SPODIVM, CINERVLA.

Spodium pompholygi uiribus æquale est.

STAPHYLINVS, PASTINACA.

Pastinaca urinas mouet, menseis proritat, præsertim semen ipsius & radix, folia autem abstergendi uiribus prædita phagedænicis affectibus congruunt, & uiridia cum melle:syluestris autem pastinaca ad omnia ualẽtior est domestica.

STACHYS.

Stachys marrubio similis frutex,tertium in calefaciendo ordinem occupat,menseis itaq; excitat,fœtus occidit,et secundas expellit.

STEATA, ADIPES.

Adeps omnis humanum corpus & humectat & calefacit,sed pro diuersis animalium temperamentis uirtus eius euariat.Suillus igitur omnium humidissimus est, ut ad olei naturam accedat, unde etiam rosiones obtundit.Caprillus,siccior est,& celeriter concrescit,eoque iis qui in longanone rosiones experiũtur,ab inferiori parte

iniicitur. Anserinus calidior est,maioremque tenuitatē obtinet.Inter utrunque hunc gallinarum gallorumque adeps consistit.Leoninus calore omneis & tenuitate superat,& propterea etiam ui discussoria. Bubulus inter
5 suillum & leoninum medius temperamento existit. Vrsinus alopeciis medetur, uulpinus aurium doloribus, quemadmodum uiperinus pilos abolere,& oculorum suffusiones impedire fertur.In omni autem adipum specie calidior ficciorq; est marium, atque ex his eorum
10 qui castrati non sunt magis q̃ aliorum,cæterum uetustate omnis adeps redditur calidior.

STIMMI.

Stimmi præter q̃ ꝙ siccat,etiam astrictionem habet, ob quam ocularііs collyriis miscetur.

15 STOEBE.

Stœbæ semen & folia in tertio ordine desiccant uiribus donata astrictoriis, eamque ob causam uulnera magna conglutinant:decoctum ipsorum intestinorum torminibus, sanguinis eruptionibus, auribus purulentis
20 auxiliatur:folia illita oculis ex ictu suffusis conferunt.

STOECHAS.

Stœchas adaperit,extenuat,detergit,& confirmat uiscera omnia totumq; corporis habitum.

STRATIOTES.

25 Stratiotes aquaticus frigidus est natura: terrestris etiam astringendi uim habet, qua ulcera committit: nonnulli eo & ad sanguinis eruptiones & ad fistulas utuntur.

STRICHNON, SOLANVM.

Solanum hortense esculentumq; astringit,et in secundo
30 ordine refrigerat.Solanum halicaccabum hortensi simile,urinæ ciendæ idoneum fructum habet acino uuæ æqualem.hypnotici,id est,somnifici solani radicis cortex, cum uino denarii pondere potus,somnum conciliat,semen habet ad urinam mouēdam accommodatum, ex
35 tertio refrigerantium ordine:unde corymbi eius plures duodecim epoti,furorem accersunt. Quartum uero

genus solani intus assumptum, inutile est: à foris autem illitum ulcera depascentia curat, refrigerando siccādoq; ad secundum ordinem relatum.

STYPTERIA, ALVMEN.

Alumē omne maxime astringit, substantiaq; crassum est: tenuius autem reliquis est quod uocatur scissile, mox rotundum, & astragaliotes. Crassum admodum est liquidum, placites & plinthites appellatum.

STYRAX.

Styrax calefacit, emollit & concoquit: tussi, destillationi in nareis, & grauedini utilis, menseis idem & potus & appositus extrahit.

SYCA, FICVS.

Ficus aridæ in secundo fere ordine siccant: pingues autem, duros tumores magis maturant: acriores detergūt, discutiuntq;, decoctum ipsarum mellis speciem referēs, quod iam nonnulli siræon appellant, uiribus melli respōdet, uirides autem ficus, imbecillioris uirtutis sunt, utræque tamen & uirides & aridæ aluum subducunt. At ficus caprifici acres & discussoriæ sunt, quemadmodum ex domesticis grossi.

SYCE, FICVS ARBOR.

Ficus arbor calidi tenuisq; temperamenti est, adeo ut liquor & foliorum succus non rodat modo, aut abstergat uehementer sed etiam exulceret, ora uenarum aperiat, & myrmecias exterat: iam uero & purgandi uim obtinet. At syluestris ficus, quam caprificum uocant, in omnia efficacior domestica est.

SYCOMORVS, FICVS ÆGYPTIA.

Sycomori fructus nullius nutrimenti est, & stomacho noxius: liquor arboris ui pollet emolliendi, glutinatoria uulnerum, discussoria tumorum: bibitur inungiturq; ad serpentum morsus, lienes induratos, stomachi dolores & in accessionibus febrium horrores.

SYMPHYTVM PETRÆVM.

Symphytum petræum contrariis constat uirtutibus, ha-

bet enim aliquid quod incidat, ideoque * pus in thorace & pulmonibus collectum expurget: habet etiam aliquam contrahendi uirtutem, qua sanguinis excreationibus medeatur, conuulsis, ruptis, mulierum fluxionibus rubris intestinorum ramicibus. item calida quædam humiditas ei inest, qua sitim arcet, & arteriæ asperitates sanat. Symphyton alterum nempe magnum uiscosum quippiam, & ⸤ quod pruritum excitet ⸥ repræsentat, scyllæ simile. Vtuntur eo, ad quæ superiori.

*Impressum hēt, pus in thorace collectū & renes expurget. Galenus & Dioscoridis interpres Paulū citās, nr̄æ uersioni astipulantur. ⸤ Galenus habet mordax.

SPONDYLION.

Spondylii fructus & radix uirtute acri & incisoria, suspiriosis, comitialibus & arquatis succurrunt, radix autem circumrasa, fistulisq́; imposita illarum callos tollit, succus è flore ipsius expressus, ueterrimis * aurium ulceribus instillatur.

*Male in græ. est, ὠς τ̃ κοιλέας pro ὦτα.

SCHINOS, LENTISCVS.

Lentiscus in omnibus sui partibus siccat secundo ordine absoluto, calefaciendo autem & refrigerando medius est, adeo astringens, ut ad hypocistidis succum astrictione accedat.

SCHINV ANTHOS LENtisci flos.

Lentisci flos modice calefacit, minus astringit, tenuem naturam sortitus, qua urinam mouet & menseis trahit, obstructa reserat in fomentis, potu & cataplasmatis adhibitus: radix adhuc magis flore astringit, sed ille calidior.

SCHENOS ELIA, IVNcus palustris.

Palustris iuncus duplex est, sed eius qui uocatur oxyschœnos, semen est somnificum: holoschœni autem dicti, minus, idem & capiti dolorem facit. utriusque semē frixum si cum uino bibatur, alui fluores desiccat, & mulierum fluxiones cohibet.

SORI.

Sori uireis misy æqualeis obtinet, longe illo natura crassius.

QVÆ A T INCIPIVNT.

TARICHON, SALSAmentum thynni.

Salsi thynni caro acris est & desiccatoria: morsis igitur à uipera, quam præsterem dicunt, quàmplurimum eius esui datur, uinumq; superbibitur liberalius, et uomitus excitatur: eadem ad uomitiones quæ ciborum acremento quæruntur, accommodata est: item rabidorum canum aliorumque serpentium morsibus utiliter illinitur.

TAVROCOLLA, GLVTInum bubulum.

Taurocolla aliis xylocolla dicitur, ex boum coriis confecta, uim habet insigniter abstersoriam, eoq; aceto subacta, impetigines et summæ cutis lepras exterit: ambustis si aqua calida soluatur, inflammationem oboriri non sinit: eadem oxymelite soluta, uulneribus accommodatur.

TELLINÆ.

Tellinæ salsę crematæq; adurentem cinerem reddunt, qui cedrino liquori mistus, euulsos radicitus palpebrarum pilos, si instilletur, nasci iterum prohibet.

TERMINTHOS, TEREBINTHVS.

Terebinthus calefacit in ordine secundo, siccat autem si uiridis est in primo, si aridus secundo, fructus ubi inaruerit, ad tertium siccantium ordinem refertur: hac igitur ratione et urinam mouet, et lienes adiuuat.

TETTIGES, CICADÆ.

Cicadæ crudæ siccatæ ad colicum dolorem potui dantur, aut tres, aut quinque, aut septem, cum totidem numero piperis granis: quidam tostas contra uesicæ dolores potui exhibent.

TEVTLON, BETA.

Beta nitrosam uim habet, qua abstergit, discutit, et per nareis purgat, sed alba elixa plenius, inflammationi arcendæ fit idonea, et modice discutit.

TEVCRION.

5 Teucrion calfacit in secundo, siccat in tertio ordine, ui incisoria tenuiq; lienibus medetur.

TEPHRA, CINIS.

Cinis non omnis idem exacte habet temperamentum, sed pro materiæ combustæ differentia euariat: acerbarum sane arborum cinis, nempe quercus et ilicis, astrin-10 gendi uim non modicam obtinet, qua sanguinis eruptionem compescit, quum nullius alterius datur facultas: acrium uero, puta fici et tithymali cinis uehementioris acrimoniæ et detersorius existit.

15 TELEPHION.

Telephion in primo abscessu calefacit, secundo autem desiccat: est itidem abstersorium, quapropter ulceribus putredinem expertis conuenit, et uitiligines, tum leucas, tum alphos, cum aceto abolet.

20 TELIS, FOENVGRÆCVM.

Fœnugræcum ex secundo ordine calidum est, è primo siccum idcirco feruidas inflammationes irritat: minus autem calidas, et induratas magis discutiendo persanat.

25 TITHYMALVS, HERBA LACTARIA.

Tithymali omnes è quarto calefacientium ordine sunt, acrimoniæ et ualidę amaritudinis participes, sed radix quum sit quodammodo imbecillior, aceto incocta dentium erosorum dolores finit, liquores uehemētiore do-30 nati uirtute, dentium cauis imponuntur. reliquum corpus si attingant, adurunt. quare etiam pilos modice delitos auferunt, item myrmecias, uerrucas et huius generis alia: cutis labes abstergunt, maligna ulcera, phagedænica curant. Cęterum ex septenario ipsorum numero 35 ualidissimi sunt, appellati characias, myrsinites, et qui in

petris arboris modo nascitur: hos sequitur qui uerbasco similis est & cyparissias, deinde paralius quasi dicas maritimus postremo helioscopius.

TITANVS, CALX.

Calx uiua uehementer adeo urit, ut crustam inducat: restincta uero crustam quidem subito excitat, sed post diē unum non amplius. †calefacit tamen & consumit carneis: si lauetur, idq; aqua marina, ualidas discutiendi uireis acquirit. 5

†Græce erat νυω̃τει i. intēdit, Galenus Oribasius nobiscū sentiunt.

TRAGACANTHA.

Tragacantha persimiles gummi uireis repræsentat. 10

TRAGIVM.

Tragium frutex est in Creta lentisco similis, uirtute calida in tertio abscessu, attractoria, discutiente, & tenui. aculeos igitur educit, calculos comminuit, menseisq; citat, instar denarii potum. Sed alterum tragium, hoc amarius 15 est, scolopendrio assimile, nascitur multis in locis, tanta astringendi uirtute præditum, ut fluidis affectibus commode faciat.

TRAGORIGANVM.

Tragoriganum origani uirtutes habet, & nonnullam etiam astrictionem. 20

TRIBOLOS, TRIBVLVS.

Tribulus mediocriter refrigerat: sed terrestris siccando ualentior est, aquaticus leuiter etiam humectat: uterque contra inflammationum generationes, omnesq; influxus conuenit: terrestris fructus quum tenuis existat, renū calculos conterit. 25

TRAGOSITODES, TRAGVS frumentaceus.

Tragus frumentaceus zeæ figura respondet, sed difficilius in stomacho conficitur, aluum emollit. 30

TRIGLE, MVLLVS.

Mullus piscis continue esus, claritati oculorum nocet, crudus dissectus & impositus, marini draconis, scorpionis, & *aranearum morsibus succurrit. 35

*Græce erat δρακαίνης pro ἀράχνης, deprauate nimirū quū meminerit draconis & Dioscorides nobiscū sentit, ex quo ad uerbū sumpsit Paulus.

TRIPOLIVM.

Tripolii radix calida est in tertio abscessu & acris.

TRICHES, CRINES

Pili combusti persimilem lanis concrematis uim ob-
5 tinent.

TRYGON, PASTINACA MARINA.

Marinæ pastinacæ aculeus impactus denti infirmo, ip-
sum conterit excutitq́;.

10 ## TRYX, FÆX.

Fæx uini ignem non experta compositis uiribus constat
ut quæ abunde desiccet discutiatq́; astrictoria autem fa-
cultas ei ex uini unde consit spetie, accedit. Vtendũ igi-
tur est ea tum in humidioribus, tum in fluidis affectibus
15 phygethla discutit, lac mammis eo refertis imposita, ex
tinguit: cremata uero quam nunc etiam sphaclem ap-
pellant, adurentem uim acquirit, quapropter & medica
mentis quæ adurunt, ipsam miscemus. ungueis igitur
scabros cum resina eiicit: pilos cum oleo lentiscino per
20 noctẽ totam inuncta, flauos efficit. Lota oculorum me
dicinis abstersoriis temperatur. Aceti fæx in omnibus
ualentior est iam dicta, magisq́; astringit.

TROGLODYTES, PASSER.

Troglodytes passer est, omnium auium excepto regulo
25 minimus, in sepibus potissimum degens, qui & tostus
& crudus salsus manducatus renum calculos conterit:
cremati ipsius cinis epotus, idem prestat.

TYROS, CASEVS

Caseus recens & mollis repellendi uim obtinet, leuiter
30 refrigerans, quare & uulnera impositus conglutinat: at
qui oxygalactinus dicitur, præter hanc facultatem etiam
discussoriam modicam possidet, magisque uulnera cõ
glutinat: uetustus isque pinguis discutiẽdi uirtutem præ
se fert, qua articulariorum quoque, tophis accommo-
35 datus est, præsertim cum suillæ carnis & salsæ & pin-
guis decocto.

QVÆ AB Y INCIPIVNT.

HYACINTHVS.

Hyacinthi radix bulbi speciem repræsentans, primi in siccando ordinis est, secundi refrigerando, pueros itaq; impuberes diu conseruare cum uino illita creditur: semen leuiter abstergit astringitq;, idcirco arquatis cum uino datur, ut quod desiccet magis q̃ refrigeret.

HYALOS, VITRVM.

Vitrum læue cũ uino tenui et albo potum, uesicæ calculos comminuere dicitur.

HYDNON, TVBER TERRÆ.

Tuber terræ terrestri constat substãtia cum modica quadam uirtute tenui.

HYDRARGIROS, ARGENtum uiuum.

Argentum uiuum in medicinæ usum non adeo accommodatur, q uenenum repræsentet: nõnulli uero concrematũ ipsum in cinerem, mixtumq; aliis speciebus, colicis et iliosis potioni exhibuerunt.

HYDROPEPERI, AQVAticum piper.

Hydropiper, herbula est calida, sed non piperis modo, uiride cum semine suo illitum, sugillata, et tumores induratos discutit.

HYDOR, AQVA.

Aqua præstantissima et alterius substantiæ expers, refrigerat, humectatq;, ex sua ipsius substantia: ubi autem ascititium calorem assumpserit, quandiu eum seruat, calfacit: frigida autem facta, refrigerat. Porrò quę nonnihil mixta est, ut nitrosa aut bituminosa, adiunctæ substantiæ uireis acquirit. Pluuialis autem nonnihil etiam astrictionis habet, ob quam ocularijs miscetur medicinis. Qualem uero conueniat laudatissimam esse aquam, in primo libro comprehensum est.

HYOSCIAMVS, ALTERCVM, seu herba apolinaris.

Altercum cuius semen nigrum est, item cuius flauum, uenenosum est: accommodatissimum uero curationibus, quod & semen et florem cādidum habet ex tertio refrigerantium ordine.

Repositum ex Galeno.

5

HYPERICVM.

Hypericum duplex est, alterum, quod androsæmon et ascyrrhon appellatur, expositum est: alterum uero calefacit et siccat, tenui substantia præditum, eoque urinas elicit et menstrua citat, totum ipsius semen, quòd

10 si cum foliis illinatur uiride, cicatricem uulneribus obducit, arida uero folia oblita ulceribus medentur, dantur etiam potioni aduersus coxarum dolores.

HYPECOON.

Hypecoon refrigerat in tertio ordine, papaueri uiribus

15 proximum.

HYPOGLOSSON.

Hypoglosson frutex pusillus est, cuius radix et succus emolliendi uirtute pollent.

HYPOCISTIS.

20 Hypocistis eorum quę ad radices cisti et cistari appellati subnascuntur, nempe cytinorum, succus est, medicamentum ad omneis fluidos affectus efficacissimum, ut quod particulas siccet corroboretq́;.

HYPOPHÆSTON.

25

Hypophæston species est spinæ fulloniæ, quemadmodum et hippophaes, ex huius capitulo, foliis et radicibus, succus expressus siccatusque trium obolorum pondere, cum aqua mulsa ad pituitam et aquā

30 uacuandam exhibetur: maxime congruit non nisi sub recta ceruice spirantibus, comitialibus et neruorum affectibus.

HYSSOPVM.

Hyssopum in tertio ordine et calefacit et desiccat, tenuisq́; substantiæ est,

35

QVÆ A PH AVSPICANTVR.

PHACI, LENTES.

Lentes in secundo ordine siccant, medio caloris & frigiditatis temperamento donatæ, sed astrictionis quoque nonnihil habent. Totum uero lentis corpus siccat, aluumque sistit: decoctum ipsius proritat, ideoque prior aqua defunditur, quum astringendi gratia lentes assumuntur.

PHACOS, LENTICVLA palustris.

Lenticula palustris humectat, refrigeratq; in secundo abscessu.

PHALARIS.

Phalaridis succus, folia & semen pota, uesicæ doloribus auxiliantur. habet eadem herba & tenuem quandã uim, naturamq; calidam.

PHALANGITES.

Phalangites quod phalangiorum morsibus medeatur, nomen hoc inuenit: est & tenuis naturæ compos, qua torminosis auxiliari putatur.

PHELLOS, SVBER.

Suber præsertim ex uinorum cadis, cõbustum, cinerem reddit siccando uehementissimum, q medicinis ad tormina intestinorum inscriptis admiscetur.

PHILYRAS, TILIA.

Tiliæ arboris folia, syluestri oleæ similiter astringũt, quibus commanducatis oris ulcera iuuantur, eorumque decocto colluuntur: quod etiam potum & urinam & menseis trahit.

PHLOMOS VERBASCVM.

Verbasci genera plura sunt, inter quæ est & dicta tryalis cæterum folia omnium siccantem & mediocriter astrictoriam uim referunt: præcipue eius quod aurei coloris est, & acerbum, fluidis conferunt affectibus: nonnulli & dentes eis colluunt.

PHOENIX HERBA.

Phœnix, aliis rhu, herba est lolio consimilis, astringendi uiribus donata, in uino austero pota, omneis fluidos affectus sistit.

PHOENIX ARBOR, PALMA.

5 Palmæ fructus, qui iam ematuruit, calidus mediocriter est uisceribus roborandis & stomacho idoneus, tum intus assumptus, tum foris applicatus: reliqua palmæ portio uehementer astringens est, quamobrem stomachicis & hepaticis medicinis temperatur: longe magis astringit quod fructus enascentis ueluti inuolu-
10 crum est.

PHORMION.

Phormion tenuis, abstersoriæ & attractricis facultatis est: semen igitur cum melle albugines extenuat, & spicu-
15 la è corporibus extrahit.

PHV.

Phu radicem habet nardi persimilē, quæ tamen ad pleraque infirmior sit, sed urinas magis q̃ ea elicit, nardi gallicæ modo.

20 PHYCOS, ALGA.

Phycos refrigerat siccatq; in secundo abscessu, ac mediocriter etiam astringit.

PHYLITES.

Phylites cum acerba quadam prædita sit qualitate, non
25 immerito alui profluuiis pota auxiliatur.

QVÆ A CH AVSPICANTVR.

CHALBANE, GALBANVM.

Galbanum calore tertium ordinem accedit, siccitate secundum, molliendi & discussoria ui donatum.

30 CHALCITIS.

Chalcitidis uires astrictoriæ, acres, adurentesq; sunt, & crustam inducunt, tenuitate media inter misy & sori consistit, usta tenuior redditur.

CHALCANTHON, ATRA-
35 mentum sutorium.

Chalcanthon aqua est in Cypri metallis coalescens,

ualentisſimæ aſtrictionis cum calore non ignauo: quod omnium efficacisſime humidas carneis abſumit deſiccatque, longiore temporis proceſſu in chalcitidem mutatur.

CHALCOS, ÆS COMBVSTVM.

Æs combuſtum acre quiddam habet, & aſtrictionis particeps eſt, quapropter ad cicatricem ulceribus obducendam in ſiccioribus corporibus præſtantisſimum eſt: ſi eluatur, teneris utilius eſt.

CHALCV ANTHOS, Æris flos.

Æris flos tenuioris naturæ eſt, q̃ æs concrematũ, eiuſq; ſquama: mixtus itaq; collyriis, palpebrarum et aſperitates & ficus exterit.

CHAMEDRYS, TRIXAGO.

Trixago in tertio ordine calefacit ſiccatq; . lienes igitur conſumit, urinas et menſtrua elicit, uiſcerum obſtructiones expurgat.

CHAMÆCISSVS, HEDERA terreſtris.

Hederæ terreſtris flos quum amarus inſigniter exiſtat, iecoris meatus adaperit, item contra coxendicum dolores exhibetur.

CHAMÆLEVCE.

Chamelæuce in tertio abſceſſu calefacit, in primo deſiccat.

CHAMÆLEON.

Chamæleontis nigri radix calefacit ſiccatque propemodum in tertio ordine, eſt et abſterſoriæ facultatis particeps, qua cutis labes exterit, item duros tumores disſipat emollitque, et phagedænica ulcera illitu perſanat: ſi autem intra corpus ſumatur, ueneni loco eſt. Albi radix ſuperiori proportione reſpondet, ſed amarior eſt: quæ ſi cum uino auſtero inſtar acetabuli bibatur, latos uẽtris lumbricos enecat: facit etiam ad aquam inter cutem.

Chamæmelon,

CHAMÆMELON.

Chamæmelon siue antemis calefacit siccatq; in primo abscessu, præterea uirtute tenui, discussoria, laxanti, & odorata, constat.

CHAMÆPITYS.

5 Chamæpitys secundo gradu calefacit, tertio desiccat quam ob causam & purgare & abstergere uiscera, potissimum iecur potest, item urinas menseis q; trahit, magna uulnera conglutinat, putredinem expertis medetur, duritias di-
10 scutit. decoctum ipsius, etiam coxendicum doloribus salutare est.

CHAMÆDROPS.

Chamædrops, quidam & hoc chamædrin uocant, alii etiam *teucrion, uiribus chamędrii respondet.

*Græce erat τεύριον pro τεύκριον.

CHAMÆSYCE, HVMILIS FICVS.

15 Chamęsyce abstersoria & acri facultate pollet, quapropter & surculi ipsius & liquor myrmecias, uerrucasq; abolent, crassas oculorum cicatrices cum melle ab-
20 stergunt, hebetudini, & suffusioni incipienti medentur.

CHAMÆLÆA, OLEAGO.

Oleago abstersoria facultate, sordida ulcera & crustas cum melle purgat.

CHELIDONIVM, HERBA hirundinaria.

25 Chelidonium in tertio ordine calefacit, ualenterq; abstergit: succus ipsius claritati oculorum utilis est: radix arquatos cum uino & aniso pota, obstructione liberat: manducata, dentium doloribus auxiliatur. Minus cheli-
30 donium quarto calefacientium ordini ascriptum, acrius est, ut illitum cutem exulceret: ungueis scabrosos eiicit: succus autem ipsius per nareis purgat.

CHELIDONES, HIRVNDINES.

Hirundinum crematarum cinis cum melle illitus, angi-
35 narum inflammationes persanat, idem oculorum claritati bene facit.

CHOLE, FEL.

Fel omnium aliorum animantis humorum calidissimũ est,colore tamen inter se differt,siquidem quod flauum pallido calidius,& flauo,uiride , præterea uariat pro animantium quæ id habent ratione,quatenus suillum omnibus aliis infirmius est,eoque citra rosionem aurium ulceribus medetur. Ouillum maioris acrimoniæ est q̃ suillum,& ouillo caprillum efficacius, caprino æqualia ursorum & boum existunt.taurinum uehementius hoc fel hyænæ superat rursus hyæna uincitur à pisce calliony mo dicto,& scorpione,cuius animantis fel suffusionibus oculorum,hebetudini, & albuginibus accommodatur,item marinæ testudinis,at capræ syluestris fel etiã lusciosis conferre dicitur. cæterum omnium uolucrum fel,tum acrius,tum siccando uehementius est q̃ quadrupedum : inter has ipsas autem gallorum & perdicum aliis est præstantius:accipitrum & aquilarum acrimonia & rosione quodammodo superat,uiridi colore,nonnũquam etiam nigro.

CHONDRILLA.

Chondrilla intybi species subamara gustu est,propterea etiam maiorem siccandi uim q̃ illa obtinet.

CHONDRVS.

Chondrus tritico persimilis est,nisi quod glutinosior.

CHRYSOCOLLA.

Chrysocolla altera in metallis reperitur, altera in ærea pyla p̃paratur,pistillo æreo ex pueri impubis urina sub caniculæ æstu contrita: *hæc igitur abstergit, discussoria,siccanteq; ui prædita maiore,q̃ ea q̃ in metallis inuenitur,ut etiam carnem assumat citra rosionem ob quod ulceribus maleficis accommodata est : concremata uero minus erodet.

*Græce erat ἧπαρ οὖν ῥύπτει .i.iecur itaque abstergit.

CHRYSOCOME.

Chrysocome,quæ etiam chrysitis dicitur, radix acri simul & astringente ui existit,quare non multi in medicina usus est,quanquam peripneumonicis & iocinorosis

in mulſo elixa exhibeatur: cæterum menſeis educit.

QVÆ A PS ORDIVNTVR.

PSEVDOBVNIVM.

Pſeudobunium bunii ſpeciem repræſentat, calefacit, di-
5 ſcutit & abſtergit: tormina igitur circa umbilicum, ſtillici
dia & laterum dolores ſoluit: ſtrumas etiam cum ſale &
uino illitum diſiicit.

PSEVDODICTAMNON.

Pſeudodictamnon imbecillis dictamni uires habet.

10 PSIMMYTHION, CERVSA.

Cerusa refrigerat & illitu opplet.

PSYLLIVM, HERBA pulicaris.

Herbæ pulicaris ſemen ſecundi refrigerantium ordinis
15 habetur, ſiccando humectandoq; medium eſt.

PSORICON.

Pſoricon, chalcitide duplicata, argenti ſpume mixta,
efficitur, utriſque tamen aceto prius detritis, ac in re-
centem ollam coniectis, quæ diebus quadraginta ſub
20 fimo deliteſcet: ſic enim maiorem ſiccandi uim, te-
nuiorem & minus rodentem quam chalcitis, ac-
quiret.

QVÆ AB O MAGNO INCIPIVNT.

25 OON OVVM.

Oui candidum & tenue, nullius plane roſionis compos
mediocriter refrigerat, utendum igitur eo in oculis, pu-
dendorum ulceribus, aliisq; omnibus malignis: miſce-
tur etiam medicamentis emplaſticis, quæ ſanguinem
30 ſupprimũt: luteũ uero pari facultate p̃ditum, medicamẽ
tis temperatur ad inflammationẽ arcendam efficacibus
toſtum uero magis ſiccat, minus lenit. Porrò totum o-
uum aceto incoctum ſi aſſumatur, uentris fluxiones de-
ſiccat: ſi acerbum aliquod adiunxeris, exempli gratia,
35 gallam, aut rhun, aut balauſtium, ac frixeris, multo
redditur efficacius: ambuſtis autem crudum impoſitum

protinus auxiliatur. Sorbile assumptum, pectoris uitia concoquit lenitq́;, & arteriæ asperitates læuigat. Præponetur autem recens ueteri: & gallinaceum reliquorũ animantium ouis.

OCIMVM.

Ocimum secundo calefacientium ordini ascribitur: habet & humiditatem quandam excrementitiam, propter quam neque utile est intus assumptum: extrinsecus autem illitum, discutit & concoquit.

OCIMOIDES.

Ocimoides, nonnulli philetærion nuncupant, inutilis quidem radix est: semen uero tenue est & sine rosione siccat.

DE MEDICAMENTIS SIMplicibus quæ flauæ bili purgandæ sunt. Cap. IIII.

ALoes denarius cum aqua mulsa mane datur: q uesperi id exhibent, aut secundum cibum, noxã inferunt, quippe alimẽtum *digerit, flauam bilẽ minus uacuat: trium obulorum instar assumpta, abunde ad deiectionem aluum solicitat. Cæterum quum omnia purgantia medicamina stomacho aduersentur, sola aloe conducit. qui uero amaritudinem eius non sustinent, in catapotia coactam assument. Sciendum uero est, medicamenta ea non simplici quodã temperamento, uerbi gratia, caliditate purgare (omnia siquidem calida, quale piper est, uacuationem molirentur) uerum totius substantiæ proprietate, quomodo lapis magnes ferrum attrahere demonstratus est. Porrò ex purgantiũ medicaminum numero ea quæ uentrem duntaxat emolliunt, primo libro sunt exposita: efficacioribus autẽ utimur, uel ad materiam deriuandam, uel ad affectum induratum commouendum excitandumq́;, aut ad corpus reficiendum, mutandumq́; ipsius temperamentum aut ad noxium humorem eliciendum. Iam uero sunt nonnulli mixti ex prædictis modi, inuicem connexi.

*Græce ẽ διαφορεῖ pro διαφθείρει. i. corrũpit.

15 20 25 30 35

Cæterum purgationibus hos uti conuenit, qui uiribus constant. & eas non grauatim assumunt, primosq; ætatis limites euaserunt, nondum uero ad extremos peruenerunt, item qui stomacho robusto sunt, & copiosam
5 materiam inutilem in corpore collegerunt, non multi adeo sanguinis compotes. Tempus autem purgationis si nulla urgeat necessitas, uernum maxime & autumnale opportunum est.

QVÆ BILEM VACVENT.

10 Quæ bilem educunt, quouis tempore præter hyemẽ recte usurpantur: ætate uero florida & ei proxima: habitu sicco. musculoso, nigri coloris, uel rubri: uiris magis quàm mulieribus: item in quibus cibi continue corrumpuntur, aluus astricta est, amara bils redundat, iracundis,
15 paucam urinam reddentibus cibo usis sicco & calido. In affectibus, arquato, iecoris imbecillitate, pleuritide, phrenitide, angina, insania, cephalæa, lippitudine, erysipelate, lepra, febri, & quibus bilis superat. Datur aloe capite grauatis, lippientibus, siticulosis, & qui per somnum
20 imaginibus torquent̃ sine febri, ad hæc qui horroris discursum in corpore sentiunt, flatus acreis edunt, intestinis roduntur, quibus stomachus immodice æstuat, aut fastidio ex ciborum copia euertitur: postremo, quibus ob recrementorum abundantiam clyster nequit iniici:
25 abunde siquidem inanit, sic ut totum corpus non commoueat, nisi copiosa admodum fuerit exhibita: bilem autem intestinis, aluo & stomacho inhærentem educat.

Veratrum conuenit & acuto & longo morbo laborantibus, qui medicamentum bili ducendæ idoneum
30 requirunt, quales sunt qui insania, altera capitis parte (heterocranici dicuntur) humorum impetu in oculis decũbente, et pectoris affectibus torquentur: accommodatissimum est uisceribus, uteri et uesicæ uitiis medicinam requirentibus. Laudatur etiam ad longam asperæ arte-
35 riç affectionem, arquatum, eruptiones quæ exanthemata dicuntur, impetigines, uel herpetas, uel erysipelata,

uel lepras. Veratrū nigrū bilē flauā potissimū ē toto cor pore citra molestiā educit, q̄ob causam iis q nō grauiter febricitāt, magisq; fe-bri carentibus instar denarii exhibetur, radicibus in mulsa & aqua maceratis, aut cū melle catapotiorū modo: uerum ita exhibetur, ut ieiunium præcesserit. Sunt qui misceant ei pulegium uel thymbram, uel aliquod ex iis quæ subito dilabuntur, stomacho nō inimica. Scammonia consimiliter ueratro purgat, magis flauam bilem: cæterum inter omnia quæ purgationem moliuntur, aduersissima stomacho est. datur igitur iis qui febri carent & stomacho sunt meliori, ad magnitudinem quatuor obolorum cum sale aut pipere aut zingibere, aut quodam stomacho utili, quod protinus corpus permeet, aut etiam cum melle: item cum gummi quoque fiunt catapotia. Colocynthidis, hoc est, cucurbitæ syluestris medulla bilem potissimum uacuat, & mucosa non a sanguine tantum trahit, quemadmodum ueratrum & scammonia, sed etiam a costis & neruosis partibus, instar denarii in aquæ mulsa cyathis duobus, quibus & ruta incocta sit, epota: læuigetur autem accurate, quoniam asperitates ipsius interaneis adhærentes, ulcera concitant, & neruos consortii lege afficiunt. Exhibetur recte, capite dolentibus, nempe quum cerebri membrana, uel ea quæ caluariam cingit, uitiata fuerit, exempli gratia, uertiginosis, heterocranicis, cephalæa infestatis, comitialibus, attonitis, conuulsis, ut in utramlibet partem deprauata sit facies, qui cynicus spasmus dicitur, diuturno in oculos fluxu uexatis, recta ceruice spirantibus, suspiriosis, uetusta tussi conflictantibus, præterea iis quos articularii dolores & renum aut uesicæ affectus male habent. Elaterium scammoniæ modo euacuat. deligendum uero uiridi colore, leue & anno nō uetustius: triobolari pondere cum lactis hemina læuigatum exhibetur. Tithymalus bilem elicit, non aliter q̄ elaterium & scammonia dantur liquoris guttæ quatuor aut quinque cum polenta maceratæ, quæ statim deglu-

tientur. Nam in ore diu retentæ, linguam exulcerant, eiusq; uiciniam. Lathyrides bilem purgant instar ueratri & scammoniæ offerentur igitur septem octove, & usque ad quindecim: robustis sanè & qui liberaliore in- 5 digent purgatione, manducari præcipe, imbecillioribus & malo præditis stomacho, integras ipsas deglutiri.

Peplii turionum siccatorum, instar octo obolorum in mulsa datum bilem educit, ueratri modo, & flatus dissicit. Agaricum simileis cucurbitæ syluestri uireis ha- 10 bet, lentum ad functionem obeundam, non autem stomacho admodum inimicum: datur læuigatum denariis duobus cum mulsa, sit autem albissimum, uehementer fragile, non adeo lignosum, neque teredinibus obnoxium. Iris illyrica simili modo purgat octo obolo- 15 rum instar ex mulsa assumpta. Sit autem nec uetusta, nec teredines experta. Centaurium minus bili, & mucis purgandis aptum, coxendicum doloribus peculiariter conuenit: ius ipsius denarii & semissis pondere in aquæ hemina decocti ad dimidias bibitur. Tragorigani flos 20 cum semine instar duorum denarium ex mulsa datur, quibus etiam ueratrum nigrum, quanquam hoc sit stomacho gratior, minus autem purget. Chamælææ denarii quatuor in mulsæ heminis duabus, ad quartas decocti, similiter ueratro purgant. Nonnulli uero cha- 25 mælææ & absinthii dupla portione catapotia fingunt exhibentq;. Aristolochiæ clematitis, hoc est, sarmentariæ fructus drachma in mulsa pota, colocynthidis more purgat. Polypodii radix arida, si læuis cum mulsa illinatur, aut cum ea infricetur, eundem cum colocynthi- 30 de effectum præstat.

QVÆ BILEM ATRAM VACVENT.

Medicamentis atram bilem educentibus utemur præcipue in melancholicis, furibundis, iracundis, hominum 35 consortia exosis, aut secessu gaudentibus, item in his qui dum a morbo reficiuntur, purgationem desiderant,

autumno feruidiore, habitu sicco et parum musculoso.

Epithymum laudatissimum est remedium inter ea quæ atrę bili uacuandæ sunt. dantur ipsius denarii quinque læuigati ex lactis hemina. Epithymbrum quod thymbræ supernascitur epithymo similiter euacuat, sed imbecillius est. Pulegium atram ducit bilem instar acetabuli in mulsa potum. Tragorigani heracleotici idem modus, uti pulegium uacuat, cæterum ambo desiccant. Alypi semen inferius atram purgare bilem pari epithymo mensura cum sale et aceto dictum est, intestina uero si fidem Dioscoridi accommodamus, leuiter exulcerat. Est autem meo iudicio, quę nunc alypias uocatur: exhiberi debet in mulsa. Parthenium similiter siccum si potetur, eadem solet extrahere. Alysson cū sale epotum non aliter quàm superiora expurgat.

QVÆ PITVITÆ VACVANDÆ SINT.

Eorum quæ pituitam educunt usus est in habitu frigidiore & senio confectis percę hyemen, in resolutis, attonitis, inturgescentibus tumore laxo quod œdema dicūt insuper in his qui multum pituitæ in uentriculo, aut pectore, aut stomacho collegerunt, & in muliebri defluxione. congruunt etiam copiosa emungentibus, crassa excreantibus, fastidiosis, & coxendicum cruciatu detentis, quum muci articulis incubuerint, aut elephanticis: maxime autem conueniunt iis qui aqua inter cutem laborant cui nomen est anasarca. Styracis albi denarii pondus cū resina terebinthina æquali deglutitum, pituitā euacuat.

Oleę radicis cortex drachmæ instar cum uino aut aqua. Pyrethri oboli nouem ex aqua. Lychnidis seminis denarii duo. Cyclamini radicis denarius cum hydromelite. Scordii denarii duo cum melle.

Chamæpitys in pollinem detrita, exhibitaq; in catapotiis. Squamæ Cypriæ denarii *duo cum resina pari in catapotiis ualentius purgant pituitam. Lauri foliorum uiridium denarius & semissis. [Cucumeris syl

*Impressū semis.

uestris radicis corticis oboli duo. Ricini grana qua-
draginta, crotones dicti, putaminibus detractis eduntur,
similemq; effectum præstant. Apii dimidium quod
ad radicem est manducatum: nonnulli id chamærapha
5 non appellant. Bdellii drachmæ duæ ex hydromeli-
te. Peculiariter autem gummi oculis defluentibus
idoneum.

QVÆ AQVAM E-DVCANT.

10 Aquam elicientibus uti conuenit in his quos aqua sub-
ter cutem, ab utre ascites dicta, male habet, in mulieribus
albo fluore infestatis, item in iis quos ulcera fluida tor-
quent. Squamæ Cypriæ denarius & semissis cum
mulsa potus aquam educit: aceti uero momentum su-
15 persorbere oportet, ne per uomitum reddatur.
Coccum gnidium cortice detracto læue cum melle co-
cto potum ne fauceis adurat, aquas trahit. dantur autem
grana aut uiginti, aut uigintiquinq;, aut triginta: ualentio-
ribus quadraginta. Euphorbii denarius cum melle
20 cocto potus, pituitam emolitur, magis autem aquas.
Lonchitidis seminis oboli octo cum mulsa aquas
purgant. Cneoron similiter aquas trahit cum polenta
potum. Cnici seminis denarii quinque læuigati ptisa-
næ incoquuntur cum salis momento, sorbenturq;.
25 Ammoniaci suffiminis * denarius in mulsa potus a-
quam educit. Nonnulli uero lienosis id cum posca ex-
hibent. Sambuci corticis radicis succus instar uncia-
rum duarum potus cum uino aquas educit.

*Manuscriptū denarii duo

DE COMPOSITIS MEDICA-
30 mentis purgantibus. Cap. V.

CATAPOTIA EX ALOE.

Colocynthidis medullæ, absinthii succi, aloes, sin-
gulæ partes, scammoniæ partes duæ: ex aqua
granula ad erui magnitudinem finguntur. dantur
35 undecim numero.

OXYMEL IVLIANI.

Rutæ, origani, singulorum quadrans, thymi comæ triens, anethi sescuncia, iridis uncia, mandragoræ radicis sescuncia, agarici sextans, tedarum pinguium unciæ duodecim, cocci gnidii triens, lathyridum, alypiadis, singulorum quadrans, polypodii sextans, phylli, costi, spicę nardi, singulorum uncia, rheu Pontici sescuncia, scillę, sambuci turionum, canopi, (qui est sambuci cortex) singulorum quadrans, asari uncia, pulegii quadrans, epithymi, ueratri, acori, singulorum sextans, sii, amomi, hyperici, cumini, singulæ unciæ, anisi sextans, aceti sextarii decem, mellis sextarii quinque: herbæ per triduum in aceto madescunt, deinde excoctis dum amplius dimidio cõsumptum fuerit, mel adiicitur: ubi unita fuerint, admiscentur lathyrides, costus, coccum gnidium, spica nardi læuigata, & si uoles postquam perfecte cocta fuerint, oxymel adiungis. Modus summus est uncia, aut pro uirium ratione: bene facit podagricis affectibus & comitialibus, ac in quibus uacuare simul & crassos humores educere opus est.

PVRGATIO AD EDVCENdum aquas quæ constat caryophyllo.

Aloes, epithymi, caryophylli, cocci gnidii, petroselini, rheu Pontici, singulæ semunciæ, euphorbii scrupuli quatuor, mellis quod satis est. datur cochlearis mensura.

PVRGATIO EX RHODOmelite confecta, Alexandri.

Rosarum succi sextarii duo, mellis sextarius, scammoniæ unciæ quatuor. summus modus est quinque cochlearia: leuior: duo: medius tria.

ALITER. Mellis libra rosarum succi libra, piperis drachmæ duæ, scammoniæ drachmæ octo, masticheș drachmæ quatuor, zingiberis drachmæ duæ.

ALIO MODO, QVO EGO VTOR.

Spicæ nardi, asari, epithymi, singulorum semuncia: ma-

cerantur in aquæ hemina per triduum: ubi mediocriter incoxeris, misceto aquæ rosarum succi sextarium semissem, mellis tantundem. Postquam adusq; spissitudinẽ fuerint incocta, scammoniæ sescuncia admiscetur.

5 PVRGATIO EX MALIS COTONEIS.

Malorum cotoneorum tostorum unciæ quatuor, piperis unciæ sex, scammoniæ drachma, mellis unciæ quinque: trita exhibemur cochleario instar unciæ, aut pro uiribus.

10 COMPOSITIO DIA CITRIV, quod est, ex malo medico, stomacho utilis.

Mali medici corticis carnisq; pondo in aquæ sextario uno & semisse ad tertias decoquitur, mellis sextarius semissis

15 adiicitur: ubi mellis spissitudinem ex coctione acceperint, inspergitur læuigati piperis longi uncia, scammoniæ tostæ in fermento tantundem.

BVCELLATVS PVRGANS.

Scammoniæ tostæ uncia, piperis, apii seminis, singulo-

20 rum scrupulum, fœniculi, anisi, singulæ unciæ, mellis libra: tosta mediocriter instar unciæ datur in cõdito.

OLIVÆ PVRGANTES.

Scammoniæ uncia piperis tantundem, epithymi cumini torrefacti, petroselini, rutæ foliorum, menthæ uiridis, sin-

25 gulorum drachmæ quatuor, laserpitii drachma, palmularum unciç quinque, mellis tantundem, aceti heminæ duæ, oliuarum colymbadum sextarius, scissarum uidelicet: quidam & gari momentum addunt. Modus est quinque scrupula aut septem aut nouem.

30 PASTILLVS PVRGANS.

Scammoniæ drachmæ quatuor, euphorbii tantundem phylli, piperis, singulorum drachmæ duæ, mellis libra, datur instar unciæ.

FVSCA PVRGANS ET

35 stomacho grata.

Cumini, fœniculi, singulorum uncia, pulegii, apii,

anisi, singulorum semuncia, epithymi, scammoniæ, singulorum uncia, salis unciæ duæ. Summus modus datur scrupulis duobus in posca, nonnulli etiam euphorbii scrupula quatuor adiiciunt.

VINVM PVRGANS in hydropicis.

Scillæ tres unciæ, apii seminis unciæ sex, piperis drachma, capparis radicis drachmę quatuor, cocci gnidii cortice exuti drachma, folii malabathri galbuli duo, uini herminæ duodecim, mellis sextarii tres: scilla contusa uino superfunditur, reliqua læuigata miscentur.

HALATIA, QVASI DICAS ex sale confecta, purgatio.

Salis communis torrefacti drachmę sex, apii seminis, zingiberis, panis sicci, singulorum scrupula sex, anisi, piperis, singulorum semuncia, sammoniæ, epithymi, singulorum uncia. datur circiter cochleare.

COMPOSITIO DIA HERmodactylu, ad podagram.

Hermodactyli quadrans, anisi, cumini Æthiopici, ameos thymi summitatum, piperis albi, zingiberis, singulorum scrupula tria, epithymi semuncia: exhibentur scrupulis quatuor. quidam scrupula sex dant mane cum condito, aut mulsa, aut aqua calida.

ALITER EADEM PVRGATIO.

Hermodactyli uncia, cumini Æthiopici, anisi, agarici, zingiberis, singulorum scrupula sex, mastichę, spicæ nardi, singulorum scrupula duo, musci siliqua, cneci scrupula duo, datur quatuor scrupulis cum hydromelite. Scammoniam, quod stomacho sit inutilis, damnamus. Si autem liberaliore uacuatione opus sit, scammoniæ siliquas tres meusurę admiscebis: loto exhibetur.

CATAPOTIA QVÆ CONstant lapide armenico, arthriticis potissimum exhibenda.

Aloes unciæ quatuor, scammoniæ unciæ sex, agaric. un

cia, epithymi tantundem, lapidis armenici scrupula duodecim: cassię uncia, spicę nardi uncia, scillæ tostę sextás, croci scrupula duodecim: rhodomelite excepta duobus scrupulis exhibentur.

5 COMPOSITIO DIA CORONOpodiu, ad eadem efficax, ad quæ ex hermodactylo confecta, stomacho utilis.

Zingiberis scrupula duo, piperis scrupulũ, agarici scrupula decem, cnici partis interioris scrupula quatuor, co-
10 ronopodii radicis scrupula sex. danť scrupula *tria quibus aluus est difficilis, siliquæ uigintitres, quæ faciunt omnino [obolos] septem aut ferè octo. ubi uenter inanitus est, ad lauacrum duces: inde ouis & pane enutries.

*Impressum hẽt octo. restitutũ ex Alexandro rõne id exigente. [Impressum non habet.

MEDICAMENTVM EX
15 cyrenaico liquore ad febrem quartanam.

Lactis cyrenaici, piperis, zingiberis, rutæ foliorum, singulæ drachmę. datur ad nucis auellanæ magnitudinem.

20 PVLS AD PVRGANDVM, TVmidis & elephanticis singulariter efficax, & in quibus humorem crassum glutinosumq; emoliri uoles.

25 Cucurbitis duabus syluestribus circuncisis semen eximetur, interiore ipsarum carne relicta, dulci oleo ipsas replebis, et propriis operculis obtectas pernoctare sines insequenti die uacuato oleo cucurbitas in aqua decoques dum tabescant, deinde ipsis proiectis oleo aquæ
30 tempera nigri ueratri triobolum adiunges, scammoniæ denarium: ubi iam cum his pulticulam ẽ simila, aut panem siccum læuigatum incoxeris, inde ægroto dabis tenui pridie uso uictu, pilulas ad nucis auellanæ magnitudinem, octo, aut decem, aut plurimum quatuordecim,
35 et potioni aquam calidam exhibebis.

QVOMODO EOS QVI PVR gantur, tueri conueniat, quidq; faciundum ubi medicamentum purgans nihil profecerit. Ca. VI.

SVmmatim in omni purgatione efficaci, medicamentum homini quem certa prius uictus ratione alueris, ieiuno & concoctione obita trades, ac a somno quoad in totum purgatus fuerit, arcebis, motu mediocri si fieri potest adhibito, cibo omni & potu abstinere usque ad consummatam purgationem compelles.

EX COMMENTARIIS PHILAGRII.

At si inediam non tulerit, aut quòd uentriculi os ad bilem contrahendam expeditum ex longa penuria præcedente habeat, aut alia eiusmodi de causa, dabitur ipsi panis ex uino aquoso, aut ptisanæ cremor aut chondri, idq; nondum incepta uacuatione, (sic enim cibus corrumperetur) sed protinus ubi medicamentum fuerit epotum, sic enim nonnunquam ad celerem medicaminis motionem pondere suo opitulatur. Si uero quocunque medicamento ad aluum emolliendam assumpto quis non purgetur, neque uacuetur, nullo accedente periculo nihil moliendum est. At si magnitudo morbi urgeat, aut æger uellicetur, distendatur, & lancinationem expertus fuerit, clyster statim necessario inijcitur. Si ne sic quidem uenter respondeat, corpore rosionem & ueluti euersionem sustinente, lauare liberaliter inungendo oportet: ubi repletum est grauaturque, sanguinis dimissio congruet, præsertim ubi multi compos sanguinis homo fuerit, oculos rubros habeat & emissitios, non ex natura, sed acquisito ex medicaminis potione. Vbi horum nihil infestat, sed morsus & uellicatus affligit, a balneo cibum protinus offeres, uinum liberalius potui dabis, atque interea clysterem inseres, nisi subsistat cruciatus, rursusque lauabis. Esto autem oleum quod in aluũ

dabis rutaceum, aut ex alio quopiam flatus experte preparatum.

SI PVRGATIO MODVM excedat. Cap. VII.

SI purgatio maior sit impendio, cutis infricari debet, & lauari calida: ante balneum uinum tenue, rubens & flauum dari, tale siquidem celerrime in totum corpus distribuitur: item panis ex eo madens, & malum punicum. Quod si euacuatio perseueret, artus uinculis excipientur, quę è summo deorsum distributa, constringant, & non nihil sanguinis & spiritus excipiant: dabimusq; potui theriaces ex carnibus uiperarum momentum. deducit enim in cutem, subitoq; reuellit humorum in uentriculum confluxum, obtunditq; medicinæ purgantis quod ceu uirosum est & medicatum. huius penuria pastillos theriacos, præterea compositionem dia spermaton, & Philonium appellatum: imo etiam cucurbitulis supra stomachum, & cataplasmatis ex polenta & mulso uti, prodest, deinde epithematis astringentibus: præsertim ubi ex totius corporis frictione, & medicaminum potu, subsidium fuerit sequutum. Aer ipsis uitandus qui frigidus nimium aut calidus existat: ille siquidem materiam a foris intro compellit, fluoremq; auget: hic discutit, & uires resoluit. At si ex intestinorum quæ medicamento irritantur, erosione, uacuatio oriatur delinere cõmemorata oportet, & in aluũ dare quæ acrimoniā retundunt, adipē anserinum scilicet, uinum dulce, nardũ & consimilia.

DE HIERIS ANTIDOTIS. Cap. VIII.

HIERA ANTIOCHI.

CHamædryos, agarici, colocynthidis medullæ, stœchados, singulorum denarii decem, opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochię sarmentaceæ, piperis albi, singulorũ denarii quinque, cinnamomi, spicæ nardi, myrrhę troglodytidis, croci foliotum, singulorum denarii quatuor, mellis quod satis est.

ALITER. Colocynthidis carnis denarii uiginti, scillę tostę, agarici, ammoniaci thymiamatis, ueratri nigri corticis, scammoniæ, hyperici, singulorum denarii *tres epithymi, polypodii aridi, bdelli, aloes, chamædryos, marrubii, casiæ, singulorum denarii octo, myrrhæ troglodytidis, opopanacis, sagapeni, piperis communis & longi et albi, petroselini, cinnamomi, croci, castorii, aristolochie longæ, singulorum denarii quatuor, mellis quod sufficit.

*Oribasius decem

HIERA IVSTI.

Epithymi drachmę duodecim, marrubii, stœchados, chamædrios, ueratri nigri, scammoniæ, agarici, piperis longi, scyllæ tostę, singulorum denarii sedecim, euphorbii, colocynthidis carnis, aloes, croci, gentianæ, petroselini, guttæ ammoniaci, sagapeni, singulorum drachmæ octo, opopanacis, polii, cinnamomi, myrrhæ, spicæ nardi, iunci odorati floris, pulegii, singulorum denarii quatuor, aristolochię longæ et rotūdæ, utriusq; denarii duo mellis quod satis est. datur scrupulis duobus, aut tribus, aut quatuor cum mulsa et sale.

HIERA GALENI.

Chamedryos, piperis longi, piperis albi, stœchados, ueratri nigri, scāmoniæ, spicæ nardi, scillæ tostæ, (nonnulli etiam epithymi) singulorum drachmæ sedecim, myrrhæ, croci, ammoniaci suffiminis, euphorbii, singulorum denarii octo: excipiuntur melle.

HIERA RVFI.

Cucurbitæ syluestris, quæ sicyonia uel colocynthis dicitur, carnis denarii octo, chamædryos denarii decem, sagapeni denarii octo, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorum denarii quinque, cinnamomi denarii quatuor, uel casiæ octo, spicæ, croci, polii, myrrhæ, singulorum denarii quatuor, mellis quod satis est.

HIERA ARCHIGENIS.

Marrubii, agarici, chamædryos, colocynthidis carnis, stœchados,

stœchados, singulorum drachmæ decem, opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorum drachmæ quinque, cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ, polii, croci, singulorum denarii quatuor: arida tunduntur simul & incernuntur, opopanax autem, sagapenum, & myrrha contusa, mulsa per noctem unam in pila macerantur, deinde læuigantur, & siccis admiscētur: melle optimo excepta reponūtur in uitreo uase aut plumbeo. hæc ratio omnium hierarum communis est. Summus ipsarum modus est denarii duo: assumatur & salis denarius, mellis heminæ duæ, aquæ quantum satis est. Quod si uehementiores ad purgandum uoles efficere, quibus scammonia non inest, iniicietur, & his singulis obolus.

QVÆ SEDI ET VMBILICO illita purgent. Cap. IX.

ILLITIO SEDIS AD FLAtus excutiendos.

RVta cum melle in tenuissimum pollinem redigitur, ut unus succus fiat, & penitissime intra sedē delinitur. Efficacissimum uero est, si cumini momentum & nitri assumat, uel cyclamini succum: stuppa exceptum imponitur, aut glandis forma melle apposito, flatus siquidem multi erumpunt, uentrem leuantes.

PERVNCTIO SEDIS VENTREM mouens, chezanance.

Alumen cum melle læuigatum coquitur quoad rubescat, atque hoc sedes perungitur, facile enim copiosa citra laborem subducit.

MEDICAMENTVM QVOD VMbilico illinitur, epomphalium dictum, ad aluum subducendam.

Cyclamini denarii quatuor, nitri denarii tres, ueratri nigri & albi, singulorū denarii duo, colochynthidis denarii tres, scammoniæ denarii duo, elaterii succi denarii

quatuor, cocci gnidii totidem, caricarum pinguium unciæ duæ, fellis taurini uncia.

ALIVD LAVDATISSIMVM

Elaterii, lathyridis, galbani, cyclamini, ueratri nigri, singulorũ denarii quatuor, colocynthidis carnis denarii octo, 5 cucumeris syluatici recentis, scammoniæ, cocci gnidii, tithymali singulorum denarii duo, terebinthinæ denarii tres: excipito hæc felle taurino, & unguinis modo utitor. Quidam uero adiungentes faui uncias septem, & sicyonii quod satis est, emplastri modo imposuerunt. 10

QVÆ MEDICAMENTA uomitum citent, & quomodo helleborum exhibeatur. Cap. X.

VOmitu utuntur & sani, qui ciborum humorũve copia grauantur: & acuto morbo laborantes, 15 quum à pituita aut eiusmodi quodam infestantur. At medicamentis uomitum facientibus neque sani neque acuta ægritudine occupati, uti permittentur: sed in longis prosunt affectibus & præsertim induratis, quæ ualidam commotionem desiderent, qualis est podagra 20 morbus comitialis a stomacho originem trahens, elephantia, aqua subter cutem, melancholia & persimiles. Aduersatur uomitus sanguinem excreantibus, malo p̃ditis stomacho & iis qui suffocationibus opportuni sunt. Promptissimum igitur ad uomitum ciendum est 25 Cyprinum, digitis aut pinnis in id intinctis, demissisq; in guttur. Item nardi gallicæ radicum denarii septem ex mulsa poti, sursum ualenter purgant: similiter etiam radicum betonicæ, quæ cestron dicitur, quinque aut sex denarii cum mulsa sumpti: & daphnoidis tria folia uiridia in liquorem coacta comestaq;. Item elaterii obolus 30 in aqua assumptus, sursum pituitam & bilem expurgat: & herbæ pediculariæ grana quindecim cum mulsa crassiore. ex bulbis autem qui manducari solent si crudi assumantur. Narcissi radix elixa, sursum per uomitum 35 purgat, idem facit apii radicis pars superior, aeri propi-

or, uocant eam nonnulli chamæraphanon [inferior autem pars per inferna purgat,] tota uero sumpta, utrinque radiculæ prædictis minus quidem purgant, sed utilius: cæterum conuenit ipsas acreis & recenteis adhuc minutim concisas, ante duas tresve horas in oxymelite maceratas, quam fieri potest multas, assumere, ter quaterve a cœna uomitu excitato, semel autem ieiuni uoment, & sæpe oxymel absorbebunt: ubi duabus horis inambulauerint, egelidam bibentes aquam, digitis aut pinnis in os demissis uoment.

[Repositũ ex Dioscoride.

QVIBVS MODIS VERATRUM EXHIBEATUR.

Veratrum dari debet, ubi longi ualentesq; morbi sunt & spes ex aliis præsidiis adempta est, quòd ægritudo omnibus ipsis fortior extiterit. Conueniet autem siue continue infestauerit morbus, ut aqua inter cutem, elephantia, malus corporis habitus, resolutio, & id genus alia: siue statis temporibus repetat, ut morbus comitialis, podagra. Porrò quum plures hellebori exhibendi modi existant, simplicior quidem, & præparatio potius ad id assumendum, talis est. Raphano arundine compuncto dissectoque, ueratri albi optimi radicum præsegmina inseruntur: ac ubi una nocte in eo permanserint, proiiciuntur: raphanus minutim concisus, cum oxymelite in dictum modum ægro exhibetur, nimirum uomitionibus assueto, atque his horis quot diximus interpositis, ad uomitum cogendus est. At proprius ueratri exhibendi modus hic fuerit. Veratri optimi sextans in aquæ hemina diebus quinque maceratus, ad aquæ tertias incoquitur: ubi expressum ueratrum est, aquæ miscetur tantundem mellis. excoctum usque ad spissitudinem prædicto modo, laboranti exhibetur, præterquam uomere prius assueto, etiam ieiuno, probeque defuncto concoctione, & cui aluus responderit, uel sua sponte, uel clystere semel bisve iuxta uirium rationem sollicitata.

Omnium uero efficacisſimus modus talis eſt. Diſſectis ueratri radicibus in ſeſami magnitudinem (nam in tenuisſimum redactę pollinem uirium efficacia ſtrangulationes pariunt) ueratri plurimum denarios duos, modice unum, imbecillioribus ptiſanæ cremori aut alicæ, aut id genus alicuius incoctum, potui dabis: ualentioribus ex aqua calida aut mulſa. Incipit autem purgatio poſt tres quatuorve horas: quibus tardior eſt, iis melius purgantur. Quòd ſi uomitus lente oboriatur mulſa potui data uomere æger cogendus eſt, pinnis oleo madidis in os demisſis, ſi ne ſic quidem proficiatur in balneum deduci debet. Vbi iam uomere inceperit, ſi uacuatio *modice reſpondeat, nullum ægro negotium faceſſere oportet: ſinautem uellicatum aut conuulſionem experiatur, hydrelæum potui dabitur, ſimul & in aluum ab inferiore parte indetur: quod alioquin in his qui helleborum aſſumunt, nonnunquam accidit unde medicamenti coaceruationem facilius ferunt. Si anima deficiat, naribus quæ odorem mouent admotis & conſimilibus uireis recolligere, aliiſque ut uerisimile eſt ſuperuenietibus caſibus, eadem accommodare oportet. At multa facta inanitione, cibus dari ſomnusq; permitti debet, & alia ſicuti in his qui nimium purgantur diximus, factitanda ſũt. Si perſeueret uacuatio, cucurbitulas ſtomacho defigere & artus uinculis excipere conuenit: ſinautem rationabiliter facta ſit, mulſæ iuſta portio propinabitur, qua ſuperfluitates è medicamento reliquæ eluantur: mox cibus boni ſucci offeretur. Iam uero in iis qui medicamenta per os abominantur, omnino autem hellebori potionẽ requirunt, Antyllus huiuſmodi quodam uſus eſt clyſtere: hellebori albi drachmæ duæ in aquæ ſextario per diem & noctem unam macerantur, ſequenti die ueratrum in aqua ad dimidias coquitur, inde in aluum datur ut uomitum concitet, ſuperius purgat paulo imbecillius quàm ueratri potio. Vbi abunde purgatum eſt, glãde acri impoſita, aluus irritatur, ut quod iniectum eſt red

*Impreſſom hẽt κατὰ λόγον .i. ſecũdum rõnem manuſcriptũ aũt κατ' ὀλίγον.

datur, & æger non amplius uomat. Facta excretione, mulsa semel bisve intestinis abluendis inijcitur. ipse uero Antyllus tradit fieri etiam glandem ex helleboro albo tuso cribratoq;, deinde cocto melle excepto, ac clysteris modo ex helleboro præparati, superiorem uentriculum purgare. Verum hic est modus probatior, in quo uidelicet purgationem dispensare nobis licet: pondus igitur sit ueratri drachmæ duæ, cæterum glans circumapetetur aut uinciatur stuppa solidiore, cuius initium extrinsecus per sedem recipiatur, quò glandem ubi satis purgando profecerit, auferre possimus. hic modus purgat quidem absolutissime, non autem suffocationẽ aut aliud quoddam periculum inducit.

DE DIFFERENTIA antidotorum. Cap. XI.

PRæfatio Galeni de antidotis in hunc modum habet Medicinas quę non extrinsecus impositæ, sed intra corpus assumptæ affectibus medentur, antidota ueteres nuncupant: cæterum triplex ipsorum est differentia, quædam enim lethalium medicamentorum gratia offeruntur, quędam ob bestias uirus iaculenteis, quas Græci ἰοβόλα appellant, quædam uero morbis ex prauo uictu contractis auxiliantur: nonnulla treis hos usus promittunt, quemadmodum etiam quæ theriaca dicitur.

HEDYCHORI QVOD THERIAcen ingreditur, confectio.

Aspalathi radicis corticis, calami aromatici, costi, asari, xylobalsami, phu, amaraci, mastiches, singulorum denarii sex, carpobalsami denarii duo, mari denarii sedecim, iunci odorati floris denarii duo, cinnamomi denarii uigintiquatuor, amomi, cassię, rhu, singulorum denarii octo, nardi indicæ, phylli, singulorum denarii duodecim, myrrhæ denarii uigintiquatuor, croci denarii duodecim: uino primi meriti excepta, in pastillos coguntur, manu in opobalsamum intincta.

QVOMODO PASTILLI SCILLINI præparentur.

Scilla luto aut *crusta ex panificio & opere pistorio oblita, modice torretur, inde carnis ipsius partes duæ, cum erui farinæ una capiuntur, simulq́; læuigantur & finguntur pastilli.

* Græce erat στέατι adipe. male nimiæ prostanti. Galenus nobiscum sentit.

QVOMODO PASTILLI theriaci fiant.

Sumuntur uiperæ quatuor aut quinæ, fului coloris & recens captæ, & quaternis digitis a capite & cauda amputatis, totáq́; cute detracta & interaneis exemptis, reliquum corpus in fictili nouo cum anetho & sale modico discoquitur, dum spinæ a carnibus segregentur: deinde his exceptis ablatisq́; accurate a spinis carnibus, & panis puri æquali modo addito, læuigantur omnia pariter formanturq́; orbiculi, manu in opobalsamum intincta: in umbra refrigerantur.

QVOMODO PARETVR theriace antidotum.

Pastillorum scillinorum denarii quadraginta octo pastillorum theriacorum hedychroimagmatis, cinnamomi, piperis communis, lachrymæ papaueris, costi, singulorum denarii uigintiquatuor, rosarum siccarum denarii quindecim, palustris trixaginis, napi buniados seminis, iridis illyricę, agarici, dulcis radiculæ, opobalsami, singulorum denarii duodecim, myrrhæ, croci, zingiberis, rheupontici, quinquefolii radicis, nepitę, iunci odorati floris, marrubii, petroselini, stœchados costi, piperis albi & longi, dictamni floris, thuris masculi, terebinthinæ, mastiches, casiæ nigræ, spicæ nardi, polii floris styracis, apii seminis, seselis thlaspis, ameos, chamædryos, chamæpityos, hypocistidis succi, malabathri, nardi gallicæ, nardi, meu, gentianæ, anisi, fœniculi seminis, lemniæ terræ, chalcitidis tostę, amomi, acori, balsami, phu, opii, hyperici, acaciæ, gummi, cardamomi, singulorum denarii quatuor, dauci seminis, galbani, sagapeni, bituminis,

opopanacis,castorii,centaurii [tenuis] ,aristolochiæ sarmentaciæ,singulorum denarii duo,mellis attici pondo decem uini falerni sextarii duo:coniectis in pilam opio hypocistide,myrrha,sagapeno, [dulci radicula] styrace
5 acacia,& opopanace,mellis momentum instillatur,contusaque dissoluuntur,deinde uino superfuso ut illa superet per triduum madescunt:inde reliqua contusa in unitatem coguntur:mel despumari debet:cęterum in argẽteo aut uitreo uase non adeo pleno medicamentum re
10 ponitur,frequenter operculum aufertur. Vsus eius est quum urget necessitas in iis qui a feris commorsi sunt, & uenena assumpsere,post annum ætatis septimum,sic ut instar nucis auellanæ,cum tribus uini cyathis, quotidie bis bibatur.Similiter facit ad eos qui ex quadam la
15 tente causa periclitati sunt,corruptela quæ corpus conficit,lethalis medicamenti qualitatem imitata, quemadmodum in pestilentia correptis potissimum fit, semel quotidie, in aliis uero affectibus a decem annis usque ad uiginti usus eius celebratur,in tussi, thoracis dolori
20 bus aut laterum:si febris abest, cum mulso:si illa urat, cum hydromelite, sub noctem ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem exhibetur.Sanguinem autem excreantibus oibus,si morbus recẽs est,ex posca:si uetustior, ex symphyti decocto,q̃tum faba Ægyptia explet,idq; mane &
25 uesperi.At quos inflationes & tormina iuxta umbilicũ, aut morbus cœliacus male habet,ex aqua calida ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem mane assument. cæterum appetentiam uehementem excitat,rigores,perfrictionẽ & bilis uomitum,præsumptum ante accessiones discu
30 tit,menstrua ducit,& fœtus mortuos eiicit, fabæ Ægyptiæ instar potum ex mulsa,aut passo in quo ruta aut dictamnum decoctũ sit. Item ad uocem abscissam ualet & per se & cũ duplicato tragacantho ex mulso aut passo potũ,atq; sub lingua retentũ eliquatumq; lienosis,io
35 cinorosisq; ex posca,si scirrus adest,ex oxymelite, aut aceti scillini sesquicyatho:in nephriticis, cum oxymelite

[Additũ ex Gale.

[Repositũ ex Gal.

circa fabę Ægyptiæ magnitudinem: dysentericis tantū dem cum decocto rhu, mane & uesperi. Ad lippitudines autem summe etiam in hunc modum temperatum facit: antidoti & opobalsimi unciæ duæ, mellis cyathus: mixta paulatim unguntur. Idem denteis abstergit. pleri que uero ut sanitatem ab iniuriis uindicent, noua luna ad græcanicæ fabæ magnitudinem ex eo sumunt, concoctione bene obita, cum uino mellis cochleari, & duo bus aquę cyathis. Similiter etiam in peregrinationibus eo utuntur, quum praui cuiusdam aeris aut aquarum in itinere suspicionem habent.

SALES THERIACI.

¶Hæc uidentur a scriba quodā addita q salium theriacorū descriptionē incuria omisit, eoq; in calcē libri reiecerit.

¶Sales theriaci ante Mithridatium antidotum huc transferendi sunt, habes autem eorum descriptionem ad calcē libri septimi post caput de mensuris & ponderibus. ¶ Sumuntur uiperæ recens captę numero quatuor, mox salis ammoniaci aut communius modius Italicus, deinde cum ipso in pilam coniecto tunditur minutatim gentianæ sesquilibra, aristolochiæ rotundæ sesquilibra, centaurii tenuis comæ libræ duæ, cardamomi, marrubii, singulorum unciæ sex, trixaginis palustris, apii, chamædryos creticæ, singulorum libra, rutæ satiuæ seminis *sextarii duo: melle attico in unitatem coguntur, & dimidia ipsorum pars in nouum fictile coniicitur, deinde quatuor uiperæ uiuę, quibus adduntur etiam scillæ teneræ recentes quinque minutim concisæ, hinc reliqua misturæ portio dimidia superiniicitnr: ac ubi olla cooperta diligenter fuerit, tribus quatuorve foraminibus corpus ipsius pertundes, ut per ea uapor coctionis modum significet. Primum enim uidebitur fumus exire copiosus obscurus admodumq; turbidus, qui ignem bestias iam inuasisse nuntiet, quando te animum diligenter aduertere conuenit, ne tandem fumi huius aerem è uiperarum exhalatu uitiatum inspires. Postea, ubi uapor cessauerit, & tenuem quandam flammam perforamina eiaculatam conspexeris, tunc ipsa tosta esse quamopti-

*Galenus libra una.

me censeto, atque ita fictili ab igne sublato, tota die noctuq; refrigerantur. Deinde apertos exemptosque carbones diligenter tundito, & cum hisce misturis cribrato: Rutæ syluestris seminis, hyssopi cretici, singulorum unciis nouem, fœniculi seminis nardi gallicæ, stachyos Scythici, singulorum unciis *sex, petroselini macedonici, malabathri foliorum, singulorum †uncia, amom, iuuæ, ormini seminis torrefacti, singulorum unciis tribus, origani summitatum, thymi summitatum, singulorum unciis *duabus, baccarum iuniperi, piperis albi, fœniculi, singulorum libris †octo, laserpitii radicis unciis decē coriandri seminis, zingiberis non perforati, ⌊satyrii⌋ seminis uel radicis, pulegii, seselis massaliotici, menthæ, singulorum unciis sex, cassiæ fistulæ unciis duabus, cinnamomi uncia. Porro ego sales ipsos præparaui, non cōbustis bestiis, sed ipsarum pastillis, quemadmodum in theriaca, sic ut hos iis quæ cum bestiis cremantur admiscerem, quo si quam in se amarulentiam haberent, eam per adustionem deponerent: tantumq; pastillorum modum inieci, quantum uiperarum quaternionem habere coniiciebam, atque hac ratione longe præstantissimi euaserunt.

*Græce redundat γ ante ς.
†Galenus unciæ quatuor.
*Galenus nouem.
†Galenus duabus.
⌊Repositum ex Galeno.

ANTIDOTVM MITHRIDATIS, dia scincu.

Myrrhæ troglodyticæ, zingiberis, cinnamomi, singulorum denarii decem, spicæ nardi, thuris, thalaspis, opobalsami, iunci odorati floris, costi, stœchados, seselis, galbani, resinę terebinthinæ, piperis longi, castorii, hypocistidis succi, styracis, malabathri foliorum, singulorum denarii quatuor, cassię nigræ, polii, piperis albi, trixaginis palustris, dauci seminis, carpobalsami, cyphios, bdellii, nardi gallicæ, gummi, petroselini, opii, cardamomi, fœniculi seminis gentianæ, foliorum rosæ, singulorum denarii octo, dictamni, anisi, acori, phu, singulorum denarii tres, meu athamantici, acacię, alui scynci, hyperici seminis, singulorum drachma & semissis, uini & mellis q.s.

ſatis eſt. Præparatur theriacæ modo. Galenus tradit ad eadem hoc ualere, ad quæ illa, præterquam ad uiperæ morſus, in eos enim theriace efficacior eſt.

ANTIDOTVM DIA HÆMAton, hoc eſt ex ſanguinibus, ad omnia uenenata, & lethalia medicamenta.

Piperis albi & longi, coſti, acori, phu, aniſi: dictamni cretici, ſingulorum denarii duo, amomi, opobalſami, rutæ ſylueſtris ſeminis, fœniculi ſeminis, cumini æthiopici, anethi, anatis maſculi ſanguinis ſicci, hœdi ſanguinis, anſerini ſanguinis, anatis fœminæ ſanguinis, napi ſylueſtris ſeminis, ſingulorum denarii tres, gentianæ radicis, trifolii, iunci odorati floris, lachrymæ thuris, roſarum ſiccarum, ſingulorum denarii quatuor, cinnamomi denarii * duo, trixaginis paluſtris denarii octo, petroſelini, polii, myrrhæ, nardi, ſingulorũ denarii ſex, caſſie denarii tres: lactis cyrenaici totidem, ſtœchados denarii quinque: aſari denarii duo, guttæ ammoniaci denarii tres, meu, athamantini denarii duo: agarici tantundem: carpobalſami grana uiginti, mellis cocti quod ſatis eſt.

* Galenus ſex.

OXYMEL SIMPLEX.

Aceti q̃acerrimi albi ſextarius, aquæ ſextarii duo, mellis ſextarius, ad liquidioris mellis ſpiſſitudinem incoquuntur, ſic ut mel interea deſpumetur.

ACETVM SCILLITES.

Scille albi coloris in taleolas conciſe libre ſex quadraginta diebus in umbra ſiccantur, deinde ubi rurſus purgate fuerint, in aceti generoſi ſextariis duodecim, diebus *ſexaginta in ſole madeſcere ſinuntur, uaſe bene operculato. poſt eum numerum dierum ſcilla ex aceto expreſſa proiicitur, ipſum uero acetum defæcatum tranſfunditur. Nonnulli uero ſcillæ libram in aceti ſextarios †ſex coniiciunt. alii uiridem ſcilam in acetum pariutriuſque modo demittunt, ſinuntque uſque ad menſeis

*Dioſcorides ſeptẽ, uicinæ ſunt literæ ζ & ξ.

†Dioſcorides q̃nque.

sex, atque hoc modo maiorem incidendi uim acquirit. Valet autem acetum scillatum collutum ad fluida oris uitia & plerisque interaneorum affectibus potum medetur, quibus exulceratio coniuncta non est. item aliis compluribus efficax est.

OXYMEL SCILLINVM.

Scille partis internæ tenerioris pondo dua, aceti acris albi sextarii quindecim, piperis, petroselini macedonici, singulorum unciæ due, dauci cretici, ameos, anisi, nardi gallice, ligustici, asari, cardamomi: spice nardi: amomi, rheu pontici: singulorum uncia semissis, fœniculi seminis, cumini, laseris: zingiberis: pyrethri: hyssopi cretici: costi pulegii, singulorum uncia, menthe uiridis fasciculus, rutæ uiridis turiones quinque: mellis attici sextarius, sape sextarii duo: apii uiridis fasciculus: interior scille pars alba contusa in acetum mittitur, sinitur q; diebus septem sub canicule æstu madescere, deinde scilla sublata, arida quidem iam contusa: uiridia, non contusa in acetum cōiiciuntur. Rursus post dies septem omnibus exemptis, mel & sapa aceto adiiciuntur: excoctaq; usque ad spissitudinem in uitreum uas defunduntur. Cæterum præsidio hoc & ieiunus instar potionis utere, & post cibum liquaminis modo, est enim longe utilissimum.

MEDICAMENTVM GALEni è scilla: comitialibus potissimum efficax.

Scilla minutim manibus contusa in uas melleum demittitur, eoque diligenter operculato in loco ad meridiem spectante sub æstu canicule reponitur, quadraginta diebus post canicule sidus in superficie uase soluto scille corpus effluxisse deprehendes, exceptus igitur ipsius succus, melle optimo edulcoratur, daturque comitialibus quotidie cochleare, pueris exiguum, prouectis magnum. Ipsumque scillæ corpus tritum cum melle datur cochleari, atque hoc uirtute secundum est.

PHILONIS ANTIDOTVM.

† Oribasius uiginti quinque,
* Oribasius uiginti

Piperis albi drachmæ † uiginti, alterci denarii * octo, lachrymæ papaueris denarii decem, croci denarii quinque pirethri, euphorbii, spicæ nardi, singuli denarii, mellis Attici uel alterius generosi non cocti quantum sufficit. datur prouectioribus ad nucis auellanæ magnitudinem: minoribus fabæ instar: pueris, ciceris. Medicamentum est quod dolorem sopit & somnum accersit.

ATHANASIA DOLOREM leniens, pleuriticis accommodata, authore Oribasio.

Cassiæ drachmę octo, spicę nardi, amomi, croci, opii, styracis, myrrhæ, costi, singulorum drachmæ quatuor, mellis despumati quod satis est. datur quemadmodum Philonium.

MEDICAMENTVM EX DUplici pipere eiusdem effectus.

Cardamomi, castorii, opii, singulorum denarii tres, myrrhæ, costi, piperis albi & longi, galbani, singulorum denarii tres, croci totidem: excipiuntur discocto, & ad fabæ magnitudinem exhibentur.

MEDICAMENTVM DIAcodion, id est ex papaueris capitibus & sapa.

Capita papaueris uiridia minime aquosa octo, decemue, die postquam decerpta sunt, incoquuntur cum dulcis radiculę uncia, madefacta in sapæ sextario rursus incoquuntur dum tabescant, ubi mediocris spissitudo facta est, ab igne sublata defenduntur: usus medicamenti est in febribus ubi sopire opus est, & quum tenuis defluxio à capite in thoracem defertur.

MEDICAMENTVM EX CApitibus papaueris & melle.

Capita papauerum, ut dictum est, & dulcis radiculæ unciа, in aquæ pluuialis aut puteanæ sextario donec intabescant excoquuntur. ubi expressa fuerint, semisextarius

mellis decocto iniicitur: excocta usque ad spissitudinē dantur: in quibus præter quod dolorem lenire & somnum conciliare oportet, etiam purgatione opus est, & abstersione eorum quæ in pectore aut pulmonibus renibusq; inhærescunt.

DIA CODION, COMPOSITVM.

Aquæ, in qua papauerum capita decocta sunt ad prædictam commoderationem, sextarius, uini dulcis heminæ duæ, mellis pondo, croci, hypocistidis succi, singulorum drachmæ quatuor: concoquuntur usque ad spissitudinem, uerum stomacho utilius est medicamentum ex melle, capitum papaueris decocto, & malis cotoneis præparatum: efficacius si præter capita, sertula campana & dulcis radicula aquę incocta fuerint.

ECLEGMA EX MARRVbio, simplex tabidis maxime accommodatum.

Marrubii comæ pondo in aquę hemiuis sex decoquitur ad tertias, inde herba proiicitur, adiicitur autem aq̃ mel, incoquunturq; usque ad mellis spissitudinē. instar cochlearis exhibetur.

EX MARRVBIO, COMPOSITVM.

Marrubii come, iridis illyrice, hyssopi, pulegii, dulcis radicule, apii, singulorum sextans, caricarum pinguium quadrans, nuclei pini resinati tantundem: minutim contusa arida cum caricis in aquę sextarios tres demergun tur, coquunturque usque ad tertias illis exemptis, aquæ mellis libre due induntur, & ad crassitudinem melleam incoquuntur.

MEDICAMENTVM EX ERVIS.

Amygdalarum amararum sextans, farine erui triens, hyssopi tantundem, iridis semuncia nucleorum pini torrefactorum uncie due, mellis sextarius, uel quod satis est.

MEDICAMENTVM
dodecatheon.

Iridis illyrice triens, erui triẽs, hyſſopi, urtice ſeminis, dulcis radicule, fœnugræci, ſingulorum ſextans, bulborum ſeminis lini torrefacti, ſingulorum triens, melanthii ſcrupula octodecim, pulegii ſcrupula ſex, nucleorum pini torridorum ſextans, piperis ſcrupula ſex, mellis quantum ſufficit.

ANTIDOTVM SOTERA.

Spicæ nardi ſcrupula triginta nouem, myrrhæ ſcrupula uigintiſeptem, croci ſcrupula triginta ſeptem, caſtorii ſcrupula triginta nouem, opii ſcrupula trigintaſex, petroſelini ſcrupula quadragintaquinque, aniſi ſcrupula nouem, apii ſcrupula ſeptem, iunci odorati floris ſcrupula trigintaſex, caſſiæ ſcrupula duodecim piperis longi totidem, ſinonis ſeminis ſcrupula ſex ſtyracis ſcrupula octodecim, amomi ſcrupula duodecim, ſeſelis totidem, hedychroi, coſti, aſari, ſingulorum ſcrupula octodecim, mellis quod ſatis eſt.

EX STYRACE BECHICON
hoc eſt, tuſſi efficax.

Amomi, caſſiæ, ſingulorum ſextans, ſtyracis, ſpice nardi, ſingulorum ſeſcuncia, croci, piperis albi, ſingulorum uncia, mellis ſextarius: exhibetur cochlearium.

MEDICAMENTVM PHILOXENI, purulentis & longa defluxione
infeſtatis idoneum.

Reſinæ terebinthinę denarii uigintiocto, nardi denarii ſedecim, myrrhæ ſtillatitię denarii ſex, cardamomi, bulborum, tantundem, croci denarii duodecim, galbani, denarii ſedecim, amygdala amara octoginta mellis hemina: ex aqua potatur, quantum faba Ægyptia explet.

ESDRA, MVLTIPLICIS VSVS
uehementer enim deſiccat.

Amomi ſcrupula ſex, croci ſcrupula octodecim, dauci ſeminis ſcrupulum unum & dimidium, fœniculi ſeminis ſcrupula tria, caſsiæ ſeſquiſcrupulum, iunci odorati floris ſcrupula quatuor & dimidium, cinnamomi ſcrupula tria, hypocyſtidis ſucci ſcrupula quatuor & dimidium, ſulfuris unciæ quinque, papaueris ſeminis ſcrupula quinque, pyrethri ſcrupula tria, petroſelini ſeſquiſcrupulum, iridis illyrice ſcrupula ſeptem & dimidium, alterci ſeminis ſcrupula tredecim & dimidium, ſpicæ nardi ſcrupula ſeptem & dimidium, rutæ ſeminis ſeſquiſcrupulum, anethi ſcrupula tria, cardamomi uncie tres, roſarum ſiccarum ſcrupula quatuor & dimidium, nerii floris ſeſquiſcrupulum, eſt autem ueluti fibra ex qua oritur roſa, rhododaphnes & roſæ ipſius ſingulorum ſcrupula tria, rheu ſcrupula ſex, gentianæ ſcrupula ſex, hedychroi ſeſquiſcrupulum, tragacanthæ ſcrupula quindecim, licii ſcrupula ſex, citri arboris foliorum ſcrupula ſex ocimi ſeminis ſeſquiſcrupulum, aniſi ſcrupula tria, coſti myrrhæ: ſingulorum ſcrupula ſex, bdellii ſcrupula ſedecim, artemiſiæ ſucci ſcrupula tredecim: rhu ſyriaci ſcrupula uigintiquinque & dimidium: aſari, uteri mergi, lapidis iaſpidis: ſingulorum ſcrupula tria piperis ſcrupula quindecim, caſtorii ſeſquiſcrupulum: cimoliæ ſcrupula ſex, ſiſonis ſcrupula nouem: ſtyracis totidem, opobalſami ſcrupula duodecim: ſeſelis herba: ſeſquiſcrupulum: mellis unciæ uigintiocto, uini quantum ſatis eſt.

MEDICAMENTVM EX malorum cotoneorum carnibus.

Malorum cotoneorum purorum libræ tres: coquuntur in uini peruetuſti ſextariis tribus: deinde conteruntur: quibus piperis: aniſi liguſtici ſingulorum contritorum uncia admiſcetur. Nonnulli etiam zingiberis ſemunciam indunt, quidam in uicem uini: aceto uſi ſunt.

MEDICAMENTVM EX SVCcis malorum, ad appetentiam abolitam & ægram concoctionem probatum.

Malorum cotoneorum maturorum ſucci ſextarii duo: mellis laudati tantundem, aceti ſextarius, zingiberis unciæ tres, piperis albi uncie due: incoquuntur ad ſpiſſitudinem. hoc Galenus ad eos qui perfrixerunt præparat: in quibus autem bilis redundat, ſine pipere & zingibere conficitur.

QVOMODO PARETVR melaplacontium.

Malorum cotoneorum purorum libre ſex in uino coquuntur quouſque intabeſcant, inde exempte conterun tur. nonnulli mellis libras octo adiiciunt, coquuntque igne lento, ferula agitantes. ubi tam ſpiſſum totum euaſerit: ut manus non inquiner, etiã tunc addunt contuſi piperis uncias tres, aniſi tantundẽ, petroſelini unciã. Sunt qui zingiberis unciã & maſtiches tantundẽ miſceant: * deinde mixta inſtar ſemuncie formant, & cũ lauri foliis componunt.

*Exẽplaria uidentur hic deprauata.

CYDONATVM CONTVSVM fragmentis ſaluis.

Malorum cotoneorum purorum fruſtulatim cõciſorũ pondo octo, in uini ſextariis totidem incoquuntur temperate: ut non diſſoluantur deinde mellis deſpumati pondo octo, piperis unciæ octo, petroſelini, aniſi, ſinguli quadrantes, zingiberis quincunx, ſpicæ nardi ſeſcuncia, caryophylli uncia, ipſis admiſcentur: omnia contuſa ac modice incocta uſque ad iuſculi ſpiſſitudinem auferuntur, quibus refrigeratis fragmenta ſimul cum iure componuntur.

MEDICAMENTVM DIA TRIon pipereon, ex triplici pipere.

Piperis communis, albi, & longi, ſingulorum denarii ſeptem, zingiberis, aniſi, thymi ſummitatum, ſingulorum

denarii

denarii duo, mellis quod satis est.

ALIVD ORIBASII.

Piperis albi unciæ duæ, piperis nigri, & longi, spicæ nardi, cinnamomi, ameos, caryi, hyssopi, seselis, dauci, petroselini, singulæ unciæ, zingiberis denarii quatuor, mellis libræ tres.

ALIVD.

Piperis communis quadrans, albi uncia, longi tantundem, petroselini, cinnamomi aut casiæ duplicatæ, zingiberis, singulorum uncia, mellis unciæ una & uiginti, uel quod satis est. ego etiam thymi comæ unciam miscui.

DIOSPOLITES.

Cumini aceto madefacti torrefactique uncia, piperis, zingiberis, singulorum unciæ duæ, rutę uiridis sescuncia, nitri drachmæ duæ & semis: melle excipitur.

MEDICAMENTVM DIA CItriu, hoc est ex malo medico, tarde concoquentibus efficax.

Aceti heminæ tres, mali medici carnis pondo libra, hyssopi, rutæ, singulorum fasciculus: per noctem in aceto madefacta ad tertias decoquuntur, expressaque proiciuntur: aceto miscetur mellis sextarius, rursusque incoquuntur ad mellis spissitudinem: ubi incrassata fuerint, insperguntur asari, meu, piperis albi, singuli sextantes: exhibetur cochleare mane, & dormituro.

PICRA, HOC EST AMAra, compositio Galeni.

Aloes drachmæ centum, xylobalsami, masticheś, croci, spicæ nardi, asari, cinnamomi, singulorum drachmæ sex. Quidam addunt etiam iunci quadrati floris & casiæ, utriusque denarios sex. exhibetur drachma ex oxymelite.

PICRA EX OXYMELITE, ad stomachicos, uterum & aquam inter cutem.

Aloes unciæ quatuor, phylli unciæ duæ, costi casſiæ, amomi, iridis, singulorum denarius, fœniculi radicis corticis libra, mastiches, nardi gallice, zingiberis, singulorum denarius, piperis denarius, meu denarius, aceti, mellis, utriusque sesquisextarius: fœniculum in aceto prius excoctum proiicitur, deinde mel additur. Vbi usque ad melleam spisſitudinem incoxeris, reliqua detrita insperges.

MEDICAMENTVM EX LVpino iecore præstantisſimum.

Gentianæ, chamepityos, petroselini, marrubii * succi, arcii, sinapis, scolopendrii, panacis radicis: rubricæ erythrodane: brasſice seminis: aristolochiæ longe: piperis albi: spice nardi, costi, erucæ seminis: eringii radicis, polii, echii eupatorii, baccarum iuniperi, lupini iecoris, helenii, pares modi: melle non cocto excipiuntur, mulsoque coctionem non experto, ad nucis auellanæ magnitudinem dantur.

* Græce est χυ̃ ἀρκίου. i. succi, arcii forte legendũ χολῆς ἀρκτίου. i. fellis ursini. sic. n. Galenus hẽt in simili compositione

THEODORETVS DIA ANACARDION.

Anacardiorum sescuncia: croci, casſiæ, phylli, spice nardi, caryophylli, meu, agarici: iunci quadrati floris, rheu, epithymi, singulorum denarii quatuor, acori, piperis, singulorum sescuncia, aloes unciæ tres, saxifrage, mastiches iridis illyrice, singulorum sescuncia, myrobalanorum uncia, mellis libre sex uel quantum sufficit.

THEODORETVS ALTERA dia anacardion.

Aloes drachmæ sexaginta: agarici drachmæ uigintiquatuor, croci, casſie, rheu pontici, acori, cinnamomi, mastiches, singulorum drachmæ decem, costi rutæ seminis, piperis albi singulorum drachmæ octo spice nardi drachmæ tres, xylobalsami. asari, chamædryos, meu, singulorum drachmæ quatuor, mellis quod satis est. Nonnulli hic quoque addũt anacardia duo, datur drachmis binis cum mulsa.

MEDICAMENTVM CYPHOIdes: ad iecorosos, & pectoris uitia.

Vuæ passæ carnis drachmæ uigintiquinque, croci drachma, calami odorati drachmæ *duæ : bdellii drachmæ duæ & semis ⌊cassiæ sesquidrachma⌋ cinnamomi tres oboli: nardi totidem, iunci quadrati drachmæ *due myrrhæ, resine terebinthine, singulorum denarii quatuor, aspalathi ramenti oboli duodecim, mellis drachmæ sedecim. uini quantum sufficit.

*Gal. due & semis. ⌊Repositū ex Gal. *Gal. due & semis.

ALIVD CYPHOIDES, Alexandri.

Croci, cinnamomi, bdellii, singulorum denarii quatuor, myrrhæ, calami aromatici, singulorum drachmæ due, aspalathi, iunci odorati floris, singulorum drachmæ tres, cassiæ, nardi, singule drachmæ, terebinthine resine drachmę sedecim, uue passæ carnis drachmæ centum sexaginta, mellis sesquihemina, uini Chii quod sufficit.

DIA BACANV MEDICAmentum, hepati accommodatum.

Bacani uncia, costi tantundem, phylli scrupula octo, piperis albi scrupula sex, spice nardi totidem mellis quod satis est : datur cochlearium cum temperatura conditi.

MEDICAMENTVM ZOPYROS.

Myrrhæ drachmæ quinque: croci, cassiæ, singulorum drachmæ quatuor, cinnamomi drachmæ tres, spice nardi drachmæ due, iunci odorati floris tantundem, piperis albi sesquidrachma, thuris drachma: costi drachma: mellis quod satis est.

COMPOSITIO PÆONIA.

Styracis calamitis drachmæ sex: thuris amomi croci, singulorum sescuncia, spice nardi drachme sex, phylli drachmę due, piperis albi drachmæ sex, & communis octo, myrrhæ uncia: costi tantundem, mellis quod satis est.

CATAPOTIA DOSITHEI ad iecur inſcripta.

Aloes uncia,ſpicæ nardi,phylli,coſti, ſingulorum ſcru-
pula duo, agarici ſcrupula octo, maſtiches ſcrupula
tredecim,epithymi ſcrupula quatuor,rheu ſcrupulum. 5

OXYMEL SPLENICVM, HOC eſt,lieni dicatum.

Capparis radicum corticis,ſcolopendrii,ſpicæ nardi, a-
ſari,iridis,iunci quadrati floris,iunci rotundi floris, aniſi,
cumini,fœniculi,acori,ericæ fructus, ſingulorum uncia, 10
myricæ foliorum,ſalicis foliorũ,apii radicis,thuris arbo-
ris,ſcillæ,ſingulorum unciȩ duæ,aceti ſextarii tres, mel-
lis tantundem,guttæ ammoniaci * præparatum modo
ſcillini,duobus cochleariis exhibetur.

* Pondus deſiderat

OXYMEL, CALCVLOSIS EFFICAX. 15

Saxifragæ,betonicæ,graminis,adianti,ſpicæ nardi, car-
peſii,aſari,eryngii,ſingulorum uncia, petroſelini Mace-
donici,rutæ ſingulorum ſemuncia,fœniculi uiridis, iri-
dis,ſcillæ toſtæ,chamædaphnes,ſingulorum unciæ due 20
capparis radicum corticis unciæ tres,ſii unciæ duæ, aq̃,
aceti,mellis ſingulorum ſextarii duo.

PHVSCA AD CONTEREN dum calculos.

Pulegii,maſtiches,apii ſeminis,menthæ ſiccæ, ſingulo- 25
rum uncia,ſalis communis torrefacti pondo,coriandri
ſeminis,ſpicæ nardi,aniſi, ameos. ſingulorum ſcrupula
ſex,phylli ſcrupula quatuor, piperis albi ſemuncia, uel
communis uncia,lithoſpermi unciæ ſex, betonicæ toti-
dem:aceti generoſi ſextarii quinque:omnia contuſa,cri- 30
brata & in tenuiſſimum pollinem detrita, per triduum
aceto madeſcunt, deinde diebus quadraginta inſolan-
tur:ubi uſus inciderit,nigrum cicer,aſparagi radicem,a-
pium & adiantum decoquis,in huius decocti miſturam
heminas duas aceti ſuperinfundis,& ægro in calido bal 35
nei ſolio propinas.Nonnulli uero medicamenti ex præ

dictis speciebus ficci, scrupula duodecim cum posca dictarum herbarum iuri temperata exhibent, & nihilominus medicamentum proficit.

CONDITVM CALCVLOS
5 confringens.

Piperis albi, saxifragæ, spicæ nardi, lithospermi, betonicæ, singulorum uncia, petroselini, phylli, singulorum sescuncia, rutæ syluestris seminis semuncia, mellis sextarius uini ascalonitis sextarii sedecim.

10 MEDICAMENTVM EX SAN guine hircino.

Quum uua inceperit maturescere, hirci ætate florentis sanguinis in sole siccati cochlearia duo calculosis exhibeto cum passo cretico. Quidam uero amomi & phyl
15 li, utriusque treis uncias miscent. Alii etiam myrrhæ quatuor scrupula.

EX CICADIS MEDICAMEN tum nephriticum.

Lithospermi, raphidis piscis combusti, seselis, singulo
20 rum uncia ameos, cucumeris satiui seminis, saxifragę, uuæ passæ acinis exemptis, althææ seminis, phaseoli albi, lyncurii, singulorum semuncia, spicę nardi, phu, meu lapidum ex spongiis, singuli denarii, adianthi, paliuri seminis interioris, sii sicci, rubi radicis, graminis, polypodii
25 singulorum denarii tres, hircini sanguinis desiccati ut dictum est, scrupula sex, cicadarum siccarum sine capite, pennis & pedibus, triens, piperis albi denarii sex, mellis discocti quod satis est. datur instar nucis auellanæ in condito tribus obolis, aut decocto saxifragæ, aut sii, aut radi
30 cis asparagi, aut rosmarini, aut quinquefolii, aut lanarię herbæ radicis.

MEDICAMENTVM. ex lithospermo.

Lithospermi, betonicæ, saxifragæ, petroselini, piperis al
35 bi pares portiones cum melle excipiuntur.

MEDICAMENTVM EX marrubii semine.

Piperis albi & nigri, dauci cretici, cucumeris satiui seminis, fœniculi seminis, marrubii seminis, petroselini macedonici, pyrethri zingiberis phylli, singule unciæ, mellis quod satis est. 5

MEDICAMENTVM EX LApide iudaico, qui tecolithos dicitur.

Spicæ nardi, hyssopi, lapidis iudaici, singulorum scrupula octo, piperis scrupula duodecim, zingiberis, petroselini costi saxifrage: singulorum scrupula sex cassiæ apii seminis: singulorum scrupula tria, cyperi scrupula sex, ramenti eboris scrupula quatuor, cardamomi ligni scrupula sex, seminis lini scrupula quatuor, mellis quantum sufficit. 10 15

MEDICAMENTVM EX syluestris maluę semine.

Cucumeris domestici seminis denarii duodecim, alterci seminis denarii sex, cicute seminis denarii tres (alii sex) opii fœniculi, malue syluestris seminis, croci, singulorũ denarii tres, apii seminis denarii sex, casſie denarii quatuor, amygdala basilica decem, nuces auellane totidem asari denarii quatuor: passo cretico excepta dantur tribus obolis, si febris abest, cum sapa. Nonnulli melle excipiunt. 20 25

MEDICAMENTVM EX BELLAriis nephriticum, uesicæ & renum exulcerationi idoneum.

Vuæ passæ albe, cui acini sint exempti, nucleorum pini recentium, singulorum unciæ due, cucumeris seminis cortice exuti: baccarum myrti nucleo ablato, amygdalarum amararum, palmularum pinguium, apii seminis, papaueris seminis, croci singulorum denarius, myrrhæ unciæ due: instar denarii ex passo ieiuno propinatur. 30 35

SATYRIACVM ANTIDOTVM.

Zingiberis,satyrii superioris,singulorum drachmę octo scinci caude, meu asari petroselini cardamomi seselis, singulorum drachmæ quatuor,eruce seminis, cinnamo mi,singulorum drachmæ tres,ormini piperis albi, cni ci seminis,singulorum drachmæ due,iunci odorati flo ris,spice nardi,singule drachmæ, sanguinis hircini my strum. datur denarius imbecillioribus cum lacte.

CATAPOTIA EX XYLO-macere,dysentericis utilia.

Xylomaceris,opii rheu, singulorum scrupula sex:galle myrrhæ,singule unciæ.excipiuntur uino spathite.

MEDICAMENTVM EX CO-rallio, quod diacoralliu uocatur, podagricis idoneum.

Rheu barbarici,peoniæ, myrrhæ troglodytidis, spice nardi,singuli sextantes, phylli uncia, caryophylli grana quindecim, anagallidis phœniciei coloris quam uo cant corallion,semuncia,aristolochię longe unciæ qua tuor,& rotunde totidem. datur instar scrupuli quoti die,concoctione probe defuncto. Incipiendum ue ro est ab æquinoctio autumnali, quod circa uigesi mumquartum mensis septembris diem accidit,capien dumque deinceps ad dies quinquaginta, deinde relin quetur quindecim dierum interuallo, atque sic facere oportet quousque dies quibus assumitur absoluantur trecenti sexagintaquinque. Sub canicule ortu omnino abstinendum est,hoc est à uigesimo quarto die Iunii us que ad Augusti finem. Vitari debet uenus,carnes præ sertim suillæ,salsamentum garum beta daucum mentha & lactuca discocta,peponesque piscium capita,camma ri,tum qui molli,tum qui testacea cute præditi sunt, le gumina omnia,& summatim quæ crassi succi sunt,uinũ nigrum & liberalius. Balneum conuenit & quotidianũ exercitium,uel pedibus,uel equo, uel gestatione adhi bitum. Qui uero habitu sicciore sunt,etiam si plenius

nutriantur, non offenduntur.

AGAPETI COMPOSITIO ad podagram.

Phylli rheu barbarici, croci, ſpicę nardi, myrrhæ troglodytidis, coſti, chamædryos, ſinguli ſextantes, aloes hepaticæ, quincunx, hyperici, peoniæ, ſinguli quadrantes ariſtolochię longe, phu, meu, damaſonii, anagallidis, ſinguli trientes: utendi modus idem eſt qui in compoſitione dia coralliu.

COMPOSITIO ATACTOS ad podagram.

Phylli, meu, damaſonii, anagallidis cui flos eſt cęruleus erythrodani, maſtiches, croci, caſſiæ, aloes hepaticæ, gẽtianæ, chamædryos, ſingulorum uncia, caryophylli, aſari ⌊piperis⌋ albi & nigri, ſingulorum ſemuncia, ſpice nardi, myrrhæ, rheu barbarici, pæonie radicis, ariſtolochiæ longe & rotunde, ſingulorum unciæ duæ. Similis uſus eſt.

⌋In græ. deeſſe uidetur.

PROCLI COMPOSITIO, podagrę & coxendicum doloribus accommodata.

Chamedryos unciæ nouem, centaurii unciæ octo, ariſtolochię unciæ ſeptem, gentianæ uncię ſex, hyperici unciæ quinque, petroſelini macedonici unciæ quatuor, meu unciæ tres, agarici unciæ duæ. phu uncia una, mellis attici heminæ duæ.

MEDICAMENTVM EX REbus ſeptem conſtans ad eadem.

Hyperici, ariſtolochiæ longe, ſingulorum uncia, centaurii, camepityos, agarici, ſingulorum tres unciæ, chamedryos uncie ſex, gentianę uncie quinque. Nonnulli etiã petroſelini unciam addunt, mellis drachmas quinque. datur inſtar denarii.

DE PASTILLIS. Cap. XII.

Paſtilli trochiſci à figura nominãtur. Tres ſunt eorum ſpecies, alii nanque ſunt potabiles, alii in al-

uum dantur, alii delinuntur. Ex his igitur qui potantur, alii comprimunt aluum, aut sanguinem aut aliam quãpiam fluxionem, refrigerando, aut astringendo, aut opplendo, aut desiccando eam cohibentes: quemadmodum qui constat spina ægyptia, & qui seminibus, consimilesq́;: alii dolorem sopiunt, uel quòd sensum obstupefaciant, uti crocodes dictus, uel quod humores diffundant, ueluti ex aromatis confecti: alii lienem, aut renes, aut iecur obstructione liberant, ut qui ex amaris amygdalis confit. Eorum uero qui in aluum induntur, nonnulli acrimoniam obtundunt, ut in torminibus intestinorum, quemadmodum ex pompholyge, amylo, terra samia, ex cremore ptisanæ aut eiusmodi aliquo præparati, nonnulli alui aut sanguinis profluuium astringũt, sicuti qui alumine, acacia, & omphacio constant, qualis est qui plantaginis iniecti: nonnulli adurentes, dysenteriæ quàm ulcera depascentia exercent, idonei: ex sandaracha, auripigmento, calce, charta combusta, confecti. Inserentur autem cum succo lenticulæ, aut oryzæ, sic ut intestinum prius muria elotum sit, ægerq́; cibum & potũ antea assumpserit, ne aliquid medicamenti uirtutis reliquum, ad stomachum rapiatur. Cæterum utiles sunt pastilli qui ab inferioribus partibus iniiciuntur, ad affectus potissimum qui infra umbilicum infestant. Nam superius uis ipsorum peruenire non potest. At qui delinuntur simileis illis uireis obtinent: uerum astringentes, in herpete, papulis, quæ dicuntur exanthemata, intertriginibus, sanguinis eruptionibus: & fluidis ulceribus proficiunt: cuiusmodi est Andronius & Polyide. qui uero obtundunt, carbunculis & maleficis expediunt: utpote leucus dictus, & dialotarion. urentes, sicut iam comprehensi, cuius generis habentur & Faustiani, serpentibus naturalium & sedis ulceribus, pterygiis, & carnosis narium uitiis accommodantur.

PASTILLVS ASTER DICTVS.

Croci,opii,castorii,spice nardi,cassie,myrrhæ,lẽnie cre-te,mandragoræ corticis,singulorum triens,dauci apii,a-nisi,seselis,alterci seminis,styracis,singulorum denarii o-cto:uino leuigantur.

PASTILLVS TRIGONVS.

Apii seminis,alterci seminis,singulorum denarii duo,a-nisi denarii quatuor,opii denarii tres:aqua teruntur.

PASTILLVS A SEMINIBVS dia spermaton dictus.

Anisi,ameos,fœniculi seminis,singulorum denarii qua-tuor,apii seminis,opii,alterci seminis,singulorum dena-rii duo:aqua leuigantur.

PASTILLVS CROCODES hoc est croceus.

Anisi,dauci cretici seminis, singulorum drachmæ qua-tuor,myrrhæ,castorii,singulorum drachmæ due, croci, opii,singulorum drachmæ tres,apii seminis,styracis, sin gulorum drachmæ quatuor, alterci seminis drachmæ sex:ex aqua deteruntur.

PASTILLVS DIA RHODON.

Acaciæ,gummi,rosarum floris,balaustiorum,hypocisti dis succi,gallarum,singulorum drachmæ tres, rosarum uiridium succi:plantaginis seminis, singulorum drach-ma,lycii indici tantundem.

PASTILLVS DIA CORALLIV.

Alterci seminis,thuris,singulorum drachmæ octo, ter-ræ samiæ,corallii,minii Sinopici, opii singulorum dra-chmæ quatuor,amyli,balustiorum, singulorum drach-mæ due:succo polygoni excipiuntur,

PASTILLVS EX ELECTRO.

Herbæ pulicaris unciæ quinque, mastiches unciæ qua-tuor,electri scobis,iridis,croci singulorum *unciæ qua-tuor,opii †unciæ due.

* Galenus & Oriba. drachme triginta. † Oriba. drachmæ qudecim.

PASTILLVS EX SPI na Ægyptia.

Spine Ægyptiæ, rhu, thuris, acaciæ, aluminis scisi,

hypocistidis succi, gallæ, lemniæ crete, corallii, symphyti, terre samiæ, aloes, ladani, pares portiones: uino subiguntur.

ALIVS PASTILLVS, QVEM Galenus aphrodisiasticon clidion inscribit.

Satiuæ punice floris spine, Ægyptiæ, balaustiorum, hypocistidis succi *acaciæ, singulorum drachmæ sex, lycii, rheu pontici, opii singulorum drachmæ quatuor, myrrhæ drachmæ due: excipiuntur uino myrteo, uel rosarũ baccarumve myrti decocto.

*Gal. usũ sumptũ est, acacie succi.

CLIDION ORIBASII AD dysentericos & coeliacos.

Galle omphacitidis denarii octo, opii denarii quatuor: ex aqua finguntur catapotia. dantur terna aut quaterna.

PASTILLVS EX CORNV ceruino dysentericis & sanguinem excreantibus salutaris.

Cochlearum drachmę duodecim, cornus ceruini combusti, galle torrefactæ, acaciæ inarefactæ, singulorum drachmæ quinque oboli duodecim, baccarum myrti nigre drachmæ quindecim, opii siccati, hypocistidis succi, singulorum drachmæ quinque, labrusce floris drachmæ sex, mandragore radicis succi, terre samie q̃ aster dicitur, singulorum drachmæ duodecim, rhu obsoniorum drachmæ quatuordecim, malicorii torridi drachmæ septem, thuris drachmæ octo, piceæ corticis exarefacti drachmæ quatuordecim, alterci seminis siccati drachmæ decem, rhus coriarii sextarii duo, uini nigri quantum rhu incoquendo ut uinum fiat crassissimum, satis est, atque hoc percolato: reliqua excepta in pastillos coguntur.

PASTILLVS AMAZONVM.

Apii seminis, anisi, singulorum drachmæ sex, absinthii come drachmæ quatuor, myrrhæ, piperis, opii, castorii,

ſingulorum drachmæ duæ, cinnamomi drachmæ ſex: aqua ſubiguntur.

PASTILLVS EX AMYGDAlis amaris.

Aniſi, apii ſeminis, aſari: amygdalarum amararum, abſinthii comæ, paria pondera: ex aqua finguntur paſtilli, qui drachmam pendeant. dantur febri carentibus ex mulſo febricitantibus cum hydyomelite.

PASTILLVS EX ERICA, lieni dicatus.

Ericæ fructus denarii quatuor, piperis albi, nardi ſyriacę, ſuffiminis ammoniaci, ſingulorum denarii duo: ammoniacum aceto ſoluitur, aridiſq; admiſcetur: finguntur paſtilli qui ſinguli denarium expleant. exhibentur ſingulatim cum oxymelitis cyatho.

PASTILLVS EX VESICAriis, dia phyſalidon uocant.

Cucumeris ſatiui excorticati ſeminis unciæ quatuor, alterci ſeminis, cicute: ſingulorum unciæ duæ, fœniculi, lapathi ſeminis, croci, nucleorum pini, amygdalarum amarorum, opii, ſingulæ unciæ, ueſicariæ ſextarii tres, uini quod ſufficit.

PASTILLVS PHILIPPI, ad inteſtinorum tormina.

Balauſtiorum, acaciæ, hypociſtidis ſucci opii rhu thuris myrrhæ croci gallæ aloes rheu pontici malicorii baccarum myrti ſingulorum drachmę quatuor: excipiuntur uino auſtero: formanturque paſtilli triobolares. dantur ſi febris abeſt, cum uino: febricitantibus: cum hydromelite.

PASTILLVS MVSÆ.

Alumiuis aloes myrrhæ atramenti ſutorii: ſingulorum ſeſcuncia: malicorii: crocomagmatis ⌊ croci⌋ ſingulorũ drachmę ſex: excipiuntur uino.

⌊ Additur ab Oriba.

QVOMODO CROCOMAGma paretur.

Croci unciæ duæ rosarum amyli myrrhæ aloes thuris gummi singulorum uncia costi spicę nardi, singulorum drachma: uino subiguntur. At in capite de oleo croci- no alia quoque crocomagmatis confectura dicetur.

PASTILLVS NERÆ EX herae commentariis.

Myrrhe aloes croci singulorum drachmæ octo, alumi- nis scissi, drachmæ centum: aqua excipiuntur.

POLYIDE SPHRAGIS.

Aluminis scissi denarii * quatuor: myrrhæ denarii o- cto: atramenti sutorii denarii duo: floris satiuæ pu- nice denarii duodecim: fellis taurini denarii sex: a- liàs denarii sedecim: aloes uncia: uino austero ex- cipiuntur.

* Galenus tres, addit q; thuris quatuor.

PASIONIS PASTILLVS.

Squame æris denarii duodecim: ęris combusti, * salis ammoniaci, aluminis rotundi, æruginis rasæ thuris sin- gulorum denarii octo: uini quod sufficit.

* Græce erat ἀλοκ̀ς pro ἁλὸς sic. n. hēc Oribasius & sensus exigit.

PASTILLVS ANDRONIVS.

Satiuæ punice floris drachme decem: galle drachme octo: myrrhę drachme quatuor aristolochie longe drachme quatuor: atramenti sutorii croci aluminis scissi crocomagmatis misyos thuris singulorum drachmæ due leuigantur in uino astringenti uel aceto.

PASTILLVS FAVSTINI.

Auripigmenti drachme duodecim, sandarache drach- me sex: calcis uiue drachme octo charte combuste drachma: myrti baccarum succo uel decocto excepta, in pastillos redigito: & cum myrti baccarum, lenticulæ, & rubi radicum decocto immittito.

* Oribasius, drachmæ triginta due qđ magis cōuenit. lapsus facillimus in literis græcis.

PASTILLVS EX CHARTA dia chartiu appellatus.

Charte combuste * dupondo, calcis, auripigmenti, sandarache, singule unciæ: succo plantaginis ex- cipiuntur.

PASTILLVS CVI NOMEN est thronus Marcellius.

Chartæ combuste drachmæ decẽ, sandarachæ, auripigmenti, squame, æris, aluminis scissi, singulorum drachmæ quatuor, balaustii drachmæ tres, opii drachmæ due calcis non restinctæ drachmæ uiginti, omphacii drachma, hypocistidis succi drachmæ tres: uino myrteo excepta coguntur in pastillos qui drachmas quatuor pendeant: *coquunturque in uino malicorium, myrti baccæ, & rosæ usque ad tertias: datur pastillus unus aut in totũ quatuor, ex sex uini cyathis.

Exẽplar græcũ uidetur hic esse mutilum.

PASTILLVS A SVBERE, dia phellon dictus,

Gallæ, chartæ, fœculæ uini, panis, singulorum concrematorum denarii decem, in alio habetur etiam cornu ceruini combusti denarii quindecim, auripigmẽti denarii duo, sandarachæ, calcis, utriusque denarii quindecim, acaciæ cerusæ, singulorum denarii quinq;, argenti spumæ denarii tres: uino leuigantur.

BITHYNVS.

Malicorii drachmæ decem, cadmiæ unciæ tres, aristolochiæ, gallæ, panacis, radicis iridis, atramenti sutorii, aluminis scissi, chalcitidis, misyos, squamæ æris, mannæ, (nonnulli etiam costi) singulorum sescuncia: aceto subiguntur.

PASTILLVS DIA CASTOriu, ad ulcera, nomas & defluxiones.

Croci, aloes, thuris, singulorum uncia, cytinorum aluminis scissi, castorii, mannæ, æruginis rasæ, singulorum uncia, minii sinopici libra: excipiuntur uino ueteri.

PASTILLVS EX CASTOrio, colicis efficax.

Myrrhæ, castorii, singulorum scrupula sex, croci, opii, singulorum scrupula nouem, anisi, apii seminis, dauci se-

minis, singulorum semuncia, alterci seminis scrupula octodecim.

PASTILLVS EX OENElæo, sedis & naturalium uitiis utilis.

Cerusæ unciæ decem, argenti spumæ unciæ quinque, thuris, recreméti plumbi, aluminis scissi, singulorum unciæ due: uino marine experte læuigantur. in usu uino rosaceo aut myrteo soluuntur.

PASTILLVS EX LAPIde phrygio, naturalium uitiis accommodatus.

Lapidis phrygii combusti restinctique ter, primum butyro uel rosaceo, deinde uino postea melle unciæ duæ, rosarum floris unciæ quatuor, malicorii uncia.

PASTILLVS DIA LOTArion, quod est ex loto syluestri, ad sedis & naturalium uitia.

Cerusæ, amyli, glaucii, croci, aluminis, æquales portiones: teruntur succo loti syluestris, aut uino.

PASTILLVS LEVCVS.

Terræ samiæ triens, pompholygis, cerusæ, amyli, singuli sextantes, opii scrupula quatuor: aqua subiguntur.

PASTILLVS DIA ALICACABV.

Spumæ argenti drachmæ uigintiquatuor, cerusæ drachmæ duodecim, aut una & uiginti, alicacabi drachmæ octo, atramenti sutorii drachmæ quatuor, aluminis scissi tantundem, mini quod ad colorem satis est: aqua excipiuntur.

PASTILLVS EX DVPLIci ueratro, idem uero ex *acacia duplici.

Acaciæ nigræ & rubentis, glutini fabrilis, (in alio pisciū glutinis) singulorum unciæ quatuor, guttæ ammoniaci, glaucii, aloes, singulorum unciæ duæ, thuris masculi

*Græce erat ἀλικακάβων nullo sensu pro ἀκακίων

ueratri nigri & albi, singulorum uncia: aceto scillino excipiuntur, quum usus incidit eodem uel communi soluta: ante balneum: & rursus post id inunguntur.

PASTILLVS CRIOGENES.

Myrrhæ, æris combusti, aristolochiæ rotunde, ęruginis rasæ, squamæ stomomatis, uerbenace recte, aluminis rotundi, singulorum uncia, aceti quantum satis est, decerpi autem debet uerbenaca, quum sol est in ariete. Fit etiam emplastrum in hunc modum: pastilli, *ceræ, colophoniæ, olei, par mensura, aceti quod ad læuigandum pastillum sufficit.

*Mēdose erat κιρρȣ .i. gilui p κηρȣ.

PASTILLVS A NIGRO uiridique colore dictus melanchlorus.

Myrrhæ, aloes, squame æris combusti, auripigmenti, aluminis scissilis, & rotundi, iridis, chalcitidis, misyos salis fossitii atramenti sutorii: ceruse nitri argenti spume panacis radicis cadmie malicorii galle aristolochie rotunde squame stomomatis ęruginis rase singulorum uncia: aceti quod satis est. Fit etiam hoc modo emplastrum: pastilli uncie due colophonie cere olei singulorum uncie sex: aceti quod pastillo subigendo satis est.

PANTOLMIVS AD CHIronia malignaque ulcera & defluxiones.

Cassie æris cremati ceruse argenti spume, æruginis rase aluminis scissi rotundi liquidi & lateritii quod plinthitis dicitur, panacis radicis, aristolochie longe & rotunde malicorii atramenti sutorii: portulace iridis astragalitidis chalcitidis misyos gutte ammoniaci: salis ammoniaci: æruginis ferri squame eris aloes diphrygis thuris galle sarcocolle plumbi cremari foliorū olee, soreos myrrhe crete sutorie liquide: balaustiorum spine Ægyptiæ: sulfuris ignem non experti: nitri rhu rubri: rhu syriaci: chrysocolle *rhus coriarii: acacie salis spume: omphacii auripigmenti singulorum pares modi: cū aceto diebus

*Græce erat συπτηρίας .i. aluminis.

triginta,

triginta, sub caniculæ sidere læuigantur.

PASTILLVS NYMPHODOTI.

Aphronitri uncia, nitri Alexandrini, saponis gallici, singulæ unciæ, salis cappadocii, mastiches, gallæ, singulorum denarii quatuor, foliorum rosæ, amomi, amyli, singulorum uncia, phylli denarius, aluminis scissilis, costi, singulorum denarii duo, uini myrtei quod satis est.

PASTILLVS EX THAPSIA, hemicranico dolori efficax.

Succi thapsiæ drachmæ sedecim, myrrhæ drachmæ octo, opopanacis, euphorbii, singulorum drachmæ sex, nitri, liquoris parthenici, singulorum drachmæ quatuor, piperis, sagapeni, singulorum drachmæ duæ, aceti quantum sufficit. Vbi utendum est, aceto inunctum post horas sex abluito: at si uoles remissiore uti, cerato pari exceptum illinito, noctemq; sinito.

PASTILLVS QVIA ANO SVBIICITUR, hypotheton dictus, ad intestinorum tormina, & ani dolores.

Terræ samiæ, amyli, singulorum quadrans, croci sextãs, acaciæ, tragacanthæ, singulæ unciæ, castorii, thuris, lycii, singulæ semunciæ, in calidioribus etiam opii semuncia adiicitur: herbæ pulicaris succo excipiuntur, *finguntur que pastilli.

*Exẽplar græcũ uidet̃ hic deprauatum.

DE MEDICAMENTIS QVIBVS aridis utimur, xeria dicuntur, & smegmatis. Cap. XIII.

ARidorum medicamentorum quæ sanè & cataplasmata ab inspergendo uocantur, alia ulceribus congruunt, alia cuti applicantur: ex iis quæ ulceribus faciunt, quædam cauis carnem inducunt, quædam excrescentia reprimunt, quædam cicatricem generant, quædam urunt exeduntq;, nonnulla sanguinem coercent. Quæ igitur carni generandæ sunt, uel repurgando sordida, carnem creant, ut quæ constant ex eruo, ari-

ſtolochia,iride,panace,myrrha,thure,aloe:uel humiditatem circunfluam deſiccando,ueluti quæ fiunt ex ære, diphryge,ſquama,charta combuſta,picee,cortice,& ſpina,quæ & ipſa cicatricem obducunt:uel acrimoniam roſionemq; obtundendo,qualia ſunt ex pompholyge, amylo,ceruſa,fæce combuſta,ſpeculario: oſtreis crematis terra ſamia, & conſimilibus, & quæ compoſitorum ex his uireis habent. Ex reprimentibus lenia quidem ſunt, quæ conſtant ſquama æris, quæ miſy, chalcitide combuſtis, & galla, ualentiora ſunt, quæ atramento ſutorio, ærugine, miſy, chalcitide, ignem non expertis. Vrentia uero exedentiaq; fiunt ex calce, auripigmento,ſandaracha,& fæce uini combuſta, quã uocant ſpheclen,hoc eſt fæculam: atque hæc omnia componuntur,cæterum in tenuisſimum redacta pollinem,ſi ulceribus inſpergantur minus rodunt:ſi ſpisſiora magis,idq; urendo faciendoq; cruſtam. Sanguinem reprimentia aut aſtringendo,aut refrigerando,aut ſiccãdo aut opplendo illum coercent,quorum materiam capite de paſtillis ſumus exequuti. At eorum quæ cuti admouentur,alia abſtergunt exteruntq;,ut ex cimolia,pumice lomento,fermento hordei,peponum carne,& ſalis flore confecta:alia extenuant & diſcutiunt, qualia fiunt ex ueratro,alcyonio,ſulfure,herba pediculari,ſinapi, pyrethro,cachry,terra lemnia,ſepiæ teſta:atque hæc, asſumpta calce & auripigmento cum liquore aliquo, pilis abolendis idonea,& ſmegmata fiunt. Quædam capiti admouentur,ut fluxum ex eo ruentem deſiccent, cuiuſmodi ſunt ex nitro,ſale,galla malicorio, & id genus alijs præparata.omnia uero ſmegmata cuti non inunctæ accommodari debent.

CEPHALICVM ARIDVM, capiti conueniens.

Eruorum quincuns,iridis ſeſcuncia,mannæ ſeſcuncia,ariſtolochiæ,ſquamæ æris,ſingulorum ſeſcuncia.

ALIVD.

Piceæ corticis drachmæ sex, thuris drachmę quatuor, pumicis, tantundem, iridis drachmæ duæ, resinæ siccæ sex, aristolochiæ drachmæ duę.

MEDICAMENTVM EX ALOE, dia aloes dicitur.

Aloes drachmæ sex, erui drachmæ octo, mannæ drachmæ quatuor, gallæ drachmæ tres, aluminis scissi drachmæ duæ.

DIA SPHECLES, HOC EST ex fæce uini combusta, manethonis.

Cadmiæ combustæ & illotæ pondo uncia, terræ samiæ pondo uncia, fæcis uini combustæ pondo unciæ quatuor, lapidis specularis pondo unciæ quatuor, thuris pondo unciæ quatuor. quidam & amyli uncias qua 5 tuor addunt.

MELITERA ORIBASII.

Chalcitidis, squamæ æris, gallæ, balaustiorum, ceræ, singulorum pondo quadrans, aristolochię longę pondo uncia, malicorii, aluminis scissi, singulorum se 10 muncia.

MEDICAMENTVM EX ostreis, dia ostreon dicitur.

Cadmiæ, thuris, singulæ unciæ, ostreorum combustorum unciæ tres.

15 MEDICAMENTVM EX thure, dia libanu.

Argenti spumæ, thuris, squamæ æris, mali Punici, amyli cerusæ, pares modi.

APHRODITARIVM.

30 Thuris, squamæ æris, mali Punici, amyli, cerusæ, paria pondera.

RHODIA, AD SVPPRIMENdum sanguinem, ulcera depascentia & excrescentias.

35 Gallæ crudæ denarii sex, gallæ combustæ restinctæq; uino aridæ denarii duodecim, squamæ æris nigri, si non

ſit, rubri denarii octo, atramẽti ſutorii denarii uigintiqua tuor, aluminis ſcisſi denarii uiginti ſeptem: teruntur diebus ſat multis.

MEDICAMENTVM XANthon, hoc eſt flauum.

5

Chalcitidis combuſtæ drachmæ quadraginta, atramenti ſutorii uſti drachmæ uiginti, miſyos cremati drachmæ decem, æris uſti drachmæ quinque.

MEDICAMENTVM A MVrino colore pſaron dictum.

10

Miſyos quincunx, gallarum triens, chalcitidis ſextans, ſquamæ æris tantundem, atramenti ſutorii uncia, æruginis raſæ ſextans.

MEDICAMENTVM HELIOcæs, adurens.

15

Auripigmenti pondo, calcis uiuæ dupondo: aqua læuigantur per dies caniculæ, deinde ſiccatis utitor.

ANTHERON.

Cyperi denarii octo, myrrhæ denarii duodecim, ſandarachæ denarii tres, roſarum floris denarii duo, croci denarius, crocomagmatis, aluminis ſcisſi, iridis illyricæ, ſingulorum denarii duo.

20

MEDICAMENTVM EX CHARta, quod græci dicunt diachartu, ad nomas oris potisſimum & naturalium ulcera.

25

Aeris ſquamæ, chartæ combuſtæ, ſingulorum denarii octo, auripigmenti, ſulfuris uiui, ſingulorum denarii duodecim, plumbi cremati denarii ſex. Ad humidiores quidẽ ſepedonas, ſicco utitor: ad ſiccas, roſaceo macerabis, nõ nunquã & melle cum roſaceo.

30

MEDICAMENTVM EX MYRto ſyluestri, dia oximirſines appellatum, ad eadem.

Rhus coriarii unciæ duodecim, myrti ſylueſtris foliorũ, ſandaraches, ſingulorum drachmæ octo, ſalicis folio-

35

rum siccorum, malicorii, singulorum drachmæ sex, aluminis scissi, chrysocollæ, aloes, chalcitidis crudæ, squamæ, auripigmenti, salis communis, singulorum drachmæ quatuor.

5 MEDICAMENTVM MASSALIOTI.

Nitri, opii, chrysocollæ, lapidis asii, sandarachæ, misyos, chalcitidis, aluminis scissi, diphrygis, æqualia pondera: sicco utitor.

10 SMEGMA ARIDVM, QVOD asclepios dicitur.

Baccarum lauri, nitri alexādrini, salis torrefacti, salis cappadocici, stillæ ammoniacæ, aphronitri, pumicis, singulorum libra, ueratri nigri, herbæ lanariæ, pyrethri, fæculę

15 quæ est uini fæx combusta, herbæ pedicularię, sinapis, iunci angulosi, aluminis scissi, iunci odorati floris, iridis, gallæ, singulorum unciæ sex, sampsuchi libra, uiticis seminis, pulegii, farinæ fabarum & lupini, singulorum unciæ sex, chamæleontis nigri, sulfuris, gummi, thuris pipe

20 ris, cucumeris syluestris radicis, marrubii, cimoliæ, pæoniæ, sepiæ testæ, fœnugræci, philli, costi, cumini, euphorbii, spicæ nardi, singulorum uncię tres. Alexander autē præter hæc adiicit salis ex nitri fontibus, salis Tragasæi, singulorum libram, adarces unciam, aluminis liquidi*

25 gallici, cnici, cocci gnidii, graminis aridi, brioniæ siccæ, singulorum treis uncias.

*Videtur in græ. desse nardī

SMEGMA PEPONATVM.

Thuris, mastiches, stillæ ammoniacæ, singulæ unciæ, tragacanthi sescuncia, succi uuæ immaturæ dodrans, pepo

30 nis seminis recentis quadrans similæ sextarii quinque, ouorum unius & uiginti albumina, iridis triens. quidam & ueratri nigri sextantem miscent.

ALITER CRITONIS.

Lomenti modius similę sextarii quatuor, trifolii, glandis

35 unguentariæ, iridis illyricæ, singulorum pondo quatuor guttæ ammoniaci, costi, singulorum pondo, ouorum

tenuia aquata peponum carnis ſextarii duo, uuæ immaturæ ſucci tantundem: macerantur, redactaq; in paſtillos ſiccantur deinde contuſa incretaq; in uſum adhibentur. ALITER. Tragacanthæ, thuris, maſtichæ, guttæ ammoniaci, ſingulorum drachmæ decem, omphacii drachmæ quinque, ſimilaginis ſextarii quinque, candidi ouorum liquoris uncia, peponum carnis unciæ decem: præparatur ut ſupra dictum eſt. 5

SMEGMA QVOD CAPITIS defluxiones exiccet. 10

Nitri alexandrini rufi unciæ quinque, ſalis communis torrefacti ſeſcuncia, ſalis cappadocii uncia: hæc aceto quamacerrimo macerata in patinã fictilem coniiciuntur atque in furno uruntur, dum redigantur in carbones: inde refrigeratis læuigatisq; ad abſtergendum utitor, uinum in balneo inſtillans. 15

SAPO CONSTANTINI.

Roſarum ſiccarum, aloes, gallæ, malicorii, malabathri, ſarcocollæ, ſingulorum tres unciæ, balauſtiorum, myrrhæ, ſandarachæ, ſpicæ nardi, ſingulorum unciæ duæ, coſti uncia, ſaponis gallici libra, excipiuntur iure lupinorum. 20

XERION QVOD EST ARIdum pſilotrum ad podagram.

Maſtiches, thuris maſculi, herbæ pediculariæ, ueratri albi, ſpumæ argenti, ſingulorum unciæ tres, phylli, amyli, ueratri nigri, lapidis aſii floris, ſingulorum uncia, alcyonii pumicis toſti, cimoliæ, ſampſuchi, ſingulorum unciæ tres, ſpicæ nardi uncia. Nonnulli etiam aloes unciam addunt. contuſum in uaſe xerion reſeruatur: ubi neceſſitas inciderit, oryzæ cremor & ptiſanæ in ollam coniicitur: poſtquam inferbuerit, xerii, ſaponis, gallici, auripigmenti, aluminis ſciſſi, ſandarachæ, ſingulorum ſeſcuncia additur, calcis uiuæ recentis libra. Vtitor unguento mẽſe ter. nono uidelicet lunæ die, decimonono, & uigeſimonono, idque uſque ad annum: poſt hunc, ſemel mẽ 25 30 35

ſe, quum uigeſimumnonum luna diem agit.

DE MEDICAMENTIS LI-
quidis quæ illinuntur, ad oris uitia un
de ſtomatica dicuntur, ac gutturi
5 accommadatis. C. XIIII.

QVanto rarior molliorq; eſt ſumma oris tunica cute quæ corpus totum obtegit, tanto etiam magis ſtomaticorum medicaminum uſus eua- riat. Q uum igitur inflammatio incipit, ea requiruntur
10 medicamenta quæ humoris influxum repellant, cuiuſ- modi ſunt, arida quidem, omphacium, galla omphaci- tis, ſuccus rhu, hipocyſtidis, aluminis, cortex piceæ, & thu ris balauſtia, & generatim omnia quæ aſtringunt, ita ut inſuauem ingratamq; & lethalem uim non repræſen-
15 tent: liquida uero, ſuccus mororum tum quæ batina, tum quæ ſycamina dicuntur, item nucum uiridium cor ticis, & mali Punici, præſertim acidi, & malorum coto- neorum, muſtum, amineumq;. mel autem per initia ſo- lum ut medicamenta adhæreant temperatur. at quum
20 humor ſubſtiterit, miſceri debent quæ concoquant & mediocriter diſſipent, cuius generis eſt crocus myrrha, & dulcis radiculæ ſuccus, at per totum id temporis quod inter ſtatum & declinationem intercedit, recte mi- ſcetur alterutrum aut repellens aut diſcutiens: & primũ
25 quidem ſuperabunt repellentia, deinde digerentia: in morbi declinatione ſolis uti digerentibus abſque aſtric tione oportet, qualia ſunt nitrum, aphronitrum, origa- num, hyſſopum, thymus, nepita, iris, beſaſa, cõſimiliaq;. liquor tunc ſapa eſto tum quæ ex mulſo decocto, tum
30 quæ ex caricis & palmulis conficitur ipſumq; dulce mu ſtum cum melle: ubi uero ueluti reliquiæ quædam in- flammationis remanſerint, etiam ſulfur ignem non exp tum miſcebimus: ſuccum autem primum cũ melle in- coquemus, dũ liquidioris mellis ſpisſitudo fiat, inde ſic
35 arida in tenuisſimum pollinem pertrita inſpgemus, po- ſtea modice coquemus, quoad oĩa exacte in unitatem

cogantur, quo facto uitreum uas medicamentum transfundemus.

DIA MORON SIMPLEX.

Mororum ſucci ſextarii tres, prius excoquuntur dum tertia portio fuerit abſumpta, adiectoq; mellis ſextario, rurſus incoquuntur ad melleam ſpiſsitudinem. 5

DIA MORON COMPOSITVM.

Mororum ſucci heminæ ſex uſque ad ſtrigmenti craſsitudinem coquuntur, deinde admixto læuis croci denario, myrrhę duobus, uuæ immaturę uno, aluminis ſciſsi ternis obolis, mellis hemina, quouſque ſpiſſeſcant incoquuntur. 10

DE MORIS BATINIS, QVÆ rubi fructus ſunt.

Item quod ex moris batinis conſtat, eodem modo præparatur, maiore ui aſtrictoria præditum. 15

DIA CARYON, QVOD eſt ex nucibus, ſimplex.

Viridium nucum corticis contuſi ſucci heminæ quinq; mellis hemina, coquuntur ad dimidias. 20

DIA CARYON, COMPOSITVM.

Per initia quidem & in uigore oris inflammationum, miſceri debent croci, & aluminis, ſinguli denarii, myrrhę duo in declinatione uero ad digerendum nitri denarius ſulfuris tantundem, cum prædicta nucum corticis ſucci, & mellis menſura. 25

MEDICAMENTVM EX ſucco mali punici.

Mali Punici cui nuclei ſunt adempti dulcis ſucci ſextarii quatuor, mali punici acidi ſucci ſextarii duo, mellis ſextarius, myrrhæ mineæ drachmę octo, crocomagmatis, gallę, ſingulorum drachmæ octo, aluminis ſciſsilis drachmæ quatuor, iridis illyricæ drachmæ octo, omphacii drachmæ octo: conficitur; quemadmodum 30 35

quod moris constat.

ALITER IDEM.

Mali Punici dulcis cum corio suo combusti succi sextarii sex mellis generosi sextarius, aluminis scissi uncia, myrrhæ semuncia.

MEDICAMENTVM E MVSTO dia gleucous dicunt.

Musti sextarii sex, gallæ, aluminis scissilis, singulorum denarii duo, croci, myrrhæ, singuli denarii. Si lenire uoles, dulce esto mustum: si repellere, austerum. quod aũt neutrum est, mediam inter hęc uim obtinet.

ÆGYPTIA STOMATICA.

Mellis pondo, olei bes, resinæ terebinthinæ sextans, croci denarii quatuor: in cacabo liquefiunt.

MEDICAMENTVM DIA BEsasa, ex ruta syluestri.

Anisi seminis, apii seminis, iunci odorati floris, ameos seminis, aluminis scissi, iridis illyricæ, besasa, quod nonnulli harmala uocant, (est autem ruta syluestris) cinnamomi myrrhæ troglodytidos, croci, gallæ, singulorum uncia, aristolochiæ longæ, casiæ, crocomagmatis, rosarũ siccarum, singulorum uncia, costi, hirundinum cineris recẽtis, singulorum unciæ tres, nardi indicæ, amomi, singulorum semuncia, mellis quod satis est.

DVLCES VTILESQVE potiones. Cap. XV.

DVlcium simul & utilium potionum, aliæ ex uino conficiuntur, coniectis in id quibusdam speciebus, exempli gratia, pipere, absinthio, casamo aliisque compluribus, unde etiam appellationem nonnunquam sortiuntur, aliquando melle admixto, interim non: aliæ ex aqua in qua decoquantur mala, uel rosæ quædam, nempe uua immatura, mala punica, myrti baccæ, eoq; mel optimum miscetur, tum quòd firmum sit, tum quòd dulce, interdum etiam utile: si illud excipias quod à cibyra in paruis uasculis asportatur, austerum:

item hydromel uinosum, quod etiam sine melle fieri nouimus, quemadmodum apomel ex melle solo & aqua, citra alterius cuiusdam substantiæ misturam. Imò etiam ex uino confectæ potiones, quas & propomata Græci nominant, mellis despumati sextarium unum, ad uini quaternos recipiunt, componunturq́; citra coctionem. At quæ ex aqua & liquore fiunt, siquidem coquãtur, unum mellis ad treis liquoris, cuius duæ fere partes inter coquendum sint absumptæ, sextarios assumunt: sin minus, unum mellis ad binos liquoris. cæterum quæ non coquuntur, diu satis insolare prorsus oportet, & præsertim omphacomeli. Ex aqua uero temperatas potiones coquere conuenit, quòd propter imbecillitatem facillime mutentur. omnes autem in fictilia uasa exigua oblita transfundendæ sunt, iisq́; tuto operculatis in apricis locis usque dum excoquantur reponendæ. attenuantibus autem & probe aqua temperatis uti conuenit. Omphacomel postquam musti modo inferbuerit crassumq́; euaserit, tunc operiri uas debet. his igitur q̃ uino constant, quum febris abest, potissimum utimur, uel solius uoluptatis gratia, præter eas quæ scammonia aut grano gnidio aut eiusmodi purgantibus medicamentis componuntur, uel propter eiusmodi affectus in quibus & medicamentis in illas coniectis, per os uti licet. Ex aqua autem aut succo aliquorum confecturæ febricitantibus conueniunt, interdum ceu affectui commodæ, quemadmodum apomel ad saliuam educendã aut urinas citandas, aut aluum emolliendam, aut extenuandum humorem, hydromel autem & hydrorosarum siticulosis, æstu flagrantibus, resolutis & stomacho uitiosis. Omphacomel, myrtites, rhodostacton, hoc est, mel rosaceum, & rhœtes, cœliaco affectui, intestinorũ torminibus, uomitionibus, aliisq́; fluidis uitiis, congruunt. Iam uero his collutionibus subinde in stomaticis affectibus utimur.

HYDROMEL EX MALOrum cotoneorum ſucco.

Malorum cotoneorum nucleis exemptis contuſorum ſucci ſextarii duo, mellis ſextarii tres, aquæ ſextarii ſex, 5 incoquuntur, deſpumando ad tertias.

ALIVD.

Malorum cotoneorum fruſtulatim conciſorum nucleis ablatis pondo quinque, in aquæ fontanæ ſextariis decē incoquuntur, dum intabeſcant. ablata ab igne, refrigera 10 taq; eximūtur, expreſſoq; ſucco proiiciuntur, aquæ modo dimidia mellis menſura temperatur, iterumq; incoquitur deſpumando, quoad octaua portio abſumpta fuerit. Nonnulli uero ex dulcibus etiam malis ſimiliter hydromel componunt.

15 AQVÆ ROSATÆ QVAM hydroroſatum dicunt, compoſitio.

Roſarum unguibus exemptis libræ quatuor, aquæ ſextarii quinque, mellis ſextarii duo.

20 MELLIS ROSACEI, QVOD rhodomeli uocatur confectura.

Succi malorum cotoneorum ſextarius, roſarum trepōdo, mellis ſextarii tres, aquæ ſextarii quinque. Verum quoniam roſæ non eodem tempore cum malis inue25 niuntur, conuenit eas cum melle quando colliguntur componere, ac ubi mala prouenerint, totam compoſitionem moliri.

OMPHACOMELITIS PRÆPARATIO.

30 Vuæ immaturæ ſucci ſextarii tres, mellis ſextarius: mixta diebus quadraginta inſolantur, uel diſcoquuntur.

QVOMODO MYRTITES FIAT.

Myrti baccarum ſucci ſextarii tres, mellis ſextarius, ad 35 tertias decoquuntur.

APOMEL, EX COMMEN tariis philagrii.

Fauorum melle ſcatentium alborum pondo, aquæ fontanæ trepondo & dimidium: confractis fauis unitiſque aqua cum melle incoquitur, dum & ſpuma ipſius & id quod ueluti ceroſum ſupernatat, particulatim relinquatur, atque tunc refrigerata diligenter transfunduntur. 5

RHODOSTACTI COMPOSITIO.

Roſarum quibus ungues ſunt exempti ſucci ſextarios duos, mellis ſextariũ incoquito deſpumãs quoad quarta pars fuerit abſumpta. 10

RHOETIS CONFECTIO.

Mali Punici ſucci ſextarii tres, mellis unus, ad tertias decoquuntur. 15

DE COLLYRIIS ET AGglutinamentis. Cap. XVI.

Varia ocularium medicamentorum materies existit, etenim liquores, ſucci, ſemina, fructus, particulæ ſtirpium, & metallica his inſeruntur: ex quibus alia acrimoniam leniunt & ueluti opplent obſtruuntq́; utpote pompholyx, ſpodium amylum, plumbũ, terra ſamia, cadmia, eaq́, omnia lota, & candidus oui liquor. Quibus ita utendum eſt, ut caput prius uacuationem experiatur: nam ſi repletum fuerit, metus eſt ne oculorum tunicæ humoribus diſtentæ perrumpantur. Alia contrariam his naturam obtinent, nempe acrem, recludendis uacuandiſq́; iis quæ diu impacta fuerunt accommodata, quemadmodum liquores Cyrenaicus, Medicus, ſagapenus, euphorbium & conſimilia. Nonnulla ſordidis ulceribus abſtergendis conueniunt, qualis eſt ſquama æris, ipſumque ęs, chalcitis, miſy, ſori, flos æris ſtimmi, concremata omnia. Quædam his uicina ſunt, ſmectica ab exterendis ſordibus appellata, cuiuſmodi eſt auripigmẽtum, ſandaracha, & lapidis aſii flos. Sunt & aſtringentia, atque ex his quæ mediocriter id fa 20 25 30 35

ciunt uehementer lippitudini, ulceribus, & defluxionibus conducunt, nempe rosarum folia, flores, fructus, spicæ nardi, phyllum, crocus, glaucium & hypocistis.

Quę uehementiorem astringendi uim repræsentant, oculorum claritati conducentibus potissimum medicinis miscentur, cuius generis est omphacium, acacia, balaustium, satiuæ Punicæ flos, & galla. Alia concoquunt discutiuntque, ut myrrha, crocus, castorium, lachryma thuris, fœnugræci succus. Porrò ex compositis oculorum remediis, alia delinuntur, simplicemque appellationem habent, alia xerocollyria, alia hygrocollyria uocantur.

Quæ igitur delinuntur omnem comprehensam materiam recipiunt, omnibusque conferunt affectibus: cæterum uere præsertim præparari debent, æstate siquidem uirtus ipsorum perspirat euanescitque, hyeme species gelu rigidæ temperari nequeunt. Conterere autem ea oportet liquore non copiose affuso, ne metallica subsidant, aromata supernatent, uerum modice, ut sordium modo conterantur. Aqua uero pluuialis erit, tum quòd tenuis sit, tum quòd modice astringat. Si quidem uino aut succo aliquo læuigentur, teranturque eadem, metallica sanè longo tempore, quæ autem succo constant, exiguo læuigabuntur. demum ubi satis læuia euaserint, gũmi adiicietur: in formam redacta, uasis maxime æreis aut uitreis reponentur. Cæterum iis quę è succo conficiuntur, protinus uti licet: metallica uetustate redduntur meliora. Porrò inter collyria arida quædam consumũt exteruntque callos, ficos, ungueis, scabiosaq́; uitia, è chalcitide, ærugine & misy composita: quædam lachrymas mouent, obstructionibus & hebetudini accommodata quæ tum ex his tum ex pipere & spica nardi fiunt. Sunt quæ præseruent tueanturque oculos ab humorum influxu, cuiusmodi ex lapide phrygio, sarcocolla glaucio aloe, cadmia, stimmi croco: omnia in tenuissimum pollinem coacta oculis applicantur. At liquida collyria fiunt ex melle attico, opobalsamo, oleo ob uetustatem

tenui,fœniculi ſucco diuerſorum animalium felle,liquore cyrenaico,aliisq́; compluribus. Conferunt hebetudini,ſuffuſioniq́; incipienti,medicamenta quæ extenuent, calefaciant,purgentq́;. Vtendum his eſt,& omnibus acribus,ubi caput repletione caret,ſub dio,aere puro auſtrino,non nimis frigido,neque item calido nimium.At agglutinamenta quæ anacolemata græce dicuntur, ex medicamentis præparantur quæ obſtruunt,opplentq́;, glutinant,ſtringunt,aut refrigerant,aut aſtringũt,ſiccãtve, qualis eſt farinæ pollen,manna,terra ſamia,myrrha,cochleæ,acacia,opium,cum candido oui liquore.glutinãtur autem fronti in quibus humor non intra caluariam deliteſcit,ſed extrinſecus affligit.

COLLYRIVM QVOD PROTInus dolorem ſedet monohemeron appellatum, ad incipientem uetuſtam q; lippitudinem.

Acaciæ drachmæ triginta ſex,gummi drachmæ triginta duę,cadmiæ drachmæ uiginti quatuor , ęris cremati & eloti drachmæ octo,opii,drachma:uino auſtero læuigantur.Medicamentum diſcutit & ſiccat.

CHIACVM COLLYRIVM.

Minii ſinopici,gallæ omphacitidis croci,roſarum recentium unguibus exemptis,floris quem thylaca uocamus: gummi ſingulorum uncię tres,opii uncia:uino aminæo aut falerno,aut chio auſtero teruntur . Sit autem uinum marinæ expers.

CYGNARIVM.

Cadmię uſtæ,elotæ q, unciæ ſex,ceruſæ lotæ uncie quatuor,pompholygis tantundem amyli unciæ duæ,tragacanthæ,opii torrefacti.gummi, ſingulorum uncię duæ, aqua pluuiali læuigantur.

RVBENS CYGNVS.

Cadmiæ cremate elote ſextans,terræ ſamie tantundem ceruſe triens pompholygis bes, amyli ſextans,opii ſextans,acaciæ,tragacanthæ,ſingule unciæ gummi triens:

aqua cœlesti subiguntur.

ALBVS CYGNVS.

Cadmiæ unciæ quindecim, ceruse unciæ septemdecim opii drachmæ octo, thuris drachmæ septem, amyli un- 5 ciæ septem, gummi drachmæ tredecim: aqua cœlesti teruntur.

PELARION AD VLCERA.

Cadmię, ceruse, singulorum denarii uintiquatuor, aca- cię, opii, singulorum denarii octodecim, gummi traga- 10 canthę, amyli, singulorum denarii nouem, myrrhę dena rii tres, ęris, croci, singulorum sesquidenarius: aqua con- teruntur.

PHÆON AD OCVLOS sanguine suffusos, & ma- 15 gnos affectus.

Cadmię tenere drachmę uigintiquatuor, ceruse drach mę sedecim, ęruginis rase drachmę duodecim, stim mi drachmę octo, aluminis scissi drachmę tres, chalcitidis uste drachmę tres, nardi Indice drachmę quatuor, om 20 phacii drachmæ due, æris drachma, squame æris dra- chmæ octo circe fructus drachmæ tredecim, lachry- mæ papaueris drachmæ uigintiquatuor, croci drach- mæ quatuor, castorii drachmæ tres, myrrhe drachmæ sex, lycii Indici, acaciæ, gummi singulorum drachmæ 25 quatuor, rosarum recentium drachmæ due & semissis: uino falerno aut surrentino, aut amineo, aut chio auste- ro perteruntur, inungitur per triduum aqueum ex fœnu græci succo instillatum, deinde ex ouo aut lacte, postre mo aqueo crassius.

30 COLLYRIVM EX DECO- ctis, dia zematon dicitur.

Cadmiæ unciæ sedecim, ceruse unciæ octo, amyli, opii, tragacanthe, acacię, singulorum uncię due, gum- mi uncię sex: leuigantur decocto rosarum siccarum, 35 meliloti, capitum papaueris, dulcis radiculę, pari singu- lorum modo.

COLLYRIVM DIA HY- drias, repellens.

Liquoris qui in cercalibus tophi modo concretus repe ritur, libræ tres, cadmiæ ustæ & elotę libra, cerusæ, pom pholygis, terrę samiæ, qui aster dicitur, singulorum elo- torum unciæ sex, thuris uncia, myrrhæ tantundem, succi lini seminis, herbæ pulicaris, ptisanæ, fœnugræ- ci, singulorum libra, tragacanthæ unciæ sex, gum- mi libra.

COLLYRIVM ILAMBONIS.

Cadmiæ uncia, pompholygis uncię quatuor, cerusæ li- bra, tragacanthæ, gummi, opii, singulorum unciæ qua- tuor: aqua pluuiatili teruntur.

CINEREVM, QVOD SPO- diacon dicitur, ad inflammationes, defluxus, & chemosin.

Thuris, stimmi, singulorum denarii centum, cadmiæ, ce rusæ, utriusque denarii uigintiquatuor, terræ samiæ, pa- paueris lachrymæ, singulorum denarii tres, gummi de- narii quindecim: læuigantur oleæ coliculi succo. fit au- tem is in hunc modum: teneriora oleæ folia elota con- tunduntur in mortario, paululo aquę superfuso, per lin teolum exprimuntur.

COLLYRIVM EX OLEÆ turionum succo tenerum, dia tha lias uocatur.

Thuris drachmæ quatuor, stimmi drachmæ quinde- cim, cadmię drachmæ uigintiocto, cerusæ drachmæ quadragintanouem, terrę samiæ drachmæ octodecim, opii drachmæ sex, gummi drachma, plũbi usti elotiq; drachmæ octo: excipiuntur oleæ turionum succo.

DIA THALIAS.

Aeris cremati drachmæ duodecim, sandycis unciæ ui- gintiquatuor, foliorum oleæ unciæ duæ, opii tantun- dem, gummi unciæ decem, uino spathite uel aminæo excipiuntur.

DIA SMYRNON CLAVDIACVM.

Glaucii, sarcocollæ, singulorum drachmæ quadraginta octo, croci drachmæ uigintiquatuor, opii, myrrhæ lapidis hæmatitis, singulorum drachmæ sex, tragacanthę drachmæ quadragintaocto, gummi drachmæ sedecim uino Italico subiguntur. usus est ex ouo.

ALIVD DIA SMYRNON AD rhyadas & ægylopas.

Cadmię lotæ, lapidis hæmatitis eloti, singulorum denarii uigintiocto, myrrhæ, spodii Cyprię, singulorum denarii uigintiquatuor, opii denarii octo, croci denarii quatuor, (alii octo) piperis albi grana triginta, gummi denarii sedecim: uino Italico teruntur. ex ouo adhibetur collyrium: si uitium sit recens, aquatum.

STACTICVM PROSECHII.

Cadmiæ, gummi, singulorum drachmę uiginti, stimmi, atramenti sutorii, singulorum drachmæ octo, opii drachmæ quatuordecim, ęruginis rasæ drachmæ decem, piperis albi drachmæ sex, croci drachmæ octo, misyos crudi tantundem, opobalsami drachmæ quatuor: aqua conteruntur.

HYGIDION AMMONII.

Cadmiæ, æris, singulorum drachmæ sedecim, cerusæ, castorii, aloes, croci, singulorum drachmę quatuor squamæ drachmæ quinque, rosarum floris, plumbi usti, singulorum drachmæ octo, lycii drachmæ tres, lapidis schisti drachmæ quatuor, opii drachmæ decem, acacię drachmę quadraginta, gummi drachmę quadragintaocto: aqua excipiuntur.

OLYMPOS SEV OLYMPIACVM.

Acaciæ, spicæ nardi, thuris, singulorum drachmæ octo, æris, cremati elotiq́; stimmeos usti & loti, cerusæ concrematæ lotæq́; cadmiæ, singulorum drachmæ duodecim, myrrhæ, opii arefacti, singulorum drachmæ quatuor, croci drachmæ quinque, æruginis rasæ drachmæ

tres,lapidis ſchiſti,ſquamæ rubræ,lycii indici,omphacii, ſingulorum drachma,caſtorii,roſarum floris, ſingulorum drachmæ duæ, phœnicobalanorum drachmæ quatuor, ſimiliter oſſea palmularum uſtarum ligna numero quinque,gummi uncię quinque,aqua pluuiali ſu- 5 perfunduntur, in qua commadeſcent tres dies totidéq; noctes, calami odorati, alterci ſeminis roſarum ſiccarum, ſingulorum drachmę quatuor,phylli drachma.

NARDINVM.

Cadmię,croci,gummi, ſingulorum drachmæ triginta 10 ſex,æris uſti drachmæ octodecim,ſtimmi,acaciæ, ſingulorum drachmæ triginta, nardi ſyriacæ drachmæ duodecim, opii,myrrhæ, ſingulorum drachmæ ſedecim: aqua ſubiguntur.

THEODOTION MINVS. 15

Stimmi,acaciæ,ſingulorum drachmæ uiginti, æris uſti drachmę octo,ceruſæ drachmæ quatuor,myrrhæ totidem,æruginis drachmę duæ,aloes,meconii,lycii,ſingulorum drachma:pluuiatili aqua læuigantur.

RHINARIVM. 20

Lapidis hæmatitis,, lapidis ſchiſti, ſingulorum drachmę ſedecim, æris combuſti, cadmiæ, ęruginis, ſingulorum drachmæ octo, opii drachmæ quinque,chalcitidis drachmæ duæ gummi drachmæ octo:uino excipiuntur. 25

XYSTER.

Pumicis,miſyos,oſtreorum, ſingulorum crematorum unciæ ſex,cadmię,opii chalcitidis uſtæ,croci, aloes hepaticæ,caſtorii,phylli,ſingulorum drachmæ duæ, ſtimmios,acaciæ,ſingulæ unciæ, æris combuſti unciæ qua- 30 tuor, myrrhę troglodytidis drachmæ quatuor, ſpicæ nardi drachma,ceruſæ drachmę octo, gummi drachmæ quatuor:aqua cœleſti ſuperfunduntur. Nonnulli etiam uinum miſcent.

HECATOMBE, AD CICA- 35 trices craſſas.

Cadmiæ ustæ lotæq́;,æris cremati & eloti, uniuscuiusque drachmæ octo,stimmios combusti,acaciæ rubentis gummi singulorum dracmæ quindecim,aloes,gallæ,æruginis uermicularis,castorii,lycii,spicæ nardi,croci,opii myrrhæ,cerusæ, hebeni ramenti, chalcitidis , singulorũ drachma,rosarum drachmę sexaginta : aqua pluuiali teruntur.

COLLYRIVM EX CORNV, dia ceratos dicitur,Galeni.

Plumbi combusti,cornus ceruini cremati , singulorum unciæ duæ,cerusæ,squamæ æris , amyli,thuris,sepiæ testæ combustæ,æruginis,myrrhæ,gummi,singulorũ uncia:aqua pluuiali excipiuntur.

COLLYRIVM E THVRE, dia libanu nuncupatur.

Thuris unciæ sex,cadmiæ pompholygis , terræ samiæ, amyli gummi,singulorum uncię tres, cerusæ unciæ sex, squamæ æris unciæ quatuor,tragacanthæ unciæ tres,opii unciæ sex:aqua cœlestis adiicitur.

LIBANIVM.

Cadmiæ elotæ,amyli , singulorum denarii duodecim, cerusæ tantundem,spodii, pompholygis , terræ samiæ, plumbi usti & loti,tragacanthæ, singulorum denarii octo opii denarii duodecim,gummi denarii quatuor: aqua pluuialis additur,& ouorum uiginti albumina. Sũt qui etiam myrrhæ denarios quatuor addant.

ASTER MAGNI.

Pompholygis,cadmiæ,cerusæ , singulorum drachmæ sedecim,plumbi drachmę octo , amyli drachmæ octodecim,thuris drachmæ decem , terræ samiæ drachmæ duodecim,myrrhæ drachmæ duæ,tragacanthæ, gummi,singulorum drachmæ octo:aqua additur.

VRANIVM.

Terræ samiæ,piperis,singulorum unciæ tres,spodii eloti uncia,gũmi unciæ quatuor, stimmios cremati elotiq́; unciæ duæ,squamę lotę uncia,opii unciæ duæ,cadmię

combustæ & elotæ drachmæ duæ: aqua pluuiatilis admiscetur. Carnem inducit repellitq́;.

COLLYRIVM EX SVCco fœnugræci.

Cadmiæ, tragacanthæ, singulorum unciæ octo, cerusæ unciæ triginta, amyli tantundem, opii uncia: læuigantur succo fœnugræci.

COLLYRIVM CLEONIS.

Pompholygis, plumbi, singulorum unciæ quinque, croci sescuncia, squamæ æris quod stomoma dicitur uncia, gummi unciæ duę: aqua pluuialis additur, aquatum illinitur.

DIA RHODON, HOC EST ex rosis, quæ septuagintaduas uncias pendunt.

Rosarum uiridium unciæ septuagintaduæ, cadmiæ ustæ & elotæ denarii uigintiquatuor, æruginis rasæ denarii duo, spicæ nardi denarius, squamæ æris elotæ denarii duo, stimmios combusti elotiq́;, opii, myrrhæ, singulorum denarii tres, croci denarii octo, amyli denarii duo gummi denarii uigintiquatuor: aqua pluuialis admiscetur.

ALBVM DIA RHODON.

Cadmiæ crematæ & lotæ, cerusæ elotæ, singulorum libra, amyli, opii, tragacanthæ, singulorum unciæ tres, aloes sescuncia, gummi unciæ tres, croci sescuncia, rosarum unguibus detractis unciæ sex: aqua miscetur.

COLLYRIVM EX ALOE, dia aloes nuncupatur.

Cadmiæ, cerusæ, aloes, singulorum unciæ decem, rosarum uiridium unciæ sex, amyli unciæ tres, opii uncia, tragacanthæ unciæ duæ, gummi unciæ tres: aqua pluuiatilis adiicitur.

CROCINVM DIA RHODON.

Spicæ nardi, rosarum siccarum, aloes, singulorum dra-

chmæ duæ, alterci albi sesquidrachma, croci drachmæ quatuor & semissis, glaucii unciæ sex, sarcocollæ tantundē, opii drachmæ duæ, tragacāthæ uncia: aqua pluuialis additur.

5 NILI DIA RHODON.

Rosarum tenerarum drachmæ quatuor, croci drachmæ duę, papaueris obolus, gummi drachmæ quatuor: aqua cœlesti excipiuntur.

LYNCEVS AD CLARItatem oculorum.

10 Cadmiæ, æris combusti, guttæ ammoniacæ, singulorum drachmæ duodecim, myrrhæ, lapidis hæmatitis, opii Thebani, singulorum drachmæ sex, aloes hepaticæ, fellis taurini, galbani, sagapeni, singulorum drachmæ quatuor, æruginis rasæ, opopanacis, salis ammoniaci, singulorum drachma, gūmi drachmæ sex: aqua pluuiali teruntur.

15

PROTEVS AD IDEM, CIcatricesq; extenuat.

20 Cadmiæ, cerusæ, chalcitidis crudæ, singulorum denarii quadraginta, piperis sesquidenarius, liquoris cyrenaici drachmæ octo, croci denarii duodecim, opii Thebani denarii decē, sagapeni denarii duodecim, oliuæ Æthiopicæ denarii duodecim, auripigmenti, aluminis scissilis, singulorum denarii octo, myrrhæ denarii duodecim, suffiminis ammoniaci denarii uiginti, opopanacis denarii sedecim, opobalsami denarii decem, gummi denarii uiginti, aqua pluuiali excipiuntur.

25

COLLYRIVM EX SVCco fœniculi.

30 Cadmiæ pondo drachmæ septemdecim, atramenti indici pondo drachmæ sedecim, piperis longi pondo drachmæ tredecim, & albi duodecim, liquoris cyrenaici pondo drachmæ octo, opobalsami pōdo drachmę sex, spicæ nardi pondo drachmæ sex, sagapeni, opopanacis, singulorum pondo drachmæ quinque, opii pon-

35

do drachmæ quatuor,euphorbii pondo drachma, gũmi pondo drachma:succo fœniculi læuigantur.

COLLYRIVM EX OPOBALSAMO.

Cadmiæ,cerusæ,singulorum drachmæ octo,omphacii drachmæ quatuor,piperis albi unciæ sedecim,opii drachmæ quatuor,opobalsami,gummi,singulorum drachmæ sedecim:aqua pluuialis additur.

THALASSEROS.

Cadmiæ unciȩ octo,æruginis unciæ duæ,atramenti Indici unciæ octo,piperis albi unciæ quatuor,liquoris medici uncia , opobalsami unciæ duæ gummi unciæ sex: aqua adiicitur.

HARMATION.

Guttæ ammoniaci,æris combusti,corticis thuris,singulorum drachmȩ quatuor , æruginis drachma , gummi drachmæ quatuor: aqua cœlesti excipiuntur.

COLLYRIVM MALABATHRInum,quod & Isotheon dicitur.

Cadmiæ denarii sedecim,æris usti & eloti denarii quatuordecim,opii,lycii Indici , malabathri, nardi Indicæ, croci,aloes, singulorum denarii duo , ‖ cerusæ denarii octo ‖ castorii denarii † octo,myrrhȩ denarii quatuor acaciæ,* stimmi,singulorum denarii quadraginta : aqua teruntur usus ex ouo.

‖ Repositũ ex Gal. † Galenus duo. * Galenus stimmi octo,gũmi quadraginta.

COLLYRIVM VINO EXceptum,dia œnu dicitur.

Cadmiæ lapidis hæmatitis,& schisti,singulorum drachmæ quadraginta,æris usti drachmæ triginta,chalcitidis drachmæ trigintaduæ,papaueris seminis drachmæ tredecim : papaueris semen aqua decoquitur , succus expressus aliis adiicitur,quæ læuigantur uino spathite uel aminæo .

ALIVD EX VINO.

Æris combusti, cadmiæ placitidis , singulorum unciæ nouem,lapidis hæmatitis eloti unciæ sex,croci, myrrhȩ aloes,suffiminis ammoniaci,singulorum unciæ tres , ly-

cii Indici, ſpicæ nardi, ſingulorum ſeſcuncia, piperis albi grana centum quinquaginta, acaciæ rubentis unciæ nouem, gummi unciæ tres: uino falerno aut aminæo teruntur.

5 COLLYRIVM EX DVOBVS lapidibus ad aſpritudinem.

Lapidis hæmatitis, ſchiſtiq́;, cas ſiæ, ſingulorum denarii octodecim, æris, cadmiæ, opii, æruginis raſæ, ſingulorũ denarii nouem, gummi tantundem, chalcitidis uſtæ de- 10 narii ſex: aqua teruntur.

ARIDVM COLLYRIVM Galeni, quod oculos tuetur.

Lapidis phrygii, minutim contuſi uſtique in ollula quouſque incandeſcat, & reſtincti butyro non ue- 15 teri, deinde iterum ſimiliter cremati, extinctique ui- no falerno, ac tertium uſti & extincti melle ſiccati- que pondo libra, ęris cremati, piperis albi, phylli, ſingulæ unciæ, ſtimmi ſeſcuncia: omnibus in læuo- rem detritis quum medicamentum ab igne aufere- 20 tur, liquoris balſami non craſſi, (id enim areſcere medicamentum prohibet) ſed lucidisſimi unciam inii cies. Vti autem eo conuenit in palpebris dunta- xat, ſic ut ſpecillo illato tunicæ non attingantur, ſed ut ſolum medicamentum palpebris apertis illinatur. 25 Inungi autem debet non ſemel, uerum ſæpius, tum ante cibum, tum ſecundum ipſum, magisque ubi iam lippitudo ſentitur. Miraculum enim eſt, quàm omni alio medicamento ſecurius ab iniuria uindicet.

ARIDVM DIA CROCV.

30 Sarcocollæ drachmæ octo, croci drachmæ quatuor, glaucii tantundem: inungitur frequenter die. Nonnulli uero aloen quoque miſcent.

ALIVD ARIDVM AD SIC- cam lippitudinem quæ xerophthalmia 35 dicitur, ſycoſin, ſepedonas car- nis excreſcentias,

Cadmiæ denarii decem, chalcitidis denarii uiginti, piperis grana quindecim, nardi gallicæ denarius: teritur cadmia & chalcitis cum uino: ubi inaruerint, reliqua adiiciũtur, coguntur q; in pollinem.

HYGRA, HOC EST, LIquidum collyrium, ex caucalide.

5

Caucalidis succi, chamædryos, coronopodis, interdum & othonnæ succi par mensura. Est autem othonna magnum chelidonium.

ALIVD AD SYCOSIN, QVÆ est ueterrima palpebrarum asperitudo, encanthidas & excrescentiam carnis.

10

Misyos tosti drachmæ sex, atramenti sutorii drachmæ quatuor, mellis attici sextarius.

15

ERASISTRATI PANCHRESTOS hygra, mirifica est in ocularis uitiis, tonsillis pudendis & auribus suppurantibus.

Aeris denarii sex, misyos tosti, myrrhæ, singulorum denarii tres, croci sesquidenarius, piperis denarius, uini chii & passi cretici, utriusque sesquihemina: omnibus in uino læuigatis, dum inaruerint, passum superfunditur, & usque ad melleam spissitudinem incoquuntur.

20

AGGLVTINAMENTA OCVlorum qui defluxionibus infestantur.

25

Terræ samiæ, mannæ, thuris, myrrhæ, pares modi, oui aquato excepti, in linteumque illiti fronti imponuntur.

30

ALIVD

Alterci seminis drachma, opii tantundem, myrrhæ drachmæ duæ, croci drachma, farinæ pollinis drachmæ quatuor, ouorum tostorum lutea duo, albumine oui excipiuntur.

35

DE EMPLASTRIS, ET MEDICA-mentorum quæ in illa mittuntur coctione, tum qui ceræ modus cum oleo esse debeat, ex commentariis Antylli. Cap. XVII.

MEdicamentorum quæ emplastri ingrediuntur, alia sunt terrestria, utpote metallica, lapidumq; & terræ species, floces, cinis, & conchylia, alia sunt oleamenta, alia lachrymæ, alia liquari possunt: quędam liquores, quædam succi sunt: semina uero, herbas, & radices modicas recipiunt. Cæterum ex ipsis emplastris nonnulla sunt uulneraria, quæ enæma, quod cruentis iniiciantur: colletica, quod glutinent: & catagmatica, quod fracturis accommodentur, appellamus. Constare autem ex siccantibus non summe, uerum secundi ordinis absoluti, & tertii incipiẽtis, oportet, cuiusmodi sunt salix, quercus, cupressus, piceæ & tedæ cortices, myrrha thuris lachryma, bitumen, aloe, aristolochia, cinis sarmẽtaceus, cerusa, spuma argenti, & pleraq; ex metallicis. Coqui debent quousque manus amplius non inquinẽt. Porrò quæ cicatricem ducunt emplastra & ipsa ex siccantibus componuntur, uerum efficacioribus quàm glutinatoria, quod genus est, æs combustũ, squama tũ eius tũ ferri, ærugo, chalcitis, æris flos cõbustus, alumẽ, galla, plumbago, cadmia, pumex, & ostreacea. Digerentia uero & calefacientibus & siccantibus modice fiunt, nempe aristolochia, thapsia, oleo ueteri, & raphanino melle, opobalsamo pice, resina terebinthina, galbano, sale combusto, salis flore. Quæ emolliunt, ex argenti spuma, adipibus, medullis, oleo ueteri, propoli, ammoniaco, styrace, galbano, bdellio, mastiche, resina terebinthina, uel radice althææ & cucumeris syluestris, præparantur. Siccantia, ex sulfure, nitro, sale, cinere, & bitumine. Ad extrahendum accommodata fiunt ex sale, nitro, propoli, ærugine, fermento stercore, sulfure terebinthina. Quæ concoquunt, ex cera, ladano, uua passa, amomo

croco,thure,pice,mastiche Ægyptia styrace, myrrha,galbano,butyro,hyssopo,adipe,ærugine. Pus mouẽtia ex hydrelæo , polline,pane triticeo,chõdro,butyro, adipe suillo & uitulino, thure,pice,resina. Quæ uero leniũt,argẽti spuma constant,cerusa,oleo,anetho,chamæmelo, amylo,cera tracta . Iam uero enæma dicta , recentibus adhuc uulneribus & fracturis inijci debent, adiutariq; è summa spleniorum parte spongiis posca madentibus, simul illigatis,solui tertio quoque die , & rursus eadem splenia non alia accommodari oportet. At quæ emolliunt,extrahunt,digerunt,concoquunt, & pus præterea mouent,post cataplasmatum ceratorumq; usum adhibentur. Quæ leniunt etiam per initia statim,summis potissimum partibus applicantur. Cæterum quomodo coquantur,deinceps exequemur.

BASILICVM TETRAPHARMACVM.

Ceræ , resinæ colophoniæ , picis , seui taurini , pares portiones.

EMPLASTRVM EX SVCCO lini seminis,digerens detergensq;.

Olei ueteris dupondo , ceræ unciæ uiginti , resinæ colophoniæ,adipis suilli , singulorum pondo & dimidium , argenti spumæ pondo , cerusæ unciæ sex , succi lini seminis tantundem,farinæ pollinis uncia,thuris unciæ quatuor.

EMPLASTRVM EX MELle,dia melitos dicitur.

Argenti spumæ,ceræ,olei,singulorum libræ quatuor,terebinthinæ resinæ libræ duæ,mellis , adipis suilli , singulorum libra.

ALIVD.

Argenteæ spumæ libræ sex,olei libræ quinque & semissis,resinæ colophonię librę septem & semissis , ceræ libræ tres & semissis mellis libræ tres.

EMPLASTRVM A SVCCO dia chylon dictum.

Argenteæ ſpumæ pondo *ſex, olei, æſtate quidem pondo ſeptem, hyeme uero pondo nouem fœnugręci †ſemiſextarius: lini ſeminis tantundem, * althææ treponǵ do: althæa, ſeminaque in uiginti aquæ ſextariis diſcoquuntur, quouſque paululum ex ea relictum fuerit, inde ſucci pondo quatuor, exprimuntur miſcenturque oleo ac incoquuntur dum ebullire deſierint, poſt hæc argenti ſpuma in tenuisſimum pollinem detrita inſpergitur, poſtremo omnia igne non acri excoquuntur uſq; dum digitos intinctos non inquinent.

*Oribaſius duo.
†Oribaſius ſextarius.
*Oribaſius altheæ radicis.

EMPLASTRVM EX POLLINE farinaceo, dia gyreos appellatum.

Farinacei pollinis guttæ ammoniaci, ſingulæ libræ, reſinæ è picea deraſæ, ceræ, adipis ſuilli, ſingulorum libræ duæ, ſucci lini ſeminis quod ſatis eſt.

EMPLASTRVM AB HERBIS botanicum dictum.

Lapathi rhepelæi, anchuſæ chœro ſpelethi, hoc eſt, onocleæ, heptaneuri, plantaginis, ſingulornm unciæ tres, olei libræ ſex, adipis ſuilli tantundem: herbæ oleo excoctæ proiiciuntur, reliqua cum oleo eliquantur.

EMPLASTRVM EX HASTVla regia, dia aſphodelu dicitur.

Haſtulæ regiæ radicis ſucci libra, roſacei, chamæmelini, adipis anſerini, ſingulorum unciæ duæ, adipis ſuilli unciæ tres, ceræ unciæ quatuor.

EMPLASTRVM E FERMENto, abſceſſus rumpens.

Fermenti axungiæ, ſingulorum unciæ ſex, ſalis unciæ quatuor, piceæ reſinæ unciæ tres, ceræ unciæ quatuor, aphronitri uncia guttæ ammoniaci unciæ duæ, mellis unciæ ſex, ſaponis unciæ duæ.

EMPLASTRVM DOTHIENE.

Suffiminis ammoniaci pondo nitri Alexandrini unciæ ſex, aphronitri tantundē, adipis ſuilli pondo duo, ceræ

totidem, resinæ terebinthinę pondo, olei ueteris uncia, aceti quod satis est.

EMPLASTRVM EX RADIce lanaria, dia struthiu dicitur, strumas discutiens.

Argenti spumæ, radicis lanariæ, aristolochiæ, singulorum triens, galbani, squamæ æris, aloes, singulæ unciæ, mannæ sextans, stillę ammoniacæ selibra resinæ è picea unciæ sedecim, aceti scillini sextarii quatuor, ad aridorũ læuigationem.

SMILION AD ABSCESSVS.

Olei ueteris sesquilibra, argenti spumæ, nitri rubri, salis ammoniaci, cineris lixiui è ficu qui primus destillauerit, protostactos dicitur, resinæ, singulorum libra, galbani, guttæ ammoniaci, singulorum unciæ tres, atramẽti sutorii unciæ quatuor, ceræ unciæ sex, æruginis, opopanacis singulorum uncia, aceti quod satis est: argenti spuma & ærugo in oleo coquuntur dum manus non inquinent, deinde reliqua admiscentur.

EMPLASTRVM DIA SCOrodon, hoc est ex alliis, ad rumpendum.

Ceræ unciæ sex, resinæ colophoniæ unciæ quatuor, resinæ pityinæ, hoc est ex picea arbore unciæ tres, seui taurini unciæ quatuor, nitri rufi sescuncia, allia pura uiginti, olei dimidium sextarii: allia in oleo excocta proiiciuntur, reliqua miscentur.

EMPLASTRVM DIA APYranu ad discutiendum.

Adipis anserini, & fasianorum, singulorum unciæ tres, olei ueteris unciæ uiginti sex, herbæ pulicaris unciæ tres, urticæ seminis, radicis apyrani uiridis, singulorum libra, ceræ tractæ unciæ decem, emplastri quod dia chylon inscribitur unciæ duæ, resinæ terebinthinæ uncia. Radix apyrani minutim concisa cum herba pulicari in oleo madescit, semenq; urticæ per noctem & diem: ac ubi ex

cocta fuerint, ipsa quidem proiiciuntur: quæ liquari pos sunt, oleo mixta soluuntur.

EMPLASTRVM PYRINE, ad duritias & scirros.

5 Althææ, palmularum, aut dactylorum qui nicolai dicū tur, singulorum libræ duæ, fœnugræci, lini seminis, sin gulorum sextarii dimidium, chamæmeli, meliloti, pal mularum corticis singulorum unciæ sex, uini aminæi se xtarii dimidium, spumæ argenti libra, cerusæ, resinæ co 10 lophoniæ, singulorum libræ due, ceræ, resinæ terebinthi næ, singulorum libra, olei ueteris libræ quinque, aquæ libræ duæ, panis aridi cōtusi cribratiq́, libræ quinq;: her bæ in uino decoctæ exprimuntur, succo panis immade scit, sequenti die læuigatur, argenti spuma, cerusaq́; in a 15 qua, deinde oleo iniecto incoquuntur, dum medicamē tum digitos non coinquinet, inde reliqua adduntur sub latis ab igne panis inditur, ualideq́; rudicula agitatur. a diguntur etiam æruginis rasæ & salis floris, singulorum unciæ sex, iridis, aristolochiæ, singulorum unciæ sex, [te 20 rebinthinæ resinæ libra].

[Aut redundat, aut duo sunt emplastra.

PELARION EX SCORIA argenti, dia helcysmatos dicitur, ad similia abrasis.

Ceræ seui taurini, singulorum unciæ quinque, scoriæ ar 25 genti unciæ sex, resinæ colophoniæ unciæ quatuor, pi cis olei, singulorum unciæ duæ, scoria argēti arida læui gatur uino uel succo fœnugræci: quod si scoria deside retur, plumbagine utimur.

30 EMPLASTRVM EX ALtæa, podagricis aliisq́; duritiis accommodatum.

Succi fœnugræci, & lini seminis, & althææ, singulorum trepondo, olei dupondo: incoctis usque dum succus absumatur, colophoniæ resinæ pondo, adiicitur, item te 35 rebinthinæ resinæ pondo, hederæ lachrymæ quadrās: ubi soluta fuerint, & ab igne sublata, ceræ pōdo iniicitur

galbani triens: utraque simul contusa solutaque rudicu-
la agitantur.

CISSINVM AD NERVORVM uulnera, punctus, & maxime diuturna.

Squamæ rubræ unciæ quatuor & semissis, thuris uncia, misyos sescuncia, chalcitidis drachmæ quatuor, aceti sex: læuigantur æstiuo sole usque dum acetum fuerit consumptum, deinde solutis ceræ uncias octo, olei octodecim misceto. Si autem diuisus fuerit neruus & nudus sit in uicem galbani, resinæ terebinthinæ unciæ duę induntur.

MELANCHLORON AD EADEM, & cruentis aptum.

Malicorii, æris combusti, gallæ, aristolochiæ rotundæ, salis ammoniaci, squamæ æris, aluminis scissi & liquidi, (alii uice liquidi rotundum ponunt) iridis, misyos, atramenti sutorii, chalcitidis, æruginis rasæ, cadmiæ, aloes, myrrhæ, thuris, panacis radicis, argenti spumæ, cerusæ, pares omnium portiones, teruntur in sole æstiuo cum aceto diebus pluribus, finguntur q; pastilli. Emplastrum uero fit hunc in modum: medicamẽti unciæ duæ, ceræ unciæ sex, olei unciæ octo, in neruorum uulneribus ueteris, in aliis communis, temperantur.

EMPLASTRVM EX SENEtione, quod dia erigerontos dicitur.

Senetionis succi libræ duæ, olei ueteris sesquilibra, cyprini olei unciæ quatuor, axungiæ ueteris libra, resinæ terebinhinæ uncia, galbani semuncia, resinæ piceæ unciæ sex, æruginis, thuris, hyssopi medicamenti, singulorum uncia, squamæ æris scrupula octo, ceræ unciæ decem, apochymatis unciæ quatuordecim: oleum & succus ad sordium spissitudinem incoquitur cum adipe suillo: arida cyprino læuigantur, galbanum cum cera contunditur & cacabo demittitur, apochyma si quidem siccum fuerit, læue incretum pondeRato inspergitoque: quòd si in læuorem deteri ne-

queat, portione olei solutum excipiatur, atque tunc omnia misceantur.

EMPLASTRVM MNASÆI DISCVTIENS.

5 Ceræ, axuugiæ porcinæ, singulorum libra, resinæ colophoniæ unciæ sex, argenti spumæ libræ duæ: uini generosi libræ quatuor adiiciuntur.

ARIOBARZANION, AD eosdem affectus.

10 Argenti spumæ sescuncia, cerusæ libra quincunx, aquæ marinæ unciæ uigintiquinque, olei ueteris sesquilibra, buccinorum concrematorum unciæ septem & semis, ceræ rufæ unciæ nouem, resinæ terebinthinæ unciæ sex, thuris unciæ tres scrupula tria & dimidium.

15 EMPLASTRVM EX DRACVNCVLO.

Ceræ, resinæ colophoniæ, picis aridæ, axungiæ, resinæ, singulorũ libræ quatuor, guttæ ammoniacæ libræ duæ dracunculi radicis libræ quinque: radix arida læuis aliis solutis inspergitur.

20 PSITACIVM.

Ceræ, resinæ colophoniæ, adipis suilli, alterci foliorum tenerorum, uel succi eorum, æqualis modus. In Alexandria autem ceræ libræ duæ semis, alterci libræ duæ, axungiæ libræ duæ, semis, colophoniæ resi-
25 næ libræ decem miscentur, magisque discutit medicamentum.

MYRSINATVM.

Argenti spumæ, cerusæ, sandycis, plumbi combusti & eloti, singulæ unciæ, ceræ unciæ sex, olei myrtei libra, ui-
30 ni quod satis est.

EMPLASTRVM EX CERVSA, VEL OVIS.

Ceræ tractæ unciæ sex, rosacei sesquilibra, argenti spumæ unciæ duæ, cerusæ tantundem, amyli unciæ tres, o-
35 uorum quinque aquata.

EMPLASTRVM, QVOD LIQVI dum sit parygrum uocatum, Oribasii.

Argenteæ spumæ sescuncia, cerusæ tantundem, ceræ triens, pinguis suilli septunx, resinæ colophoniæ dodrãs lini seminis succi olei, singuli dextantes: mirifice facit ad calcanei rimas, in ulceribus autem (inquit) uitant, nam ea tetri odoris reddit. 5

EMPLASTRVM DIA CADmias, cicatricem inducens.

Calcitidis ustæ unciæ duæ, cadmiæ, mannę, singulorum uncia, ceræ, resinæ colophoniæ, olei myrtei, singulorum libra, uini quod satis est. 10

PALMVLATVM, PHOENIcine dicitur.

Axungiæ ueteris libræ duæ, olei libræ tres, argenti, spumæ tantundem, chalcitidis crudæ unciæ sex: primum chalcitis cum oleo in pila commodiore læuigatur, uel in sole: ubi sordium spissitudo facta fuerit, etiam spuma argenti prius detrita superiniicitur, postea adeps: postquam probe in pollinem redacta fuerint, leni igne incoques, quoad digitos non inquinent, palmarum rudicula agitans. 15 20

EMPLASTRVM EX ANchusa, ambustis efficax.

Ceræ tractæ unciæ nouem, rosacei unciæ octodecim: his liquatis porphyridos anchusæ radicis siccæ læuissimæ uncias quatuor inspergito. 25

ALIVD.

Anchusæ radicis uiridis, marrubii, gummi, singulorum unciæ tres, decoctæ in olei unciis nouem proiiciuntur, oleo ceræ tractæ unciæ quindecim superiniiciuntur, omniaq; soluuntur. 30

EMPLASTRVM EX POMpholyge, pompholygeron appellatũ.

Pompholygis unciæ duæ, argenti spumæ unciæ tres lęuigantur cũ lini seminis succo, adiiciuntur ipsis liquatæ 35

refrigerataeq;

refrigeratæq; ceræ unciæ sex, adipis anserini uel gallinacei unciæ duæ, chamæmelini unciæ sex.

PHILOCOTYCHE DOLOREM leniens, ad sedem utilis.

5 Thuris unciæ septemdecim, myrrhæ unciæ septem, opii drachmæ quatuor, aluminis scissilis drachmæ duæ, butyri drachmę quatuor, ouorum tenuium lutea quatuor, cadmiæ crematæ & elotæ drachmæ quatuor, pompholygis drachmæ sex, ceræ tyrrhenicæ drachmæ octo

10 adipis anserini drachmæ sedecim, medullæ ceruinæ drachmæ undecim, plumbi cremati elotiq; drachmæ nouem, lapidis hæmatitis drachma, hyssopi liquidi drachmæ quatuor: arida læuigantur cum uino Italico: quę liquari possunt, admiscentur.

15 EMPLASTRVM AMITHAONIS ad articulos recenti cicatrice cõtractos, conuulsosq;: est etiam ad extrahendum efficax.

Ammoniaci, ceræ, bdellii, singulorum drachmæ octo, resinę terebinthinæ, iridis illyricæ, galbani, singulorum

20 drachmæ uiginti.

EMPLASTRVM ARISTOPHANIUM emolliens.

Picis libræ quatuor, apochymatis libræ duæ, ceræ libra, opopanacis uncia, aceti hemina.

25 EMPLASTRVM EX PLVMBAGINE ad calidos affectus.

Plumbaginis unciæ quatuor, spumæ argenti unciæ duę cerusæ tantundem, ceræ unciæ octo, myrtei libræ duæ: uino lęuigantur arida.

30 CORACON EX OXYMELITE, AD naturalium uitia & nomas accommodatum.

Gallæ unciæ duæ, squamæ sescuncia, chalcitidis, thuris singulorum uncia: teruntur aceto diebus compluscculis, deinde mellis unciæ quinque miscentur: ubi uero seor-

35 sim ceratum feceris, ex myrtei uel rosacei unciis duabus, seui taurini unciis octo, ceræ unciis quatuor, resinæ tere-

binthinæ uncia, mixta simul læuigato & utitor, quemadmodum medicamento quod charta constat, tum ex penicillo, tum ex linamento.

EMPLASTRVM EX OXELÆO.

Argenti spumæ pars una, olei, aceti, singulorum partes duæ, nonnulli treis ponunt.

EMPLASTRVM EX ACHATE, discutiens emolliensq́;

Lapidis achatis semiusti sescuncia, ceræ unciæ quinque, resinæ frictæ unciæ tres, olei uncia.

ISIS CRVENTIS ACCOMMOdata, ad glutinandum, carnem inducendum, & purgandum.

Squamæ æris, æris combusti, aristolochiæ rotundæ, singulorũ denarii octo, aluminis scissi denarii sex, salis ammoniaci, thuris, guttę ammoniacæ, singulorum denarii octo, myrrhæ, aloes, galbani, singulorum denarii duodecim, dracunculi radicis succi denarii octo, ceræ libra, resinæ colophoniæ libræ duæ, olei ueteris unciæ tres, aceti quod satis est.

ATHENA, AD VLCERA SORdida, impacta, neruorum uulnera.

Malicorii, æris cremati, gallæ, aristolochiæ rotundæ & longę, *aloes, guttæ ammoniacæ, squamæ æris, aluminis scissilis & rotundi, iridis, misyos, atramenti sutorii, chalcitidis, æruginis rasæ, cadmiæ, aloes, myrrhæ, thuris propolis, galbani, singulorum uncia, ceræ drachmæ ducentę, picis tantundem, resinæ colophoniæ drachmæ centum, olei unciæ sex, aceti quod satis est.

*Aloes bis ponit forte hic pro salis ammoniaci, ut Gal. hẽt in eiusdẽ nominis cõpositione

EMPLASTRVM DIA DICTAMNV glutinans, ad canum morsus, & omnigena ulcera.

Argenti spumæ pondo duo, squamæ æris sescuncia, olei ueteris sextarii duo, diphrygis unciæ tres, gentianæ sescuncia aristolochiæ, aluminis scissi, singulorum unciæ duæ & semis, dictamni tantundẽ, colophoniæ pondo, mannæ unciæ tres, guttæ ammoniaci unciæ sex, pro

polis unciæ duæ, ceræ unciæ sex & semis, primum oleum cum argenti spuma incoqui debet dum incrassescat, nec digitos inquinet, deinde lebete deposito æruginem & squamam iniicies, rursusq; incoques, dum ma-
5 num non inficiant, iterũq; cacabum ab igne tollens, resinam & ammoniacum incretum adiicies, mouens donec feruere desinant, mox in ignem repones, ac ubi modice inferbuerint, æs & diphryges admiscebis, ac rursus coques usque dum firma spissitudo facta fuerit, deinde
10 ceram iniicies, eaq; discocta ut digitos non coinquinet, propolin immittes, his abundè refrigeratis, mox aloen, mannam, dictamnum, aristolochiam, gentianam, singula læuissima insperges.

BARBARA EMPLASTRVM
15 quod cruentis protinus uulneribus iniicitur, & fracturarum callos firmat.

Bituminis Iudaici, picis aridæ, ceræ, resinæ, singulorum libra, terebinthinæ unciæ duæ, argenti spumæ uncia, cerusæ sescúcia mãnæ uncię duæ, opopanacis unciæ duę
20 zingiberis uncię duæ, olei unciæ tres, aceti qtũ sufficit.

EMPLASTRVM EX SALICIBVS, DIAiteon appellatur, glutinans, cruenta excreantibus, & purulentis efficax, thoraci impositum.

Misyos, chalcitidis, æruginis, cerusæ, gallæ, aluminis scis-
25 silis & rotundi, cretæ sutoriæ, singulorum unciæ sex, ceræ libræ duæ, resinæ piceæ libræ duæ, picis tantundem, malicorii unciæ sex, bituminis libræ duæ, salicis foliorũ totidem, olei rosacei unciæ quatuor, atramenti sutorii unciæ sex, aceti quod satis est. sunt qui terebinthinæ un-
30 cias nouem addant.

EMPLASTRVM NICOLAI AD REcentia uulnera, & sinus glutinandos aptum.

Squamæ æris unciæ quatuor, ęruginis rasæ sescuncia, argenti spumæ tantundem, aristolochiæ longæ & rotun-
35 dæ, singulorum uncia, aluminis scissilis & rotundi, singulorum uncia, atramenti sutorii uncia, sulfuris uiui

uncia, gallæ omphacitidis unciæ quatuor, salis ammoniaci uncia, misyos uncia, origani uncia, chamæleontis uncia, cadmiæ botryitidis uncia, ueratri albi uncia, peucedani unciæ tres, apii seminis unciæ duæ, symphyti radicis sescuncia, cerusæ sescuncia, mandragoræ succi semunicia, chalcitidis sescuncia, terræ samiæ uncia thuris masculi uncia, aloes uncia, bdellii unciæ duæ, opii thebani tantundem, zingiberis troglodytici semuncia, stillæ ammoniacæ uncia fœnugræci unciæ sex, perdicii herbæ succi unciæ sex, ceræ flauæ unciæ tres, resinæ colophoniæ libræ duæ, resinæ pityinæ, hoc est è picea libra, polentæ tantundem, mastiches unciæ sex, picis nigræ libræ duæ, olei ueteris libra, styracis uncia, opopanacis sescuncia, aceti quod satis est.

ICESIOS AD STRVMAS, ABscessus, lienem, articulos & coxendicum dolores.

Argenti spumæ denarii centumuiginti, olei ueteris sextarii duo, aceti sextarius, æruginis sesquidenarius, piceæ corticis denarii octo, chamæleontis radicis, euphorbii, hypocistidis succi, propolis, zingiberis, helenii, pyrethri, singulorum denarii sedecim, ceræ libræ tres.

EMPLASTRVM NERONIS, ad ictus, omnemque particularum carnosarum dolorem.

Olei ueteris sesquilibra, argenteæ spumæ libra, ceræ, resinæ piceæ, singulorum unciæ septem & semissis, guttæ ammoniaci unciæ quatuor, cerusæ tantundem, galbani, mannæ, zingiberis, thuris, singulorum uncia.

OXERA, MVLTIPLICIS VSVS.

Picis aridæ libræ duæ, ceræ libra, guttæ ammoniacæ uncia, resinæ terebinthinæ selibra, galbani unciæ duæ, mannæ unciæ duæ, aceti sesquisextarius.

ACERATOS, HOC EST CERÆ expers, emplastrum Galeni, glutinat, concoquit, ulcera ad suppurationem perducit, ex ricinino ueteri oleo, medicaminis in linteolos illiti modo, solutum.

5

Argenti spumæ trepondo, *olei ricinini, aut ueteris pondo †quatuor, aceti quàm acerrimi dupondo, æris squamæ nigræ, chalcitidis, æruginis, singuli sextantes: argenti spuma cum oleo incoquitur, dum strigmenti fiat spissitudo, deinde metallica compluribus diebus ex aceto læuigata adiiciuntur.

10

* Galenus olei ricinini ueteris.

† Galenus quatuor semis.

EMPLASTRVM EX METALLICIS.

15 Chalcitidis uncia, misyos unciæ duæ, squamæ æris unciæ tres, thuris tantundem, colophoniæ unciæ duæ, galbani sescuncia, ceræ libra, olei quincunx, aceti quod satis est.

ARMENIA FRACTVRIS accommodata.

20 Chalcitidis unciæ quatuor, squamæ æris unciæ duæ semis, æris cremati uncia thuris unciæ duę, olei libra, aceti tantundem: coquuntur metallica in oxelæo, dum manum non inquinent, inde thus adiicitur.

MELÆNE SERAPIONIS.

25 Spumæ argenti libra, ceræ unciæ septem, guttę ammoniaci unciæ tres & semis, galbani, æruginis, singulorum denarii nouem, resinæ colophoniæ unciæ septem, myrrhæ drachma, olei sesquihemina: argenti spuma cum oleo incoquitur quousque digiti intincti non inquinentur, deinde adiiciuntur reliqua.

30

ANICETOS, AB INSVPERABILI appellatum emplastrum, glutinat, discutit, squamas separat, & ad articulos recenti cicatrice contractos ualet.

35 Baccarum lauri, iridis aridæ, thuris, singulorum drachmæ sexaginta, æris combusti drachmæ uiginti, nitri, salis

guttæ ammoniaci singulorum drachmæ uiginti, pyre-thri, herbæ pediculariæ, cachryos, grani gnidii, sinapis, columbarum stercoris, aristolochiæ, cumini, æruginis, iūci quadrati, erucæ seminis, singulorum drachmę octo, aceti heminæ duodecim: læuigantur sub æstu caniculæ, 5 quousque acetum consumatur, deinde decocti carica-rum crassissimi unciæ nouem adduntur, quibus mixtis pastilli fiunt, siccanturq;, ubi utendum est, pastillorum ip-sorum unciæ duæ læuigatæ aceto miscentur, resinæ un-ciæ tres, ceræ tyrrhenicæ unciæ duæ, olei tantundem. 10

EMPLASTRVM EX LOLIO, dia æron dicitur.

Picis librę duæ, resinæ piceæ uncię nouem, ceræ tyrrhe-nicæ unciæ quinque, olei unciæ tres, bituminis incre-ti unciæ duæ, lolii farinæ sextarius, aceti quantum 15 sufficit.

EMPLASTRVM EX LIQVO-re sycamino.

Argenti spumæ, picis aridæ, seui taurini, singulorum un-ciæ octo, terebinthinæ unciæ tres, ceræ unciæ quinque, 20 æruginis rasæ, opapanacis, galbani, singulorum uncia, o-lei ricinini, aut susini, aut admodum ueteris hemina, picis liquidæ tantundem, liquoris sycamini cuius fructus syco mora dicuntur, hemina.

EMPLASTRVM A DVPLICI colore dichromon appellatum. 25

Aeris combusti, aluminis scissilis, guttæ ammoniaci, sin-gulorum uncia, ceræ libra, resinæ colophoniæ libra, se-ui suilli libra, aceti quod satis est.

INDICE AD VLCERA QVÆ serpendo depascunt, & sanguinis sputum. 30

Ceræ, resinæ frixæ, picis aridæ, bituminis liquidi, za-cynthi, singulorum libra, cerusæ, chalcitidis, misy-os, cretæ sutoriæ, aluminis scissilis & rotundi, gallæ omphacitidis, malicorii, singulorum unciæ sex, aceti 35 quod satis est.

EMPLASTRVM EX CINERE aspidum, discutit strumas & podagras.

Resinæ terebinthinæ, lapidis hæmatitis, bituminis Iudaici, singulorum denarii trecenti sexaginta, ceræ, bacca-
5 rum lauri, stillæ ammoniaci, aphronitri, seui uitulini, singulorum denarii trecenti quadraginta, lapidis, pyritis, calcis uiuæ, singulorum denarii centum quadraginta, cineris aspidum totidem, olei ueteris heminæ duæ: refrigerato medicamento cinis inspergitur. fit etiam sine ci-
10 nere, quòd nonnulli eum auersentur, & nihilominus etiam lapis asius efficiat.

LEÆNA, SICCAT, DIGERITQVE.

Suffiminis ammoniaci, plumbaginis, singulorum denarii centum, sinapis denarii octo, chamæleontis radicis
15 denarii sedecim, resinæ colophoniæ denarii centum, squamæ æris, lanariæ, radicis, singulorum denarii quinque, euphorbii, æruginis, singulorum denarii octo, aristolochiæ denarii sedecim, pyrethri denarii octo, olei ueteris hemina, raphanini quantum sufficit.

20 ALITER LEÆNA, CORPVS recolligit, humoresq́; euacuat.

Atramenti sutorii unciæ duæ, auripigmenti uncia, ueratri nigri, thoracum cantharidum, singulorum sesquidrachma, sandarachę unciæ tres, ceræ sesquilibra, resinæ fri-
25 ctæ libra, olei heminæ duæ.

MACEDONICVM.

Ceræ, resinæ colophonię, picis, seui taurini, lachrymæ thuris pares portiones: eliquatis, ac sublatis ab igne lachryma thuris inspergitur.

30 SPHÆRION AD ARDORES.

Cerusæ argenti spumæ, calcis uiuæ, singulorum unciæ tres, ceræ sescuncia, berenicarii, rosacei, singulorum uncia: liquefacta aridis superfunduntur, ac orbiculi forman-
35 tur, quum usus incidit, olei uncias sex liquato cum duabus ceræ, adiicitoque medicamenti unciam & agitato:

refrigeratum ex aquæ unciis nouem contundito, ego etiam ternas rosacei uncias addo.

EMPLASTRVM EX OCHRA, inflammationem arcet, tum sponte, tum in iu dicio, tortis idoneum.

Ochræ atticæ libræ duæ, cretæ libra, argenti spumæ un ciæ octo, uino læuigatę, ceræ, resinæ colophoniæ, picis, resinæ piceę, singulorum libra, resinæ terebinthinæ un ciæ octo, olei libræ duæ hunc in modum soluuntur: ce ræ libra, olei ueteris libræ tres, medicamenti libra, uino conteruntur. 10

EMPLASTRVM EX CEDRIA, glutinat, digerit, abstergitq́;.

Ceræ picis, singulorum libra, resinæ colophoniæ unciæ octo, cedrini liquoris unciæ sex: liquata simul incoquun tur, dum digitos non coinquinent. 15

ALIVD EMOLLIENS.

Ceræ, picis, singulorum uncię octo, resinæ colophoniæ drachmæ uigintiquinque, propoleos drachmæ septem decim, cedrini liquoris drachmæ uiginti. 20

EMPLASTRVM EX PVMICE, ad cicatricem ducendam.

Myrtei libræ duę, ceræ libra, pumicis cremati uinoq́; re stincti drachmæ sex, squamæ ferri quod stomoma di citur drachmæ sex, æris usti, cimoliæ singulorum drach mæ quinque: super linamentum spongiamq́; ex aqua accommodato. 25

EMPLASTRVM PAVLA, STRV mis & bubonibus efficax.

Cerę, resinæ colophoniæ, nitri, singulorum libra. 30

EMPLASTRVM DIA NITRV, ad carbunculos.

Nitri tosti unciæ tres, ceræ, olei, resinæ colophoniæ, singulorum sesquidrachma, liquoris cyrenaici aut me dici drachmæ decem: imponitur in linteolis so lutum. 35

EMPLASTRVM EX ANEMONE.

Anemonæ unguibus detractis unciæ duæ, ceræ unciæ quinque, olei unciæ quatuor, resinæ unciæ quinque & semis, colophoniæ resinæ libræ duæ & semis.

5 EMPLASTRVM MACHERIONIS uiride, ad coxendicum cruciatus, articulos infarctos, & abscessus.

Opopanacis, galbani, æruginis, myrrhæ, iridis, guttæ ammoniaci, aristolochiæ, singulorum uncia, resinæ terebin-
10 thinæ, ceræ, olei omphacini, singulorum unciæ septem.

VIRIDE ALIVD SIMPLEX.

Resinæ libræ tres, ceræ libra, æruginis rasæ selibra, thuris drachmæ uigintiquinque, aceti quod satis est.

15 ALIVD VIRIDE, AD HVMIDA uitia & carnis excrescentias.

Resinæ colophoniæ unciæ sex, æruginis rasæ sescuncia ceræ unciæ duæ, salis Cappadocii uncia, rosacei unciæ duæ, aceti quantum sufficit.

20 PEGANERA AD PLEVRITICOS.

Rutæ uiridis pondo, butyri sesquipondo, resinæ terebinthinæ pondo & quadrans, hyssopi medicamenti tantundem, opopanacis quadrans, galbani tantundem, anethi pondo.

25 EMPLASTRVM DIA STACTES, hoc est ex cinere lixiuo stillatitio, coxendicum doloribus, articulariis, & tumoribus oedema referentibus, utile.

Ceræ, olei ueteris, cineris lixiui qui primus destillaue-
30 rit, singulorum libra, resinæ frictæ, nitri Alexandrini, nitri albi resinæ terebinthinæ, singulorum unciæ sex: utrunque nitrum lixiuio teritur.

EMPLASTRVM E NITRO AD abscessus, scirros, & tumores.

35 Olei ueteris, ceræ, aphronitri, saponis, lixiuii, singulorum libra, resinæ, terebinthinæ unciæ sex, galbani, propolis,

guttæ ammoniaci, singulorum uncia: præparatur quemadmodum superius.

EMPLASTRVM EX SALE, dia halon dicitur.

Ceræ pondo unciæ quatuor, olei pondo libra, salis communis pondo unciæ quatuor, aphronitri tantundem, cerusæ pondo unciæ octo, aceti pondo unciæ duæ, ad arida conterenda. ALITER. Salis communis, nitri singulorum unciæ quatuor, ceræ, olei ueteris, singulorum unciæ sex, aquæ marinæ quod satis est.

EMPLASTRVM DIA PTERNES, ex perna, tophos soluit.

Pernæ suillæ ueteris pinguis, guttę ammoniaci, casei ueteris uaccini aut caprilli, seui taurini, apochymatis quæ est nauis rasura, singulorum libra, medullæ ceruinæ, unciæ octo, hyssopi cerati unciæ tres, cyprini olei unciæ sex uini Ægyptii quod satis est.

EMPLASTRVM DIA CINNABAREOS, hoc est ex cinnabari ad tophos aliosq; omnigenos tumores induratos, dicitur pamplethes.

Argenti spumæ libra, olei ueteris sextarius, squamæ æris uncia, æris usti tantundem, cinnabaris scrupula octodecim, lapidis magnetis uiui uncia, lapidis phrygii drachmæ sex, lapidis pyritis, cadmiæ, ęruginis rasæ, thuris, singulorum uncia, diphrygis unciæ duæ, aloes sescuncia galbani tantundem, lapidis onithis scythici scrupula octodecim, lapidis hæmatitis uncia, propolis libra scrupula uigintiocto, ceræ unciæ septemdecim, lapidis perdicitis uncia, (in alio perdiciati habet) betonicæ uncia scrupula octo, gentianæ uncia, aristolochiæ longæ & rotundæ drachmæ quatuor, *chamæleontis nigri uncia, dictamni scrupula quadragintaduo, resinæ aridæ libra, seui struthiocameli libra: lapides cum spuma argenti teruntur seorsim, adiectis salis floris libris duabus, donec totum absumatur.

*Græcũ habebat adiectũ sesmũcia nimiũ superflue, nisi aliquid desit.

EMPLASTRVM EX AVELLA nis, dia leptocaryon dicitur, ad articulorum tophos probatum.

Cineris lixiui qui primus destillauerit unciæ sex, auellanarum partis interioris unciæ duæ, aphronitri uncia sex olei ueteris libra, saponis gallici unciæ quatuor, mellis unciæ octo, ouorum sex aquata, ceræ unciæ decem, resinæ terebinthinæ unciæ duæ: læuigantur ex lixiuo.

DIA TVRPÆNES CERATVM ad podagram, dolorem leniens mirabiliter.

Quinto Martii mensis die, olei communis sextarios duos lebeti in domo subterranea infundito, coquitoq; lignis è uite: ubi inferbuerit, turpęnæ marini piscis librā adiicito, asphalacis animantis quod nonnulli madamudam uocant, sanguinis uncias quatuor, incoquitoque dum carnes piscis dissoluantur aut torrefiant, deinde exemptis illis, olei & ceræ momentum adiicito in spissitudinem, ut mollissimum fiat ceratum, quod linteolo illitum impones.

MEDICAMENTVM EX VRIna muli, podagricis utile.

Vrinę muli sextarii quatuor. argenti spumæ libræ duæ, olei ueteris. mystrum, trita diu omnia ut strigmenti spissitudo fiat, incoquito donec digitos non inquinent.

MEDICAMENTVM EX LApidis asii flore, Philagrii ad scirros.

Peucedani radicis, asii lapidis floris, si non adsit, salis, guttæ ammoniacæ, lanarum succidarum crematarum, singulorum uncia, aristolochiæ rotundæ, pumicis, canini stercoris, æruginis rasæ, squamæ æris, misyos singulorum scrupula octodecim, castorii tantundem, myrrhæ unciæ tres, aceti quamacerrimi tantundem, ceræ unciæ duodecim & semis, resinæ è picea, picis brutiæ, singulorum unciæ octodecim, semis, scrupula sex, olei ueteris quod sufficit.

EX EODEM, GALENI.

Ceræ,resinæ terebinthinæ,singulorum libra,lapidis asii, mannæ,singulorum tres unciæ,cyprini unciæ duæ, aq̃ lixiuæ quantum satis est.

MEDICAMENTVM EX SAlis flore, articulariis in declinatione accommodatum. 5

Resinæ terebinthinæ,resinæ frictæ, resinæ è picea,ceræ, singulorum libra,picis aridæ,aluminis scissilis, salis floris,singulorum selibra:coquuntur in lebete. 10

MEDICAMENTVM QVOD nutriendæ ulcerum carni est.

Rosacei,resinæ terebinthinæ,mellis, singulorum unciæ duæ,cerusæ,butyri, singulorum uncia,alii etiam thuris unciam addunt. 15

MEDICAMENTVM ITALICVM ad purgandum sordida,inducendumq; carnẽ.

Erinæi(dico autem syluestris ficus) tenerum corticem oleo excoctum proiicito, ceræ rufæ quantum satis est in oleo liquefacito,in linamenta illito utitor. 20

ENTATICON, QVASI DIcas intensorium.

Satyrii pudendi ceruini,scinci caudæ,singulorum drachmæ duæ,erucæ seminis,pyrethri,cachryos,ceræ, singulorum drachmæ quatuor, resinæ terebinthioæ drachma,oua passerum troglytarum tria,stelliones transmarini tres,olei laurini uel irini quod satis est:macerantur uiui in aceto stelliones ad dies triginta,uase cui insunt in fimo defosso. 25

CHRYSE, CRVENTIS VVLneribus accommodata. 30

Thuris,aluminis scissilis singuli sextantes, colophoniæ resinæ libra,olei quadrans,auripigmenti sextans, oxelæi quod satis est.

CATAGMATICE QVOD EST fracturis idoneum medicamentum,Oribasii. 35

Picis brutiæ libra, unciæ quatuor, argenti ſpumæ tantun-dem, thuris unciæ octo, reſinæ terebinthinæ unciæ quin-que, ſeui taurini libra, unciæ quatuor, galbani, opopana-cis, ſingulorum uncia, ceræ unciæ quatuor, olei ueteris
5 libra, aceti unciæ quinque.

CATAGMATICE AD FRACTVras cum uulnere citraque id factas, ex commentariis Heracleti.

Picis aridæ mina, argenti ſpumæ tantundem, mannæ
10 minæ dimidium, ſeui uitulini mina, ceræ tyrrhenicæ unciæ uigintiſex, opopanacis unciæ octo, æruginis raſæ, æris cyprii, ſingulorum minæ quinque & decima eius portio, reſinæ terebinthinam ſeſquimina & quinta portio, æris uncia, ricinini, aut olei ueteris hemina, aceti he-
15 mina ſemisſis.

LIQVIDI HYSSOPI MEdicamenti præparatio.

Sertulæ campanæ unciæ quatuor, cardamomi unciæ duæ lanarum bene ſordidarum unciæ ſex: macerata in
20 uini duobus ſextariis ad triduum incoquito, dum paululum fuerit reliquum. his ablatis miſcentur uino olei unciæ tres, coquunturque dum exiguum ſuperſit, atque uino etiam tunc adiiciuntur reſinæ colophoniæ unciæ decem, terebinthinæ tantundem: nonnulli uero & ceræ
25 dextantem miſcent hyſſopi herbæ unciam, aliisq́; incoquunt: alii lanas uino eluunt: ubi deſiccarint, uinum cũ ſordibus lanarum addunt, quas pinon etiam appellant. quum uſus incidit, treis ex eo uncias mittũt, tum reliqua ut comprehenſum eſt.

30 ## QVOMODO MEDICAMENTA quæ emplaſtra ingrediuntur coqui debeant.

ARGENTI SPVMA.

In medicaminum coctionibus argenti ſpuma cum oleo decoquetur. Conuenit autem læuigatam rurſus ex
35 oleo conterere, ut ſordium fiat ſpisſitudo, inde leni igne continenter excoquere, mouẽdo, initio igitur intumeſcit

& in bullas attollitur: ubi uero iam fere satis incocta fuerit, colorem fæci similiorem recipit. Modus coctionis est, quum à tumore subsidet, & manus non inquinat.

PLVMBAGO.

Plumbago similiter argenti spumæ excoquitur, sed eousque dum non modo digitos, non inquinent, uerum etiam ex igneo colore in rufum & uehementer floridum elanguescat.

ÆS CREMATVM.

Æs crematum non protinus ab initio ad coquendum iniicitur, sed ubi emplastrum semicoctum fuerit. finis coquendi est quum color ipsius, nisi admodum exiguum indatur, superet, & emplastrum rufum efficiat.

SORI ET DIPHRYGES.

Sori & diphryges demittuntur & ipsa inter coquendũ lebeti: diphryges autem sicut & squama, eousque coquitur dum colore reliqua uincat. sori peculiarem coctionis finem non habet, sed is omnibus communis est, ut emplastrum spissum reddatur, digitosque non inquinet.

CHALCITIS.

Chalcitis incoquitur æris modo, coctionemque ipsius metimur inde si empiastrum fuluum magis & phoeniceum euaserit.

FLOS ÆRIS.

Æris flos similiter æri coquitur, sed eo modo qui communis esse coctioni solet.

ATRAMENTVM SVTORIVM.

Atramentum sutorium in media coctione emplastro inditur, coctum uero uehementiorem eius colorem efficit, & si alia ei non resistant, nigrum.

MISY.

Misy postremo adiicitur: q̃ diu autem coqui debeat, proprie definitum non est.

AVRIPIGMENTVM ET sandaracha.

Auripigmentum & sandaracha in coctionis fine iniiciuntur.

5 PLVMBVM VSTVM.

Plumbum ustum in media coctione adiungitur.

CERVSA.

Cerusa in alba emplastra postremo mittitur, sic enim colorem conseruat, magisq́; albescit: in nigra autem,
10 principio: cocta enim largius, nigrescit.

ÆRVGO.

Ærugo uiridibus emplastris post coctionem iniicitur. In quibus autem neutiquam ollæ inditur, cum aceto detritæ ipsi manentiq́; in pila reliqua superfunduntur.
15 In melinis emplastris quum semicocta est confectio immittitur: nam moderatam consequuta coctionem, melinum colorem efficit. at in his quæ diprosopa & dichroma dicuntur, per initia statim æruginem incoquimus, in quibusdam enim per coctionem primum meli
20 num colorem inducit, qui duplicem repræsentat, postremo rufum.

ALVMEN.

Alumen plerunque secundum coctionem additur, peculiarem uero coctionis modum nullum habet.

25 MINIVM, CADMIA ET POMPHOLYX.

Minium in fine admiscetur, cadmia & pompholyx per initia immittuntur.

SAL, NITRVM, SVLFVR.

30 Sal & nitrum in medio coctionis, sulfur, in fine adiicitur, coctio autem ipsius emplastra nigrefacit.

TERRA ET LAPIDES, pumex, conchylia.

Terram omnem & lapides plerunque ad coctionis
35 finem iniicimus, item pumicem & conchylia combusta.

OLEVM, ET RELIQVA PINGVIA.

Oleum si quidem per initia fuerit iniectum, resinæ aut pici liquidæ, emplastrum non spissescit, quare ubi crassa euaserint incocta, recte indetur, reliqua uero pinguia insulsa, iuxta mediam coctionem adiungere conuenit. 5

VNGVENTA.

Vnguentum irinum coctionem quidem fert, sed cyprinum & rosaceum, minus: reliqua neutiquam. quare ad finem coctionis immittenda sunt. 10

CERA.

Cera priuatim sola non coquitur, ut quæ aduratur, neque cum resina liquida, aut pice liquida, non enim coit spissaturque, uerum superiniicitur, uel oleo puro, uel oleoso cum quodam metallico incocto, aut resinæ, aut pici prius incoctæ, ac prius quàm reliqua quæ possunt iniici spissescet. 15

RESINA.

Resina arida, cum cera immittitur: liquida ante omnia alia ipsa priuatim decoquitur, nisi admodum paululum eius assumatur. 20

PIX.

Pix ante reliqua omnia additur. Modus autem coctionis, liquidæ, dum inspissatur: aridæ, maxime dum non amplius inter coquendum ebullit, neque in turgescit. 25

APOCHYMA, PIX NAVIBVS DERASA.

Apochyma læuigatum cribroq; ab excrementis suis secretum, emplastro posteaquam coctum fuerit, inspergitur. Si autem molle fuerit, cum oleo soluitur, sed prima ratio coquendi exactior est, quod scilicet in secunda pōdus non conseruetur. 30

BITVMEN.

Bitumen inter initia iniectum coquitur, non autem id in læuorem deterere oportet, quoniam asperitudines fici 35

oliuarumq;

oliuarumq; granis interioribus simileis, obtinet. Quapropter in crassiores particulas confringendum est, coquendumque in aceto, sic ut non agitetur usque dum ebullire desinat. Ego uero (inquit Timocrates) in oleo
5 decoquens, uoti compos euasi.

PROPOLIS.

Propolin emollire & discoquere oportet. siquidem à coctione neutiq̃ diffunditur. At si & ceram emplastrum recipiat, propolin cum illa quemadmodum & galba-
10 num, contusam iniiciemus.

AMMONIACVM.

Ammoniacum circiter mediam coctionem iniicitur: detritum uero si potest fieri & in tenuem redactum puluerem inspergere conuenit: sin minus, cum liquore quo-
15 dam læuigatum iniicere: si emplastrum cruentis uulneribus adaptabitur, cum aceto aut uino: si fistulis aut strumis, omnino cum aceto: at si molle futurum est, qualia sunt quæ ano accommodantur, cum aqua: inde in sor-
20 dium spissitudinem coactum aliis refrigeratis infundere ne efferuescat.

OPOPANAX.

Opopanax multo post ammoniacum inditur: omnino autem paucam coctionem requirit. Idem etiam ex ui-
25 no acetove prius læuigandus est.

GALBANVM.

Galbanum neutiquam coctionem tolerat, uerum emplastro ab igne sublato, quo spissescat, sic ut digitos non inquinent, emollitum inditur.

SAGAPENVM.

30 Sagapenum tunditur in pila, & teneriusculum redditum cum emplastro ubi ab igne sublatum fuerit, emollitur.

ALOE.

Aloe secundum coctionem inspergitur.
35 LACHRYMA PAPAVERIS.

Lachryma papaueris pridie in aqua modica maceratur

inde in pila læuigatur, mox etiam emplastrum ei super- funditur.

THAPSIA.

Thapsia inspergitur postrema, uel liquore quodam læ uigatur. 5

BDELLIVM.

Bdellium in læuorem pertritum, emplastro ab igne iã sublato inspergitur: at si pingue existat & læuigari non possit, sagapeno similiter ipsum contusum, ac in empla stri figuram coactum, post coctionem simul cum em- plastro molliemus. 10

THVRIS LACHRYMA ET MANNA.

Lachryma thuris & manna coctione iam absoluta in- sperguntur, in sordium spissitudinem coacta ex melle modico, aut aceto, aut aqua, aut uino, si emplastrum li- 15 quorem recipit.

MYRRHA.

Myrrha ubi iam coctio finita est, inditur.

SEMINA RADICES, ET HERBÆ.

Semina, radices, & herbæ nullam coctionem sustinent: 20 læuigatis igitur, & in pila etiamnum subsistentibus liqui da superfunduntur.

QVI CERÆ MODVS cum oleo esse debeat.

Quod si unguina quæ Græci à leuanda lassitudine aco 25 pa appellant, conficere constitueris, oleum ceræ quadru plum immittes: at si liquidum ceratum, ut in fracturis p- paramus, duplicatum. Si medicamentum quod empla- stri figuram habeat efficere cogitauerimus, portionem olei ceræ æqualem miscebimus, si aer ambiens mode- 30 ratus extiterit: at si cera uetus aut squalida, aer frigidus fuerit, oleum paulo copiosius quam cera erit: quemad- modum & si cera pinguis, aer existat calidus paulo mi- nor olei portio erit, paulum autem hoc, medii in utram libet partem excessus duodecima erit portio, etenim un 35 decim & tredecim olei uncias, ceræ libræ admiscebis.

DE MALAGMATIS ET EPIthematis. Cap. XVIII.

INter ea quæ malagmata dicuntur, alia mediis corporis partibus iniiciuntur, longa inflammatione cõflictantibus, aut induratis, aut æstu flagrantibus, aut
5 perfrictionem fluxionemve expertis: alia articulis quibus humores sint impacti uel neruis refrigeratis, uel etiam aliis particulis scirro obsessis congruunt. de his igitur tum in capite de emplastris tractatum est, tum ubi
10 ad acopa uentum erit differetur. Porrò inter malagmata mediis corporis regionibus accommodata, (epithemata proprie nuncupantur) quæ quidem stomacho, & iocinori admouentur, qualiacunque illa fuerint roborãtem ex astringentibus uim postulant. Sine his etenim ui
15 tæ aliquod discrimen intulerint, cum illa nempe stomachus & iecur communes aliarum partium alimenti, sint officinæ. Quambrem eiusmodi medicamenta ex aromatis potissimum conficiuntur. Stomacho igitur iniici debent, si non concoquit, aut infirmatur, aut inflatione
20 laborat, malagmata ex seminibus, meliloto, aloe, absinthio, sampsucho, nardo & mastiche. Iecori autem ex myrobalano confecta, ammoniaco, pinguibus, & chamæmelino. At lieni applicantur, quæ constant calce uiua, auripigmento, cappari salicibus, cardamomo, ærugi
25 ne, ammoniaco & aceto: iis autem qui alui fluore laborant, ex œnanthe, alumine, melino & aliis astringentibus præparata. atque hæc etiam per abusionem communiter malagmata nominant, & si diuersam à molliendo uim repræsentent. Si uero ardor uiscera ur
30 geat, ut in febribus ardentibus, ex croco competunt malagmata, rosaceo, succo lini seminis, aut intybi, aut herbæ seminalis, adipe suillo, & spuma argenti: si perfrixerunt, ea quæ opobalsamum, phylium, casamum, & piper recipiunt. Pectori, quum sanguis eii
35 citur, prosunt astringentia siccantiaque, ex alumine, salice, & bitumine. In tabe quæ phthisis dicitur, conducũt

ex baccis lauri, marrubio, cardamomo, & lixiuio confecta.

MALAGMA EX SERTVLA CAMPANA, dia meliloton dicitur.

Croci, nardi gallici, iunci angulosi, cardamomi, iridis, myrrhæ, singulorum unciæ duæ, sertulę campanæ libra stillæ ammoniacæ tantundem, ceræ libræ tres, resinæ terebinthinæ libra, olei cyprini libræ tres, gleucini libræ duę, bdellii unciæ sex, nonnulli etiam cyphi uncias duas addunt, uini quod satis est.

POLYARCHION EX COMMENTARIO Galeni de compositione medicamentorum cata topos.

Ceræ, resinæ terebinthinæ, bdellii, suffiminis ammoniaci, cardamomi, iunci quadrati, singulorum mina, ⌊sertulæ campanæ, ⌊amomi, nardi Indicæ, croci, myrrhæ, thuris, xylocinnamomi, singulorum denarii uigintiquinque, olei cyprini hemina uini Italici quod satis est: præparato ac utitor. interim meraco, interim cerato quod cyprino sit soluto.

⌊Instauratũ ex Gal.

ALITER POLYARCHION.

Xylobalsami, costi, iridis, iunci quadrati, myrrhę, iunci rotundi floris cardamomi, thuris, spicæ nardi, mastiches, styracis, bdellii, amomi, phylli, croci, casfiæ, pyrethri, aristolochiæ lõgæ, singulorum uncia, guttæ ammoniacæ sescuncia, resinæ frictæ tres unciæ, resinæ terebinthinę libra, medullæ ceruinæ unciæ duæ, ceræ libræ duæ, opobalsami unciæ sex, uini unciæ octo.

PHILAGRIANVM.

Croci sescuncia, aloes, ammoniaci thymiamatis, bdellii, styracis, singulæ unciæ, adipis anserini sextans, hyssopi medicamenti triens, palmularum sextans, ceræ libra, nardi selibra, melini unciæ sex, uini quod sufficit ad sicca læuiganda: per triduum macerantur mouenturq; rudicula ter die, deinde incoquuntnr oleo, secundo die cardamomum aqua pridie maceratum, tertio autem crocus,

uinó. Nonnulli cum croco etiam alias quinque myrrhæ uncias adiiciunt:illis autem exemptis, oleum purum reponunt, omni uero specierum fæce in pastillos coacta siccataque id habent quod crocomagma dicitur.

MENDESIVM.

Dictum est Mendesium quòd in Ægypto reperiatur, ubi & Mendes, hoc est caper colitur. Recipit autem olei balanini libram, aliàs sextarios decem, myrrhæ, casſiæ, fistulæ, singulorum uncias treis, resinæ terebinthinæ librã, in alio sextarios decẽ, cinnamomi uncias treis: hoc non decoquitur, sed aridis inditis diebus sexaginta agitatur, inde liquefacta terebinthina in partem olei mittitur, postea rursus diebus aliis septem mouetur, atque sic reconditur.

MARCIATVM.

Mastiches, ceræ, styracis, singulorum unciæ tres, hyssopi medicamenti semuncia, opobalsami sescuncia, nardini, gleucini, olei omphacini singulorum unciæ tres, medullæ ceruinæ sescuncia, terebinthinæ uncia.

EMBOLE PRIMA, DIA omphacos.

Aspalathi, rudiculæ palmularum, sertulæ campanæ, iridis, iunci rotundi floris, xylobalsami, rosarum siccarum, calami aromatici, singulorum unciæ tres, olei omphacini libræ decem, uuæ immaturæ ſucci tantundem.

EMBOLE SECVNDA, EX caryophyllo.

Ammoniaci, spicæ nardi, costi, caryophylli, casſiæ, calami, singulorum unciæ tres, in alio etiam habetur arnabo unciæ tres, uini quod sufficit.

EMBOLE TERTIA.

Thuris, guttæ ammoniaci, styracis, bdellii, myrrhæ, mastiches, singulorum unciȩ tres, uini quod satis est, ceræ tractæ unciæ quinque, opobalsami unciæ sex, nonnulli

uncias octo. Primæ emboles medicamenta, pridie in uuæ immaturæ succo oleoq; macerantur, secundæ seorsim in uino aminæo aut alio ueteri ac odorato, mouenturq; quotidie rudicula palmea: tertiæ ad triduum, post quod in cacabo nitente primum emboles primæ medicamenta incoquuntur, quousque pauxillum acoris uuæ relictum fuerit: mox secundæ emboles species cum uino immittuntur, rectius autem fiet si prius aliis exemptis puro deinde oleo ipsæ adiiciantur, coquanturq; donec paululum uini supersit, ne aduratur oleum: sublata ab igne eximito, superq; adiicito rursus oleo puro tertiæ emboles medicamenta, prius ex uino in pila soluta præter styracem quemadmodum prædixi, hic enim cum aliis inditus prompte soluitur. Coques autē carbonibus quousque bene habere tibi uideantur: sublata ab igne refrigerari sinito, insequēti die exceptis diligenter ex oleo calfactisq; abunde super ignem ceram adiicito, inde sublata rudicula agitato, ubi refrixerint, opobalsamū admisceto, & uitreis uasis reponito.

GLEVCINVM, EMBOLE PRIMA.

Olei sextarii decem, musti aminæi sextarii sex, aspalathi unciæ quatuor, palmæ fructus operimēti quod spathe dicitur unciæ sex, iunci rotundi floris tantundem, sertulæ campanæ unciæ quatuor, rosarum uncia, myrrhæ unciæ tres, foliorum lauri unciæ duæ, arboris thuris unciæ sex, xylobalsami totidem, inulæ campanæ unciæ sex, aristolochiæ longæ unciæ tres, iridis tantundem: hæc macerantur in musto.

ALTERA EMBOLE.

Nardi gallicæ unciæ quatuor, casami, qui est balsami fructus unciæ duæ, cyperi, casiæ, spicæ, nardi, asari, amomi, costi, sampsuchi, singulorum unciæ tres, calami aromatici, caryophylli, folii herbæ, singulorum uncia cardamomi unciæ quatuor, balsamum uino odorato madescit.

EMBOLE TERTIA.

Mastiches triens,myrrhæ troglodyticæ,bdellii , singuli sextantes,ladani quadrans,styracis liquidi,thuris mascu li,singuli trientes,opobalsami selibra,nonnulli & croci sextantem addunt:præparatur quemadmodum medi-
5 camentum ex uua immatura,nisi quod ceram non reci piat,hic autem septem diebus oportet species duarum embolarum macerari.

NARDVS CIZICINE, EM bole prima.

10 Olei primi meriti sextarii decem,à spalathi cypiarum, in ulæ campanæ,iridis,xylobalsami, aristolochiæ , carda- momi,iunci rotundi floris singulorum unciæ sex,sam psuchi unciæ quatuor, herbæ sabinæ unciȩ duæ, non nulli & calami odorati uncias duas immittunt: hæc
15 in uini odorati sextariis quaternis commadescunt.

ALTERA EMBOLE.

Cassiæ,casami,arnabo, singulorum unciæ duæ , spicæ nardi unciæ tres,caryophylli uncia,costi,amomi, singu- lorum unciæ,nonnulli etiam nardi gallicæ uncias duas
20 addunt,atque hæc in uino macerantur.

TERTIA EMBOLE.

Myrrhæ troglodyticæ,aloes,thuris , singulorum unciæ duȩ , styracis unciæ tres , mastiches unciæ quatuor, o- pobalsami unciæ sex , quidam & croci uino læuiga-
25 ti unciam miscent . præparato & hoc sicut compre- hensum est.

DECAMYRON.

Spicȩ nardi , phylli,euphorbii,piperis,costi,adarces,sin- gulorum uncia,mastiches sescuncia opobalsami unciæ
30 sex *nardini libra,ceræ libræ tres.

PENTAMYRON.

Styracis uncia , mastiches unciæ duæ , ceræ albȩ unciæ tres,opopanacis unciæ quatuor,nardini unciæ quinque ⌊foliati,phylli,singulorum unciæ tres,ammoniaci uncia
35 cassiæ unciæ sex,ladani.⌋

*Græce erat ναρ'δȣ pro ναρδίνȣ sic.n . hēt Oriba.

⌊Hæc superflua sunt ut medicamenti nomen & Oribasius indicat.

EVODES, A GRATO ODORE DICTVM.

Croci,aloes,mastiches,absinthii,styracis,œnanthæ, casami,caryophylli,singulorum unciæ tres,nardi libra, ceræ tantundem,melini unciæ sex,palmulæ duodecim , uini quod satis est. 5

BAION.

Cardamomi,casiæ,œnanthę,nardi gallicæ, balaustiorum,propolis,singulorum scrupula octo,herbæ sabinæ casami,amomi,singulorum scrupula sex, iunci rotundi floris scrupula octodecim, iridis scrupula quatuor , caryophylli sesquiscrupulum , suffiminis Crinati unciæ duæ,thuris,myrrhę,singulorum uncia,ladani uncię sex: bdellii,mastiches,aloes,nardi,olei lentiscini,singulorum semuncia,resinæ acernæ quæ zygia dicitur,resinæ piceæ resinæ terebinthinæ , singulorum unciæ tres, opobalsami uncia , guttæ ammoniaci scrupula sex , ceræ unciæ sex : œnanthino liquida læuigantur , aridaque contusa . in alio exemplari piperis quoque scrupula octodecim inuenio : nonnulli & moschi scrupulum unum addunt. 10 15 20

GALENIVM.

Croci semuncia,aloes uncia,mastiches tres unciæ , absinthii seminis scrupula octo, œnanthes tantundem palmulæ maiores tres , ceræ unciæ tres , olei melini unciæ sex . 25

ERYTHRIVM.

Styracis unciæ quinque , malorum cotoneorum unciæ uiginti,masuchæ uel masuaphii,croci,singulorum denarii decem,psichæ,cyphios,singulorum denarii quinque, œnanthæ unciæ duæ semis,casami, absinthii , singulorum denarii decem , caryophylli scrupula quindecim, guttæ ammoniaci scrupula decem,opobalsami scrupula sex & semis,nardi unciæ quinque,resinæ colophoniæ gleucini,melini,singulorum unciæ decem,rosacei denarii decem,propolis unciæ quinque, resinæ terebinthinæ 30 35

unciæ decem, mellis cochlearia decem, phylli denarii decem, spicæ nardi tantundem, ceræ unciæ septem & semis: uino falerno aut aminæo conteruntur.

MALAGMA NILI AD LIENEM OMNEMQ; DURITIEM.

5 Ceræ pondo, guttæ ammoniaci pondo, olei cyprini pondo, croci semuncia, secundum alios uncia, aceti quantum satis est.

CITRINVM.

10 Ceræ resinæ colophoniæ singulorum pondo libra, suffiminis ammoniaci, auripigmenti, calcis, aluminis, aceti singulorum cyathi octo, læuigantur arida in aceto.

MALAGMA QVOD AD cureum authorem refertur.

15 Picis aridæ libra, ceræ, resinæ piceæ, guttæ ammoniaci, nitri, baccarum lauri aridarum, seui taurini, singulorum libræ duæ, farinæ fœnugræci sextarius, pollinis frumentacei tantundem, chamæleontis nigri radicis siccæ libra.

20 ## MALAGMA EX STERCORE CAPRILLO ORIBASII, AD LIENOSOS, HYDROPICOS & IECUR INDURATUM.

Cyprini, aut uetustissimi olei libræ tres, ceræ libræ duæ semis, fimi caprarum, baccarum lauri cortice detracto, 25 iridis illyricæ, singulorum sextarii decem, resinæ terebinthinæ libræ, sinapis, nitri, cyperi, raphani seminis, capparis radicis, singulorum unciæ tres, cucurbitæ syluestris carnis unciæ duæ, fœnugręci uncia: interim arida excipiuntur liquidis, interim aceto macerata: quòd si aluus 30 profluat, cucurbita iniici non debet.

EX FIMO CAPRILLO, SPHONGION, HYDROPICIS EFFICAX.

Picis brutiæ libræ duæ semis, nitri libra una, cucurbitæ syluestris carnis, pyrethri, opopanacis, cocci gnidii, singu35 lorum unciæ tres, capparis radicis corticis, thuris, iridis, adipis taurini, elaterii, squamæ æris, apii seminis, lathyri-

dum, singulorum unciæ sex, baccarum lauri sextarii dimidium, fœnugræci farinæ semuncia, fellis taurini unciæ duę, olei cyprini sextarii dimidium, ceræ libra, resinę frictæ libræ tres, caprilli stercoris montani, cachryos, cyperi, cardamomi, singulorum uncię sex. 5

EX BACCIS LAVRI.

Ceræ, resinę, picis, baccarum lauri, seui taurini, singulorum libra, nitri, guttæ ammoniacæ, singulorum unciæ sex, aceti quantum sufficit.

MEDICAMENTVM DIA 10 spermaton.

Cardamomi, cyperi, herbæ sabinæ, nitri, baccarum lauri casiæ, sertulæ campanæ, fœnugræci, nardi gallicæ, apii seminis, sampsuchi, anisi, panacis radicis, thuris, guttæ 15 ammoniaci, terebinthinę, singulorum unciæ tres, mellis, ceræ, nardi, singulorum libra, seui taurini, [tantundem.]

[Instauratũ ex Alexandro.]

MALAGMA A FOEDO ODORE dysodes dictum, ad pleuriticos.

Resinæ piceæ libra, ceræ, rutæ uiridis, cyprini, singulo- 20 rum unciæ sex, sulfuris uiui, opopanacis, sagapeni, singulorum drachmæ quatuor, nonnulli & galbani tantundem addunt.

MALAGMA DIA SAMPSYCHV.

Ceræ pondo, resinæ terebinthinæ pondo duo, sampsu- 25 chi, baccarum lauri, fœnugræci, singulorum sextarius, nardini quod satis est.

MALAGMA APOLLOPHANIS ad iecorosos,

Ceræ denarii octoginta, resinæ terebinthinæ, mannæ, sin- 30 gulorum denarii quadraginta, mortario irini sedimento uncto contunduntur.

COPTON AD DVRITIEM STOmachi & iocinoris.

Propolis unciæ sex, styracis unciæ duæ, mastiches un- 35 cia, resinę terebinthinę semúcia, fecis nardini q̃tũ satis ẽ.

MALAGMA EX OENANTHE.

Oenanthe,aloes,croci acaciæ,aluminis ſcisſilis,roſarum ſiccarum, abſinthii , ſucci,gallæ,omphacii , rhus ſyriaci, mannæ,ſingulorum drachma,olei myrtei,ceræ,utriuſq; 5 libre,palmulæ magnæ *duæ,uini quod ſufficit.

*Deprauatū hic eſt exemplar græcum.

ANTYLIVM.

Aluminis ſcisſilis ſemuncia,aloes uncia,maſtiches ſcrupulum,œnanthes ſcrupula ſex,omphacii ſcrupula octo roſarum ſiccarum tantundem,rhu ſyriaci ſcrupula decē 10 ſpinæ Ægyptiæ totidem,balauſtiorum ſcrupula uiginti, gallarum ſcrupula quindecim,ceræ unciæ quinque, olei melini quod ſufficit.

MALAGMA EX VINACEIS,

dia gigarton dicitur.

15 Croci, ſandycis,labruſcæ , ſingulorum uncia , aluminis ſicci unciæ quatuor, balauſtiorum , omphacii , roſarum floris,myrtorum ſiccorum,ſingulorum unciæ duę ceræ tractæ libra , olei melini libræ duæ , malorum cotoneorum unciæ quatuor,dactyli qui nicolai dicun- 20 tur decem , uini aminæi quod ſatis eſt,uinaceorum aridorum unciæ octo in uſu,medicamenti unciis tribus,ceræ unam miſces.

ANETHINE.

Anethi uiridis unciæ ſex,ſertulæ campanæ unciæ duæ, 25 chamæmeli tantundem , capitum papaueris uiridium decem excoctorum iuris libræ tres , & olei quod ſufficit:ubi uero conſumptum fuerit ius , adipis ſuilli recentis libræ duæ adduntur,tritisq; priuatim ſcillæ toſtæ interioris unciis duabus & medullæ ceruinæ totidem,om- 30 nia miſcentur.

AMBROSIA AD FEBREIS

arcendas apta.

Argenti ſpumæ libra,adipis ſuilli recentis unciæ ſex,lini ſeminis ſucci tantundem,ceræ tractæ unciæ nouem,ro- 35 ſacei libra,mellis unciæ tres,croci uncia nonnulli etiam ouorum decem lutea cruda addunt.

DE ACOPIS, INVNCTIONIBVS, dropacibus, & sinapismis. Cap. XIX.

ACopa inde nomen sortiuntur, quod præcipue ad lassitudinis quæ copos græce dicitur, puta tẽsiuæ, ulcerosæ & eius quæ ossa defatigat sensum conueniant, quanquam aliis quoque morbis compluribus sint ex usu. Alia siquidem ipsorum calefaciendi uim habent, alia emolliendi. Quæ calefaciunt, pipere, pyrethro, cachry, & consimilibus constant: neruorum uitiis, perfrictionibus ualidis & quæ uix ullo calore possunt euinci accommodata. Quæ emolliunt, durities, scirros, & infarctos articulorum sinus discutiunt, quorum materies capite de emplastris comprehensa est. At emollientibus quæ adarce, cachry, euphorbio, cocco gnidio, & id genus aliis componuntur, in diuturnis affectibus, & qui ægre possunt elidi, quibus etiam sinapismus cõgruit utimur. Porrò spissitudinem uniuersa acopa inter cerata & emplastra mediam habere conuenit. Vnguina uero acopis similia, liquidiorem propemodum substantiam obtinent. At dropax duplicem recipit præparationem: hanc emplastro, illam malagmati consimilem, nonnulli & calidum ipsum illinunt: materiam uero acopis & emplastris confinem. Cæterum usum cataplasmatis exhibet, diuturnis affectibus iisdem quibus & sinapismus, utilis, ideoque ante illum assumitur, quo corpus sinapi reddatur idoneum, à sinapismo adhibetur, ut affectus reliquias discutiat. Sinapismus materiam quidem uariã non habet, uerum diuturnis potissimum affectibus post commemoratam aliorum præsidiorum uim, efficacissimus est: utilissime autem applicatur capiti in eius dolore quem cephalæam dicunt, & quum altera duntaxat ipsius pars affligitur, Græci heterocraniam uocant in morbo comitiali, uertiginibus, & insania: pectori autem in suspirio, orthopnœa, hoc est quum non nisi recta ceruice spiritus trahitur, & tussi longa. At in diuturna humorum è capite in fauceis destillatione, & caput & tho

ax ſinapi oblini debet. Item ſtomachus & uenter in lõgis ipſorum morbis eodem obducuntur. Iam conueniens eſt præſidium ſinapi coxendicum & podagricis doloribus, omnique parti reſolutæ, aut alio quodam
5 modo perfrictionem expertæ, ut difficulter excalfieri poſsit. Ac tunc profeciſſe ſatis id putato, ubi dolor ſubſequutus fuerit, ualidus, & caro liuidior altiorq; euaſerit, & poſtquam ablotum fuerit mitius puſtulæ erupe-rint. Quod ſi etiam ſenſus perierit, animum adhibere
10 negotio conuenit, parte quam obliueris ſæpius detecta: nam ſi uel immodice adurantur ita affecti non perſentiſcunt. Præterea in acutis morbis, utpote lethargo, profunda in ſomnum delatione, (cataphora dicitur) & catocho, ſinapi inducitur, per initia quidem, cruribus: ubi ue
15 ro materia radices egerit, capiti. Porrò qui ita frigori patuerunt ut uix ullo modo queant incaleſcere, iis crura & inguina ſinapi oblinuntur. In his autem qui continua febre laborant, ulcusq; habent, tum in cartilaginoſis, tum locis excarnibus, uitari debet ſinapiſmus: nã partes car
20 nibus uacuæ ſi obducantur ſinapi, uruntur, interim etiã nigreſcunt.

BROMION ACOPON.

Ceræ, reſinæ colophoniæ, ſingulorum libra, adipis ſuilli unciæ quatuor, butyri unciæ ſex, althææ, fœnugræci, ſe
25 minis lini, ſingulorũ libræ duæ, olei libra, galbani unciæ duæ & ſemisſis: excocto ſucco cum oleo quouſque magna illius pars fuerit abſumpta, reliqua cum cera & galbano adiiciuntur.

ACOPON A VARIETATE
30 fœcilon dictum.

Succi althææ, fœnugræci, ſeminis lini, rutæ, cumini, ſingulorum libræ duæ, medullæ ceruinæ, olei ueteris, adipis anſerini, opobalſami: nardi, ſingulorum libra ceræ, colophoniæ & reſinæ, ſingulorum ſeſquilibra, eupho-
35 bii, reſinæ terebinthinæ, opopanacis, ſingulorum unciæ ſex, caſtorii unciæ tres, herbarum unde ſuccus exprimit,

ſingularum libra iniicietur, coques ut ſuperius.

ACOPON AZANITÆ.

Adipis ſuilli libræ duæ, ſeui taurini, reſinæ colophoniæ, hyſſopi medicamenti, ceræ, ſingulorum libra, galbani unciæ tres. 5

ACOPON BASILII.

Althææ, chamæmeli, ſertulæ campanæ, lini ſeminis, fœnugræci ſingulorum ſeſcuncia, amomi unciæ tres: hæc macerantur in uini Aſcalonii aut Cilicii ſextariis octo, 10 per triduum coquunturq́; ad melleam ſpiſsitudinem, deinde ſucci libræ quinque cum olei ueteris libris quatuor & ſemiſſe decoquuntur, quouſq; modicū ſucci fuerit relictum, adiiciuntur butyri unciæ ſex, reſinę terebinthinæ unciæ quatuor, adipis anſerini unciæ quindecim 15 medullæ ceruinæ cum momento olei læuigatę unciæ quinque, ceræ tractæ libræ tres.

LYSIPONIVM.

Piperis, caſtorii, ſtyracis, maſtiches, aloes, inulæ campanæ, iridis, ſingulorum unciæ quatuor, eupborbii, coſti, 20 guttæ ammoniaci, myrrhæ, ſampſuchi, thuris, cyperi, caſſiæ fiſtulæ, cachry, ſingulorum unciæ tres, adarcæ, amomi, bdellii, xylobalſami, ſingulorum unciæ duæ, malobathri, ſpicæ nardi, pyrethri, croci, ſingulorum uncia, opobalſami libra, nardini, cyprini, gleucini, ſingulorum li- 25 brę duæ, ceræ libra.

ACOPON A EOEDO ODORE DYSODES APPELLATUM EX OPERE DE CŌPOSITIONE MEDICAMENTORUM CATA GENOS.

Ceræ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum denarii uiginti- 30 quatuor, galbani, ſuffiminis ammoniaci, ſingulorum denarii ſex, *olei heminæ duæ, medullæ ceruinæ denarii octo: utitor mero & diluto.

*Galenus olei ueteris.

ALIVD DYSODES. 35

Reſinæ terebinthinæ denarii ſedecim, ceræ denarii uigintiocto, œſypi, mellis, ſingulorum denarii ſex, medul-

læ ceruinæ unciæ sex, stillæ ammoniacæ, galbani, aphro nitri, baccarum lauri, singulorum unciæ sex, olei ueteris sextarius, uini cyathi duo, quidam etiam castorii denarios treis admiscent.

5 BARBARICVM DIA EVPHORBIV ad coxendicum dolores, & alia pleraque.

Opopanacis uncia, ceræ tyrrhenicæ libra, resinæ terebinthinæ libræ duæ & semis, galbani uncia, stillæ ammoniacæ unciæ duæ, euphorbii, castorii, piperis albi sin-
10 gulorum unciæ duæ, medullæ ceruinæ unciæ quatuor, œsypi tantundem, lemnestidis (est autem adarce) semuncia, olei styracini, laurini, irini, amaracini, singulorum unciæ sex, olei ueteris libræ duæ, hedychroi, unciæ sex.

15 ACOPON CVI NOMEN est pixis.

Resinæ colophoniç sesquilibra, resinæ terebinthinæ unciæ octo, guttæ ammoniaci unciæ tres, thuris unciæ nouem, olei ueteris libræ duæ, succi lini seminis libra, lactis uaccini tantundem, adipis anserini unciæ sex, butyri un-
20 ciæ octo, ouorum uigintiquatuor albumina, præparatum buxeo uase reponitur.

ACOPON EX ABIETE, GALENI.

Abietis seminis cocti modius italicus, hoc est sextarii duodecim, olei libræ quindecim, ceræ libræ qnatuor, re-
25 sinæ strobilinæ aut terebinthinæ unciç quatuor. Contusum abietis semen, oleo iniicitur. Vbi quadraginta diebus in eo si ueris, expressum proiicito, mixtis reliquis utitor. ad labores spontaneos, resolutiones, & articulorũ perfrictiones. At si necessitas urgeat coquere oportet se-
30 men abietis cum oleo mixtum, ne nimium aduratur, & aquæ sextariis quatuor, idq́; in podagricis, & articulariis affectibus.

ALIVD AD IDEM.

Olei heminæ uigintiquinque, id est sextarii duodecim
35 & semis. fructus abietis modius, hoc est libra semis, resinæ abiegnæ libræ tres, strobilinæ uel terebinthinæ

libræ tres,ceræ libra.

ACOPON EX NIGRA POPV-
lo,dia Ægyros dicitur,ad eadem.

Loco fructus abietis,nigræ populi fructus æqua portio additur,& reliqua similiter illi præparantur. 5

VNGVENTVM ZOSIMI
ad tremulos celebratum.

Resinæ piceæ unciæ sedecim,ceræ unciæ quatuor, olei ueteris libra,opopanacis unciæ duæ, adarcæ uncia, euphorbii tantundem:nitri unciæ quatuor, aphronitri totidem:nitrum,euphorbium , adarce cum uino teneri lęuigantur,deinde adiicitur opopanax, simulq; in læuo rem teritur, seorsim autem quæ liquari possunt, cum anchusa ad colorem accipiendum eliquantur,refrigerata excipiuntur. 10 15

DROPAX GALLVS ORIBASII.

Resinæ colophoniæ quæ thus redolet,piceæ & lignosæ dictæ quæ sola in Italia nascitur,apochymatis, picis aridæ,ceræ,singulorum libræ quatuor,resinæ frictæ unciæ *quindecim,picis brutiæ libræ duæ,nitri libra,bituminis,galbani,adarcæ,pyrethri, singulorum unciæ sex, opopanacis,euphorbii,ueratri albi,piperis,singulorum unciæ quatuor, sulfuris uiui unciæ tres,castorii, ammoniaci, uuę passæ syluestris staphis agria dicitur, singulorum unciæ duæ, olei sicyonii libra, opobalsami unciæ sex.† 20 25

*Oriba.libræ duæ.

†Oriba.addit,zingiberis unciæ duæ.

ALITER SIMPLEX.

Ceræ pondo,picis siccæ*pondo,picis, brutiæ pondo, resinæ piceæ sesquipondo, frictæ pondo & quadrans, loco prius nitro extersο imponitur. 30

*Orib. sesquipōdo.

QVOMODO SINAPISMVS FIAT.

Ficus siccate pridie in aqua tepida macerari debent,die insequenti probe expressæ ualenter læuigari,deinde acre sinapi,cuiusmodi est syriacum ægyptiumq; priuatim conteri,diluto illarum affuso ,factaq; massa admisceri, & si quidem uehementem sinapismum uoluerimus 35

inducere,

inducere,parteis duas sinapis cum una ficuum tempe-rabimus:sin imbecillem,econtrario:si mediocrem, æ-qualeis.Cæterum sinapi ante quàm deteratur,aceto cō madescens,ut nonnulli factitant,languidius euadit. At sinapi ablato,etiam balneū utile est. Si dolor uehemēs ruborve accesserit,& pustulæ, linteolum succo maluæ aut fœnugræci cum rosaceo madefactum imponem⁹, deinde rosaceo cerato cum cerusa utemur. Verum in resolutis in quibus sensus labefactatus est, cura adhibe-bitur ut sæpius partem retegamus,inspiciamusq́;. Quū enim admota non percipiāt,sæpe immodice exusti sūt. Item caprarum fimus cum aceto illitus sinapi est effica-cior,& præsertim in coxendicum doloribus.

ACOPON EX ATRAMENTO LIBRA-rio,cutis ruborem peculiariter inducens, idq́; po-tissimum in iis quibus altera capitis pars do-let,ex commentariis Alexandri.

Euphorbii,atramenti librarii,singulorum drachmæ qua tuor,myrrhæ troglodyticæ,crocomagmatis,piperis al-bi, singulorum unciæ tres, croci drachmæ duæ, aceti quod satis est:ad hæc probe læuiganda,utq́; spissitudo sordibus similis ipsi fiat:quo facto illines,à media super ciliorum parte incipiens,adusque tempora tota, præser tim si æger pilis careat:ubi refrigerata fuerint, rursus il-lines:& quum præsidium bene profecerit, in balneum hominem deduces.

QVOMODO DIVERSA OLEI ET unguentorum genera conficiantur. Cap. XX.

INunctionum unguentorumq́, uel olei generū quæ unguenta repræsentent alia sunt simplicia, una olei specie iniecta,alia composita ex pluribus conflata. Ac simplicium alia ex floribus oleo incoctis efficiuntur uerbi causa,rosaceum,chamæmelinum,susinum. Quæ dam ex fructibus & seminibus conficiūtur:q̄dam ex sur culis q̄busdā nempe rutæ,q̄ etiā simul cū oleo coquun tur.At cū nullus florum coctionem accipiat, insolantur

potius,uerum si ualidã odoris gratiam repræsentent et pluribus diebus constantem , ex insolatu tenuius ipsorũ oleum magisq;utile redditur,quemadmodũ rosaceum & chamæmelinũ. Qui inualidiores sunt faciliusq; dif- flari possunt,minus insolatum tolerant , ut quorũ uirtus 5 proṗte euanescat,utpote liliũ & uiola. Ex iis q̃ fructibus & seminibus constant nõnulla illis integris oleo iniectis conficiuntur,ueluti melinum,nõnulla cõtusis uel læuiga tis,oleamine ipsorũ sequestrato,uel expressis ipsis in cõ- 10 chulas:uel ex aqua calida,sic ut ipsa discernerentur. exẽ pli causa,caryinon,sesaminũ,amygdalinũ,lentiscinũ,lau- rinum,ricininũ,raphaninũ,atq; eius notæ alia. Porrò q̃ ex stirpibus odoratis cõponuntur, ṗparari potissimum solent,illis oleo incoctis cum uino uel musto uel aqua, 15 atq; eisdem deinde exemptis. Liquoribus aũt quibusdã oleo cõtemperatis interim & adipibus uel medullis, ex huiusmodi aliquo exactã olei spissitudinẽ sortita, simpli ci sermone unguẽta uel inunctiones noiantur,ut gleuci nũ,nardinũ,sicyoniũ & cyprinũ. Sunt q̃ acopa crassitudi 20 ne repræsentent,cerã aut resinã aut eiusmodi q̃ppiam re cipientia,uocanturq̃, myracopa,ueluti decamyron, ama- racinum,atq; his similia. Iã uero aliqua una uice coquũ tur,q̃ nõ diuersam recipiũt materiam, sicuti metopion, mastychinum,sicyoniũ:aliq̃ duabus tribusve,& quatuor 25 iniectionibus. Primum cõtumaciorib' incoctis,ut diaspa latho,palmea rudicula,thure arbore,lauro:inde aroma- tis,phyllo,spica nardi,amomo,herba sabina: postremo liquorib',adipibus & medullis. Si aũt eueniat,cera quo- q; & resinis inditis. At balsami liquor neutiq̃ coq̃tur,sed post absolutã coctionẽ unguento mediocriter refrigera 30 to instillatur. imo ex ipsis unguentis sunt q̃ nullã coctio- nẽ recipiant,sed tñ misceant̃,quale est mendesium. Nõ nulli uero uiride unguentum reddere cogitantes,ubi ab igne sustulerint,in olei sextarium intingunt, æruginis ra- sæ in exactum detritæ læuorem sescunciam, immiscen- 35 tes, quemadmodum in cyprino & amaracino. Cæterũ

simplicia qdem unguenta specierum q̃ in ipsa mittuntur naturam uel eorum ex qbus contusis facta sunt, obtinẽt ut oleum ueluti materiæ rationem obtineat. At q̃ uariã magis cõpositionem sortita sunt, tota eorum natura ad ca 5 lidũ inclinata est, sed quædam ualide calefaciunt emolliuntq́; ut etiam articulis recenti cicatrice obductis & sinibus eorum infarctis conueniant, ueluti metopium, mendesium, marciatum: mediocrius autem est pentamyron, quemadmodum decamyron ualentius ut etiam sũ 10 ma rodat: mediocriter autem calida tenuiaq́; dico. At uero modice calida extenuant, leniunt & concoquunt, quale est susinum, amaracinum, irinum, crocinum, foliatinum. Alia præter quàm quod calefaciunt, abunde siccant inciduntq́;, ueluti cyprinum & sycionium. Alia cale- 15 faciunt quidem insigniter, sed uires magis confirmant, unde stomacho potissimum & uisceribus resolutis cõ- petunt, qualia habentur mastichinum, nardinum & gleucinum. Valentius adhuc corroborat, quod ex acore cõficitur. Iam nonnullis unguentis ob gratum duntaxat o- 20 dorem utuntur, ut foliato, spicato, commageno & quæ moschelæa, quasi dicas, ex musco & oleo confecta nuncupantur.

ROSACEI CONFECTIO.

Rosarum rubrarum detractis unguibus refrigeratarum 25 die nocteq́; una, unciæ tres, olei omphacini sextarius, urna diligenter constricta ne perspirent, insolabis sub dio diebus quadraginta, atque sic repones non in pauimento, sed assere. Aliqui uero, uice insolatus in puteum urnam diebus quadraginta mittunt, ut ex frigiditate odo- 30 ris gratia cõseruet. Alii uero ipsam sub terra defodiũt.

CHAMÆMELINON.

Chamæmeli floris citra alba folia refrigerati, per diem noctemq́; unam olei sextarius Italicus, uase linteo simplici contecto ut perspiret, insolatur, idq́; diebus quadra- 35 ginta, inde secure hoc percolatum repones.

ANETHINVM.

Anethi uiridis comæ refrigeratæ uncia, olei dulcis sextarius Italicus. Simili modo insolantur, fiet autem & pro temporis ratione anethinum cum insolatus desideratur sicci enim anethi comam decoquentes cũ oleo in cacabo utuntur, & chamæmelino similiter: uerũ hæc imbecilliora sunt iis quæ ex uiridibus fiũt & p̃sertim insolatis

5

LILIACEVM, ALII SVSINVM dicunt, quod in susis forsan reperiatur.

Foliorũ alborũ liliorum similiter refrigeratorum unciæ duæ in olei sextarium Italicum coniectæ exacte circũ stringuntur, ne euaporent, & p triduum insolantur, inde primis exemptis proiectisq;, aliæ duæ unciæ iniiciuntur p triduum subsequens, atq; sic reponuntur.

10

SVSINVM COMPOSITVM.

15

Olei sextarii tres, calami odorati libræ quinq;, myrrhæ unciæ quinq;, cardamomi libræ tres, lilii foliorũ unguibus ablatis refrigeratorũ libra, cinnamomi unciæ tres, croci cilicii unciæ quinq;: tota cõfectio tribus iniectionibus distinguenda est. Primum myrrha & calamus odoratus, uino ad dies quinq; macerata ter die mouentur, inde oleo modice incoquuntur, deinde cardamomũ aq̃ maceratum triduo mouetur, similiterq; rursus cum oleo ad horã unam incoquitur, inde exemptis tertiam liliorum partem oleo puro inseremus, tribus dieb' post his quoq; exẽptis rel qua liliorum tertia portio immittetur, iterumq; post triduũ exẽptis proiectisq; primis, postremo tertia pars cum croco læuigata iniicietur. Secundum alios tres dies ablato oleo cinnamomũ contusum indetur. Huius in uicẽ, Arnabo, aut carpesiũ, aut casfiæ duplicatum, atque reponetur.

20

25

30

VIOLACEVM.

Violaceum præparant, modo purpurearũ, modo croccearum, modo candidarũ uiolarũ foliis ungue desecto, trium unciarũ pondere coniectis in olei omphacini sextarios quinq; Italicos: circũstricta exacte, ne p̃spirent ad dies decem insolantur, tertioq; eadem mutantur ad tri

35

duum, quemadmodum lilia: ad repositionem autē pau-ca iniiciunt exacte arida.

MELINVM.

Hoc efficitur ex malis cotoneis extrinsecus panniculo
5 inuolutis, & in frusta cum suis corticibus dissectis, dein-de unciis ternis illorum, in decem olei omphacini sexta-rios Italicos coniectis, atq; quadraginta dies insolatis.

SESAMINVM.

Sesaminum oleum fit, contusis uel læuigatis sesamis, ex
10 presisq; p fiscellas in cochleis, oleo ipso ceu in aqua ca-lida segregato, uasisq; uitreis reposito.

RAPHANINVM.

Eodem modo fit raphaninum in Ægypto, ex semine ra-
15 phani qui tenuem radicē habeat contuso segregatoq;.

RICININVM, SIVE CICINVM.

Hoc quoque similiter Ægypto fit, ex semine ricini qui croton dicitur, pari modo contuso aut læuigato.

ÆGIRINVM.

Verno tempore oleum fit ægirinum, hoc est ex nigra
20 populo, quum resina circa semē copiosa existit: etenim grana populi contusa unciis quatuor in dulcis olei sex-tarium immittunt, diebusq; quadraginta insolant, uel horis tribus in lebete decoquunt, atque sic exempta reponunt.

25 AMYGDALINVM.

Conficitur hoc quoq; sicut prædictum, amygdalis ama-ris iisq; puris, cōtusis, aqua modica irroratis, separatisq; ut comprehensum est: Nonnulli tusa amygdala unciis duabus, dulcis olei sextario Italico immissa, in cacabo
30 decoquunt.

AMYGDALINVM, QVOD ET metopion dicitur.

Ægyptii huius olei inuentores metopion ipsum nuncu-pant, quòd galbanum recipiat: germen autem unde gal-
35 banum nascitur, metopion appellatur. Hæc recipit olei omphacini sextarios uiginti, amygdalarum amara-

rum libras duas, cardamomi libram, iunci rotundi floris, calami odorati, carpobalsami, singulorum libram, myrrhæ, galbani, singulorum uncias sex, resinæ terebinthinæ, libras duas, uini odorati ad arida imbuenda sextarios quatuor, mellis attici libras treis: resinam & galbanum in læuorem redacta ex olei parte soluta, reliquis incoctis adiiciemus, necnon ipsum mel: Mixta uero accurate omnia ab igne tollentes, quum tepidum est medicamentum eximimus, nam refrigeratum concrescit. 5

BALANINON. 10

Balaninum oleum perinde ut simplex amygdalinum p̃paratur, ex querneis glandibus.

CARYINVM.

Hoc quoque ut supra dictum ex uetustis nucibus conficitur.

LAVRINVM. 15

Purum quidem laurinũ simili ratione & lauri fructu cõfit, mixtum uero hæc recipiet: maturarum oliuarum sextarium, cum duobus baccarum lauri miscemus: teruntur omnia exprimunturq́;. Nonnulli æqualem amborum portionem miscent. 20

LENTISCINVM.

Lentiscinum oleum laurini modo ex lentisci semine cõficitur, idq́; bifariam & per se, & cum oliuis immaturis

MASTICHINVM.

Mastichinum simplicissimũ quidem fit, chiæ mastiches uncia, omphacini olei sextario Italico immissa, excoctaq́; in cacabo. Nonnulli uero absinthii & styracis, singulorum unciam adiungunt. 25

MASTICHINVM MAGIS VARIVM.

Olei sextatii quinquaginta, inulæ campanæ libræ quinq; xylobalsami libræ decem, iunci rotundi floris libræ quinque, cardamomi libræ septem, mastiches libræ quinq;, xylomastiches libræ octo, resinæ terebinthinæ libræ tres absinthii comæ libra, uini odorati sextarii quinq;, aq́ sextarii decem, arida uino ante tertiũ diem macerata oleo miscentur, & aqua horis sex coquuntur, ac mastiche & 30 35

terebinthina iniicitur:accurate mixta excipiantur:refrige rata transfunduntur.

SICYONIVM SIMPLEX.

Radix cucumeris syluestris refrigerata duarum unciarum
5 pondere in olei sextarium Italicum mittitur,atque in lebete coquitur,fitq; sicyonium.

SICYONIVM COMPOSITVM.

Olei sextarii decem, cucumis syluestris radicis derasæ pondo,serpilli,sertulæ campanæ singulorum unciæ sex
10 tedarum piceæ pinguium, althææ, singulorum unciæ quinque scolopendrię uncię sex,fœnugręci sextarii duo. Fœnugræcum aqua primum die uno prius commadescet, deinde exemptum inditur commemoratis unà cum oleo,& uini sextariis duobus,omnibusq; incoctis
15 adiiciuntur medullæ ceruinę cum momento olei læuigatæ unciæ quatuor,adipis gallinarum totidem, rursus exceptum oleum in aliud uas transfunditur. Nonnulli ipsum post coctionem diebus quadraginta insolant.

ALIVD SICYONIVM EFFICACIVS.

20 Elaterii succi sextarii tres,aristolochiæ [rotundæ] & lõgę,styracis,inulæ campanæ,hyssopi,iridis,cucurbitę syluestris,pulegii,origani,cyperi,thuris arboris,centaurii,foliorum lauri,singulorum unciæ duæ,olei sextarii quinque. Mista incoquito dum parum succi relictum fuerit.

25 CYPRINVM EX COMMENtariis posidonii.

Olei sextarius,iunci quadrati,inulæ campanæ,iridis,singulorum libra,sampsuchi,hyssopi,ulticis seminis,elelisphaci,singulorum unciæ tres,iunci quadrati floris libra.
30 Reliqua omnia pridie in uino macerata coquuntur cũ oleo horis sex.Excepto oleo puro,iuncus quadratus iniicitur,Si quidem adsit,uiridis cum teneris uirgultis non cõcisis:sin minus,certe aridus cõtusus cũ aquæ momento coquetur sesquihora.At si uolesipsum tingere postq̃
35 ab igne fuerit ablatum,indito æruginis puræ sesqlibrã. Posidonius aũt acrimoniã æruginis uitans, à coctione

(inquit) triduum dimittes oleum in cacabo bene humi do: & ungetur, ita ut uirtus ipsius non offendatur.

ALIA SCRIPTVRA CYPRINI.

Cyperi foliorum, lauri foliorum, iridis, cyperi, elelispha ci, singulorum quadrans, thuris arboris, aristolochiæ lō gæ, uiticis seminis, singulorum triens, inulæ campanæ, aspalathi, singulorum unciæ sex, rutæ unciæ duę, cupres si unciæ duæ, olei sextarii decem. Hæc prius uino made facta, incoques oleo. ubi exemeris iniice rursus xylobal sami, xylocasiæ singulorum uncias quatuor, sampsu chi, cumini, myrti, styracis, mastiches, singulorum uncias tres, opopanacis uncias duas, iunci quadrati floris unci as sex, æruginis unciam.

AMARACINVM.

Inulæ campanæ pondo, xylobalsami libræ uiginti, cy peri libræ octo, iunci rotundi floris, aspalathi, herbæ sa binæ, singulorum libræ octo, opopanacis, amaraci semi nis, singulorũ libræ duæ, olei primi meriti sextarii duo, uini odorati sextarii quinque. Alia omnia superius dicta primam iniectionem habent uino prius macerata, secũ dam herba sabina, atq; illa quidem horis sex incoquun tur. hoc autem tribus. nonnulli etiam hoc tingentes, æ ruginis uncias tres iniiciunt.

IRINVM.

Iridis, aspalathi, cyperi, singulorum libræ quinque, opo panacis unciæ tres, anchusæ unciæ duæ, olei sextarii tri ginta, aquæ sextarii quindecim. Sunt qui adiiciantur iun ci rotundi floris uncias sex, casiæ uncias tres, xylobalsa mi uncias sex, nardi gallicæ, tantundem, omnia contusa aqua pridie macerantur, inde oleo diebus quinque in coquũtur in lebete ad sex horas: reponiturq; unguẽtũ.

CROCINVM, IN QVO ET AL terius crocomagmatis confectura explicatur.

Olei omphacini odorati libra, calami odorati, myrrhæ troglodyticæ singulorum unciæ quinque, cardamomi unciæ septem, croci cilicii unciæ sex, primum iniiciatur

calamus & myrrha uino læuigata, & ante unciæ modo repositæ, piperis albi grana quadraginta, myrrhæ troglodyticæ drachma, tunsa, cribrataq; teruntur rursus in mortario adiecta olei nardini libra. ut autem medicamentum reddatur nigrius, nucum cortices combustos detritosq; in mortario adiicito: inde opobalsami cochlearia tria, ceræ sesquilibram admisceto.

DE OENANTHARIIS. Cap. XXI.

Non quod œnanthen, hoc est labruscæ florem habeant hæc (nonnulla.n.ne œnanthen quidem recipiunt) sed ex uino & flore liliorum nomen hoc sortita sunt, usus œnanthariorum apud quosdam odoris gratia duntaxat & deliciarum adhibetur, sic ut q eis utuntur, à lauacro perfundantur: & mensæ ipsis per spongiam oblinantur. At apud eos qui recte utuntur, etiam fiunt præsidia tum in resolutis, tum in iis quos syncope premit, si roborãtibus stomachi cataplasmatis admisceantur. Item in iis, qui se à morbo præsertim febrili recolligunt, ubi lauacro egrediãtur per totum corpus diffundentur: naribusq; admouebuntur, adhuc spirantibus. Trahuntur enim in altum, & spiritum animalem uitalemq; confirmant. Ad hæc utilia sunt ad morbum pestiferum uitandum, cum eiusmodi mutationem aer sustinet. Refertur autem huiusmodi unguentum ad Posidonium authorem, à quo uocatur mesopotamenon.

OENANTHINI CONFECTIO.

Cassiæ, myrrhę, thuris, phylli, amomi, mastiches, costi, carpobalsami, opobalsami, singulorum unciæ tres, styracis pinguis unciæ quatuor, uini odorati aminæi, Italici sextarii decem, contusa omnia cribrataq;, styracem uero minutim concisum componito in urnam oris ampli, cũ foliis foliorũ pridie refrigeratorum, è domo una in alteram & unguibus detractis: sint autem lilia numero *. deinde uinũ adiicitur, & opobalsamũ: mista, cõmotaq; ante iniectionem, & constricto urnę ostio quadraginta diebus insolantur. Balnei usus est in uiriũ ex morbo re-

creatione. Domus irrorabitur unguento, uasaq́; & spongiæ intinctæ faciei admouentur.

ALIA CONFECTIO, NOSTRA.

Costi unciæ tres, spicæ nardi, arnabo, caryophylli, singulorum uncia, amomi unciæ tres, casſiæ, œnanthes, calami, singulorum unciæ nouem, styracis, opobalſami, singulorum unciȩ quatuor, lilia trecenta, uini falerni ſextarii decem. Simili modo præparatur. 5

DE SVFFIMENTIS ET CYPHI. C.XXII.

Cyphis materia inter medicamenta quæ potui dátur & antidota exiſtit. uſus eſt eius incẽſi ad odorem gratum conciliandum, quemadmodum & ſuffiminum. Interim naribus admouetur, ut deſtillatiões ex capite in ſubiectas partes concoquat, grauedinesq́;, & obſtructione liberet, purgetq́; cerebri uentriculos, itẽ peſtilentialibus morbis euitandis. Iam per os quoq; aſſumitur, tum ad hæc, tum ad ea quæ pectori inhæreſcũt concoquenda: necnon ad frigidiores iecoris affectus, unde & Cyphoide appellata antidota ueteres inuenerunt. Miſcetur autem compoſitis medicinis, præcipue epithematis & antidotis. 10 15 20

ROSATVM SVFFIMEN.

Coſti, amomi, myrrhæ, caſſiæ, ſingulorũ uncia, ſtyracis, chiæ, bdellii, conchulæ Indicæ, muſci, ladani, ſingulorũ drachmæ duæ, roſarum purarum uncię uigintinouem, opobalſami*, uini quod ſufficit. 25

SVFFIMEN LILINVM: QVOD crinaton dicunt.

Liliorum ungue deſecto libra, ſtyracis primæ notæ, unciæ uouem, ſpicæ nardi, unciæ tres, coſti, caryophylli, amomi, maſtiches, conchulæ indicæ combuſtæ, mellis, ſingulorum ſeſcuncia, opobalſami unciæ quinq;, uini quantum ſatis eſt. læuigata coguntur in paſtillos. 30

CYPHI MAGNVM QVOD VOCANT ſolare, ex rebus trigintaſex confectum. 35

Styracis, myrrhæ, ladani, aſpalathi, inulę campanæ, ſingu

lorum unciæ sex, nardi gallicæ, phylli, cupressi semihis, guttæ amoniaci, strobili, splanchni aut loco ipsius conchularum indicarum maiorum carpobalsami, singulorum unciæ tres, casiæ, iridis, seselis, sphagni, cyperi, cardamomi, calami odorati, singulorum unciȩ quinque, rosarum siccarum, croci, spicæ nardi, herbæ sabinæ, hastulæ regiæ radicis, (alii succi) singulorum unciæ quatuor, lacaphthi, hoc est piceæ corticis uel alterius cuiusdam arboris unciæ nouem, costi, iunci rotundi floris, singulorum unciȩ duæ, iuniperi maiores quadraginta, minores quinquaginta, amomi, resinæ terebinthinæ palmularum purarum, singulorum libra, ficuum siccatarum granis exemptis, uuarum passarum acinis ablatis singulorum libræ duæ, mellis despumati libræ quinque. Posidonius etiam uini odorati sextarios treis adiicit.

ALIVD CYPHI, QVOD REBVS VIgintiocto constat, lunare appellatum.

Bdellii, inulæ campanæ, singulorum unciæ septem, iunci rotundi unciæ duæ sphagni unciæ quinque, iuniperi minores quinquaginta, cardamomi unciȩ quinque, aspalathi unciæ septem, casiæ fistulæ unciæ quinque, spicæ nardi unciæ duæ, cyperi unciæ quinque hastulæ regiæ radicis, herbæ sabinæ singulorum unciæ quatuor, cupressi seminis, nardi gallicæ, malabathri cum foliis, rosarum siccarum, singulorum unciæ tres, costi, croci, singulorum unciæ duæ, ladani, myrrhæ, singulorum unciæ septem, caricarum pinguium, uuarũ passarum, acinis exemptis, singulorum libræ duæ, strobilorum unciæ octo, resinæ terebinthinæ libra, styracis unciȩ septem, palmularũ pinguium libra, mellis librȩ quinque, uini odorati quantum satis est.

CONFECTIO MASVCHÆ, QVOD nonnullis masuaphion uocatur. C.XXIII.

Meliloti sextans, xylobalsami, aspalathi, herbæ sabinæ, myrrhæ, amomi, iunci rotundi floris, foliorum lauri, myrrhæ stillatitiæ, styracis, calami odorati, sampsuchi, singulorum unciæ duæ, iridis unciæ

quinque, phylli, croci, singulorum uncia, opobalsami semuncia, gummi libra, rosarum siccarum unciæ sex, uini quantum sufficit.

EX COMMENTARIIS ANTYLLI, de pessis. Cap. XXIIII. 5

Pessi mulierum locis admouentur, cæterum generales ipsorum differentiæ tres existunt, aliisiqui dem emolliunt, alii astringunt, alii aperiunt. Emollientes inflammationibus uteri, exulcerationi, perfrictioni, strangulatui, auersioni & inflationibus accommodantur. Fiunt autem ex cera tyrrhenica, cyprino, susino, pinguedine anseris aut gallinę, butyro insulso, resina deusta medulla ceruina, fœnugræco, & quæ sunt eius generis Aperientibus utimur, quum purgationem suppressam irritare statuimus, aut uuluā conniuentem compressam ve emendare. Pręparantur hi ex melle, artemisia, dictāno, brassica, succo dulcis radiculæ, porro, succo rutæ, scāmonia, & similibus. Astringentes in contrarium aperientibus usum exhibentur, nam fluxum muliebrem cohibent, & suspensum contrahunt uterum, prolapsumq; reprimunt. Materia uero astringentium prius in capite de collyriorum etiam modo comprehensa est. Cæterum conuenit pessi crassitudinem instar strigmenti & paulo spissiorem facere, deinde lanam linamento tortili similem, duplicatam in medicamentum tinctam ori uuluæ condere, sic ut stuppam p̄lōgam habeat alligatam quo pessus facile possit extrahi quando uisum fuerit. 10 15 20 25

PESSVS CROCODES, AD INFLAMmationes, auersiones, duritias, & inflationes.

Ceræ tractæ, medullæ uitulinæ, singulorum denarii sedecim, medullæ ceruinæ drachmæ undecim, adipis anserini drachmæ octo, adipis gallinæ drachmæ octo, mastiches drachmæ quatuor, hyssopi medicamenti drachmæ tres, mellis drachmæ duæ, croci, drachmæ octo, rosacci quod satis est: crocus lacte muliebri læuigatur. 30 35

PESSVS AB AVREO COLORE DICtus chrysos emolliens, laudatissimus.

Croci denarius, œſypi tantundem, medullæ ceruinæ denarii duo, reſinæ terebinthinæ, ceræ, adipis anſerini, ſingulorum denarii tres, ouorum toſtorum lutea ſedecim irinæ & roſacei quod ſatis eſt ex æquo.

5 PESSVS LIBANIVS, MENSEIS EVOcans & uuluæ uitiis ſingulariter accommodus.

Nardini unguenti unciæ ſex, ceræ tyrrhenicæ unciæ quinque, ſuſini unguenti unciæ quatuor, adipis ſuilli recentis unciæ tres, anſeris & gallinæ adipis, medullæ ceruinæ, amaracini unguenti, ſingulorum unciæ duæ, ſeui taurini, reſinæ terebinthinæ, œſypi, ſingulorum uncia: lebete eliquantur, omnesq; reliqui peſſi.

10

ENNEAPHARMACVS.

Roſacei unguẽti, ricinini, reſinæ terebinthinæ ceræ, mellis, adipis anſerini & bouilli, medullæ ceruinæ & butyri pares portiones.

15

TITIANVS EMOLLIENS.

Ceræ unciæ ſex, reſinæ colophoniæ unciæ quatuor & ſemis, ſeui taurini unciæ quatuor, guttæ ammoniaci tantundem: ammoniacum aqua ſoluitur.

20

PESSVS ÆGYPTIA.

Mellis, reſinæ terebinthinæ, butyri, roſacei uel ſoſini, croci, ſingulæ partes: in quibus aũt inflammatio abeſt, & ſordidis, æruginis dimidiam addunt.

25 GONE AD CONCIPIENDVM.

Butyri unciæ ſex, hyſſopi medicamenti, medullæ ceruinæ, adipis anſeris & gallinę, reſinæ terebinthinæ, aloes ſingulorũ unciæ tres ceræ tyrrhenicæ unciæ ſex, roſacei libræ duæ, myrrhæ, caſſiæ, ſingulorũ unciæ duæ, ſpicæ nardi uncia, mellis quod ſatis eſt.

30

DE MEDICAMENTIS INVICem alternantibus ex commentariis Galeni. Cap. XXV.

IN Alexandria (inquit) muliere quadam morbo periclitante, cum quæſiſſem lychnidem, nec eius fuiſſet data copia, niſi ꝓtinus uice lychnidis uſus fuiſſem

35

acanthii ſemine, periiſſet mulier. Vnde rogatus ab ami-
cis ad hanc alternantium inuicem medicaminum expo-
ſitionem ueni, iuxta literarum ſeriem exorſus.

Vice acanthii ſeminis, lychnis.

*Aromatum calamus odoratus.

*Aliud uice huius ponendũ uidetur.

Aloes indicæ, aloes uiridis folia uel glauciæ, uel fimus ciconiæ, aut lycion, aut centaurium.

Halicacabi, ſolani ſemen.

Bituminis, pix liquida brutia.

Aconiti, iridis ſylueſtris radix.

Abſinthii, abrotanum.

Opobalſami, liquor myrti.

Abrotani, origanum.

Calcis uiuæ, adarce.

Anchuſæ, hyacinthos.

Salis ammoniaci, ſal cappadocicus.

Auripigmenti, ſandaracha.

Acanthæ, ceraſiorum acantha.

Amyli, ſiccus pollen.

Guttæ ammoniacæ, propolis.

Aſpalathi, ericæ fructus.

Aracis, ſeſamum.

Amygdalorum amarorum, abſinthium.

Armenii, atramentum indicum.

Actes, acantha.

Agarici, euphorbium.

Argemones, ſeriphon.

Haſtulæ regiæ radicis, betæ ſuccus.

Semperuiui ſucci, lactucæ ſuccus aut folia.

Amianti, aphroſelinon.

Aſpalathi, uiticis ſemen.

Æthiopicæ oleæ, lachrymæ acacię partes duæ.

Aſii lapidis, galactites lapis, uel ſal ammoniacus combuſtus.

Salis ammoniaci, cappadocicus.

Adipis uulpinæ, adeps urſinus.

Populi nigræ ſurculorem,ſampſychus.
Bupreſtis,blattę pendentes.
Butyri,lactis bouilli concretum.
Balſami liquoris,ſtillatitia myrrha.
5 Bdellii, ſphagnus odoratus.
Gentianæ radicis apium odoratum.
Terræ ſamiæ,leucographis ægyptia.
Terræ erethriados,calx thebaica.
Gongylidos,heliotropium.
10 Dulcis radiculæ ſucci,ſuccus ſycamini.
Gruis fimi,columbæ fimus.
Terræ teneræ,plumbago.
Dorycnii,alterci ſemen.
Dictamni,elelisphacus.
15 Baccarum lauri,ſerpylis ſicca.
Dauci,ſemen ſii.
Diphrygis,lapis phrygius.
Dracunculi,androſęmon.
Elelisphaci,nepita.
20 Oleæ lachrymæ,hipociſtydis ſuccus.
Serpylli potamogiton.
Erucæ ſeminis,eryſimi ſemen.
Elaterii ſucci,eiuſdem herbæ ſuccus.
Eryſimi ſeminis,radix lanariæ.
25 Ericæ fructus,galla omphacitis.
Ebeni,lotinon aridum.
Erini foliorum,fimus ciconiæ.
Ebiſci radicis,folia mori.
Veratri nigri,radix papyri.
30 Enneaphylli,potamogiton.
Olei ueteris,duplicatum oleum coquitur cum adipe
ſuillo ueteri.
Zingiberis,pyrethrum.
Thapſiæ ſucci,chamæleontis nigri ſuccus.
35 Thapſiæ,elydrion.
Thermuntiadis,lycopſolos.

Sulfuris uiui,ſandaracha.
Æruginis ferri,ſcoria ferri.
Viſci quernei,chamæleon niger.
Iridis illyricæ,elenium odoratum.
Cinnamomi,caſsiæ duplicatum. 5
Caſsiæ,brathæ aut mannæ,cinnamomum.
Cyperi,iuniperus maior.
Cardamomi,cyperis ammoniaca.
Coſti,cedri baccæ.
Baccarum cedri,ladanon. 10
Calami odorati,ſphagnos.
Croci,crocomagma.
Crocomagmatis,aloe indica.
Caſtorei,blattarum fœtentium inteſtina.
Cadmiæ,leucographis ægyptia. 15
Crocodili adipis,canis marini adeps
Cicutæ ſeminis,coriandrum.
Cantharidum,phalangia.
Cnidii ſeminis,uiticis ſemen.
Hederæ,liquor perſicus. 20
Gallæ,ſordes gymnaſiorum.
Capparis radicis,ericæ fructus uel myricæ.
Fimi palumbi,fimus columbæ.
Ceraunini,leucographis.
Coralli,moly. 25
Fimi æluri,fimus ichneumonis.
Cinnaberis,rhodoides.
Cumini,braſsicæ ſemen.
Clinopodii,heliotropium.
Nepitæ,ſylueſtris menta. 30
Cucurbitæ ſylueſtris,ſemen ricini quod eſt crotonis.
Cotyledonis,anacardium.
Colophoniæ,apochyma.
Rubi canini,halicacabi ſemen. 35
Crinanthemi,aphrodiſium.

Comari,gutta ammoniaci.
Pumicis,terra Cretica.
Cypheos,carica usta.
Buccinorum ostrea.
5 Cardamomi,cyperus uel myrtus.
Cerę,lomentum,cum propoli coquitur teriturq;.
Thuris,terra ampelitis.
Lathyridum,coccum gnidium.
Lepidii,erythrodanum.
10 Lapidis asii,lapis gagates.
Lapidis magnetis,lapis phrygius.
Lapidis phrygii,lapis argentyritis.
Libystici,semen staphilini.
Lapidis pyritis,lapis pyrobolus.
15 Leucini floris,radix lanaria.
Loti seminis,semen betæ.
Lepidii radicis,folia capparis.
Leporis marini,cancer fluuiatilis.
Lini seminis,fabæ succus.
20 Lappathi radicis,radix pyrethri.
Malabathri cassia,uel nardus indica.
Mandragoræ succi,dorycnion.
Myrsinati,liquor mori.
Mandragoræ,oleæ lachryma.
25 Mastiches iunci rotundi cor.
Myrobalani,peucinon.
Maluæ fœnugræcum.
Mellis,sapa.
Mannæ thuris cortex.
30 Muscerdæ,mustelæ æquale pondus.
Magnesinæ uitreæ,ptyelum Italicum, uel stimum parthicum.
Medullæ ceruinæ,adeps ceruina uel medulla uitulina.
Malorum cotoneorum,sertula campana.
35 Misyos cyprii,ochra cypria.
Mei,myrobalanus.

Mororum ſucci, ruborum folia.
Miſyos toſti, diphryges.
Malabathri, tractylus.
Nardi ſyriaci, iuncus odoratus.
Napi, gongilidis ſemen.
Xylobalſami, radix uiolæ candidæ.
Lachrymæ papaueris, ſuccus mandragoræ.
Opopanacis, lac ſycamini.
Liquoris cyrenaici, liquor ſyriacus.
Opocarpaſi, liquor myrti.
Liquoris fici, liquor mori.
Liquoris itææ, liquor hederæ nigræ.
Liquoris rhododaphnæ, uiſcus querneus.
Oenanthæ ſucci, ampelini arboris ſuccus.
Hormini, lini ſemen.
Orizæ, hordeacea farina.
Vini roſati, uinum auſterum.
Orinthogallorum, anthalli.
Acoris, gallæ omphacitis.
Anacardii, pſyche herba.
Liquoris peucedani, dulcis radiculæ ſuccus.
Propolis, ladanum.
Pityocampes, ueſpæ in cedria.
Piperis, zingiber.
Pterei, cneori ſemen.
Polypodii, radix chamæleæ, aut chamæleontis.
Verbaſci, chamæleuca.
Polytrichi, abſinthium.
Reſinæ piceæ, reſina terebinthina.
Roſarum ſiccarum, perſi folia arida.
Raphanini olei, recininum.
Rhodoeidis, ſinopis.
Reſinæ colophoniæ, apochyma.
Radicis lapathi, cynara.
Iunci odorati, cardamomum.
Cineris cyprii, cinis foliorum oleæ.

Myrrhæ troglodyticæ,calamus odoratus.
Seui ceruini,adeps anſerinus.
Adipis ſuilli,adeps uulpinus.
Adipis uulpini,adeps urſinus.
5 Lanariæ radicis,ueratri nigri radix.
Satyrii,ſemen erucæ.
Salamandræ,lacerta uiridis.
Sphagni aromatis,iunci rotundi elaborati.
Syrici,argentiſpuma.
10 Recrementi plumbi,recrementum argenti.
Sampſuchi,thus mageticum aridum.
Sinapis,cardamomum.
Sagapeni,piceæ reſina arida.
Scammoniæ,crotones ricini.
15 Strobilorum,cucumeris ſemen.
Aluminis,ſal foſſitius.
Scynci,ſatyrion.
Stymmeos contuſi,ſquama æris.
Iunci rotundi,polygoni radix.
20 Recrementi cyprii,melanteria Ægyptia.
Siſymbrii,ocimum.
Vuæ paſſæ ſatiuæ,palmulæ ſyriacæ caro.
Sandonici,abrotanum.
Sepiæ teſtæ,pumex.
25 Serapiadis,pæoniæ radix.
Scyllæ,bulbus.
Seſamoidis,expreſſum amaricinum.
Ziſami,ſemen lini.
Alterci ſeminis,rubi canini ſemen.
30 Hypociſtidis ſucci,acaciæ acanthidis ſuccus.
Liquidæ picis,opopanax.
Oeſypi,medulla uitulina.
Hyacinthi,flos iſatidis.
Hyperi,anethi ſemen.
35 Flocium uini,ſandaracha.
Fuci,anchuſa.

Phu, ſphagnos.
Fellis ſuilli, fel perdicis.
Fellis uiperæ, fel ichneumonis.
Fellis muſtelæ, fel cameli.
Fellis cameli, fel alabetæ.
Galbani, ſagapenum.
Chamædryos, lapathi ſylueſtris radix.
Chamæmeli, anthemis.
Ceruſæ, recrementum plumbi.
Pſyllii, lenticula paluſtris.
Ocymi, ſiſymbrium.
Ocimoidis, menta ſylueſtris.

DE PONDERIBVS ET MENſuris. Cap. XXVI.

Pondus grauitate menſor diiudicat, menſuram autem uaſculi concauitate, uaſculum uero ſiccæ q̃titatis menſura eſt, aut humidæ, ut tres quantitatis quæ menſuratur, ſint differentiæ, una q̃dem ponderis, altera uero aridæ ſubſtantiæ qualis ea quæ in cumulum cogi poteſt, porro tertia humidæ eſt ſubſtantiæ. Cum autem multa propeq́; infinita ſint pondera & menſuræ, pro regionum diuerſitate, & utentium conſuetudine, de iis quæ omnibus in uſu communi ſunt, nobis ſermo erit præcipuus.

DE NOTIS PONDERVM & menſurarum.

Quoniam uero nonnulli literis non integris ſed notis ſigniſq́; eas demonſtrant, ſatius fuerit, ueteres in hac re imitari, & primum characteras ipſos exponere. Primũ igitur χ litera, cum ſubſcriptum habet alpha, chalcum, hoc eſt æreolum ſignat, exempli gratia, $\overset{\alpha}{\chi}$. Si o habeat, choa, quod eſt congium, $\overset{o}{\chi}$. Si ν, choenicem, $\overset{\nu}{\chi}$. Si η, cheman $\overset{\eta}{\chi}$. At κ ſi ς habet ſuprapoſitum, & lineam rectam, quæ per obliquum inferius cornu ipſius ſecet, ceratium hoc eſt ſiliquam notat, ut ℞ς. Si υ ſuperiectum eſt, cyathũ ℞υ. Si o, cotylam, hoc eſt heminam. Si uero linea utrinq;

circuli figuram repræſentet, obolum notat ∽. Si duæ huiuſmodi notæ ſint, duos ſignant obolos ∽∽. Qui gramma hoc eſt ſcripulum faciunt, prima eius elementa ſcribunt addita linea, γρ. Duæ autem coniunctæ atq; alte-
5 ra parte in angulum coactæ duobus κ literæ cornibus ſimilem ad rectam lineam ſpectantibus, notant drachmã quæ alio nomine uocatur olca <. proprie uero olca p λ ſcribitur, cui in medio litera ο ſit addita, λο. Verum ſi λ adiectum ι habet, libram ſignat, λι. Nonnulli uero
10 eadem litera acato ſecta accentu, idem oſtendunt, ϡ. At cum Γ litera, in ipſo ſui angulo ο habeat, unciam denotat, Γο. Quod ſi μ in ſummo uertice habeat oppoſitũ ν, minam refert, μν. Si υ, notat myſtrum, μυ. Si ε, medimnũ id eſt modium, με. Si ο, modium, μο. Porrò τ poſt ſe ha-
15 bens ρ, & υ, ſignat tryglion, τρυ. At ξ cui iuxta ſit poſitum ε, xeſten, qui eſt ſextarius, oſtendit, ξε. Si ο apponatur, oxybaphum id eſt acetabulum ξο. Aliqui uero ſextarium linea recta ξ ſecan es conficiunt, ξ, Sed η adiectum literæ μ, heminam ημ. κ addita ρ, ceramium ualet, κρ.

20 DE PONDERIBVS.

Mina attica, & Ægypria habet uncias ſedecim. Romana uiginti. Libra uncias duodecim. Vncia drachmas octo. Drachma, habet ſcrupula tria. Scrupulum, obolos duos. Obolus, ſiliquas duas. Siliqua, æreolos duos, & du-
25 as tertii partes.

DE MENSVRIS LIQVIDIS.

Italicum ceraminum habet congios octo, Congius ſextarios ſex, Sextarius cochlearia duo, quæ nõnulli triblia nuncupant. Hemina idem triblium continet, myſtra ma-
30 gna tria, acetabula *quatuor. Nam magnum myſtrum habet acetabulum. Acetabulum ſeſquicyathum habet. Cyathus, chymas paruas ſeu myſtra parua duo. At ſi uoles & ponderum liquidorũ menſuram ſcire, ꝑmultæ liquidarum rerum in examine ſuo differentiæ habentur, ut in
35 olei, uini, & mellis exemplo dicemus. Mel igitur uino ponderoſius quarta parte, itemq; decima eſt: quo fit ut

*Alias tria.

ſere tertia ponderis pars melli accedat: capit enim inte- gram huius menſuram, & inſuper trientem. Mel autem oleo ex media parte grauius eſt: continet. n. totum olei modum, & ultra ſemiſſem. Vinum, oleo nona parte ſu- pereminet, totum. n. ipſius pondus continet & nonam eius partem. Quò autem res fiat dilucidior, ceu exem- plo, particularium menſurarum pondus ſubiungemus. Ex quo per ordinem quid communiter hæc differant, conſtituetur, his liquoribus publico conſenſu perſpicuis in uſum prolatis, oleo, uino, melle.

	Olei.	Vini.	Mellis.
Italica amphora	lib. 72	lib. 80	lib. 108
Congius	lib. 9	lib. 10	lib. 13 & ſemis.
Sextarius	lib. 1. uncias. 6	lib. 1 uncias. 8	uncias. 13 & ſemis.
Hemina	uncias 9	uncias 10	uncias. 13 & ſemis.
Myſtrũ magnũ	uncias 3	uncias. 3. ſcrup. 8	uncias. 4 & ſemis.
Acetabulum	drach. 18	uncias. 2. ſcrup. 12	drach. 27
Cyathus	drach. 12	drach. 12. ſcrup. 4	uncias. 2 drach. 2
Myſtrũ paruum	drach. 16	ſcrup. 20	drach. 9

Oribaſius ſecundum Adamantinum author eſt, ſextariũ quidem Italicum uini menſura unciarũ uigintiquatuor eſſe, pondere uero unciarum uiginti, cum ſextarius men ſuræ mellis duas libras, ſemiſſem, pendeat.

DE ARIDIS.

Ægyptia artaba habet modios quinq;. Modius ægyp- tius & Italicus chœnices octo. Chœnix ſextarios duos Sextarius, ſemiſextarios duos quos heminas uocant. Hemina habet cyathos octo. Atticus medimnus habet ſemiſextaria, quæ hemiecta uocant, duodecim. Hemie- ctum chœnices quatuor. Ita ſemimedimnus habebit minas quadraginta nouem, ſextarios nonagintaſex. Hu iuſmodi autem menſurarum pondus exponere haud fa cile, quòd aridarum rerum infinitæ iuxta momenti lan- cis rationem differentiæ exiſtant.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCD EFGHIKLMNOPQRSTVX YZ AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD.

Omnes sunt quaterni præter DDD qui est duernus.

Venetiis apud Ioannem Farreum & fratres de Riuoltella. Anno à partu Virginis. M D XXXXI.